1 DIcet. †Sponsalia de præsenti non soluuntur p sequens matrimoniū; etiam carnali copula cōsummatum, & clarius hoc videtur in cap.fin. & pen. ℨ. de spon. Primo, ponitur decisa consultatio. Secundo responsio, ibi, consultationi. Tertio alterius dubij solutio, ibi, & si nupserit. Quarto obstaculi remotio, ibi, 2 quamuis. † Not.ibi. (verbis consuetis expresse,) ꝙ consens⁹ in matrimonio ꝓtrahendo debet verbis exprimi in fari valētibus; & sic facit hæc litera in ar.ꝙ verba sunt de substantia in loqui valentibus; & his verbis formaliter vtitur tex. in c. pen. ℨ. de spon. sed Host. supplet ad literam, vel alio signo æquiualenti, quod placet. dixit enim de verbis; qa communiter hoc accidit. sed ad materiam vide, ꝙ plene dixi in ca.tuæ. 3 supra de spon. † No.ibi, siue sit iuramentum, qđ iuramentū nō est de substantia matrimonij; licet fortius obliget cōtra- 4 hentem. † Vltimo no.quod matrimoniū, habet suam essentiam ex solo mutuo cōsensu cōtrahentium; vnde carnalis copula non addit maius vinculum respectu essentiæ matrimonialis; ideo non tollitur primū per secundum consummatum; sed bene addit respectu significauit, qa aliud significat consummatū, quā non consummatū. vt in cap. debitū, de biga. & 27.q.2.c.qua, ꝑpter. Item est fortius consummatū hinc est, ꝙ nō dissoluitur per ingressum religionis, sicut nō consummatum, vt in cap.2. & in capit. ex publico. de cōuer. 5 coniug. † Vltimo not.papā posse reuocare [a] sententiam sui a prædecessoris; & contrariā constitutionē facere, vel aliter declarare etiā præcepta iuris diuini, quā prædecessor declarauerit. † In gl.fi.in fi.qd aūt de matrimonijs ℨctis ante hāc ꝓstitutionē? Dicit Hosti. qđ illa sunt tollerandа, ꝑpter cōsuetudinem contrariā, & quia nonnulli summi pontifices, ita diffinierant, de hoc in capi.fin.infra eodem, vbi dicetur. 6

ADDITIO.

a Reuocare. Litet dicatur quod par in parem non habet imperium, cap. innotuit, supra de elect. c.fi. de resc. in vi. l. nam & magistratus, ff. de ar. l. ille à quo. ℨ. tempestiuum. ff. ad Treb.

SVMMARIVM.

1 *Appellanti in matrimoniali causa, interdici debet, quod cum alia non contrahat, lite pendente; & si contraxerit, separatur.*
2 *Interdicitur ne quis contrahat matrimonium, lite pendente.*
3 *Lite pendente super matrimonio, nō licet trāsire ad aliud matrimoniū.*
4 *Actus contrarius, an sit ipso iure nullus.*

CAP. IIII.

1 VA fraternitas. †Appellanti in causa matrimoniali inter dicidēt, ne aliud matrimonium cōtrahat, li.pen. & si cōtraxerit, debet separari. Primo Thema. Secundo præcipit fieri interdictū, ibi, hoc arbitramur. Tertio dicit, qd iuris, si violetur, ibi, & si cōtra. Casus li. Aliquis corā iudice suo petit aliquā in vxorem; vel aliqua petit aliquem in virū, quē dicit in eā cōsensisse per consensum mutuū de præsenti. ille appellat ad sedē apost. appella. pend. ante causæ cognitionē, siue ante sententiam, aliam accepit in vxorē, quæritur quid iuris sit? respondet Pa si aliquis ammodo in tali casu duxerit appellandum, iudex interdicat ei publice, ne ante decisionē causæ cū alia contrahat, quod si fecerit, matrimonium tam præsumptuose contractū debet irritari, secūdum formam 2 iuris. Ber. † Not. qđ appellatione pendente, potest iudex à quo interdicere matrimoniū contrahendum; & sic non suspēditur in totum iurisdictio iudicis; à quo. vnde potest agere ea, quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ appellationis; de quo vide bonum tex. cū glo. in c.ex literis, de matri. contra. interdi. eccl. vnde videtur, qđ iudex possit hoc inter- 3 dictum facere. † Item no. qđ pendente lite super matrimonio; siue fuerit appellatum, siue non, licet transire ad aliud a matrimonium; [a] licet per partē præ tendatur nullitas primi matrimonij, vt in capit. cum in apostolica, supra de spon. & hic, & per illud cap. nō debes dispositionē huius tex. restringere ad pendentiā appellationis. Idem etiam est seruandum pendente lite ante appellationem, vt in d. cap. cū in aposto- 4 lica. † In glo.2.in fin.no. bene distinctionem glo. solet enim quotidie allegari; & hæc eadē distinctio solet fieri, cum quæ- b ritur, vtrū actus contra legem sit ipso iure nullus: [b] de quo vide in reg.ea quæ contra ius, de regu.iur.lib. 6. & in cap.videns, 10.distin. & in l.non dubium, C. de leg. & dicitur perpetua causa prohibitionis, quādo causa prohitionis non est restricta ac certū tempus: sed est perpetua; puta si prohibetur aliquid fieri propter malum, qđ inde sequi potest; vel prohibetur matrimonium fieri propter consanguinitatem, vel aliquid simile & dicitur non habere perpetuam causam prohibitionis, quando causa est restricta ad certum tempus, puta; prohibetur matrimonium propter venerationem dici.

ADDITIONES.

a ¶Ad aliud matrimonium. Adde quid si contrahat etiam contra præceptū indicis, vel ecclesiæ inhibitionem. Spec.in tit. de spon. & matr. §. 2. & de mat. contra interd. ec cl. contracto, in prin.

b ¶Nullus. De quo in c.fi. de postu. præla. per Lap. sua alleg. 97 per Abb. in c. apostolicam. supra de reg. facit. l.1. §. fexum, ff. de post. vbi illa prohibitio habet causam perpetuam.

SVMMARIVM.

1 *Duas quis per verba de præsenti desponsat, primam desponsatā habet in vxorem; etiam si prius secundam cognouerit, & non valet consuetudo in contrarium.*
2 *Ecclesiæ inferiores circa sacramenta debent se conformare maioribus ratione metropolitanæ ecclesiæ.*
3 *Carnalis copula non est necessaria ad essentiam matrimonij. 6.*
Consensus sufficit ad essentiam matrimonij.
Sufficit, quid significat.
4 *Constitutio an ad præterita trahatur.*
5 *Papa an possit statuere, quod tollatur primum matrimonium non consummatum per secundum consummatum.*
Papa amplissimā habet facultatem in matrimonijs non consummatis.
6 *Consensus solus perficit non tantum contractum matrimonij, sed etiam alios contractus, qui sunt de iure gentium.*
Matrimonium habet essentiam à iure diuino, & sicut Deus est immutabilis, ita & matrimonium.

CAP. V.

1 DVas. †Qui duas per verba de præsenti desp̄ōsat, primam desponsatam habet in vxorē, etiā si prius secundam cognouerit; nec valet cōtraria consuetudo; & hoc vltimum additur ad cap. licet supra.c. In prima consultatio. In secunda rñsio, ibi, ne vero. Casus lite. Olim obtinuit consuetudo in ecclesia. Mutin. vt si aliqs aliquā desponsasset per verba de præsenti, & ante carnalem copulā aliā accipiat, & cognoscat, illa sibi adiudicabatur, quā primo cognouerat; qa vero turpis est ois pars, quæ suo non congruit vniuersō, & ecclesia Mutin. tenere dēt humiliter, & seruare ꝙ Rom. eccle. & sua metropolis seruat, p̄cipit Papa, vt ecclesia. Mutin. in matrimonijs ꝓtrahendis illud obseruet, vt postquā inter personas legitimas ꝓsensus interuenerit de præsenti, si postea cū alijs de facto ꝓ trahant, qđ prius de iure factū fuerat, non poterit irritari. B. 2 † No.primo circa sacramēta ecclesiastica, qđ ecclesiæ inferiores dēnt se ꝓformare maioribus rōne metropolitanę ec clæsiæ, facit c.ad abolendā, ℨ. de hær. vide bo.gl.in capit. 1. de 3 sum. Trin. li.6. † No.2.ibi. qui sufficit, ꝙ ad essentiā matrimonij copula carnalis necessario nō ꝓcurrit; est ergo verū matrimoniū post ꝓsensum de præsenti præstitum; nam id dicitur sufficere, quo posito nil aliud ad substātiam actus requiritur, vt no.gl.in capit.statutum, in princ. de resc. lib.6. Et adde hic, ea quæ dixi ℨ. e. in cap. licet. & ꝙ plenius dixi in capit. licet & ꝙ plenius dixi in capit. ex publico, de cōuer. coniug. 4 † Quid de matrimonijs contractis ante istam cōstitutionē? a Doct. cōmuniter tenent, ꝙ illa tolerantur. [a] & hoc aperte in nuit verbū, de cætero, hic positū; & potest adduci iste tex. ꝙ & ℨ, qđ constitutio iuris antiqui declaratoria non extenditur ad præterita habentia ℨriam consuetudinem, quasi rōne ꝓsuetudinis illa debeāt tolerari, ꝙ quo vide bon.gl.in cap. 1.de postu.prælat.lib.6. In ℨrium posset adduci iste tex qa dicit, de cætero. secus ergo, si hoc verbū nō fuisset appositū, vt in capitu. cū tu. & qđ ibi no.de vsu. sed ad materiā plene vide no.in c.fi. de ꝓsti. & clem.1. de rebus eccle. nō alie. & clem.1. 5 de elect. † Vltimo quæritur, nunqd Papa possit statuere, vt p ſm matrimonium cōsummatū tollatur primum nō cōsūmatū; & sic ap ꝓbare ꝓsuetudinē hic re ꝓbatā? Host. tenet hic qđ sic; qa circa mrīmoniū nō cōsūmatū, latissime patet b potestas Papæ, [b] vt no.in dicto c.ex publi. & ad hoc p̄ōderat versi.

ADDITIONES.

a Tolerantur. Vide quæ dixi in c.fi. de const. vbi do. Pe. in c. 1. de sum. Tri & fi. car h. lib. 6. & in cle. 2. de reb. ecc. non alie. And Bar.

b ¶Potestas papæ. Ad corroborationem, vide Per. de Anch. in consi. 401. in cip. viso, & diligenter inspecto, col. 3. refert Fel. in c. quæ in ecclesiarum, col. 6. vers. amplia. sup. de const. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

versi. nullus, positum in tex. quasi dicat ꝙ potuisset statuere hic ℨrium. Sed ego dubito, an hoc dictum sit verum, nam sine magna causa Papa non disponit ℨ istud matrimonium, vt in d.c.ex publico. Itē si hoc esset, quare papa retractasset diffinitionē prædecessorum suorum, si illi potuissent ad libitum diffinire? vt in cap.licet, sup.cod. sed ex magna causa posset hoc facere. † In gl.ibi, nam ℨctus perfectus est per solum ℨsensum, non intelligas gl. ruditer. nam ēt ℨctus emptionis, & venditionis, & cæteri, qui sunt de iure gentium, perficiuntur solo ℨsensu, vt in l.consensu. ff. de act. & obli. & l.ex hoc iure, ff. de iust. & iu. sed intell. gl. quod ℨctus matrimonij est perfectus per solum consensum, i. qđ per solum consensum est translatū plenum ius, ita vt traditio corporalis nihil addat, & licet doct. hic inftent pro ratione diuersitatis, maxime Host. qui dicit ꝙ matrimonium habet suam essentiam à iure diui
a no, [a] ideo sequitur cōditionē sui authoris, nam Deus est immutabilis. Alij vero ℨctus sunt ab hoīe; ideo sequuntur naturam hoīum, hæc ratio vī mihi persuasiua, & non necessario concludēs, nam & aliqua sunt ab hoīe, quæ tamen ex solo titulo hūt suam perfectionē, vt est titulus beneficialis, nā per solam collationē beneficij acquirit plenū ius prouisō, vt hic, & in cap. si tibi absenti, de præben. lib. 6. ideo facit reg. ꝙ in oībus spiritualibus, ex solo titulo transfert plenū ius, vt in d.cap. si tibi absenti, & per Inno. in c. inter cætera, de præben. Ista enim tanquam indiuisibilia sine alia executione exteriori transferuntur, & solo consensu (vt dixi) perficiuntur.

ADDITIO.

a ¶A iure diuino. Matt. 9. quos Deus coniunxit, &c. Ang. in auth. de trien. & se. §. 9. col. 4. & Ale consil. 47. vol. 4.

De conditionibus appositis in desponsatione, & in matrimonio, vel in alijs contractibus. Rub.

Continuatur hæc rub. ad præcedentia hoc ordine. Quia qñq; sponsalia contrahuntur pure, de quibus visum est supra; qñque sub cōditione; merito de his post p̄cedentia submittit; & quia ꝺditio apponi pōt non solū in matrimonio, sed ēt in alijs ℨctibus. Ideo ne author haberet materiam geminandi rubri. subnectit hic de ꝺditionibus appositis, etiam in alijs ℨctibus: & quid sit conditio, no. super rub. ff. de cond. & demon. Sed dic latius, & clarius, quia conditio est quædā adiectio posita, vel subintellecta in dispositione, suspendens, & resoluens ipsam dispositionem; & differt à modo, quia modus non suspendit, sed est quædam modificatio dispositionis, de quo clarius dicetur infra eo. in cap. verum.

SVMMARIVM.

1 *Conditio turpis in contractu matrimonij apposita, non vitiat matrimonium; sed conditio ipsa frangitur.*
2 *Conditio an possit apponi in contractu matrimonij, & qualis vitiet matrimonium.*

CAP. PRIMVM.

1 QVicunque. † Hoc dicit in summa. Defectus turpis cōditionis in ℨctu matrimonij appositæ, nō vitiat matrimonium, sed vitiat. primo ponitur thema, ex quo resultat tacita quæstio. Secundo responsio, ibi, respondemus. Casus literalis. Si aliquis desponsauit aliquam sub ꝺditione, quæ non sit ℨ substantiam matrimonij, puta contraho tecum, si furtum feceris, si voluerit eam relinquere, quæritur an possit? Respon. ꝙ conditio frangatur, & mrimonium firmiter te-
2 neatur. Ber. † Opp. ℨ tex. vī enim, ꝙ conditio possit apponi in matrimonio ℨhendo, vt ℨ. eo. ca. de illis, & c. super eo. Sol. metu ℨrij iste tex. intelligitur duobus modis. Primo ꝙ loquitur in ꝺditione suspendente, turpi tñ; nam conditio turpis, quæ non sit ℨ substantiam mrimonij, hī pro non adiecta; & ℨctus remanet purus. inf. eo. c. fi. secus in ꝺditione honesta, de qua intelligitur ℨrium, & hunc intellectum ponit gl. hic. Secūdus intellectus extra gl. vt intelligatur in conditione resoluente, puta ℨho tecum matrimonium, & si non donaueris mihi x. volo te relinquere, certe ex quo matrimonium à principio tenuit, non potest dissolui, vt in c.cū sis, de conuer. ꝺiug. & ꝙ hoc intellectu facit litera in ver. relinquere, & hūc intellectum sensit Vin. Quidam tñ dixerunt; ꝙ in mrimonio non pōt apponi conditio; quia consensus debet esse purus, & absolutus; sed hoc est falsum, vt in ℨrijs, nisi intelligas, ꝙ matrimonium non pōt consistere, nisi ex solo consensu puro, & absoluto; nam existente conditione, consensus remanet purus; & tunc verè incipit tenere matrimonium, vt in c.super eo, inf. eo. & c. verum, & in c. vnico, de spon. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Seruus manumissus sub cōditione, vt fiat monachus, & monasterio seruiat. aliàs in seruitutem redeat, si monachus sit factus manumittentis voluntatem seruare cogitur.*
2 *Conditio apponi potest resolutiua libertatis in manumissione serui.*
3 *Seruitus non impedit, quod quis monachus non fiat, vel ad sacros ordines non promoueatur.*
4 *Seruus potest manumitti sub conditione, vt fiat clericus, vel monachus.*
5 *Libertas an sit res ſpiritualis.*
6 *Symonia an sit, aliquid pro ingressu religionis accipere. Conditionis acceptatio quid operetur.*
7 *Clericus, & monachus, an in seruitutē redigi possint; & dic quod aliud est in clerico, aliud in monacho. Degradatus clericus in effectu desinit esse clericus. Monachus nunquam desinit esse monachus.*
8 *Papa an possit monachum à religione, & voto liberare.*

CAP. II.

1 GVm sit proprium. Pertinet ad secundam partem rub. & h. d. in summa. † Seruus manumissus ea conditione, vt fiat monachus, & monasterio seruiat; aliàs in seruitutem redeat; & si hoc acceptato, monachus factus sit, manumittentis volutatē cogit obseruare. Primo thema. Scd o rñsio, ibi, tu ergo. Casus lit. Quidā diaconus manumisit duos seruos cum ea conditione, vt monachi essent, & permanerēt in quodā monasterio adijciens vt si ℨfacerent, irerū seruituti subijcerent. vnus illorū recessit à ꝺditione, & de monasterio exiuit, & inter clericos seculariter conuersabat. Vnde quidā presbyter illius monasterij conquæstus est de hoc dño papæ, vnde mandat ep̄o diœcesis, vt si ita esse inuenerit, cōpellat eū in monasterio permanere, nec monasterij deserat, vt volūtas manumittentis nō valeat p̄teriri. R.
2 † No. primo, ꝙ in manumissione serui, pōt apponi cōditio
a libertatis solutiua. [a] †Secundo no. ꝙ seruitus antiqua nō im-
3 pedit monachatū, cōcor. 54. dist. c. multos, nec promotio ad sacros ordines, vt in c. nullus, & in c. de famulis, de ser. non
4 ordi. † Tertio no. ꝙ seruus pōt manumitti sub eo modo, vt
5 fiat monachus, vel clericus. † In gl. i. ibi, est res spūalis. no. gl. ꝙ
b libertas [b] pōt dici res spūalis, & facit ꝙ no. gl. in d.c. nullus. sed hoc non procedit, quia si esset spūalis, non caderet in laicos vt in c. causam, de præscrip. Item dñs q̄nque manumittit, interuentu pecuniæ. l. 4. ff. de manumis. qđ non posset fieri, si libertas esset res spūalis. & ideo tene sequentem solutionē ꝙ monachatus hic cōferr pure. Item est hic quędam ꝺditio intrinseca. Vnde sicut non est symonia, si datur prædium, vt ibi fiat ecclesia, vt in c. olim, il 1. de rest. spo. ita & si manumittitur seruus, vt fiat clericus, vel monachus, nisi prius sit liber. sup. de ser. nō or. per totū. Ho. intellexit tex. ꝙ non sub ꝺditione, sed sub modo isti fuerāt manumiss. vnde ꝺditio hic ponit largo modo, sed per hoc non mutatur intellectus iuris, & differia inter modū, & conditionem hī in cap. verum, infra eo.
6 † In gl. fi. ibi, quam cito acceptauit cōditionem. intellige gl. sane, i. ꝙ acceptauit cum effectu, faciendo professionem in manibus illius, qui potuit eū incorporare religioni, iuxta no. in c. porrectum, de regu. ex nuda ergo acceptatione cōditionis, non esset effectus monachus. † In fi. gl. vult ergo gl. ꝙ
7 motus ad clericatum, pōt reuocari ad seruitutem, si non ſuerit modum in manumissione appositū; secus in eo, qui est effectus monachus; sed nō reddit rōnem diuersitatis, nec c. doc. sed pōt dici, qđ clericus degradatus desinit in effectu esse clericus, vt in c. degradatio, de pœn. lib. 6. vñ sine violatione clericus pōt degradari, & redigi in seruitutē; sed per degradationem, seu depositionē nō desinit quis esse monachus. † Est
8 enim monachatus quoddam votum, à quo non pōt liberari ēt per Papam; saltem sine maxima causa, iuxta ea quæ no. in c. cū ad monasterium, in fi. de stat. reg. ex quo enim semel pure vouit Deo, nō pōt amplius redire ad ſeculum & subire seruituti corporali. Sed si fuisset seruus illius monasterij, tunc forte valeret ꝺditio, non vt ex toto desinat esse monachus, sed vt magis astrictus monasterio, q̄ cæteri. vñ erit quod si seruus monasterij, nec poterit intrare monasteriū strictū, facit qđ le. & no. in c. de famulis, & in c. eo libentius, de ser. non ord. & qđ no. gl. in c. vt lex cōtinentiæ, 27. q. 1. Sed ℨ intellectum gl. opponit de fi. ca. vbi papa mādat seruari manumittentis voluntatem, ergo debet ille redigi in seruitutē, cū hæc sit manumittētis volūtas. ℨrium vī difficile, & hic nō tacta per doc. sed pōt dici inhęrendo primo intellectui Host. ꝙ si fuerūt manumissi sub mō, vt fierēt monachi, &c. vñ cōditio redigendi ad seruitutē debet referri ad tps ante monachatū, nā volūtas manumittētis fuit, vt fierēt monachi; & si nō vellēt, redirent ad seruitutē. vñ si fiūt monachi, seruāt volūtatem manumissoris, eo qđ ꝑpellunt perseuerare in monasterio.

ADDITIONES.

a ¶ Conditio libertatis solutiua. Adde tamē quod pendente illa habebitur pro seruo, vt no. Spe. in ti. de actio. ver. item, quod est libertus, & in ti. ac. ver. quod est, & ver. sed pone. Zach.
b ¶Liberras. Aliàs dicitur causa pia, l. 1. C. de comm. ser. ma. §. fi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iurans aliquam in vxorem accipere, si centum sibi donauerit, non tenetur illam in vxorem accipere; nisi postea pure consenserit, vel eam cognouerit. 3.*
2 *Sponsalia possunt sub conditione contrahi etiam de futuro. Impedimentum publicæ honestitiæ non oritur ex sponsalibus conditionatis, ante conditionis euentum.*
3 *Conditio, quod aliquid detur ex causa dotium, vel donationis; an sit honesta, vel turpis.*
4 *Conditio in sponsalibus apposita, tollitur per carnalem copulam superuenientem, & consensum de præsenti. 5.*
5 *Consensus superueniens de præsenti sponsalibus de futuro, sub aliqua cōditione, quid operetur.*

CAP. III.

1 DE illis. † Qui iurauit aliquam vxorē accipere si centū sibi donauerit, accipere nō tenetur, nisi postea pure cōsenserit, vel eā cognouerit, Primo thema. Secundo determinatio ibi, reus. Casus litera. Aliqs iurauit alicui mulieri sub hac forma verborū, ego accipiā te in vxorē, si centū mihi donaueris, mulier nolebat soluere, qđ petijt, quæritur, vtrū, sit periturus, si eā nō acceperit in vxorē? & respōdet, ꝙ nō, nisi postea consensus de præsenti accesserit, vel carnalis copula fuerit sub-
2 secuta, B. † No. primo. ꝙ sp̄ōsalia possunt ℨtrahi sub conditione, tex. n. iste loquit in sp̄ōsalibus de futuro, vt patet p. verbū, accipiā, ꝙ est futuri t pis, vt in c. pe. ℨ. de spon. & ex talib⁹ sp̄ōsalibus conditionatis nō oritur ante ꝺditionis euentum
3 publicæ honestatis iustitia, vt in c. vnico, de sp̄ō. li. 6. †
a Secundo no. tex. valde notabilem iudicio meo, ꝙ hæc cōditio [a] est honesta, accipiam te in vxorem, si tale quid mihi donaueris; nā si nō esset honesta, nō suspendisset sp̄ōsilia, sed haberet ꝙ non adiecta, vt in c. fi. ℨ. eo. Sed cōtra hoc, & ℨ tex. fortiter opponitur de l. si ita stipulatus fuero, in §. si tibi nupsero, ff. de ver. obl. vbi tex. no. dicit, qđ si mulier stipulatur à viro centū dari, si sibi nupserit, nō valet stipulatio tanquā inhonesta; & idē dicit in persona viri, ne videatur propter libidinē dedisse cētum, seu matrimoniū ℨxisse. Sol. cōtrarium est difficile, & non tactū hic per doct. sed credo posse dari duas solutiones. prima vt intelligat, ꝙ vir fuit stipulatus aliquid sibi donari, occasione scilicet dotis. nā tūc bene valeret, vt in §. si tibi nupsero. Vel secundo potest dici, ꝙ quādo subest causa honesta petēdi donū, tunc valet conditio, seu stipulatio; nam tex. in d. §. nō annullat indistincte illā stipulationem, sed dicit, ꝙ eā cognita est annullanda. vnde (vt dicit ibi Bar.) si nobilis contraheret cū plebeia nō esset inhonestū, si promitteretur aliquid ipsi nobili, in compensationem nobilitatis. nam tunc cessat ratio libidinis, & idem, vbi subesse pōt consimilis causa. Vltimo no. duos casus, in quibus ꝺditio apposita in sp̄ōsalibus tollitur, scilicet per carnalem copulā subsequentem, & no. bene hunc casum; maximē iūcta gl. fi. quia extendit c. is qui, de sp̄ō. nam copula hic operatur duo; purificat enim
4 sponsalia, & eodem momento ea transfundit in matrimonium. † Secundus casus, quādo interuenit postmodū con-
5 sensus de præsenti. † Sed quæro, nunquid sufficit oīs cōsensus de præsenti. Vinc. hic, Pe. Abbas, & Specu. c. ti. in prin. miro modo intelligunt istum tex. dicunt enim sufficere consēsum de præsenti, siue sit purus, siue sit conditionalis; dūmodo non cōferatur in arbitriū alterius, & hoc vltimo casu intelligunt c. super eo. ℨ. eod. quasi velint isti dicere, ꝙ si fuerit dictum, contraho tecū, si donaueris mihi cētū, incontinenti est matrimoniū, ga verba sunt de præsenti; nec consensus est collatus in arbitriū alterius: vt puta si fuisset dictum, contraho tecū, si pater meus cōsenserit; nā hoc casu nō est mrimoniū, nisi pater ꝑsenserit, vt in d.c. sup eo. sed Io. And. hic, & Inn. tacite sentiunt oppositum, & melius, dicunt enim ꝙ licet ꝑsensus sit præstitus per verba de p̄senti, ex quo nō interuenit conditio suspēsiua, nō tenet matrimoniū, nisi existat cōditio; quia consensus, à quo substātiatur matrimoniū nō est purus, & absolutus. & hoc dictū satis sentit hic gl. pen. & tenet d. Ant. in d.c. super eo, & hæc mihi vī ipsa veritas, vn de tex. dēt intelligi de consensu de præsenti pure p̄stito: tamē est differentia, vtrū dicam, accipiā te, si centū dederis, nā in primo casu existente conditione, purificantur sponsalia: sed adhuc non est matrimonium. Secundo casu erit matrimonium, quia conditio suspendit consensum de præsenti.

ADDITIO.

a ¶Hæc conditio. Quādo valeat matrimonium initum spe præmij, vide Iason. post alios in l. Titia, in princi. col. 4. verfic. capio gl. in verbo ob statuam, ff. de verb. obl. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Donatione facta ecclesiæ sub modo de aliqua re, res donata statim efficitur ecclesiæ; nec reuocatur modo non seruato, nisi in contractu fuerit expressum.*
2 *Donator potest in donatione, quam facit ecclesiæ, conditionem, seu modum apponere, etiam contractus resolutiuum. Donator laicus, an donationem factam ecclesiæ propria authoritate possit reuocare. Cōditio, siue modus appositus in donatione facta ecclesiæ, an præsumatur, quod sit causa finalis contractus, & quid operatur, si est tanquā causa finalis, vel non.*
3 *Donatio facta ecclesiæ an possit reuocari propter conditionem non seruatam per prælatum. Prælati delictum, siue negligentia, an noceat ecclesiæ.*
4 *Conditio apponi potest in donatione facta ecclesiæ, quod res donata non possit alienari. Alienari, an & quando possint bona ecclesiæ.*

CAP. IIII.

1 VErum. † Est tex. notabilis, & multū allegatur, & secundum intellectū veriorem. h. d. in summa. Res donata ecclesiæ sub modo, statim est ecclesiæ; nec reuocatur modo nō seruato, nisi hoc in contractu sit expressum. Primo dictū. Secundo exceptio, ibi, nisi. Casus litera. Aliquis donauit aliquam possessionē alicui ecclesiæ sub aliqua conditione, id est sub modo, nisi aliqd fiat; & sic donatio tenuit: donator volebat reuocare donationē, q̄ritur an possit? Respondet qđ non, nisi tali cōditione, i. tali modo vel pacto, datū sit, qđ ea cessante donatio
2 debeat reuocari. Ber. † No. primo donatorē posse ī donatio
a ne, quā facit ecclesiæ, ꝺditionē seu modū apponere [a] etiam ℨctus resolutiuum, ad hoc c. cum dilecti, ℨ. de do. res ergo semel ecclesiæ effecta, potest ab ea reuocari ex modo nō seruato, vel per existentiā conditionis resolutiuæ. Nūquid aūt hoc casu possit laicus donator, donationem propria authoritate reuocare, dic, vt nota. Inno. c. in capi. verū, de foro cōpe. vbi plene dixi. Pro declaratione capitu. oppo. ℨ tex. videtur enim nullo modo posse ꝙcedere. Aut enim extat cōditio apposita in donatione, & non pōt donatio amplius reuocari. aut conditio nō extat, & frustra tractatur de reuocatione; ga conditio suspendit actū in euentū ꝺditionis. vnde antea nō pōt dici donatio cū sola spes sit in obligatione, instituto de verbo. oblig. in §. ex conditionali; & ℨ. capitu. proxi. reuocari ergo non pōt, qđ nondum tenet. Solu. glos. 2. (vt arbitror) metu ℨrij ponit duos intellectus ad tex. primus est, vt intelligatur in conditione resoluente; exemplū patet in ea. vnde ante euentū conditionis, non pōt reuocari. & sic intelligitur prima pars capitu. sed post ꝺditionem extantē, pōt reuocari, si fuit dictum; & sic intelligitur secunda pars. Iste intellectus est verus in se, sed non congruit literæ; qa si intelligeretur in conditione resoluente, dixisset, qđ ea existēte posset reuocari, sed tex. dicit ea cessante. ideo glos. transit ad fm intellectum meliorē, vt intelligatur in modo, & nō in conditione. nā modus non suspendit actū, sed modificat: vt puta si dat prædium ecclesiæ cū hoc modo, vt non alienetur. tunc enim si ecclesia venit ℨ modum; & sic cesset modus appositus, pōt reuocari donatio; & hoc secundū glo. si fuit dictum in donatione; quasi velit glos. qđ non obseruantia modi, nō ꝑstat facultatem reuocandi donationem, sed duntaxat agēdi, vt seruetur, nisi dictum sit vt possit reuocari. hoc vltimum dictum glos. nō est indistincte verū; vnde concludendo breuiter ipsam veritatē, dic, quod tam in contractibus nomina
b tis, quā innominatis, si modus appositus fuerit finalis cā cōtractus potest agi ad reuocationē, si modus non seruat, [b] vt est text. in l. cū te fundum, C. de pact. inter empto. & vendi. & in l. 1. C. de donatio. quæ sub modo. Si autem modus non fuit finalis causa contractus, tūc non agitur ad reuocationē sed ad obseruantiā modi; & ita dēt intelligi text. in l. ea conditione, C. de rescind. vendi. sed respectu donationis factæ ecclesiæ, tex videt hic singul. quē nescio alibi, qđ semper debet præsumi, quod modus non sit cā finalis contractus; nam (vt hic vides) ex non obseruantia modi, non reuocatur donatio facta ecclesiæ, nisi sit dictū in donatione, vt possit reuocari, & hanc præter alios ego puto rationem, quia donans ecclesiæ sub modo, vī principaliter donasse pp Deum, & pro remedio peccatorū suorū, argu. in ca. requisisti, de test. modus ergo appositus nō vī cā finalis ℨctus; & sic non pōt agi ad re-

ADDITIONES.

a ¶Apponere. Ratio est quia quilibet potest in traditione rei suæ modū apponere. l. in traditionibus, ff. de pac. capi. cum dilecti, supra de don. limita esse verum in continenti; secus ex interuallo. l. perfecta, C. de do. quæ sub modo. l. 1. §. cedit, & ibi gl. C. de rei vxor. act. gl. in c. præterea, il 2. supra de iure patr. intellige esse verum, nisi partes tali pacto consentirent secundum gl. notabilem, in d. l. perfecta.
b ¶Non seruatur. Vide ad hæc, quæ scribit Abb. in capitu. verum, supra de foro compe. & Fely. ibidem, col. fin. & Per. de Anch. in consi. 217. incip. dubium facit. Bart. in l. fi. ff. vt in pos. lega. & in repet. l. creditores, in 2. q. C. de pigno. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad reuocationem,sed solũ ad implementũ,nisi sit dictum, vt possit reuocari,& per hoc reducemus ad concor. ius ciuile, & canonicũ ; cum eadẽ sit ratio in vtroq; & hanc lectu.tene
3 omissis quibusdam alijs,quæ dãtur extra gl. † Sed hic quæro de quæstione quotidiana, nũquid donatio possit reuocari si
a fuerit dictũ, ex quo solus prælatus [a] non seruauit modum ?
b Vinc.hic sentit quod non,quia delictũ solius prælati [b] nõ debet nocere ecclesiæ,vt in reg.delictũ,de regu.iur.lib.6.vnde si datur ecclesiæ possessio,vt nõ possit alienari,& si alienet,tuit dictũ,vt possessio possit ab ecclesia reuocari, nõ põt fieri reuocatio solo plato alienãte;secus si prælatus cum capitulo ; & idẽ dic in alijs modis. Idẽ sentiunt doc.in c.breui,de iure iu.vbi dicunt aliud esse respectu conditionis implendæ;nã sa tis est,q̃ plat̃us non impleat conditionem,ad hoc, vt res, nõ acquiratur ecclesię;qđ sing.notabis,& hanc puto rõnem di uersitatis;nã in acquirendis, solus prælatus potest nocere ec clesiæ;sed nõ in quæsitis,vt dicit gl.no.& doc.16.q.6.c. illud. §.fi.no.In.in c.fraternitatem,de dona.& per hoc habes decla
4 ratam gl.2.& prin.vltimæ.In gl.fi.in fi.nota. istã gl. quia quotidiana est, & ex ea primo no. q̃ licite in donatione facta ecclesiæ apponitur pactum,vt non possit alienari,'vt vī expressum in §.sanctissimis,in alleg.in gl.vbi dicitur,qđ res ecclesiæ pñt alienari pro redẽptione captiuorum,nisi sint donatę eo pacto,vt alienari nõ possint. Sed dubiũ est, quid si immineat
c necessitas. [c] gl.ponit hic duas opiniones, & primam tenuit Hug x.q.i.c. sic quidã. Io.& Lau.in x.q.ij.c.casellas.§.hoc ius. Itẽ Damas.Go.Phil.& In.hic. Secũdam opi.indistincte,vt nõ possit alienari, tenuit Vinc. q tñ postea mutauit opi. & dixit stãdum. c.aurum.xii.q.ii. primã opi. sequitur hic in effectu d.An.secũdam sequitur hic d.Card.mihi placet prima, vt ex quo necessitati ecclesiæ aliter cor.suli non põt,licite alienet; nã si aliud sensit donator,non vī fuisse mentis compos,cum instante tali necessitate pia, ipse debuisset hoc facere, vt in c. sicut.47.dist.facit quod in simili no.gl.82.dist.c.1. tene tñ mẽ ti gl. & gñaliter , an,& qñ valet pactum de non alienando inter priuatos, & an ex tali pacto impediat alienatio,dic,vt no. in c.Raynaldus,de test.per In.& per doc.& gl.in l.fi.C.de reb. alie.non alie.& in l.filius.§.diui,ff.de lega.1.

ADDITIONES.

a ¶Solus prælatus.Dubia est ista decisio,quod in acquirendis, solus prælatus possit præiudicare,contra do.Abb.tenet Fed.cons.9.vbi concludit,qđ legatũ factum ecclesiæ solus prælatus possit alienare & idem tenuit Lap. alle.26. per Imo.Abb.& Card.in c. tua, de his, quæ fiunt a prælato sine cõsensu Capit.Paul.de Cast.tenet contrarium, in l.legatũ.ff.de le.1.quia opi.Ab. habet tex.contra se in l. magis puto. §.fundum,ff.de re.eo.cõis opi.est contra Ab.hic, vt late per Ale.in d.l.legatum,per Old.cons.264. & 205.de quo per dominum,& præceptorem meũ d.Vin Herculanum in d.l.legatum,vbi melius cæteris explicuit hunc articulum.

b ¶Delictum solius prælati. Adde istum,in c.si diligenti,nu.24.& ibi in appo.meis,in ver.nocet ecclesiæ,supra,de for.comp.& in c.Imperatorum, nu.3.& ib ivide in aposti.meis,in versi.præiudicat ecclesiæ , supra de iura.calum.Zach.

c ¶Necessitas. Quod res possit alienari ita donata, consuluit Fed. cons.183. Imo.in l.filiusfamilias,§.diui.ff.de leg.1.tenet contrarium, quia qñ prohibitio hominis,& legis concurrunt,res põt alienari etiam in casu permisso,l.2.cum gl.C.de vsu.pro emptore,& quod res prohibita alienari possit alienari in casu necessitatis ,est glo.Alex.& omnes,in l.Marcellus, §.res,ff.ad Treb.Paul.de Cast.in auth.res quæ. C.comm.de leg.facit differentiã an prohibitio sit facta in vltima volũtate,vel in contractu;pro quo est gl.ordin.& approbata in l.nullã, C.de iure dotiũ,quã Cy.& Bal. tenẽt.sequitur Ale.in d.§.diui.subeundo,q̃ forte non est alibi,& in consi.145.inci.visis scripturis.Bal in c.1.§.donare,qualiter feudum olim poterat alienari.late per Modernos in d.auth.res quæ,Ang consi.168.Ang. in auth.de alie.& emph.§ hoc etiam, ver.sed nunc quæro.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens,sub conditione non improbata,non compelli tur illud consummare.*
Conditio hæc, si pater consentiat, in matrimonio apposita , honesta videtur .
2 *Matrimonio cõtracto per verba de præsenti,potest alter coniugum cum pelli ad consummandum.*
3 *Matrimonium potest conferri in alterius arbitrium ; & non solum parentum,sed etiam,alterius.*
Testamentum non potest conferri in alterius arbitrium.
4 *Conditio improbata,potest apponi in matrimonio.*
5 *Matrimonium etiam de præsenti,sub conditione contractum,non habet effectum de præsenti, sed suspenditur in euentum conditionis.*
6 *Matrimonium spirituale contrahi non potest sub conditione;secus est in matrimonio carnali.*
7 *Matrimonium pure contractum, post matrimonium conditionale ante conditionis euentum, an teneat?*
Matrimonium conditionale, habet uim sponsaliorum de futuro.
8 *Matrimonium à duobus contractum inter quos extat Canonicum impedimentum sub conditione , si Papa dispensaret ; Papa demum dispensante,an matrimonium sit sine alio interueniente consensu.*
Obligatio non oritur ex facto a iure improbato.

CAP. V.

Vper eo. Qui per verba de præsenti cum mulier contrahit sub conditione,si pater consenserit,nisi pater consentiat ad matrimoniũ
1 non est cogendus, vel generalius sic. † Cõtrahens matrimonium sub conditione non improbata,non compellitur mi monium consummare ante conditionis euentum. Cõis diuisio,secunda ibi,rñdemus.& ibi primo soluit. secũdo remouet obstaculum,ibi,nam licet.Casus lite.Quidam ꝺixit matrimonium cum quadam muliere sub hac conditione, si patris eius placeret. quæritur utrum sit cõpellendus ad matrimonium consummandum ? rñdetur,q̃ consensus liber dici nõ debet, qui in alieno arbitrio reseruatur, & conditio talis nõ improbatur a iure, ideo nisi voluntas patris accedat,non est matrimoniũ consummare cõpellendus.postea licet rñderit Alex.Papa, dicẽs sponsalia interposita, & non secuta conditione ꝺcta,sequenti de præsenti ꝑsensu,vel carnali copula,tale mrimoniũ non debere dissolui;nequaquam tñ ait esse sine diffinitioni aduersum,quia talis consensus nõ est de presenti habendus,quãuis per verba de presenti exprimatur,qui in
2 alieno arbitrio habendo consistit.B. † No.primo,ibi,ad cõsummandũ,qđ ꝺcto pure matrimonio per uerba de presenti, põt alter coniugum ad petitionem alterius compelli ad ꝺsummandũ matrimonium;& sic licet adhuc non sit habita possessio;tñ ex iure quæstio per consensum,põt agi ad cõ
3 summationem matrimonij,qđ no. † Secundo no. q̃ matrimonium põt conferri in alterius arbitriũ, & non solum parẽtis,i cuius potestate est,ꝺitionẽ apponere, sed ẽt alterius, vt in c. seq. & ex hoc habes vnã dñam inter matrimonium, & testñ. nam testamentum non põt cõferri in voluntate alterius,vt in l.captatorias,& in l.illa institutio,ff.de hæred.insti.de quo dicendũ,vt no.in c.cum tibi, de testa secus in matrimonio,vt hic,& rõ potest esse; nã matrimonium est de iure diuino;vñ sufficit solus consensus,qualitercunq; habeat; sed testm dependet ex gratia, quia confertur in illud tempus quo testator non est futurus dñs.ꝺ.post mortem ; vnde sacra
4 est,q̃ ipsi cõmittitur libera facultas testandi,vt no.dicit gl.in d.l.illa institutio. † Tertio no.hic regulam, q̃ oẽs conditiõs
5 iure non improbata, põt apponi in matrimonio. † Vltimo no.q̃ licet ꝺsensus exprimatur per verba de præsenti;tamen ex quo apponitur ꝺditio , non habet effectum de præsenti ; sed suspendit' in euentum conditionis , & declara, vt dixi sũ-
6 pra eod.in c.de illis. † In glo.1.de hoc dic,vt plene no.in reg. actus legitimi,de reg.iur.lib.6.per glo.& Dy.& habes ex hoc vnam dñam inter matrimonium carnale , & spirituale. Nã carnale potest contrahi sub conditione,vt hic,spirituale nõ,
7 vt in c.2.de electi.lib.6.& dic,ut ibi. † In gl.2.in fi. ego non debito quin secundum matrimonium teneat contractum ante euentum conditionis; quia matrimonium conditionale habet vim sponsaliorum de futuro; vnde sicut illa tolluntur per sequens matrimoniũ, vt in c.1.sup. de sponsa.duo. ita & matrimonium ꝺditionale tollitur per sequens purũ, ꝑ hoc c.vnicum,de sponsa.lib.6. sed si nõ interessit matrimonii, dubito de decisione glo.quia ex quo obligauit se sub conditione, nõ potuit recedere ab illa obligatione, arg.l.q prior ff.qui poti.in pig.hab. si superuenerit ergo euẽtus ꝺditionis primum matrimoniũ remanet purũ;nisi forte aliud dicatur
in matrimonio ; sed ego non bene video rationem diuersi-
a tatis. [a] † Extra glo.quæro de quæstione quotidiana. duo, in-
8 ter quos obstãte impedimẽto canonico,nõ poterat esse mri
b monium, ꝺtraxerunt sub ꝺditione,si papa dispensaret, [b] dectum papa dispensauit,quærit nunquid sit matrimoniũ sine alio ꝺsensu? In.primo refert quosdam tenere,quod sic.sed o refert alios tenere ꝺrium,quos ipse sequitur. mouentur illi, quia primus ꝺsensus omnino erat a iure reprobatus,ad hoc tex. in l.inter stipulantem.§. sacram.ff. de verb.obl. Primam opinionem sequuntur hic Gof.& d.An.secundã sequitur d. Car.& dicit se in facto ꝺsuluisse,sic motus principaliter;quia quod dependet à voluntate vnius, dicitur impossibile.l. apud Iulianum.

ADDITIONES.

a ¶Rationem diuersitatis.Collige tu ex c.fi.de procur.lib.6.in c.1. de sponsa. co.li. & ita tenent hic Ant.de But. & Phil.Fran.

b ¶Dispensaret.Vtrum valeant spõsalia ita contracta,si papa dispẽset. Arec. cons.142.inci.ex facto proponitur.verl.sed est aduertendum,cõclusit,qđ valeant,facit quod volunt Bal.& Ang.& moder.l.si quis ita hæres instituatur.ff.de hæredi.inst.inquantum volunt, quod institutio potest fieri sub cõditione,si filius legitimabitur,& per hoc tollitur ratio Car.ad ducta hic per Abb.facit l.suus,& ibi Ang.ff. de hær.inst.
Adde in alio casu,an si contrahatur matrimonium illicitum,& confirmetur per papam, tollatur pœna excõicationis, per contractum commissa.Card.in cle.1.q.18.de coniug.& affin.tenet,quod non;nisi expressim tollatur. quæ etiam faciunt pro q.hic tacta: ibi vide, & remissiue ita apost.Celsi,ad ipsum,& ibi quid si contrahens sit pupillus,vel furiosus, an committatur pœna.Zac.

Iulianum, in fi.ff.de le.1. Item id, quod fit per remedium extraordinarium,dicitur fieri non posse, [a] vt no.In.in c. pastoralis, de causa pos.& proprie. Illud ergo mrimoniũ videtur fuisse ꝺctum sub conditione impossibili;sed ego assigno aliã rationem.Ad hoc,vt actus retro extendatur oportet, q̃ potuerit intercedere a principio.vt l.si is,qui pro emptore,ff.de vsucap. sed matrimonium non poterat esse à principio tpe ꝓtractus,obstante impedimento ; ergo non põt retrotrahi. Item ex facto à iure improbato,non põt nasci aliqua obligatio.l.cum lex. ff.de fideiuss. sed in ꝺctu conditionali sola spes est in obligatione ; & pp illam spem contractus retrotrahit, sed in casu nostro nulla nata fuit obligatio,ratione prędicta. ergo opus est, vt matrimonium de nouo contrahatur, q̃ & sic altero nolente contrahere non erit matrimonium.

ADDITIO.

a ¶Non posse.Vide ad hoc tex.fin.in l.4.§.1.ff.de fideico. liber. quem excollit Bal.in c.1.verl.modo uenio ad gl.in ti.hic finitur lex, in prin. colu.4. unde per Georgium Nattam in repe.clem.sæpe,in princ.in 4.not.de ver. signi.Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia sub honesta conditione contrahens,si ante conditionis euentũ desponsatam cognoscit, a conditione recedit.*
2 *Matrimoniali in causa, vbi super vero matrimonio fundatur petitio , actor probando matrimonium præsumptum præsumptione iuris , & de iure,obtinet, ac si verum probasset matrimonium.*
3 *Matrimonium potest conferri in arbitrium, etiam extranei.*
Carnalis copula facit transire sponsalia nedum pura , sed etiam cõditionalia in matrimonium.
4 *Conditione deficiente,sponsalia ex toto euanescunt;adeo quod copula sequens nihil operatur. 5.*
5 *Carnalis copula an probari debeat,qđ sit secuta, postq̃ defecit cõditio.*
Excõicatio, an probari debeat , quod sit emanata post appellationem.
Mulieri an sit credẽdum de copula, videlicet an fuerit cognita ante,uel postquam conditio defecit.
6 *Protestatio turpis,& contraria facto non releuat.*
Protestatio, quod carnalis copula, non facit transire sponsalia in matrimonium,non valet.
7 *Cautela ad hoc vt carnalis copula non faciat transire sponsalia in matrimonium.*
8 *Matrimonium pure contractum post matrimonium conditionale,præiudicat primo, vnde conditio postea adimpleta non releuat.*

CAP. VI.

Er tuas. † Qui sub honesta cõditione sponsalia contrahit, & ante ꝺditionis euentum desponsatam cognoscit,à cõditione recedit. Cõis diuisio. Secunda ibi,consultationi. Casus lit. Quædam mulier P.nomine,petebat quendam N. in virum, dicens,q̃ mutuus ꝺsensus inter eos,& carnalis,copula accesserat:vir ille non negabat sponsalia cõtracta,& carnalem copulam;dicebat tñ se nõ teneri illam ducere in vxorem, quia sponsalia inter ipsos tali ꝺditione ꝺcta fuerunt , si pater eius, & patruus sponsalibus consentirent,sed ipsi, quam cito sciuerunt,ꝺdixerunt. super hoc testes recepti fuerunt, testibus receptis,& publicatis, dicebat mulier , q̃ licet sponsalia ꝺcta fuissent sub ꝺditione prædicta;non tñ fuit à patre viri, vel patruo contradictum , & ante tempus conditionis expressum à testib.& post dicebat inter se,& illum,carnalem copulã accessisse.Iudex dubitauit,qualiter esset in hoc negotio procedendũ,processum causæ ad dñm papam remisit,ipse examinatis attestationibus rñdet eidem,q̃ cum manifeste constet, post ꝺcta sponsalia, qđ carnalis sit inter eos copula sub secuta,pro mrimonio est præsumendum;quia recessisse vī a cõditione apposita: quia & si cõstet,q̃ postquam pater,vel patruus viri ꝺdixerunt sponsalibus,& idem vir carnaliter non cognouit eãdem,non est tamen aliquo modo probatum,q̃
2 anteq̃ ipse cognouisset eandem,pater eius,& patruus ꝺdicere curauissent.B.† No.primo,q̃ fundans se super vero matrimonio , etiam obtinet, probando matrimonium præsumptum præsumptione iuris,& de iure. Ista.n.mulier fundauit se super vero matrimonio, & post probauit præsumptũ , &
3 nihilo minus obtinuit,qđ no.quia facit ad multa.† Sedo no. q̃ matrimonium põt conferri in arbitriũ ẽt extranei. Item
4 no. q̃ sponsalia nedum pura, sed etiam conditionalia tranꝺficiente ꝺditione,spõsalia ex toto euanescunt,adeo,q̃ co-
5 pula nihil operatur.Opponitur contra tex. de ca.cũ tu,de testi. vbi sufficit probare excõicationem fuisse secutam post appellationẽ;& per hoc infert eam esse nullam, nec est opus probare,q̃ excõicatio non fuit lata ante appellationem; ita in proposito videtur dicendum. satis est.n.probasse , q̃ eam cognouerit, postquã defecit conditio ; maxime quia actus non debet præsumi geminatus. Sol.glo.1.& 2. & vlti. metu contrarij dicunt, q̃ iuuenis fuit cõfessus se pluries illam cognouisse;ideo nõ sufficit postmodum probare, q̃ eã cognouerit post ꝺdictionẽ parentum.hæc solu.diuinat ad tex.quia in tex.non dr hoc.Host.sentit aliã solutionem,dicens,q̃ iuuenis pure fuit confessus copulã: non restringendo se ad vnicã tñ;ideo debuit postmodum probare,q̃ ante eã non cognouit.Sed post tertio soluit.d. Ant. q̃ quemadmodũ statur cõfessioni mariti super copula, vt in c. continebat', de despon. impube.ita debet stari cõfessioni mulieris ; ex quo asserit ad validitatẽ matrimonij:debuit ergo maritus probare, q̃ ante non cognouit,ad excludẽdã assertionẽ mulieris. Et pro hoc inrellectu adduco no.per Host.in c.duo pueri, de despon.impu.vbi dicit credendum mulieri, qñ confitetur copulam,ad validitatẽ matrimonij. Sed aduerte, quia Papa, hic se nõ fundat super assertione mulieris , sed quia de copula hic simpliciter constabat. Vnde dicendũ & quarto, q̃ vbi plene actor fundat intentionem suã,debet obtinere,nisi reus clare illam cõfundat.nec sufficit,q̃ reddat eã dubiam. mulier.n.probãdo sponsalia,& copulã, fundat clare intentionẽ suam. exceptio vero viri penitus non euacuauit illã probationẽ ; licet eã aliquatenus redderet obscuram;& pro hoc vī tex.in c.in præsentia, de probat. & vide quod ibi plene dixi, facit quod no.gl.in cle.fi.de resc. licet in criminalib. vt euitetur delictũ, videatur reus hoc casu absoluendus ; & sic saluarem vnam opin.Bar.notabilẽ in l.nõ solũ , in §.sed vt probari, ff.de no. ope.nun.& hæc lect.multum conuenit literæ,q̃ ẽt tacite sen
6 tit do.An.licet non sic declaret,sed stat in pendenti.†In gl.1. verl.præsumendum,ibi,nec illud prodest.& est ratio, q̃ hæc protestatio tanquã turpis , debet haberi pro nõ adiecta, fatuore matrimonij,vt no.in c.prox.& no.hanc partic.glo.spõsus ergo non põt cognoscere sponsam,quin transeant spõsalia in matrim.quantumcunq; protestetur in ꝺrium.Vnde non est nisi vnum remedium.ſ.q̃ prius renunciet sponsalibus; nã tunc copula superueniens , nõ põt inducere matrim.cũ non reperiantur ibi sponsalia, vt no.in c.veniens, & c.tua,de
7 sponsa.†In ea glo.ibi, talis error, &c.dic hanc conditionem reijci tanquã turpem,quia præsupponit primum coitũ,tan-
8 quam fornicarium.†In ea.gl.ibi,sed secus in matrimonio,& ratio apertissima est, quia secundum matrim. pure ꝺctum
a præiudicat primo conditionali, [a] vnde conditio postea existens,nõ reperit extremũ, ad quod possit trahi. Item reperit matrimoniũ in medio ; & sic trahi non põt retro, ad hoc c. quãuis,de resc.lib.6.& in fi.glo.quia Ho. tenet primã opi.ex quo cõditio est omnino extitura.exemplum, si sol clarescit, nõ hẽt suspẽdere effectũ matrimonij, ita no. in sum.eo.tit.§. quæ conditio.ver.quid si contraho.& hęc opin.mihi placet.

ADDITIO.

a ¶Primo conditionali. Adde de hoc plene per Old.consil.165.quod est verum pendente conditione: secus si post adimpleram conditionem ,& ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Conditio turpis , vel impossibilis in contractu matrimonij apposita,habetur pro non adiecta nisi sit contra substantiam matrimonij.*
2 *Conditio apposita contra substantiam matrimonij vitiat matrimoniũ; & non vitiatur ipsa; sine sit suspensiua, vel resolutiua 6.*
3 *Conditio turpis, vel impossibilis regulariter vitiat contractum, & non vitiatur; secus est in matrimonio.*
4 *Conditio contra substantiam actus , vitiat ipsum actum, cuiuscunque qualitatis existat.*
Substantia quid sit.
5 *Matrimonium cum infideli, vel hæretico contractum. est nullum; nam oportet, quod sint eiusdem sectæ, vel fidei, de hæretico tamen dubitatur.*
6 *Conditioni turpi,vel inhonestæ ad hoc , vt matrimonium vitiet , an sit necesse,quod ambo coniuges consentiant.*
7 *Conditio in professione religionis , quod religiosus possit habere proprium, vel contrahere matrimonium, an valeat? & an talis remaneat monachus.*
Conditio, quod clericus ordinandus in sacris possit contrahere matrimonium non valet, & ordinandus remanet in sacris.
Religiosus habere potest administrationem bonorum iure sibi delatam, sed non ex pacto.
Matrimonium professio, & ordo,an principaliter dirigantur Deo?
Conditio,qđ monachus habeat propriũ, est contra substantiã religionis.
8 *Conditio in consecratione ecclesiæ apponi an possit.*
Patronus an possit conditionem apponere, quod ecclesia non subsit Episcopo.

CAP. VII.

I conditiones. † Notabile c. & multũ allegabile, & hoc dicit in
1 sum.Si in ꝺctu mrimonij apponitur conditio turpis, vel impossibilis, habetur pro non adiecta ; nisi sit cõtra substantiã matrimonij; quia tunc vitiat contractũ. sunt duę partes. In prima tractatur de conditione turpi,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ est ℑ substantiam matrimonij. In secunda de turpi, vel impossibili. Secunda, ibi, licet. Casus lit. Si aliquis ℑhat matrimo. sub conditione, quæ est contra substantiam matrimonij, hoc modo, cõtraho tecum, si prolem euites, vel donec inueniam aliã dignioré honore, vel facultatibus; vel si ꝓ quæstu adulter andã te tradas, quæritur, vtrum in talib. casibus te neat matrim. & conditio pro non adiecta habeatur? Respõ. Pa. quãtumcunq; matrimonialis ℑctus sit fauorabilis; tamẽ in casibus prędictis caret effectu; quamuis alias appositæ cõditiones in matrimonio, si turpes fuerint, aut impossibiles, debeant pro non adiectis haberi propter fauorẽ matrimonij. B. † No. 1. duas reg. notabiles in materia matrimonij. prima, ꝙ omnis cõditio apposita ℑ substantiã coniugij, [a] vitiat matrim. & nõ vitiatur. & licet tex. hic ponat tria exẽpla istarũ conditionum ℑ substantiam; tñ multa alia possent reperiri, puta, sicut fuit in facto. Quidã habens suspicionẽ de inconti nentia futuræ mulieris ℑxit secum sub conditione, ꝙ si committeret adulterium; liceret sibi recedere à matrimonio, & aliã ducere, certe nõ est ibi matrim. & licet ista sit cõditio resolutiua; tñ idẽ operatur, quoad ꝓpositum, sicut cõditio suspensiua, vt clare colligitur hic in secundo exẽplo, dũ ℑxit, donec inuenerit aliã honore, vel facultatib. digniorẽ. nã hęc conditio nõ erat suspensiua, sed resolutiua. Ex quo tñ notabis, ꝙ conditio ℑ substantiam, impedit matri. nedum qñ est conditio suspendens, sed ẽt resoluens; licet aliqui, & male ad hoc non aduerrant; putantes, ꝙ ex quo semel matri. tenuit, cõditio resoluens debet haberi ꝓ non adiecta, ꝙ est falsum, vt hic vides. Item dico, ꝙ nunquã fuit matrimonium, & sic proprie non põt dici resoluens. † Secunda reg. ꝙ conditio inhonesta, vel impossibilis, quę non est ℑ substantiam matrimonij, hẽtur fauore matrimonij, ꝓ non adiecta; & sic vitiatur, & nõ vitiat. Et notanter dixi fauore matrimonij, quia in alijs cõtractibus regulariter conditio impossibilis vitiat, & non vitiatur, vt inst. de inut. sti. §. impossibilis. † Itẽ no. ꝙ omnis cõditio cõtra substantiã actus vitiat ipsum actum, nã si vitiat ipsum matrim. tã fauorabile, fortius hẽt vitiare actum non ita fauorabilẽ; & est ratio huius dicti, nã remota substãtia alicuius, remouetur & ipse actus; nã sine substantia nihil põt subsistere, ad hoc capi. tua. ℑ. de spon. vnde ad cognoscẽdũ substantiale alicuius ℑctus, debemus semper videre, vtrũ actus ille sine illo possit consistere, [b] pro hoc ꝙ no. Bart. in l. prolatã, C. de sen. & interlo. om. iud. † In glo. 1. ibi, Iudeæ, vel hæreticæ, vult ergo gl. ꝙ matrim. ℑctum cum Iudæa, vel hæretica, sit nullũ, respectu Iudeæ bene loquitur, & idem in pagana, nam ad hoc, vt matrimoniũ consistat, oportet, ꝙ contrahentes sint eiusdem sectæ, vel fidei, vt in c. caue, & in c. nõ oportet. 28. q. 1. sed respectu hæreticæ, quæ suscepit iã baptismũ cõmuniter tenetur oppositũ; quia, ex quo hẽt sacramẽtum baptismi, non põt proprie dici alterius sectæ, vt no, in c. non oportet, all. in gl. facit ꝙ le. & no. in c. decreuit, de hæ. li. 6. & vide per Spe. in tit. de diuor. post prin. † In ea. gl. ibi, quędam sunt ℑ substantiã matrimonij. Inn. intelligit tex. qñ vter que cõsensit cõditioni appositæ ℑ substantiã. si autem alter ℑdixit; tenet matrimoniũ, si fuit ꝓcessum ad consummationem ipsius. Idem dicit fauore matrimonij, si alter tacuit; & sic tacendo habet pro ℑdicente, ar. in ca. aliquando 32. q. 2. & no. bene hoc dictũ Inn. videtur. n. per hoc velle, ꝙ in alijs actibus tacens, videat consentire ɔ tractui, secundum protestationem alterius; licet protestatio sit onerosa, & odiosa, de quo vide, qđ no. in c. Cumana. & in c. in Genesi. de elc. & dicit Host. hæc sæpe prædicanda, ne simplices mulieres decipiã tur. † Et in fin. gl. aduerte ad hãc vlt. q. gl. nam reperiuntur in ea multæ opiniones [c] inter legistas, & canonistas. & referendo principaliores scias, ꝙ Inno. & Host. in c. insinuante, ℑ. tit. prox. & in c. 2. ℑ. e. tenuerunt ꝓfessionem tenere, licet sit apposita cõditio de tenendo ꝓprium, & idẽ sentit gl. in c. solet. 32. q. 2. idẽ Accur. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. sed ℑriũ sentit in l. per seruũ. ff. de vsu. & ha. nã ibi distinxit, ꝙ aut ɔditio fuit appositа à principio, & vitiat ꝓfessionẽ, Aut ex interuallo, & vitiatur, & vide ad materiãplene per Spec. in ti. de sta. reg. versic. 48. Ioan. Andr. hic tenet oppositũ ℑ istã gl. fęquẽdo priores doct. & reddit rationẽ diuersitatis inter mrimoniũ, & professionẽ, dicit. n. ꝙ in matrimonio tractatur de fauore ipsorũ ℑhentium; vnde ex quo alter acceptauit conditionẽ, potuit sibi præiudicare, sed in professione obligatio acquiritur Deo per ministeriũ Abbatis, vel alterius prælati, factũ ergo ministri acceptãtis illã cõditionẽ nõ debet obesse Deo, qui vr velle professionẽ recipere, & idẽ dicit ad ca. dia coni. quod gl. allegat in ℑrium. nam si quis ordinatur in diaconum obligatio acquiritur Deo, à quo imprimitur character; vnde nõ potuit episcopus, acceptãdo conditionẽ de ℑhẽdo matrimonio ꝓiudicare obligationi acquirendę Deo. Sed Pau. de Leaza in cle. eos. de reg. impugnat hãc opin. Ioã. An. dicendo, ꝙ ẽt in matrimonio obligatio acquiritur Deo, hinc est, ꝙ coniuges non possunt illud diuidere communi consensu, vt in c. super eo, de eo, qui cog. consan. vxo. fuæ, & in hoc multũ ibi insistit. Bar. in auth. ingressi. prælleg. satis colorate distinxit, quia aut profitens reseruauit sibi propriũ s. vt habeat administrationẽ, & tenet ingressus ad hoc, d. c. insinuante; aut cõstat, ꝙ voluit sibi retinere proprietatẽ, & vitiatur ingressus, in dubio vero dicit interpretandũ, ꝙ voluerit habere administrationẽ bonorũ, de consensu superiorũ, vt in c. 2. de statu. reg. D. An. impugnat hanc rationẽ Bar. dicens, ꝙ licet possit religiosus habere administrationẽ iure fibi delatã, non tñ ex pacto, quia tunc haberet quid ꝓpriũ, & sic idẽ dicendum esset, qñ sibi reseruauit proprietatem; vnde sequendo ipse opi. Io. And. dicit professionẽ tenere, siue retentio proprij sit apposita per viam causæ, siue modi, siue conditionis resolutiuæ, siue suspensiuæ; nã licet in matrimonio, obligatio acquirit Deo; tñ principaliter quis intẽdit placere parti, cũ qua ℑxit, sed in professione principaliter quis intendit placere Deo, & non Abbati, ideo factum Abbatis non habet vitiare. Gasp. de Cal. tenuit, ꝙ in foro iudiciali ꝓcedat hæc opin. sed in foro animæ opin. ℑria. D. Car. tenet in distincte opin. huius gl. vt professio sit nulla, ex quo præcisè ille stetit in sua volũtate, nec aliter se voluit obligare, & hæc opi. mihi plus placet, mouet princ[d]r; ꝙa remota parte substãtiali, actus remouetur, vt in c. tua. de spon. & ℑ. dixi. Sed retentio proprij [d] est ℑ substãtiã religionis, vt in c. cũ ad monasteriũ in fi. de sta. reg. ergo talis cõditio, siue modus habet vitiare actum, etiã si sit cõditio resolutiua per ℑ. dicta. Nec obsi dicatur. ꝙ Abbas, seu alius prælatus ꝓfessionẽ recipiẽs nõ potuit præiudicare Deo; quia dico illud ꝓcedere in obligatione quæsita, sed nos sumus in ꝙrenda; nã & seruus præiudicat domino in acquirendis, licet nõ in acquisitis, vt in l. fi. C. de acquir. pos. sic & prelatus non potest preiudicare ecclesiæ in quæsitis sed in acquirẽdis sic. 16. q. 6. c. illud. §. fi. vbi gl. dixi plene in c. tua, de his, quæ fi. à præl. Item Deus non recipit obligationẽ nisi à voluntario. 15. q. 1. c. nõ est. 14. q. 5. ca. fi quid inueniſti. hinc est, ꝙ votũ emissium per metum non obligat, vt in c. 1 ꝙ me. ca. no. in c. Abbas. c. ti. sed iste noluit aliter obligari, nisi posset tenere propriũ; ergo nõ est præsumẽdum, ꝙ Deus voluerit ipsum vinculare contra voluntatem suam, cum nõ indigeat Deus religione nostra; sed quisq; recipiet mercedem fm opera sua, vt in c. pueri. de pę. dist. f. Idẽ etiam videmus inter homines cõtrahentes, vt nisi ambo idẽ sentiant, non valet ℑctus. l. 1. ff. de ver. ob. & l. in omnibus. ff. de act. & obl. & hanc opi. puto verissimam. † Nunc restat respondere ad contraria formata in gl. quæ veniunt cõtra tex. ad c. 2. 10. q. 1. dic, ꝙ ibi conditio non fuit contra substantiã consecrationis ecclesiæ, sed contra consecutiua ad ordinationem ecclesiæ. Et ideo habetur pro non adiecta, cũ sit cõtra ius commune; quia non potest facere patronus, vt ecclesia non sit sub ordinatione episcopi, ad c. diaconi, dic ꝙ matrimonium est contra substantiam ordinis clericalis, vt no. in ca. cum olim, de cle. coniu. sed illud processit ex ordinatione ecclesiæ, ad hoc c. Nicena. 31. dist.

ADDITIONES.

a ¶Contra substantiam coniugij. Quare hic pactũ appositum contra substãtiam matrimonij vitiat, & nõ vitiatur, in precario vero vitiatur, & nõ vitiat, vide Bar. declarantem in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. vbi dicit, hic vitiat & non vitiatur, quia fuit appositum in vim conditionis; secus si apponeretur in vim modi, vt in precario, quod multum extollit Ioã. de Imol. in l. vbi ita donatur. ff. de do. cau. mor. & ratio diuersitatis põt esse, quia modus adiectus contractui contractum non suspendit, conditio vero sic. l. cum ab eo. ff. de contraben. emp. Seb. Sap.

b ¶Posit consistere. Facit, quod no. Bal. in l. 1. ff. de lib. & posthu. & no. in l. 1. ff. de verb. obl.

c ¶Opiniones. In quo art. sunt quatuor opi. principales, vt late prosequitur doct. Papien. in auth. ingressi. in 5. col. C. de sacrosan. eccl. cõmunis opi. est contra gl. & Ab. hic ꝙ reseruatio vitiatur, & ingressus remanet purus secundum quam consuluit Ang. consi. 281. Imo. in ca. cum M. Fer. ℑ. de cõsti. vbi dicit hanc esse communem opi. vt late per eum in l. si quis ita hæres. ff. de hær. inst. Ro. in l. 1. §. si quis stipulanti. ff. de ver. ob. & in cons. 89. & cons. 184. inci. pro declaratione, & in consi. 191. inc. spectabilis domine, & sunt tres gl. quæ tenent hanc opi. vna in c. auditis, sup. de ele. & in c. 2. de do. & cont. li. 6. gl. in c. diac. 38. di. & hanc tene.

d ¶Retentio proprij. Contrarium tenet Pau. de Ca. in cõsi. 205. inci. visa quadam conuentione, secundum antiquam impressionem. Seb. Sap.

Qui clerici vel vouentes, matrimonium contrahere possint. Rubrica.

Continuatur ad præcedentia hoc ordine. Supra visum est de vno impedimento matrimonij; nunc restat videre de alijs impedimentis. Et aduerte, quia rubrica ista nihil ponit dispositiue, sed procedit interrogatiue, scilicet qui clerici, vel vouentes, matrimoniũ contrahere possint? Et respõdeto ad

do ad rubrum, dic, quod clerici in minoribus licite contrahunt matrimoniũ. Si vero sunt in sacris, non possunt ℑhere: & si contraxerint, ẽt nullum, vt in c. vnico, de voto. li. 6. & ℑ.

a de cleri. coniug. quasi per totum, & licet oẽs ordines. [a] largo modo dicantur sacri, vt no. 42. dist. in summa. tamen per excellentiam, & quoad propositum nostrum sacri dicuntur subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, & ordo episcopalis, vt ℑ. c. proxim. respectu vouentium, dic, ꝙ votum continentiæ impedit matrimonium; sed non dirimit, si de facto contraheretur; quia fortius vinculum superueniens tollit votũ, nisi esset solennizatum per professionem tacitã, vel expressam, factam alicui de religionibus approbatis, vel per susceptionẽ sacri ordinis, vt habetur in d. c. vnico, de voto. li. 6. Et per hoc quoad effectũ tituli habes summatũ nigrũ, licet incidenter habeat alia dicta, quæ satis apparebũt in ꝓcessu.

ADDITIO.

a ¶Ordines. Et dic, quod sunt nouem, quos enumerat gl. in salutatione sexti. & iste vir. secundum Car. hic illaqueat multas animas; ideo credit ipse, quod ecclesia reuocabit tale præceptum, nam apostolus inquit, de virginibus præceptum non habeo, sed consilium do.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus, vel subdiaconus, matrimonium contrahere non possunt; & si contraxerint, efficiuntur irregulares, & separari debent.*
2 *Circunstantiæ, aggrauant delictum; vnde delictum solenni die commissum, augmentatur.*
3 *Irregularis efficitur clericus in sacris, matrimonium contrahens, ita, quod ad maiores ordines non potest promoueri, nec in susceptis ministrare.*
4 *Dispensatio sit ex pluribus causis.*
5 *Dispensatio non imponitur, nisi post pœnitentiam.*
6 *Depositus clericus, vel irregularis matrim. contrahere non potest. Subdiaconatus est sacer ordo.*
7 *Episcopus an possit dispensare cũ clerico in sacris, qui matr. contraxit? & an cum clerico percutiente alium clericum.*
8 *Papa an dispenset cũ clerico percussore cũ magna sanguinis effusione. Irregularitas non causatur ex sanguinis effusione; nisi mors sequatur.*
9 *Membri mutilatio an intelligatur esse quando membrum debilitatur; ita, quod quasi inutile sit; & an ex hoc sequatur irregularitas.*
10 *Membrum quid dicatur. Digitus an sit membrum, vel pars membri? Digitum incidens alicui, an fiat irregularis?*
11 *Deponitur clericus propter homicidium; & nõ actualiter degradatur. Depositio potest appellari degradatio; licet non sit actualis. Degradatus matrimonium contrahere non potest; licet perdat omne priuilegium clericale. Degradatus si celebrat, conficit verum corpus Christi; quia character imprimitur animæ.*

CAP. PRIMVM.

1 DE diacono. †Diaconus, vel subdiaconus, matrimonium cõtrahere non possunt, & si cõtraxerint, etiam si sint facti irregulares, debent separari. Habet duo dicta. Secundum, ibi subdiaconum. Casus lit. Quidam diaconus, alium diaconum in sabbato sancto vulnerauit, & vxorem accepit; quæritur quid agendum sit de ipso? Respon. Papa quod si corde contrito, & humiliato ad ecclesiã redire voluerit, absolutione obtenta, & imposita sibi pœnitẽtia de vtroq; excessu, ea peracta, poterit episcopus suus, cum ipso dispensare, & officiũ diaconatus sibi reddere; & si bonæ vitæ apparuerit, in presbyterũ ordinare. In fi. dicit, ꝙ subdiaconus, qui homicidiũ fecerat, siue ẽt non fecerat, ma-

2 trim. non põt contrahere. B. † No. ꝙ augmentatur delictũ

a propter excellentiã dici, [a] in qua fuit cõmissum; vnde põderatur hic ꝙ in sabbato sancto vulnerauit diaconũ, de quo vi deto tex. cũ gl. in c. homo Christianus. 40. dist. & in c. cũ quidã. & quod ibi nota. de iu. iur. & c. sicut dignũ. de hom. † Secundo no. ꝙ constitutus in sacris, matrim. ℑhens, efficitur irregularis; adeo vt neq; in susceptis administrare possit, nec ad maiores ordines suscipiendos admitti, quod clarius pro-

4 batur in c. prox. põt tñ cum tali dispensari, vt hic. † Itẽ no. ex hoc, & ex tex. casum notab. in quo dispensatur ex sola cõtritione, & humilitate peccatoris; licet non subsit causa necessitatis, vel vtilitatis ecclesiæ, vel cuidẽs prærogatiua meritorũ; nã pp hæc tria, vel eorũ alterũ, dispensatio indulgetur, vt in c. tali. 1. q. 7. & vide bo. glo. in c requiritis. §. nisi rigor. ea. cã, & q. & in hoc bene notabis iftũ tex. quia facit ad materiã c. at si

5 clerici. ℑ. de iudi. † Itẽ no. quod dispensatio non imponitur, nisi post actã pœnitentiã, sed dic, vel eius partem, vt in c. ex tenore. de tempo. ord. † Vl. no. iuncta gl. pen. ꝙ irregularis non põt matrimoniũ ℑhere; nã quantumcunque quis sit depositus ab ordine, tenetur tñ viuere clericaliter, de quo videto

7 tex. cum glo. in c. dictum. 81. dist. Et no. ꝙ subdiaconatus est sacer ordo, concor. ℑ. cap. proxi. † In glo. in ver. absolutionẽ.

in fi. vult ergo glo. quod episcopus cum isto diacono, suo iure dispensare non possit. Sed tu aduerte, latius hic, fuerũt. n. duo delicta, primũ in eo, quod vulnerauit aliũ diaconũ, fm in eo, ꝙ de facto iã cõtraxit matrim. Respectu primi dicebat Vin. ꝙ episcopus poterat dispensare, si ille erat clericus conuentualis, vt in c. qñ. de vi. & hone. cle. vel ratione legationis ille Archiepiscopus poterat absoluere. quod nõ placet Host. quia licet episcopus possit absoluere clericum conuentualẽ, si iniuria fuerit mediocris; secus si fuerit atrox, vt hic erat, vt no. in d. c. quoniã. nec placet sibi, ꝙ legatus hoc casu possit absoluere; vnde sensit, ꝙ authoritate Papæ Archiepiscopus hic absoluit; respectu legati, remitto ad plenius no. in c.

8 nemini. & in c. excommunicatis, ℑ. de off. leg. † Sed opp. & vr, ꝙ etiã Pa. nõ debuisset cũ isto dispẽsare, vt in c. miror. 50. dist. vbi dr, ꝙ cũ irregulari ex effusione sanguinis nunquam debet ecclesia dispensare. so. dic, ꝙ irregularitas nõ causatur ex sola effusione sanguinis, sed oportet, ꝙ interueniat mors, vel mẽbri detrũcatio, vt in c. in Archiepiscopatu, de rap. & in clem. si furiosus. de ho. vbi tex. requirit mutilationẽ membri. † Sed est dubiũ quotidianũ. quid si quis debilitauerit mẽ

9 brum, ita, vt quasi sit inutile, quod tñ nõ detrũcauit, nũquid sit effectus irregularis? dubiũ facit, quia paria videntur, non

b esse, & inutile [b] esse, in c. 2. de transla. epi. ℑriũ sentit hic Gas. & puto verius, ar. bo. in ca. sicut vrgeri. 1. q. 1. nam membrũ debilitatũ valet saltẽ ad decorẽ; & in pœnis est mitior interpretatio facienda, licet aliud in fi. sentiat Cy. in auth. sed nouo iure. C. de seru. fu. & ibi plenius per Bal. † Quid aũt appel-

10 c letur mẽbrũ, [c] & nunquid digitus sit membrũ, vide ꝓ Bart. in l. 2. ff. de pub. iu. vbi concludit mẽbrũ appellari, quod hẽt ostiũ seperatũ, & distinctũ ab alijs mẽbris; vt oculus. 55. dist. c. si euangelica. vel manus, aut pes, vt in d. auth. sed nouo iure. digitus aũt nõ est proprie mẽbrũ, sed pars mẽbri. Ego ad hoc allego bo. tex. 89. dist. c. lingula, vbi appellatur membrũ, quod habet officium distinctũ; ex quo põt inferri, ꝙ incidẽs alicui digitum, non est effectus irregularis; secus si totã manum, vel oculũ, aut pedẽ. Respũ secundi, quis possit dispensa

11 re, dicã latius ℑ. c. prox. † In gl. pen. ibi, degradari debeat. dicũt doc. ꝙ melius dixisset, deponi, quia propter homicidiũ clericus non degradatur, sed deponit, vt in c. cũ nõ ab homine, de iu. sed dic, ꝙ depositio põt appellari degradatio, licet non sit actualis, & ita loquit tex. in c. tuæ. ℑ. de pœn. & puto, ꝙ etiã degradatus actualiter, non possit ℑhere matri. quia licet ille perdat omne priuilegiũ clericale, vt in c. 2. de pen. lib. 6. tamẽ semper remanet character, ratione cuius si de facto celebra-

d ret, conficeret verum corpus Christi, [d] vt no. ibi Io. Andr. in noue. & tenent cõmuniter Theo. licet glo. aliter ibi sentiat.

ADDITIONES.

a ¶Dici. Et hoc casu quando dies aggrauat delictum, accusator in libello debet exprimere. Bar. in l. libellorum. ff. de accu. faciunt no. per Bar. in l. non solum. §. sed reprobari. ff. de no. oper. nuncia. Ang. in tract. malefi. in verbo. in festo omnium Sanctorum.

b ¶Inutile. l. quoties. qui facit. col. j. §. quib. ff. quod cuiusc. vniu. no. sicut paria sunt vxori non habere maritum, vel habere inutilem. l. fin. & ibi gl. C. ad l. Fla. de pla. quemadmo. est eccl. non habere prælatum, & habere inutilem. ca. inter corporalia, sup. de transla. epi. Alex. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act.

¶Inutile. Vide Bal. in l. j. col. vlt. C. de ædi. edi. vbi ponit an statutum imponens pœnam debilitanti membrum, habeat locum in eo, qui debilitauit membrum inutile, de quo per Fel. ibi c. inter cæteras, col. 5. versi. aduerte, quia hæc restrictio. s. de resc. Ange in tract. malefi. in verbo. membrum. Iafa in l. de quibus. col. 9. ver. no. tamen ex glo. ff. de legi. & quod dicatur membrum, ponit Fel. in c. ego, in prin. sup. de iu. iur. & in c. cum illorũ, col. 2. infra, de sen. excommu. Seb. Sap.

c ¶Membrum. Bar. in l. non sunt, ff. de sta. ho. vbi concludit, quod stante statuto, ꝙ si quis amputauerit alicui aliquod membrum, non habet locum, si amputauerit quis digitum, consuluit idem Bar. in consi. inci. quæritur, an digitus, Bal. in c. 1. de no. for. fid. Ang in tra. male. in ver. ex quibus. Bal. in l. reos. C. de accu. in 3. col. ver. quæro hic quid est membrum. Et an barba dicatur membrum, ibi per eum, per Bal. & Imo. in l. 2. ff. de pub. iu. Bal. in l. data opera. in 12. col. C. qui acc. non pos. ver. in corpore. vbi quærit de mammillis, genitalib. de barba, & labijs. Se. Sap.

d ¶Conficeret verum corpus Christi. Adde quod no. in c. non potest. & quod ibi posui in apost. ad ipsum. nu. 1. sup. de sen. & re iudi. Zac.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus matrimonium non potest contrahere.*
2 *Religio appellatur ordo.*
3 *Clericus in sacris, ducens vxorem, debet compelli illam abiurare.*
4 *Clericus in sacris contrahens matri. perdit executionem omnium ordinum, nec de facili secum dispensatur.*
5 *Episcopus an possit dispensare cum clerico in sacris, qui matrimonium contraxit.*

CAP. II.

1 EX literarum. †Subdiaconus matrim. ℑhere non potest. cõsultatio, & responsio. Secunda ibi, super quo. Casus lit. Quidam subdiaconus copulauit sibi quandam mulierem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem in vxorem. Episcopus eius fecit illũ abiurare ipsam, mit
tens ipsum domino Papæ, petens quid sit de ipso faciendũ? Papa cõmendans ipsum, mandauit quatenus, si ad religionẽ trãsire voluerit, & dignus apparuerit, poterit concedere illũ ad maiores ordines promoueri; quod si ad religionẽ trãsire noluerit, nec in subdiaconatu permittat illũ ministrare, neque ad maiores ordines trãsire, sed in minoribus poterit mi
2 nistrare. † No. i. q religio appellatur ordo, forte sic dicta fm Doct. quia ordinata & approbata esse debet, vt in c. fi. de reli.
3 do. † Secundo no. q clericus in sacris ducens vxorẽ, debet cõpelli ad illã abiurandã, idest cum iuramento remittendã,
4 & renunciandã, ita, quod vlterius eã non admittet. † Tertio no. q constitutus in sacris contrahens matrimoniũ perdit executionẽ omnium ordinum, nec de facili dispensatur se
5 cum in sacris. † In glo. pe. in fi. No. vlti. solutionem, q Episcopus põt iure suo dispensare cũ clericis, qui in sacris ȝerunt matrim. & hanc opi. tenet hic Inn. sentit ẽt Host. dicẽs, quod in cap. præcedenti Papa ostendit Episcopis potestatẽ eis cõcessam ad iuris rigorem temperandum; hic vero loquitur de rigore, qui seruandus est in duobus casibus. Primus, si po pulus scandalizetur; cessat aũt scandalũ isto volente intrare religionẽ. Secũdus casus, cũ timetur, ne multis grassantibus, locus sit exẽplo, in c. j. de postul. præl. vel secundum Gof. in c. præcedenti. erat pœnitens, & contritus; hic aũt secus, nã iste expectauit cõpulsionẽ Episcopi, vnde sponte nõ dimisit vxo rẽ, & vtraq; solutio est bona. Dic ergo concludẽdo materiã, q iste clericus incidit in bigamiã, vt quia de iure, aut de facto contraxit cũ duabus, vel cũ vna corrupta, & cũ tali non dispensat Episcopus, vt in c. nuper. & c. 2. de bigam. Aut cõtraxit cum vnica virgine; & tunc, si est contritus, & pœnitens, Episcopus potest dispensare, vt in c. præced. & clarius in c. sane. de cleri. coniu. aliàs autem non debet dispensare, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Votum solenne impedit matrimonium, & dirimit post contractum.*
Votum simplex impedit matrim. contrahendum, sed non dirimit post contractum.
2 *Vouens religionem, compelli debet ad intrandum religionem; sed si matrim contraxit, non compellitur, & tenet matrimo.*
Vinculum fortius superueniens, tollit votum primum.
3 *Votum religionis, dicitur votum simplex, nisi professio sequatur.*
4 *Votũ religionis solennizatur per professionem tacitam, vel expressam.*
Habitus religionis susceptio, an votum solennizet?

CAP. III.

3 MEminimus. †Votum solenne impedit, & dirimit matrimonium post contractũ, votum simplex, autem impedit cõtrahendũ, sed non dirimit post ȝctũ. In prima decisa consultatio. In secunda distinguens responsio. Secundum membrũ, ibi, verũ. Casus liter. Aliquis suscepit habitum religionis, quæritur, an possit postea cõtrahere matrim. Respõdet Papa, q si se deuouit religioni, & professionem fecit, postea matrim. ȝhere non põt. quod si ȝxerit, cõpellendus est eã dimittere, & ad monasteriũ redire. sed si nec habitũ susce perit, nec professionẽ; sed solummodo votũ fecit, si postea ȝxit non est cogendus ad religionem transire, nec matrimo
2 nium debet rescindi. Ber. † Nota. j. quod licet vouẽs se intraturum religionẽ, debeat compelli ad intrandum, iuxta not. in c. porrectum. de regu. & in cap. ex parte. de censi. tamen, si antequã ingrediatur, contraxerit matrimo. non debet compelli ad dimittendum vxorem, quia per fortius vinculum su
a perueniens, tollitur votũ primum, a vt in cap. vnico. de voto.
3 lib. 6. facit cap. qui post votum. de reg. eo. tit. & lib. † Secundo nota quod votum de intrando religionem dicitur simplex, & non solennizatum, quoad matrimonium dirimendũ; nisi per professionem subsequentem, de quo in cap. vnico;
4 præalle. lib. 6. & idem dic in voto continentiæ, vt ibi. † In glo. nec habitum, in fi. de hoc dic melius, vt dixi in cap. ex parte. & in cap. consulti. & in cap. statuimus, de regu. & vide tex. cum gl. in clem. eos. de reg. Et in effectu dicendum, quod votum solennizatur per professionem, nedum expressam, sed tacitam, vt in dicto capit. vnico. vnde dicendum est, an, & quando susceptio, seu delatio habitus inducat professionem, & dicendum, vt dixi in dictis iuribus præall.

ADDITIO.

a ¶Votum primum. Facit, quia multa facta tenent, quæ fieri prohibentur, cap. quemadmodum, supra. de iu. iu. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iu.

SVMMARIVM.

1 *Habitus susceptio sine professione, impedit matr. contrahendum; sed non dirimit contractum.* 3.
Habitus professorũ susceptio extra religionẽ à non habẽte potestatẽ. Incorporandi religioni, impedit matrim. contrahendum; sed non dirimit contractum.
2 *Professio religionis quomodo fiat.*
3 *Habitus probationis, vel professionis, an, & quando matri. impediat & dirimat.*
Coniugatus intrans religionem, & reuocatus ab vxore tenetur, quantũ in se est, seruare continentiam.
4 *Habitus probationis delatio per annum extra religionem, an obliget.*
5 *Professionem recipere, seu dimittere quis possit.*

CAP. IIII.

1 COnsuluit. †Susceptio habitus sine profes sione, non dirimit matri. ȝctum, sed ȝhendum impedit. hęc summatio est nimis generalis, & nimium extenditur. Vnde secundum intellectum, quẽ teneo, summo sic. Susceptio habitus professorum extra religionem, à non habente potestatẽ incorporãdi religioni, im pedit in dubio matrimo. contrahendum, sed non dirimit ȝctum. Primo consultatio. Secundo rñsio, ibi, consultationi. Casus lit. Quædam nobilis mulier vestibus pretiosis abiectis, mutauit habitum, & de manu presbyteri velum assumpsit; sed non renũciauit proprijs, nec intrauit clausturũ, nec in ma nu alicuius professa est, nec obedientiam promisit: postmodum anno elapso matrimo. ȝxit. vnde quærebatur, quid iuris sit de ipsa? Respon. Pap. sicut simplex votũ impedit matrimo. ȝhendũ, sed non dirimit ia ȝctum, ita habitus sine professione susceptus, impedit, ne ȝhatur, sed non dissoluit con
2 tractum. B. † No. j. ibi, super altare, q qñque professio fit su
a per altare, a & non in manibus superiorum, qđ intelligunt Doc. & bene, qñ fit sciente superiore, & permittente. nam de more quorũdam religionũ est, vt profitendus scribat professionẽ proprijs manibus; & sic conscriptam ponat super altare, præsente toto ꝓuentu & acceptante; nam nõ potest quis se ipsum incorporare religioni, sed oportet, q interueniat cõsensus præsidentis in illa, vt in c. ad apostolicã, sup. de
3 reg. & vide qđ ibi dixi. † Secundo no. tex. mirabilem, q susceptio habitus religionis impedit mrimo. ȝhendum, sed nõ dirimit de facto ȝctũ. Contra hoc opp. vł. n. q debeat dirimere, vt in c. super eo. de reg. & c. vidua. C. eo. ti. Sol. gl. 2. intelligit tex. de habitu probationis. ȝrium loquitur in habitu professionis, vel fm gl. 3. quandoq; apparet, q susciens habitum probationis voluit mutare sęculũ, sed hic cessabãt signa mutandi sęculũ. prima solutio nõ vł bona, quia habitus probationis ẽt non impedit matrim. ȝhendum; imo libere põssedire ad vitã priorẽ, vt in d. c. sup eo. & maxime ex quo cessabant hic signa penitus mutandi vitã, cũ non renunciauerit proprijs, nec intrauerit clausturum, vt in litera. & multum in uoluitur per Doc. intellectus huius c. Ho. intelligit inter cętera, q loquitur de habitu susceptо extra religionẽ, sed omittẽdo ea, quæ concernũt titulum. sup. de reg. breuiter quoad intellectũ huius titu. dico, q tex. procedit in assumente habitũ
b professorũ extra religionẽ, à non habente ptãtem b incorporandi eũ religioni. nã presbyter iste non habebat ptãtem recipiẽdi illam ad professionẽ, & eã incorporandi religioni, vt plene dixi in c. porrectũ, de reg. & sic ex susceptione illius habitus nõ põt ista iudicari professa. sed ex quo simꝑr mutauit habitũ, vł voluisse, quãtũ in se erat, vitam mutare, & ob seruare ꝓtinentiam; ideo ex hoc signo impedit matri. ȝhendum, sicut in simili dicimus in ꝓiugato intrante religionem, qui si reuocat ad petitionẽ vxoris, debet, quãtum in se est, ser uare ꝓtinentiam, quia, quantum ad illam seruandã, potest se obligare; vñ tex. hic appellat illum habitum religionis, & nõ probationis; & æquiparat hanc susceptionem habitus, voto simplici, quia tacite vł vouisse ꝓtinentiam; secus puto, si ab habente potestatem habitũ recepisset professionis; ẽt extra monasterium. argumen. in cap. porrectum. & cap. sicut, de reg. & pro hoc vide bon. glos. in capitu. de viduis. li 1. 27. q. 1.
4 † Quid ẽt de illo, qui portauit habitum probationis per annũ extra religionem? dic, vt habes tex. cum gl. in clem. eos. de
5 regu. & per hoc habes clare intellectũ huius c. † In gl. in ver. altare, in fi. de hac materia quis possit recipere efficaciter ad professionem, dic, vt dixi sup. post Inn. in d. c. porrectum.

ADDITIONES.

a ¶Quandoque professio fit super altare. Adde quinque modos quibus fit professio, per Car. in cle. eos. q. 2. de reg. Arch. in c. ꝙ interrogasti. 27. dist. Spe. in ti. de sta. mona. ver. 9. quæritur. & ibi. Io. An. in apo. & Car. in cle. j. §. sane, & ibi in apos. Cel. de sta. mo.

b ¶Habente potestatem. Ideo Gas. Cal. voluit hic, & communiter sequũtur Doc. quod si quis imposuit in domo sua habitum filio suo aliquorum religiosorũ propter aliquam particularem deuotionem, dato quod filius portauerit habitum maior factus, non inducit votum, nec solennes, nec simplex, sequitur hic Car. Alex.

SVMMARIVM.

1 *Votum castitatis de præsenti, impedit matr. contrahendum; ecclesia tamen quandoque permittit matri. contrahi.*
2 *Metus sæuitiæ sponsi, non habet dirimere sponsalia, nisi maxima sit sæuitia.*
3 *Haremita põt nomine vniuersalis ecclesiæ, votũ continentiæ recipere.*

Dispen-

4 *Dispensatio fit quandoque contra votum continentiæ.*
5 *Sponsalia de futuro, non tolluntur per votum simplex castitatis sequẽs.*
Votum solenne non valet contra matri. consummatum.
6 *Matrim. contrahens post votum simplex peccat, sed ecclesia permittit, vt euitetur maius malum.*
Licentia contrahendi matri. non datur post votum simplex, sed non prohibetur contractum.
Dispensatio contra votum castitatis, ex quibus causis fiat.
Episcopus an possit dispensare in voto continentiæ.
Papa potest dispensare super voto continentiæ, & castitatis.

CAP. V.

1 VEniens. †Votum castitatis de põti impedit matri. ȝhendum; ecclesia tñ ex causa matrim. contrahi qñque permittit. hoc dicit in hærẽdo literæ. Primo narrat casum, præmissa causa. Secundo ponit mandatũ ibi, nos itaque. Casus lite. Quædam mulier promisit fidem dãdo, nuptura se cuidã viro absenti, postmodũ audiuit plura de crudelitate ipsius, noluit cũ eo ȝhere; & cum timeret, ne cõpelleretur ȝhere, ipsa in manu M. heremitæ votũ cõtinentiæ promisit; non tñ locũ, vel vestẽ mutauit: vir hoc audito cũ alia ȝxit. dictus eremita ad dominũ Pa. accessit proponens ei prædicta. Ipse considerans tutius esse, vt põdicta mulier post fidem, & votũ simplex matri. ȝhat, q̃ fornicationẽ incurrat, mandat, q si nõ est am plius in facto ꝓcessum, de fide mentita, & de voto violato pę
2 nitẽtiã imponat, & ei det licentiã ȝhẽdi. B. † No. 1. q timor sę uitiæ sponsi non hẽt spõsalia dirimere. vł. n. metus vanus, q puto verũ, nisi maxima sęuitia accessisset ex post facto, ar. in
8 c. literas, in fi. de rest. spo. † Scdo no. ar. q heremita põt nõie ec clesię vłis votũ cõtinẽtię recipere, vide q dixi post In. in c. du
4 dũ, de cõuer. coniu. † No. 3. casum mirabilẽ quẽ nescio ali
bi, q cõtra votũ cõtinentię, seu castitatis ecclesia quãdoque
5 dispẽsat, de quo j. latius dicetur cũ gl. fi. † In gl. in ver. de scue ritate, ibi, si obstante voto simplici. no. gl. sin. vsq; ad fi. quãq̃ nescio alibi. vult. n aperte, q spõsalia de futuro non tollantur p simplex votũ castitatis sequens; & ideo aliqui, vt refert hic Inn. dicebãt. q votũ illius mulieris non tenuerat, ex quo prius ȝxerat sponsalia. vnde sicut votũ solẽne non valet ȝ matri. ꝑsummatũ, vt in c. qđã, de cõuer. cõiug. ita nec votũ simplex ȝ sponsalia de futuro. Ho. dicit, q votũ istius mulieris tenuit, & q Pa. de gratia dedit sibi potestatem contrahen di; nõ tamen a parte tãgit dubiũ j. d. An. videtur hic velle, q votũ castitatis sit fortius, q̃ spõsalia de futuro, & sic sentit, q spõsalia tollũtur per tale votũ, q ẽt hic sentit. Gas. Sed cõtra riũ aperte tenet Ho. in c. seq. & sequitur ibi d. Ant. dicit enim Ho. ibi, q si votũ p̃cedit spõsalia, nõ valent sponsalia. vt ibi, si autem spõsalia præcedunt votum, tunc compellitur vouẽs matri. ꝑsummatũ, vt in c. qđã, de cõuer. cõiug. ita nec votũ simplex ȝ sponsalia de futuro. Ho. dicit, q votũ istius mulieris tenuit, & q Pa. de gratia dedit sibi potestatem contrahen di; nõ tamen a parte tãgit dubiũ j. d. An. videtur hic velle, q votũ castitatis sit fortius, q̃ spõsalia de futuro, & sic sentit, q spõsalia tollũtur per tale votũ, q ẽt hic sentit. Gas. Sed cõtra riũ aperte tenet Ho. in c. seq. & sequitur ibi d. Ant. dicit enim Ho. ibi, q si votũ p̃cedit spõsalia, nõ valent sponsalia. vt ibi, si autem spõsalia præcedunt votum, tunc compellitur vouẽs aut solennizare votum. sintrando religionem, aut perficere sponsalia, ar. c. ex parte, de cõuer. coniu. & hanc puto opi.
2 veriorẽ. a nam cũ sit orta obligatio sponsõ, nõ vł, q in ipsius ꝑiudiciũ possit vouere castitatẽ, ar. j. d. c. ex parte. & pro hoc facit iste rex. Nõ ob. si dicat, q hic põderat votũ post sponsa lia emissũ. dico. n. q votũ obligauit mulierẽ quoad se, & solutis sponsalib. p sequẽs mat. p virũ cõtractũ, remãlit in suo
6 robore. † In gl. fi. ibi. ꝓparatiua ꝓmissio. vult dicere, q illa cõtrahẽdo nõ euitat peccatũ, ex quo venit ȝ votũ, sed eccla p mittit, vt euitet maius malũ, & hanc opi. tenuerũt multi extra gl. maxime In qui. exponit tex. in fi. nõ post ponas, i. non prohibeas, quasi velit; q ecclesia non dabit licentiam cõtrahendi; sed non prohibebit contractũ, ne deterius inde contingat. Sed Ho. vł velle, q ex dispensatione ecclesiæ ista contraheret, & tria fuerunt, quæ induxerunt Papam ad dispensandũ. Primo perturbatio mulieris, quia votum emisit non inspirata, sed in fraudem sponsi. Secũdo propter maius periculum euitandum, quia mulier videbatur incõtinẽs. Tertio, quia erat iuuenis, & suspecta, vnde Papa accepit à non idoneo debitore, quod potuit. hanc opi. quod ex dispensatione procedat, sensit Spec. in tit. de leg. in §. nunc episcoporum ver. 122. vbi dicit episcopũ posse dispẽsare circa votum simplex, & volens allegare hoc c. allegauit per errorem cap. præcedens, quod nihil facit, & no. sin. istud dcũ. Spec. quia nescio alibi, q eps possit dispensare in voto cõtinentiæ. nam
b glo. j. c. prox. dicit, q ecclesia potest dispensare, & nihil dicit de epo. Hos sibi sentit, q Papa solus b dispenset, & ex causa; vide gl. in c. 1. de voto, quæ voluit, q ẽt Papa non possit dispen sare in voto continentiæ, quia non est reperire maius bonũ in quod possit fieri cõmutatio. Sed quãtum ad hoc vltimũ Doc. cõiter tenent cõtrariũ, in c. cũ ad monasterium. de sta. reg. concludẽrẽ hanc materiã sic, q aut q̃rit, an papa possit; & dico q sic; ex maxima tamen eã; & loquor de directa dispẽsatione, per q̃ euitatur pcm, & de hoc dixi in d. ca. cum ad monasteriũ. Aut quæritur de epo, & in terminis huius c. puto, q eps poterit, ex quo reperimus casum cõcessum ab ecclesia; nec reperitur sibi prohibita dispensatio, facit quod no. Inn. in c. ex tenore. de tem. or. sed extrã casum huius c. seu consimiles terminos puto, q episcopus non poterit; quia ca sus est valde arduus, & dubius; adeo, q multi dicunt, etiã papam non posse, vt ȝ. dixi; vnde iste casus tanq̃ arduus debet reseruari Papæ, vt in ca. maiores. in prin. de bap. Et puto attẽ tis causis, quæ induxerunt hic papam ad dispensandum, q sine peccato iste contrahat matrimonium; tamen aget pœnitentiã in satisfactione culpæ, si qua fuit à principio, & hoc videtur velle ista litera eam non cauillando, nec supplendo.

ADDITIONES.

2 ¶Veriorem. Dubia est ista opi. firmata hic per Abba. vt late hic per Cardi. Alexan.

b ¶Papa solus. Vide tamen Bal. in c. lator. ȝ. de re iud. vbi tenet, quod si Rex habet vxorem sterilem, potest papa dispẽsare, quod ducat aliam vxorẽ vel concubinam. sequitur Fel. in c. quæ in ecclesiarum, col. 8. ver. cæterum limitatio supra de constit. Contrarium tamen tenet Bal. in l. si pater. §. in adoptionib. ff. de adoptio. & sentit Abb. in c. 1. in fi. ȝ. de voto. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Votum simplex, impedit sponsalia de futuro; sed non dirimit matrimonium sequens.*
Votum solenne dirimit matrimonium contractum.
2 *Votum castitatis seruandũ est, & alio non interueniẽte, simplex dicitur.*
3 *Sponsalia etiam iurata, post votum simplex non valent.*
Contractus iuratus contra votum non tenet.
Iuramentum non est fortius vinculum voto; vnde non valet iuramentum contra votum.
4 *Compelli potest quis ad voti simplicis executionem.*
5 *Quæstio debet esse dubia; põt tñ responderi ad satisfaciendũ quærenti.*
6 *Votum solenne, & simplex quid sint.*
Votum solenne, & simplex, æqualiter obligant apud Deũ in genere, sed in quantitate reatus differunt ex transgressione; quia transgrediẽs solenne magis peccat.
Votum solenne non dirimeret matrimonium cõtractum, nisi ex constitutione ecclesiæ.
Ecclesia non potest errare, & hæreticum esset dicere, q ecclesia erret.
7 *Votum, per q quis promisit castitatẽ respectu certæ religionis, sed non vouit omnia substantialia regulæ, nñquid dirimat votũ post contractũ.*
Votum solẽne an sit, si quis profiteretur aliquã regulã de nõ approbatis.

CAP. VI.

1 RVrsus. †Votũ solenne dirimit matr. contractũ. f. sequẽs: simplex vero impedit, sed nõ dirimit. vel aliter, & clarius. Votum simplex impedit sponsalia de futuro; non autem dirimit matri. sequens; secus in voto solenni. Primo ponitur q. Secundo distinguens solutio, ibi, vnde. & secũdum membrum, ibi quod si. Casus lit. Quidam emisit votum castitatis; & postea iurauit se ducturum quãdã iã vxorẽ, q̃ istorum seruari potius debeat, votum, vel iuramentum? Respon. Pa. q simplex votum apud Deum non minus obligat, q̃ solenne, vnde pro eo, quod iurauit temere, agat pœnitentiam, & votum suum studeat obseruare, si vero postquam iurauit, contraxit matrim. tenet, & valet; quia votũ simplex matrim. impedit contrahendum, sed non dirimit iam contractum.
2 B. † No. quod votum castitatis seruandum est, & alio non in
3 terueniente, dicitur simplex. † Secundo nota, quod sponsalia etiam iurata post votum simplex non valent. Ex quo infe ro, quod contractus etiam iuratus contra votum nõ tenet, quod notabis; & sic iuramentum non est fortius vinculum voto; vnde non valet iuramentum contra votum, sed est te
4 merariũ. † Item no. quem posse compelli ad executionẽ sim
5 plicis voti. † Vit. no. q quæstio debet esse dubia; tamẽ potest a
a responderi ad satisfaciendũ quærenti. † In gl. 2. hæc gl. prin
6 cipaliter facit duo. primo instat, ponẽdo diuersitatẽ inter vo tũ simplex, & solẽne: Scdo declarat, q dicitur solenne, & q simplex; & incidẽter tangit vim simplicis, & solẽnis. secũda,
b ibi, & qa. Circa primã partem conclude, q votũ solenne, b & simplex æqualiter obligant apud Deũ in genere; sed in q̃tita te reatus differũt ex transgressione: nã trãsgrediens votũ so lẽne, grauius peccat, q̃ transgrediens votũ simplex, vt colligi tur ex c. virginib. 27. q. 1. iuncto c. præcedenti. Itẽ in se eandẽ
c vim obtinẽt c quoad impediẽdũ futurũ matri. sed ex constitutione ecclesiæ, votũ solẽne est fortius; quia impedit, & diri mit matrimon. post contractum, & sic vult gl. q si constitutio

ADDITIONES.

a ¶Dubia, tamen põt. l. q. Labeo. ff. de Carb. edicto. Bal. in Lancillã. C. de fur. ideo secundum. d. An. quæstionẽ non dubiæ, non est aliter respondendũ, nisi quando non habet dubium, per modernos, in l. illam. C. de col.

b ¶Votum solenne. Adde, quod dicatur votum solenne. Spe in ti. de iu. iu. ad fi. in ver. in sum. no. qui al. glo. or. in isto c. de quo per Bar. in l. adigere, §. fi. de iu. pa. & Ho. in c. ex parte. de cen.

c ¶Obtinẽt. Ratio est, q a ita dirigitur in Deũ simplex votũ, sicut solẽne. cap. magnæ. ȝ. de voto. cum de vtroque est dictũ, vouete, & reddite prętercа ita est ꝑpetua obligatio voti simplicis, sicut solẽnis, vt hic q Card. Alex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio ecclesiæ nõ esset,teneret matrimon.cõtractum à religioso, vel presbytero seculari; qđ clarius tenet Hosti.& cõmuniter Doctor.sequuntur.nam, vt dicit Hosti, de iure diuino, quædã personæ ꝓhibentur à ϑhendo matrimonio,de quib. nota.in capitu.literas.de restitu. spolia. inter quas vouẽs nõ reperitur prohibitus.vnde oportet dicere,quod aut ecclesia erat in seruando matrimo.post votũ simplex,aut quod etiã hodie possit statuere,vt matrimo.contractum post solenne votũ teneat , nã si vtrunque æqualiter obligat apud Deũ, sicut seruatur in simplici,ita possit seruari in solenni.nec est dicẽdum,qđ ecclesia erret,quia non longe esset ab hæresi. 24. q.1.capitu.hæc est fides.& hãc opinio.tene,pro qua facit capitu.vnicũ,de voto.libro.6.& ibi videas per Ioan.Andr.quare ecclesia noluit matrimo.tenere post votũ solenne.Quidã tñ tenuerunt oppositũ,dicentes omne votum impedire, & dirimere matrimo,post ϑctum;sed votum simplex non dirimit ex constitutione ecclesiæ,sed tene primũ . Circa secundam quæst.tene hodie,qđ habetur in d.capi. vnico. de voto.

7 per qđ determinatur ista cõcertatio antiquorũ. † Sed circa vnũ versatur dubiũ modicũ,pone,qđ aliquis promisit castitatem respectu certę religionis;sed nõ vouit omnia substãtialia regulę,an unquid matrimo.postea contractum teneat. Domi.Anton.multum instat,& in effectu concludit, qđ aut quis vouit omnia substantialia religionis , sed non respectu certę religionis;& votum dr simplex; vnde non dirimit matrimo. post contractum per illud capitu.vnicũ.de voto ; aut vouit omnia substantialia respectu certę religionis,ita quod efficaciter est obligatus religioni:& tũc est certum, qđ matrimo.non tenet,vt hic,aut vouit castitatẽ tãtũ respectu certę religionis;& tũc dicit, quod votũ est solennizatum, & nõ tenebit matrim.sequens,licet iste non sit vere , & strictę religiosus,vt quia nõ obligauit se ad paupertatem,seu obedientiam;& hoc per illud capitu. vnicum. Sed ego semper tenui oppositum,quia illud capitu.requirit ad solennitatem voti, quod professio fiat alicui de religionibus approbatis ; & sic quod quis profiteatur religionem approbatã , ergo votum non dicitur solenne.vnde puto,quod ad hoc,vt votum dicatur solenne,oportet,quod quis profiteatur aliquam de religionibus approbatis,ita,vt vere sit religiosus illi[9] religionis, & hoc vĩ velle litera illius capit.vnici , si bene consideretur .

SVMMARIVM.

1 *Votum solenne impedit, & dirimit matrim.contractum.*
2 *Professio an valeat facta in manibus alicuius religionis.*
3 *Coactio modica non excusat etiam mulierem.*
4 *Femina põt ꝓfiteri religionem masculorum, & morari in domo ꝓpria. Habitus susceptio inducit tacitam professionem.*
5 *Professio emitti an possit in domo propria in manibus episcopi, vel Abbatis.*
Professus in domo ꝓpria põt de licentia superioris bona sua possidere.
6 *Monachus an possit perpetuo manere in prioratu manuali de licentia superioris.*
Monachus an sibi possit reseruare proprium ex pacto.
Conditio in professione apposita,quod monachus, reseruet sibi propriũ, an valeat.
Pactum,quod monachus habeat proprium,an valeat.
Pactum contra naturam contractus quid operetur.
7 *Metus an sequatur ex Regis,siue principis Imperio.*
8 *Dignitas, & potentia aduersarij an sufficiant ad probandum metum.*
Reuerentia parentum, vel mariti,an causet iustum metum.

CAP. VII.

1 IN sinuante. † Votum solenne impedit, & dirimit matrim.post ϑctum . Primo ponit factũ.Secundo diffiniẽdo cõmittit, ibi,nos igitur. Casus lit. Quida curiales Regis Legion.supplicauerunt ipsi Regi,vt l.nobilẽ mulierẽ , faceret copulari in matri.cuidam viro.cum istud ad notitiã cõsanguineorũ pueniisset,ipsi eidẽ mulieri consuluerunt,vt virum acciperet; & ipsa respõdit,qđ nubere nollet, cõsiliũ recipiẽs ab eisdem,quod votum emitteret castitatis,quod & fecit in manibus cuiusdã de fratribus S.Aug.hoc adiecto tenore,vt in domo sua cũ omni substantia remaneret; & sic in habitu eiusdẽ ordinis postea per biẽniũ permansit . tandẽ considerans,qđ inuita metu Regio.vt asserebat, votum emiserat,eo dimisso,matri.publice ϑxit,de parentũ cõsilio,quæ desiderãs animæ suæ cõsulere,significauit hoc d.Papæ. Vnde ipse scribit duobus Episcopis , considerans,qđ in emissione voti qđ præcessit,nulla,vel modica coactio interuenit,quã ẽt patientia sequentis rẽporis ꝓfugauit,& coniũctio iniqua fuit,mãdat,quatenus,si ꝑdicta vera sunt,mulierẽ ꝑdictã moneãt, vt habitũ male dimissum reassumat,& seruet,qđ vouit; & si opus fuerit,p censurã ecclesiasticã cõpellant eãdẽ.Ber.No.1.

a ꝙ tenet professio facta in manibus vnius[a] ex religiosis[b] ali-
b cuius monasterij.sed quidã intelligunt,& bene,quod iste fra-
c ter habuit mandatum[c] à superiore;seu toto capi.alias non potuisset istã incorporasse religioni , de quo vide quod no.
3 in c.porrectũ,& in c.ad Apostolicã,de reg. † Secundo no.ꝙ promissio alicuius ex substantialibus regulæ , vna cũ susceptione habitus religionis,inducit plenã ꝓfessionẽ ; & obligat quoad omnia substantialia.pro hoc facit, quod sola susceptio habitus religionis fuisset ꝑ se sufficiẽs, vt ĩ c.super eo. de regu. † Tertio no.quod modica coactio , non excusat ẽt mulierẽ,pro hoc capi.consultationi.s̃:de spõ.in glo. 2. in fi.
4 † No.ex ista glo. iuncto tex. quod fœmina põt profiteri religionẽ masculorũ in manibus eorum,& erit vera religio:licet nõ intret monast.monalium , sed moretur in domo ossua. [d] & inquantũ glo.ponderat susceptionẽ habitus ꝓfessorum,dic idẽ sine susceptione habitus; dũmodo fecerit ꝓfessionẽ expressam,vt in capitu.porrectũ,s̃.de regu. sed ponderatur susceptio habitus ad inducẽdũ tacitã ꝓfessionẽ, vt
5 in capit.vnico,de voto.li.6. † In gl.in ver.in domo. in fi. No. bene vltimã lectu.gl.q̃ tenendo opinio.suã,de qua in capitu. fin.s̃.de condi.ap.dat mirabilẽ intellectũ ad istũ tex.& hãc lectu.sentit primo Innoc.hic dicens, qđ in domo propria põt qs ꝓfiteri in manibus episcopi,vel abbatis , & qđ episcopus, vel abbas põt sibi statuere certũ locũ,vbi moret̃,& dare sibi sua bona in administratione;nec hoc est ϑ substantiã monachatus.
6 No hoc dictũ singulariter,qđ abbas nõ põt perpetuare mõnachũ in prioratu manuali,vel in alio loco , quomin[9] possit eũ reuocare ad libitum,argu.in c.cum ad monaster. de stat. reg.vbi tetigi.Et intellectum huius glos. & Inno. ponit Bar. in authen. ingressi, C.de sac. san.eccle.licet non alleget glo. vel Inn.Et videtur hoc contra dcm d.Ant.in c.fi.supra de cõdi.ap. vbi dicit non valere pactum , ẽt vt habeat bona in administratione;quia videtur saltem appropriare sibi ex debito illã administrationẽ.hic autẽ volendo sustinere hunc cõmunẽ intellectum dicit,hoc posse procedere,nõ ex iure ẽjus to monacho;sed ex pollicitatione obligante abbatẽ , ar.eorum,quæ no.Io.And.in reg.non est.de reg.iu.li. 6. in Mer. & est dcm satis coloratũ.Sed ego vltra ea,ꝙ tetigi in d. c.fin.sic distinguerẽ in materia,ꝙ aut quis simpliciter ꝓfitetur cum protestatione,seu conditione de suis bonis renẽdis , & vĩ indubio,qđ reseruauerit sibi illa bona, vt obedientarius monasterij;quia verba apposita in contractu debent intelligi secundum naturam contractus,vt in l.si vno. in prin.ff.lo.maxime,vt res potius valeat quã pereat.l.quoties.ff.de verb. ob. & in abbatẽ.ĩ.de ver.si.ẽt impropriatis verbis, vt hic est tex. secundum vnum intellectum, quem ad hoc bene notabis. Aut cõstat,ꝙ sibi reseruare voluit ꝓprium,ita,qđ non est locus intẽptationi;& tunc si fit reseruatio p viam cõdõnis spẽsiuę,vĩ resolutiuę,vitiat actus,& nõ cõdõ ꝑ d.c. fin. & qđ ibi plene dixi,Itẽ si fiat p viã pacti,vt si fuit dcm,ꝙ nec aliter, nec alio modo ꝓfiteri ĩtendo;nã hæc verba habent vim cõdõnis,vt sentit Bar.ĩ d.auth.ingressi , aut simpliciter p vĩ pacti,vel modi.reseruat sibi ꝓprietatem,vel facultatẽ cõtrahẽdi matri.& iste casus est multum dubitabilis.nam Bar.tenuit in d.auth.ingressi,ꝙ vitiat pactum,& nõ ꝓfessio ; & forte tenuit illã opi.qa alibi ipse tenuit nõ valere pcm cõtra substãtiã cõtractus,vt ipse no.in l.vbi ita donat. ff. de do.cã mor.ꝓ
c l.cum ꝑca.ff.de prec. Sed ego putarẽ oppositum . [e] vnde dicerem,

ADDITIONES.

a ¶In manibus vnius.Ita no.Spc.& Io.An.in locis in ꝓx.mea apo.all.ꝙ ego amplio,ẽt si à nemine esset recepta,qa valeret nihilominus talis ꝓfessio vt no.gl.in c.vidua s̃.de reg.& Gemin. & qđ post eum addidit Celsus in c.ꝙ interrogati. 27.dist.& 27.q.1.in c.vidua. & ibi Arch.ꝙ an sit indistincte verum,no.Card.in cle.1.§.sanè,de sta.mo.& Spe.eo.ti.versi.ix.Zach.
b ¶Ex religiosis.Iste tex.allegatur ad hoc,quod sacerdos potest tanquã publica persona alteri stipulari,vt per Iaſ.in l.1.§.huius studij.col.pe.ver.item per istum tex.ff.de iust.& iu.vbi ponderat istum tex.velle hoc procedere,etiam in sacerdote non parochiali.Seb.Sap.
c ¶Mandatum.Fuit opi.Io.An.secundum Car.Fl.hic,quod sufficit ratihabitio,vt per Inn.& Io.An.in c.porrectum,supra de reg.
d ¶Sua.Cum suis rebus ad vsum suum,& proprietas erit monasterij, & de intellectu istius c.posuit In.c.ex parte.il 2. supra de conuer. cõiu. & ibi Aut.de Bu.per Cal. consi.v.de regulari.
3 iugio. † Secundo not. quod copula potest esse notoria, vt puta,secundum Doct.si publicè tenebat istã mulierẽ, argu. in l.si vicinis scientib.C.de nup.Et no.hoc dictũ, ꝙa facit ad materiã.c.vestra.de cohab.cle.& mu.vt fornicatio clerici dicatur notoria sine alia probatione,si publicè tenet cõcubinã,pro quo vr̃ tex.in c.tua.e.ti.iuncta gl.in ver. nõ ex euidentia.ꝙ hoc clare vult,& eam notabis. † Vlt.no.ꝙ de eo, quod
4 est notũ iudici,vt notoriũ,põt iudex ferre sententiã sine testi
b bus,[b] ẽt si sit notoriũ facti transeuntis, vt hic notabiliter ꝓbat,pro quo vide bo.tex.cum gl.in l.1.C.qui & aduer. quos.

ADDITIONES.

a ¶Contrahitur affinitas.Adde quod notaui in apost.ad istum. in c. literas, nu.5.& in apost.in ver.per illicitum coitum.supra,& desp. impub.Zach.
¶Affinitas.Vide Fel.in c,per tuas,col.1.ver.nota.2.de proba.Seb.Sap.
b ¶Sine testibus.Vide And.Sic.in c.euidentia, infra de accu. Ab. in c. ad nostram,il 3 .supra de iureiu.vbi Bal.dicit,quod in notorijs,ordo est,ordinem non seruare.Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Incestuosus matrimonium contrahere non debet,sed si contrahit,tenet & tunc tenetur reddere debitum.sed non potest petere;& non minus tenetur vxori necessaria ministrare.2.& 3.*
3 *Maritus priuatur facultate exigendi debitum.*
Incestus non soluit matrimonium prius contractum.
4 *Delicta plura quandoque oriuntur ex eodem facto,& ambo punienda.*
5 *Adulterium committit etiam coniugatus cum soluta.*
6 *Episcopus,dispensare an possit,super facultate petendi debitum.*
7 *Vxor,an possit negare debitum marito incestuoso petenti.*
Vxor,an possit remittere marito penam petendi debitum.

CAP. IIII.

1 TRansmissæ. † Incestuosus,matrimonium contrahere non dẽt,sed si cõtrahit, tenet;& tunc tenẽ reddere, sed nõ potest debitum exigere, & non minus tenetur vxori necessaria administrare. Primo consultatio. Secundo respõsio,ibi,quia vero.Casus li.Quidã habebat vxorẽ, ea defuncta filiã vxoris defunctæ cognouit,postmodũ aliã accepit,& nihilo minus cũ priuigna publicè delinquebat, & quęsitũ fuit à Pa.qualiter in facto isto esset agendum,& ipse respõdet, ꝙ vxori legitimę cohabitet,& necessaria subministret,nec eam cognoscat,qnãdiu vixerit,nisi ab ea fuerit requisitus, & donec cum ea permanserit,pro incestu, & adulterio pœnitentiam agat pro imponentis arbitrio, & si superuixerit vxori,
2 sine spe coniugij perseueret B. † Not.1. ꝙ licet maritus priuet facultate exigendi debitũ, nõ tñ p hoc relcuat ab onere
3 administrãdi vxori necessaria.† Secũdo no.ꝙ incestus nõ dissoluit matr.prius ꝓctũ;licet priuet facultate exigẽdi debitũ.
4 † Vlt.no.ꝙ ex eodẽ facto oriũt̃ qñq; duæ species delicti, ambæ punibiles.nã hic ex copula cum priuigna, commisit iste incestum,& adulterium:incestum, quia cognouit affinem; adulterium,quia ipse erat coniugatus, & de quolibet potest accusari,& puniri,pro hoc l.si adulteriũ, cũ incest.ff.de adult. plene per Bar. in l.senatus. ff. de accu. & vide quod no. in c.
5 virginib.27.q.1. † Et ex hoc no.ꝙ de iure cano. coniugatus
a dr̃ cõmittere adulteriũ, [a] ẽt cognoscendo solutam, [b] ꝓ quo
b vide tex.32.q.4.in c.nemo, & c.dicat. licet aliud videatur de iure ciuili.de quo vide tex.& glos.in l.1. C. de adul. &l. inter,
6 ff.co.† Primo hic q̃ritur,nũquid possit dispensari cũ isto sup exactione debiti?Doc.dicũtꝙ sic.nam si ecclesia dispensat, vt possit contrahere de nouo,vt no.supra eo.c.1.fortius potest dispensare,vt post ꝫctum possit exigere,intellige cã sub-
7 sistẽte,puta iuuẽtutis. † Vlt.q̃rit̃,nunquid vxor possit denegare marito incestuoso petenti debitum.Hos. qđ sic, fretus authoritate domini.32.q.1.in c.dixit,dicit tamẽ, ꝙ si vxor
4 duo. 35.q.6.† Vlt.no. ꝙ mr̃imoniũ separat̃ pp ꝓpinquitatẽ
5 p̃cedentẽ ꝫctu,etiã per illicitũ coitũ.† In gl.1.in fin.no.bene istã gl. & expediendo hanc materiã cum gl.fi.distingue plene sic,cum quęrit̃,nunquid valeat confessio coniugũ in cã mr̃i moniali, aut agitur de matrimonio ꝫhendo, aut de iã contracto. primo casu sola fama de impedimẽto sufficit ad impediendũ matrimoniũ,ẽt si in sponsalib.interuenisset iur̃m, tex.est no.in c super eo.ꝫ.ti.ꝑx.Itẽ ad dictũ vnius,scilicet tertij impedit̃ mr̃imonium ꝫhendum, si non interuenit iur̃m, vt est bo.tex.in c.præterea.il 2.de spõ.& in c.super eo,de testi. Et ex illis duob.c. vr̃ inferẽdũ, ꝙ plus probet fama, quã vnus testis.qa (vt dicit) sola fama impedit, ẽt si interuenit iur̃m; secus in dicto vnius.Sed ego crederẽ, ꝙ si vnus testis oĩno inter ger ꝓfiteret impedimẽtũ,impediret mr̃imoniũ, ẽt si iuramẽtũ interuenerit, qa vnus testis nõ minus ꝑbat, quã fama, ad hoc,ꝙ no.in c.veniens de testi.& in.c.1.de app.facit ca.super eo.s.1.ꝫ.de testi.vbi videt̃ quasi casus.Et ad c.præterea,respõ deo,ꝙ ille testis non erat omnino integer; tũ quia allegabat turpitudinẽ suam; tum qa deponebat sine publicatione sui nominis, contra c.2.de testi. Aut sponsi confitẽtur impedimentum, & puto sufficere eorum confessionẽ ad impedien dum matrimonium, etiam si interneniss̃et in sponsalibus iurametum.Ratio,quia cum possint sibi remittere illam obligationem iurat̃,vt in c.2.respon.præsumptio est,ꝙ nõ cõfiteãtur falsum,& sic restringo istũ tex. vbi agitur de ꝫcto matrimonio; & sic proprie loquit̃. Aut alter ex sponsis ꝓfitetur impedimentũ;& tũc aut ꝓfitet̃ ille,qui stat ꝫ sponsalia, & non puto sufficere,quia confessio per se nõ valet. 14.q.2.in prin. Et si diceremus cõtrariũ, facile dissoluerent̃ sponsalia;cũ appetentes separationẽ cõfiterentur impedimentũ. Aut ꝓfitetur is,qui stat pro sponsalibus;& tũc sufficit eius ꝓfessio, arg. c.attestationes,& quod no.ibi Host.ꝫ.de despon.impu.Secũdo casu principali,cũ agit̃ de contractu, dic, ꝙ aut confessio tendit ad separationem;thori, & valet confessio contra confitentem;vnde, si vxor confitet̃ adulteriũ, sibi præiudicat, vt in c.ex literis, de diuor. quia per hoc nõ separatur vinculum matrimoniale. Aut confessio fuit super subst̃atia vinculi mr̃i monialis;& sic ꝓ mr̃imono valet,dũmodo nõ veniat in prę iudiciũ alterius matrimonij, de quo ꝓstat, vt le. & no. in c.2. de clan.despon Aut ꝓfessio fit ꝫ matrimonium; & tunc aut coninges ꝓfitentes,stant ꝫ mr̃imoniũ; & non valet cõfessio; eſt pro confitentibus.† Fama tamen per se non sufficit ad dirimendum matrimoniũ,vt in d.c.si duo, & hoc tenuit hic d. Ant.ꝙ satis placet,& sic limita istud c.si duo.Aut cõfessio fit à coniugibus stantib.pro mr̃imonio; puta,qa iudex inquirit ex officio, vel tertius accusat; & tũc si concurrit fama cum cõfessione,videtur tex.no.in d.c.si duo,ꝙ debet separari matrimonium, & hoc voluit ista glos.hic respondendo ad contrarium illius c. † Abb. tamen dicit dispositionem illius ca.
7 processisse de iure antiquo,quãdo prohibitio ꝓiugij extendebat̃ ad 7.gradũ; quia probatio ꝓsanguinitatis nõ poterat de facili haberi vsque ad aliũ gradũ, sufficiebat fama de impedimẽto ꝓsanguinitatis cũ ꝓfessione ꝓiugũ, sed cũ hodie ꝑhibitio sit restricta ad quartũ gradũ,vt in c.non debet,ꝫ.ti.proxi. debet aliter probari cõsanguinitas prout habetur in c. licet ex quadam,de testi.D.Ant.admitit dictum Abb. cum agitur de impedimento consanguinitatis. sed vbi ageret̃ de alio impedimento clandestino, puta de affinitate illicitè ꝫcta, putat sufficere famam cum confessione coniugũ. ſatis hoc dictũ vltimũ placet,sed puto, ꝙ etiam in primo casu, sufficeret fama cũ confessione coniugũ Nõ ob.dictũ Abbatis,rõ,qa ex quo ꝓfessio emanat ꝑ stãtibus ꝑ mr̃imonio,nec est præsumptio collusionis,stãdũ eẽt ꝓfessioni ẽt sine fama qa nõ est ꝑsumptio,ꝙ quis confiteat falsum contra se,l.fi.C.arb.tute.Et hoc voluerunt cõiter Doc. in d. c. attestationes, & Host.hic. fortius ergo valet cofessio, quando habet concomitantiam famæ,nec ob.l.licet ex quadam;quia loquitur; quando non adest confessio coniugum stantiũ pro mr̃imonio; ita quod indistinctè intelligerẽ rex.in d.c.si duo. Aut alter eorũ tantũ confitet̃,matri.& tunc aut ille, qui confitet̃, stat contra mr̃i. & nõ valet,etiam si concurrat fama per rationẽ supradictã. Aut confitetur ille,qui stat pro matr.& tunc dicit d.Ant.ꝙ si allegat turpitudinẽ suã,nõ probat, etiam cũ fama, alleg.no. per Arch. in d. c. si duo. Sed certè Archid. etiam infert contrariam opin.& illam puto veriorem, quia vbi agitur de periculo animæ, auditur allegans turpitudinem suam, vt ple-

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non separatur ad confessionem coniugum,qui dicunt affinitatem præcessisse,etiam si rumor vicinæ consentiat.*
2 *Matrimonium non ab homine,sed ab ipso Deo dependentiam habet.*
Confessio coniugũ quare matri.non noceat?quandoque tamen nocet.
3 *Rumor vicinię,quid sit.*
Fama quid sit.
Medietas,venit appellatione partis.
Pars aliqua,quid importat.
4 *Matr.separatur propter affinitatem præcedentem;etiã ex illicito coitu.*
5 *Matr.ex quorum dicto,seu confessione impediatur,& dirimatur.*
6 *Fama per se non sufficit ad dirimendum matrimonium;nisi cum alijs currat adminiculis.*
7 *Consanguinitas quomodo probetur hodie; quia est restricta ad quartum gradum.*

CAP. V.

a 1 SVper eo. [a] † Non separat̃ mr̃imoni.ad confessionẽ coniugũ,qui dicunt affinitatẽ ꝑcessisse:ẽt si rumor vicinię consentiat, & casus multũ allegabilis.Primo ponit quæstionẽ cundo solutionem,ibi,tuæ.Casus lit.Quidam contraxit trimonium cum quadam muliere,& tam ipse,quã vxor fitebat̃,ꝙ quandam consanguinẽã vxoris suæ,antequã ea contraxisset,carnaliter cognouit;& aliqua pars vicinæ lud acclamabat,quærit̃ an sint separandi. respon. qđ pp rũ confessionẽ tm̃,vel rumorẽ viciniæ,separari non debent quia multi quandoque colluderent adinuicẽ, & ad consionẽ incestus facilè ꝑsilirent,si ꝑ eorũ confessionẽ crederẽ separari.& rumor vicinię non est adeo validus, ꝙ bene c iuncti,debeãt separari;nisi rõnabiles,& fide dignæ ꝑbatio
2 accedant.B. † No.1.regulã, ꝙ ad confessionẽ coniugũ ꝑ mr̃imoni.non debet fieri matrimonij separatio. Et rõ hu
b dicti est,ꝙ matr.nõ hẽt depẽdẽtiã ab hoie,sed ab ipso Deo recipit indissolubilitatem.33.q.3.c.quos Deus coniunxit. 35.q.10.in c.1.iõ confessio non nocet,cũ principaliter
3 fit contra confitentẽ. † Secundo no.ibi,aliqua pars vicinæ iuncto ver.rumor,ꝙ rumor viciniæ ꝑprie dr̃,cũ aliqua ꝑs vicinię aliquid asserit;&in hoc differt rumor à fama;nam ma ꝑprie,est,quã do tota ciuitas,seu vicina, vel maior ꝑs
c reclamat,vt no.in c.inquisitionis, in fin. ꝫ. de accus.rumor aũt est,quando aliqua ps clamat,puta tertia, vel quarta ꝑs
d nã licet appellatione partis veniat medietas, [d] vt in c.2. spon.

ADDITIONES.

a Super eo.Quod talis confessio præiudicet, si concurrat cum eo fama nere videtur Arch. in c.si duo. 35. q. 6.secus dicens de rumore. Bal Bellen.
b Sed ab ipso Deo.Adde istum in c.fi.& ibi remissiue posui in apost.ad i in ver.iure diuino,in fi.c.supra de spon.duorum.
c ¶Rumor.Ale.in l.de minore.§.plurium. ff. de quæstio vide singulare Bar. in l.Pacumenius. ff.de hær.inst.gl.in l.3.§.eisdem, de testa.per di.Flor.& Host.in c.qualiter,& quando.infra de accu.
d ¶Veniat medietas.Adde videre de hoc Ant.Corſ.sing.suo 203.in ver. vbi ferme in terminis,& ibi quid veniat appellati.partis,& quid datur dictio aliqua,vt hic,quod tamen limitabis per eum. s. nisi adiuncti apparet non posse intelligi de particula aliqua,seu medietas partis,vt plene per Bar.in l.interdum.ff.de hær.institu.de quo etiam in apost.ad istum in c.pastoralis.nu.11.in ver.bona glos.in cle. vnic. of.dele.Zach.

spon.de deci.lib.6. & in l.nomẽ filiarũ.§.portiones.ff. de ver. sig.tamen vbi adijcitur verbũ, aliqua tunc verificatur in qua libet minima particula;quia dictio aliqua, restringit,de quo vide bo.gl.in cle.1.de fo.comp.quã tenebis ad hoc menti. Et sic intellige gl.hic,qui dicit aliud est fama,aliud rumor, & ꝙ in minus se hẽt rumor,quã fama, & similem gl.habes, in c.si

4 duo. 35.q.6.† Vlt.no. ꝙ mr̃imoniũ separat̃ pp ꝓpinquitatẽ

5 p̃cedentẽ ꝫctu,etiã per illicitũ coitũ.† In gl.1.in fin.no.bene istã gl. & expediendo hanc materiã cum gl.fi.distingue plene sic,cum quęrit̃,nunquid valeat confessio coniugũ in cã mr̃i moniali, aut agitur de matrimonio ꝫhendo, aut de iã contracto. primo casu sola fama de impedimẽto sufficit ad impediendũ matrimoniũ,ẽt si in sponsalib.interuenisset iur̃m, tex.est no.in c super eo.ꝫ.ti.ꝑx.Itẽ ad dictũ vnius,scilicet tertij impedit̃ mr̃imonium ꝫhendum, si non interuenit iur̃m, vt est bo.tex.in c.præterea.il 2.de spõ.& in c.super eo,de testi. Et ex illis duob.c. vr̃ inferẽdũ, ꝙ plus probet fama, quã vnus testis.qa (vt dicit) sola fama impedit, ẽt si interuenit iur̃m; secus in dicto vnius.Sed ego crederẽ, ꝙ si vnus testis oĩno inter ger ꝓfiteret impedimẽtũ,impediret mr̃imoniũ, ẽt si iuramẽtũ interuenerit, qa vnus testis nõ minus ꝑbat, quã fama, ad hoc,ꝙ no.in c.veniens de testi.& in.c.1.de app.facit ca.super eo.s.1.ꝫ.de testi.vbi videt̃ quasi casus.Et ad c.præterea,respõ deo,ꝙ ille testis non erat omnino integer; tũ quia allegabat turpitudinẽ suam; tum qa deponebat sine publicatione sui nominis, contra c.2.de testi. Aut sponsi confitẽtur impedimentum, & puto sufficere eorum confessionẽ ad impedien dum matrimonium, etiam si interneniss̃et in sponsalibus iurametum.Ratio,quia cum possint sibi remittere illam obligationem iurat̃,vt in c.2.respon.præsumptio est,ꝙ nõ cõfiteãtur falsum,& sic restringo istũ tex. vbi agitur de ꝫcto matrimonio; & sic proprie loquit̃. Aut alter ex sponsis ꝓfitetur impedimentũ;& tũc aut ꝓfitet̃ ille,qui stat ꝫ sponsalia, & non puto sufficere,quia confessio per se nõ valet. 14.q.2.in prin. Et si diceremus cõtrariũ, facile dissoluerent̃ sponsalia;cũ appetentes separationẽ cõfiterentur impedimentũ. Aut ꝓfitetur is,qui stat pro sponsalibus;& tũc sufficit eius ꝓfessio, arg. c.attestationes,& quod no.ibi Host.ꝫ.de despon.impu.Secũdo casu principali,cũ agit̃ de contractu, dic, ꝙ aut confessio tendit ad separationem;thori, & valet confessio contra confitentem;vnde, si vxor confitet̃ adulteriũ, sibi præiudicat, vt in c.ex literis, de diuor. quia per hoc nõ separatur vinculum matrimoniale. Aut confessio fuit super subst̃atia vinculi mr̃i monialis;& sic ꝓ mr̃imono valet,dũmodo nõ veniat in prę iudiciũ alterius matrimonij, de quo ꝓstat, vt le. & no. in c.2. de clan.despon Aut ꝓfessio fit ꝫ matrimonium; & tunc aut coninges ꝓfitentes,stant ꝫ mr̃imoniũ; & non valet cõfessio; eſt pro confitentibus.† Fama tamen per se non sufficit ad dirimendum matrimoniũ,vt in d.c.si duo, & hoc tenuit hic d. Ant.ꝙ satis placet,& sic limita istud c.si duo.Aut cõfessio fit à coniugibus stantib.pro mr̃imonio; puta,qa iudex inquirit ex officio, vel tertius accusat; & tũc si concurrit fama cum cõfessione,videtur tex.no.in d.c.si duo,ꝙ debet separari matrimonium, & hoc voluit ista glos.hic respondendo ad contrarium illius c. † Abb. tamen dicit dispositionem illius ca.
7 processisse de iure antiquo,quãdo prohibitio ꝓiugij extendebat̃ ad 7.gradũ; quia probatio ꝓsanguinitatis nõ poterat de facili haberi vsque ad aliũ gradũ, sufficiebat fama de impedimẽto ꝓsanguinitatis cũ ꝓfessione ꝓiugũ, sed cũ hodie ꝑhibitio sit restricta ad quartũ gradũ,vt in c.non debet,ꝫ.ti.proxi. debet aliter probari cõsanguinitas prout habetur in c. licet ex quadam,de testi.D.Ant.admitit dictum Abb. cum agitur de impedimento consanguinitatis. sed vbi ageret̃ de alio impedimento clandestino, puta de affinitate illicitè ꝫcta, putat sufficere famam cum confessione coniugũ. ſatis hoc dictũ vltimũ placet,sed puto, ꝙ etiam in primo casu, sufficeret fama cũ confessione coniugũ Nõ ob.dictũ Abbatis,rõ,qa ex quo ꝓfessio emanat ꝑ stãtibus ꝑ mr̃imonio,nec est præsumptio collusionis,stãdũ eẽt ꝓfessioni ẽt sine fama qa nõ est ꝑsumptio,ꝙ quis confiteat falsum contra se,l.fi.C.arb.tute.Et hoc voluerunt cõiter Doc. in d. c. attestationes, & Host.hic. fortius ergo valet cofessio, quando habet concomitantiam famæ,nec ob.l.licet ex quadam;quia loquitur; quando non adest confessio coniugum stantiũ pro mr̃imonio; ita quod indistinctè intelligerẽ rex.in d.c.si duo. Aut alter eorũ tantũ confitet̃,matri.& tunc aut ille, qui confitet̃, stat contra mr̃i. & nõ valet,etiam si concurrat fama per rationẽ supradictã. Aut confitetur ille,qui stat pro matr.& tunc dicit d.Ant.ꝙ si allegat turpitudinẽ suã,nõ probat, etiam cũ fama, alleg.no. per Arch. in d. c. si duo. Sed certè Archid. etiam infert contrariam opin.& illam puto veriorem, quia vbi agitur de periculo animæ, auditur allegans turpitudinem suam, vt plene dixi in capitu.cum super,de consess.præben.Item ex quo iste stat pro matr.& confitet̃ contra se,non est præsumptio, ꝙ dicat falsum, vt no.in d.c.attestationes. maximè cũ fama adiuuet suã assertionẽ.Et ex prædictis habes plene hãc materiã, an & quando valeat cõfessio coniugũ,vel alterius ex eis, contra coniugium, & nõ habes alibi materiã ita collectam.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens non soluit sponsalia de præsenti.*
2 *Restitutionem petere potest alter coniugum etiam ante consummationem ad sui quasi possessionem.*
3 *Mulier potest inuita cognosci.*
Carnalis copula violenter extorta, non firmat matrimonium contra metum præcedentem,& quid sequatur.si vis fuit conditionalis.
4 *Adulterium committitur cum sponsa de præsenti, nondum cognita; & quid de sponsa de futuro.*
5 *Vxor sicut dimitti potest à viro propter fornicationem, ita & ipsa ex eadem causa virum dimittere potest.*
Maritus,& vxor ad paria iudicantur.
6 *Illicitus coitus etiam affinitatem inducit.*
Maritus, & vxor si affines sunt matrimonium exercent ad petitionem illius,qui non fuit affinitatis conscius.
7 *Papa non astringitur sequi diffinitionem suorum prædecessorum, nec debet sequi si eam non putat iuridicam.*
8 *Maritus an possit obijcere vxori adulterium, de quo ipse fuit causa,& quæ causa sit sufficiens.9.*
9 *Præsertim,quid importet.*
10 *Affinitas quid sit.* (potuit inchoari.
11 *Factum legitimæ retractari non debet, licet casus sequatur à quo non*

CAP. VI.

1 DIscretionem. † Affinitas superueniẽs nõ dissoluit spõsalia de præsenti.Communis diuisio. Secũda,ibi, nos igitur. Et in prima dicit mulierem ad continentiã inducendã. Secunda,ibi,ꝙ si forsitan: dicit quid iuris, si ad hoc non potest induci. Tertiò soluit tria obstacula. Casus literalis. Quidã contraxit matrimoniũ cum quadã per verba de præsenti;& antequam eam cognosceret, tradidit, inquantũ potuit renitentem,& inuitam cuidã suo consanguineo in vxorem; & ille accepit, licet inuitã;sed mulier,quã cito fuit reddita libertati,aufugit ab ipso,& primo viro restitui postulauit,q̃rebat̃,ant deberet illi restitui? respõ.Pa.ꝙ viro pro tã turpi facinore, grauis pœnitẽtia debet imponi, & mulier monẽda est ꝓpter publicã honestatẽ,vt nec primũ repetat,cuius ꝓsan guineus eã cognouit licet inuitã; nec redeat ad secundũ,cui propter adulterium,nõ põt se commiscere: sed in cõtinẽtia maneat, donec primus vir viã vniuersæ carnis fuerit ingressus.si aũt ad hoc induci nõ poterit,prior vir cogat̃ eã recipere,& mr̃imoniali affectione tractare;nec põt ei adulteriũ ob ijcere,ꝙ eã adulterandã tradidit, præsertim inuitã;licet dicat in euang. ꝙ ꝓpter fornicationẽ vir dimittere põt vxorẽ, nõ tamen propter eandem causam vir semper potest dimittere vxorẽ,nec vxor,virũ:cum possit per exceptionẽ, vel replicationẽ repelli.& affinitas superueniẽs mat. ei obesse nõ debet qui conscius,seu particeps huius iniquitatis nõ fuerit,cũ iure suo sine culpa nõ debeat defraudari. Ale.tamẽ in simili ca
2 su dicit distinguẽdũ,prout sequit̃. B.† No.ibi,restitui postulauit,ꝙ etiã ante consummationẽ mat. potest alter coniugũ petere restitutionẽ alterius,si habuit illius quasi possessionẽ, & hoc tene mẽti. nã bene facit ad no. per Doc. in c.ex parte,
3 de rest.spo.† Secũdo no. ibi licet inuitã cognouit, ꝙ mulier
a põt inuita cognosci. [a] Ex quo arguo,ꝙ talis copula violenter extorta,nõ firmat mat.ꝫ metũ præcedentẽ, & facit optimè ad id, ꝙ dixi in c.ꝑsultationi, ꝫ.de spõ. & hoc est iudubitatũ, vbi interuenit vis præcisa,vt puta, qa detẽta per alios,vel liga ta,fuit cognita.Quid autem,si interuenisset vis cõditionalis? dic,vt no.in c.is,quĩ fidẽ,de spõ.vbi per Io.An.vbi tenuit hoc non excusare mulierẽ,sed d.An.ibi contra,respectu mat.cõualidandi,& hoc vltimum puto verius? quia nõ reperit̃ liber cõsensus, qui requirit̃ in matr. vt in c.cũ locũ, & c.Gẽma,de
4 spõ.† Itẽ no.ibi,præter reatũ adulterij, iuncta gl.ꝙ adulteriũ
b cõmittit̃ cum spõsa [b] alterius de præsenti; licet nõdũ cognita;& idẽ videt̃ cũ spõsa de futuro, saltẽ ad hoc,vt spon. & vir possit accusari de adulterio,ꝑ tex. no.in l.si vxor.ff. de adult. vbi. dr̃,ꝙ nec matrimoniũ, nec spem mr̃imonij violare licet quatenus dicit de spe, loquit̃,ꝑprie in sponsalibus de futuro, & hoc etiã voluit gl.in c.quemadmodũ,de iureiur.licet contrarium

ADDITIONES.

a ¶Inuita cognosci. Nunquid vxor cognita per vim, inuito marito, possit ingredi monasterium,tradit Fel in c. pe.in prin.supra, de prob.Seb.Sap.
b ¶Cum sponsa.Ex quo infertur,quod dispositio c.plerunque.ꝫ.de do.inter vir.& vxor.habet locum etiam in sponsa.facit gl. cum qua communiter transeunt Doc.in d.c.plerunque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trarium tenuerit hic d.Car.allegando pro se gl. in ca.qdam.
5 27.q.2.sed primum puto verius. † Item not.q sicut maritus
potest dimittere vxorem propter fornicationem;ita ecõtra
mulier maritũ,no.n.in hoc iudicantur ad imparia,q clarius
6 probatur in c.apostolis.3 2.q.8.& in c. 1.vt lite nõ cont.† Itẽ
no.ibi,sed nec affinitas,tex.apertissimũ, & nescio alibi ita cla
rũ,q copula ẽt illicita,inducit affinitatẽ;& habes hic casum,
a in quo maritus,& vxor sunt affines; [a] & nihilominus exer-
cetur matrimoniũ ad petitionẽ illius,qui non fuit affinitatis
7 conscius.† Vltimo no.Papã non arctari ad sequendã diffini
tionẽ suorũ pdecessorũ,nec dẽt sequi,si eã non putat iuridi-
8 cã.†In gl.1. in fi.aduerte,quia intrat materiã,nunquid mari
b tus possit obijcere vxori [b] adulteriũ, cui ipse occasionẽ de-
dit?& alleg.pro & ℨ,& non fuit ausa firmare pedes. d.An di-
c xit,q si vir est occasio delicti [c] mulieris inuitæ, non imputa-
tur mulieri,vt hic.Si vero fuit occasio mulieris non inuitæ,
& tunc quoad Deũ non fuit excusata; ex quo non cõpelle-
batur,sed quo ad virũ est excusata,vt ℨ eũ possit replicari. &
hæc distinctio videtur de mente Io. And.& Host.qui referũt
quæstio.Bar.Brix.de quodã ægrotante,ad cuius preces vxor
concubuit cũ medico,nũquid possit vxori adulteriũ obijce
re,cõcludit q nõ,ex quo ipse fuit causa,& vide gl. 32. q.7. in
c.cõcubuisti .Sed ego adderẽ vnum membrũ ad illã distin-
ctionẽ,q aut vir fuit cã immediata adulterij mulieris; & tũc
non põt sibi obijcere adulteriũ,vt hic; aut fuit causa media-
ta,puta quia vxor deserta à viro,cõmisit adulterium,& tunc
non sufficit illa occasio:quia est nimis remota, vt videt pro-
bari in c.significasti,de diuor. & ita potest gl. intelligi in c. si
tu abstines.27.q.2. & per hanc distinctionẽ reducer ẽ istã gl.
9 ad cõcordiã,vide in simili bo.gl.in c.de cætero,de homi.† In
gl.in ver.præsertim,ibi,tñ aduerte, qa hæc expositio impro
priat tex.vnde licet vxor nõ sit excusata,quoad Deũ;ex quo
non fuit inuita; & sic loquũtur iura allegata in gl. tñ quoad
maritũ est excusata,& tex.proprie loquitur de marito est ex
cusata,& text. proprie loquitur de marito.vnde hicest casus
apertus, q maritus nõ potest vxori obijcere adulterium, si
ipse fuit auctor adulterij;licet vxor fuerit spontanea; nã di-
d ctio præsertim, [d] proprie sumpta ponit idẽ in casu ℨrio, vt
10 no.in c.auditis,de ele.& in c.quonia,vt lite nõ conte.† In gl.
in ver.nec affinitas.in fi.gl.nõ rñ.ad ℨria.Io. An. remittit ad
e arborẽ consanguinitatis. dic q quoad impediendũ [e] matri-
moniũ,oritur affinitas;& sic loquitur c.de illo,&c.super eo.
ℨ.eo.& tenet gl in §.affines,alleg.p ℨrio , quæ allegat ad hoc
istum tex. sed quoad alios effectus procedat contrarium ;&
hoc plus placet,quàm dictum dom.Anto.qui dicit q lex so-
lum dicit,q affinitas est quædã propinquitas ex nuptijs pro
ueniens;vnde non loquitur ille tex.negatiuè,sed affirmatiuè
non.n.sequitur q alio modo non possit affinitas ℨhi.sed cer
tè responsio nõ est bona quoad totũ illum tex.vt patet ibi in
tex.§.affines.nam loquitur negatiuè,s.qñ non ℨhitur,nisi ex
11 nuptijs;ideo intellige,vt ℨ.dixi.† In gl.in ver.officere,in fi.dic
vt no.in reg.factũ legitime,de reg.iu.li.6.& in l.si à me,alle.in
gl.ℨriũ factũ erat inchoatum, non autem perfectum ; ideo
irritatur,si deuenit ad eũ casum,à quo nõ potuit hẽre prin-
cipium.hic vern matrim.erat perfectum ex consensũ de præ
senti,ideo non irritatur ex affinitate superueniente.

ADDITIONES.

a ¶Affines.Nunquid autem statutum faciens mentionem de affinib. habeat locum in marito,& vxore,qui proprie nõ sunt affines,vide Pau. de Cas. in l.1.C.vnde vir,& vxor,& in l.maritus, C.de procur.Seb.Sap.

b ¶Obijcere vxori.No.hic,vtrum maritus possit obijcere vxori adulterium quando ei dedit causam adulterandi.caue tamen ne decipiaris,quia Abbas hic iudicio meo infideliter recitat dicta An. & ideo vide ipsum originaliter.Bar.de Bellen.

c ¶Occasio delicti.No.hic de expositione leuocinij, de qua vide omninogl. in c.nihil vtiq; 32.q.6.& quod no.in l.cum mulier.ff.sol.mat.& Sal.in l. quoniam Alex.C.de adul.& per to.illam legẽ.& quot modis dicatur cõmitti lenocinium,vide gl.32.q.1.c.apud misericordiam. §. crimen, per Sal.in l.crimen,circa prin.C.de adul.vbi etiam ponit aliã pulch. q.in materia lenocinij,& vide omnino quod scripsi post gl.in d. §. crimen, ver. sed ego adderem vnum membrũ,ibi, quod aut vir fuit causa, &c. Adde etiam gl.in c.de pudicitia.32.q. 5.Bar.de Bellen.

d ¶Dictio,præsertim.Adde gl.in l.illud,in ver.non ita,& ibi Ho.ff.ad l.Aqui. & in l.quod si minor.§. restitutio.ff.de min.dixi de ista dictione in apost. ad istum in c.licet ex suscepto,nu. 9.in ver.litera præsertim, supra,de foro.compe.Zach.

e ¶Impediendum.Istam solu.habuerunt,canonistæ à gl.in d. l.non facile.§. affines.ff.de gradibus.Et ex hoc credo,quod stante statuto,quod de quæstionibus inter affines fiat compromissum , quod si habeo quæstionem cum aliqua,cuius consanguineam illicito coitu cognoui,non cogar cõ promittere, quia non dicuntur affines , nisi quoad prohibitionem matrimonij.Bar.de Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Carnalis copula cum puella.7.anno dirimit matrimonium , postea cum consanguinea contractum.*
2 *Impedimentum publicæ honestatis,oritur ex attentatu copulæ cũ sponsa.7. annorum.2.*
3 *Impedimentum publicæ honestatis solum oritur ex sponsalibus,cũ puella post 7.annum completum.*
4 *Affinitas non oritur ex extraordinaria pollutione;& necesse est, quod interueniat seminis commistio intra clausura pudoris.*
5 *Semen vtriusque,an sit necessarium ad affinitatem causandam; & prolem procreandam,seu ad matrimonium consummandum.*

CAP. VII.

1 FRaternitati. † Legitur duob⁹, modis, sc. vnum intellectũ.h.d. Ex spo-
salibus ℨctis cum puella,quæ nondũ complenit ptenniũ, interueniente copulæ attentatu, oritur publica honestas, impediens matrimoniũ ℨhendum cũ consanguinea,ſm aliũ intellectũ hoc intendit. Copula carnalis habita cum puella.7.an. dirimit matrimonium post ℨctum cum consanguinea.Cõmunis diuisio.Secũda,ibi, uortij.Casus lit.Quidã ℨxit spõsalia cum quadã puella. 7. quam polluit extraordinaria libidine, postea ℨxit matrimoniũ cũ sorore ipsius,postmodũ vero archiepiscopus Bitinus,cum de hoc ad ipsum quæstio esset delata diuortij lit sentẽtiam inter eos, quam dominus Papa approbauit.
2 † Op.ℨ literam, & videtur nullo modo posse de iure prodere, aut. n. ex publica honestate fuit separatũ matrimoℨctũ cũ sorore, & vr hoc ℨ c.literas,& c.accessit,de desponimpub.nam publica honestas solum oritur ex sponsalibꝰ tractis post completũ septennium;ante.n. cum matre puellæ potest ℨhj matrimonium,vt ibi. Aut ex affinitate orta libidine extraordinaria & hoc etiam stare non potest: q affinitas non ℨhitur,nisi perfecte mulier cognoscatur;ita interueniat sanguinis,seu seminis cõmistio,vt est bonus tex in c.lex diuinæ constitutionis.17.q.2. ad idẽ bonus tex. cu
a gl.in c.extraordinaria [a] pollutio.33.q.3.vbi dr,q licet quis gnouerit puellam circa naturalia; ex quo tñ copula nõ habita intra clausurũ pudoris non oritur affinitas cũ cõguineis puellæ,vnde nõ obstãte ista pollutione extraordinaria potest ducere cõsanguineã puellæ in vxorẽ.Sol.merito ℨrij hoc c.legitur duob.modis,vt præmisi . primo,q ptrimoniũ fuit hic separatũ,non propter affinitatẽ, sed pter publicam honestatẽ, quæ insurrexit ex sponsalib. ℨcum sorore;& tunc secundum Io. And. hoc c. non facit. sed tu aduerte, aut. n. illa sponsa compleuerat septenn & tunc intellectus est in dubius per c.sponsam,& c.ad audiam, ℨ.de sponsa.nec esset tunc necesse ponderare extradinariã libidinem;quia sola publica honestas sufficeret,vt dictis iuribus , & ideo intelligo tex. q illa nondũ cõpleuerat septennium; & tunc ad contraria dic,q interuenientib. duobus, s.sponsalibus contractis cum proxima septenn & extraordinaria libidine, oritur publica honestas ; non est honestum,vt quis ducat in vxorem consanguineã p
b læ,cum qua ℨxit spõsalia, & eam extraordinaria libidine luit,& facit [b] ad tex.in eo,q spõsalia de se non sufficiẽt dirimendũ matrimoniũ , sed ponderatur ẽt extraordinaria libido,& iste intellectus extendit.c.literas, prælleg.& est formis cũ intellectu c.inuenis, ℨ. de spon. Sed ſm intellectũ ibi tenui,multũ differt à decisione istius tex. nã ibi puella fuerat ducta in vxorẽ,& conducta in domũ viri,nec cobat de attentatu , sed præsumebatur . hic vero fuerunt ℨsponsalia,& præsumebatur copula;& sic ponit casum ꝺ no diuersum. Secundo legitur iste tex. q affinitas fuit cadirimendi hoc matrimoniũ;& tunc ad ℨrium dic,q ex puella apparet cognita,præsumitur, q maturè potuerit gnosci,nisi doceatur ℨrium;& tunc oportet intelligere q fuit extraordinaria libido,i.extraordinarium.& in solitempus pubertatis,& tũc cessant ℨria, quæ procedunt,
3 libido fuit extra clausurum pudoris. † Et hinc sumpta sione dicit Innoc.q nisi detur commistio seminis vtriusintra claustra pudoris,nõ causatur affinitas, nec cõsummatur matr.vnde nõ sufficeret emissio seminis vnius.Ponig plũ in frigido qui potest prouocare mulierem ad semiemissionem;non tamen per hoc erit matrimoniũ consc matũ,vel contracta affinitas,ex quo alter nõ est potens matrimonium, & idem dicit econtra respectu mulieris. opi.Inno.non multum placet Host.quia de facili nõ probari emissio seminis vtriusque, nisi forte generatã p le;quia tunc satis constat de commistione seminis vtriusper hoc videtur sentire Host. quod ad generationem pnecessario concurrat semen vtriusque, quod quidam

ADDITIONES.

a ¶Extraordinaria.Io.And.in arbore affinitatis.

b ¶Facit.Et ista est communis lectura,secundum Car.Alex.hic in fi.

c ¶Non est potens.Vtrum ad generationem prolis necessaria sit emissio minis tam in viro,quam in muliere,adde quod no.gl.in c.hi quis Bart.de Bellen.

ci tenuerunt;sed (vt audio) cõis opi.medicorũ est in contrariũ.s.vt semen mulieris necessario nõ cõcurrat ad generationẽ,& ob hoc maximè dicit Fed.consi.240.q ad cãndã affinitatẽ,seu ad matrimoniũ consummandũ necessario non requiritur,q mulier emittat;sed satis est, q viri semen sit cõmistum naturæ vxoris. Ex contrario. n. sequeretur magna absurditas.nã pone,q per annũ mulier nõ emiserit, tñ concepit ex semine viri & peperit.absurdũ esset dicere ſm Host. q matrimonium non sit cõsummatũ,vel affinitas sit contracta,& hæc opi.satis placet,data habilitate vtriusque ad ℨctum matri.& per hæc habes præ cæteris hoc c. clare lectũ.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens etiam ex illicito coitu soluit sponsalia de futuro & priuat facultate contrahendi matrimonium. 2.*
2 *Affinitas superueniens non soluit matrimonium de præsenti , sed soluit sponsalia contracta cum impubere,etiam per verba de præsenti.*
3 *Sponsalia contracta per verba de præsenti cum impubere non matrimonium,sed sponsalia de futuro iuris interpretatione dicuntur.*
Incestuosus matrimonium contrahere non potest,sed si contrahit,tenet videlicet cum extraneis,sed non cum propinquis.
Ignorantia in aliquo excusat.

CAP. VIII.

1 EX literis. † Affinitas superueniens rũpit spõsalia de futuro,vel latius sic . Affinitas causata ex copula illicita,rumpit sponsalia præcedentia;& priuat facultate cõtrahendi Matri.Cõmunis diuisio.Secũda ibi,nos aũt.Casus lit.Quidam G.noĩe cõtraxit spõsalia cũ quadam puella intra nubiles annos , & postmodũ matrẽ puellæ carnaliter sæpe cognouit: postea puellã ipsã carnaliter tractauit adultã , & hoc notoriũ erat. petijt ẽps loci,illi viro ,puideri;& vtrũ ipsa mulier posset cũ alio viro ℨhere?dominus Papa, dicto viro pœnitentiam fecit ℨniungi,mandans episcopo,vt illos dẽat abinuicẽ separare, & mulier alteri viro non nubat,si postq̃ sciuit delictũ viri,& matris,ei nõ erubuit cõmisceri.vir , & mater ipsius mulieris non debent ad alias nuptias cõuolare,sed continenter viuere debẽt,& suũ flere delictũ,si de lapsu carnis non timeatur
2 ipsorũ. B. † Op.cõtra tex.ex quo.n.filiã desponsauit in vxorẽ,vt dr in text,non potuit eã amplius dimittere,pp affinitatẽ superuenientẽ ex psona matris;qa affinitas superueniens nõ dissoluit matrimoniũ,licet nondũ cõsummatũ , vt in c.
a discretionẽ, ℨ.c.Sol.dic, q tex.põt intelligi dupliciter, [a] primo;q desponsauit puellã in vxorẽ,id est, ℨxit per verba de p̃senti;& tunc ad ℨriũ dic,q ex quo ista puella nondũ erat nubilis,non esse potuit matrimoniũ inter eos:sed iuris interp̃tatione fuerunt sponsalia de futuro,vt in c.vnico , de despõ. impube.lib.6. & antequã puella pueniret ad ætatẽ legitimã, sponsus cognouit matrẽ puellæ; & sic spõsalia fuerunt sub-
b lata [b] per affinitatẽ superuenientẽ; qa ꝓmissio matrimonij
3 nõ põt adimpleri,vt in c.2. ℨ.eo.† Secundo põt intelligi,qd iste desponsauit puellã in vxorẽ,scilicet futurã;& sic mente, & verbis fuerũt ista spõsalia de futuro, q̃ tolluntur ex affinitate superueniẽte ex persona matris,& hunc intellectũ sentit gl.& gl.in ver.separatis.Et ex his patet decisio ad totũ tex. nã mater,& vir nõ possunt amplius ℨhere propter crimẽ incestus,q cõmiserunt;si tñ cõtraherent de facto, teneret matrimonium,intellige,cũ extraneis,vt in c.transmissæ, ℨ.eo.nã inter se non teneret matrimoniũ propter affinitatẽ ex psona puellæ,& publicã honestatẽ ortã ex spõsalibus cum filia. sponsa vero potetit ℨhere cũ alio,si non fuerit particeps iniquitatis,vt quia admisit istum virũ ignorando , q prius cognouisset matrẽ;secus autem si fuerit conscia,vt in litera.

ADDITIONES.

a ¶Dupliciter.Secundum Ioan.Andr. & Tanc. non est attendendum per q̃ verba fuerit desponsata:cum puella erat innubilis;quia semper intelliguur de futuro.cap.vnico de desponsa.impube.in 6.Innocen. hic tenet contrarium.

b ¶Sublata.Adde Bar.& Dy.in l.miles.§.quæritur.ff.ad l.Iul.de adult.& in l. si vxor.§. si minor,eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Conuersatio,& cohabitatio virorum,& mulierum, est valde periculosa, & ideo vitanda.*
2 *Peccatum luxuriæ,an sit maius cum pulchra,vel turpi?*
Peccatum,an maius committatur cum sorore sponsæ,ante,vel post cõtractum matrimonium , vel cum ipsa sponsa post affinitatem subsequentem in vxorem ducta.

CAP. IX.

VEniens. Idem quo ad ti.dicit,quod decretalis supra proxi.prima pars narrat factum.Secunda respondet,ibi,cum igitur.Casus lit. Quidã E.nomine cõtraxit spõsalia cũ quadã puella iuramento interposito,q eã duceret in vxorẽ, quãcito illa ad legitimã peruenerit ætatẽ,pater puellæ eũ recepit in domũ,dictus E.sorori spõsæ ipsius carnaliter se coniũxit. postmodũ ad instantiã amicorum suorũ puellã illã in vxorẽ accepit,& postmodum,qñ facultas sẽ offerebat , cognoscebat vtranque.postea vero ad cor rediens,consiliũ suæ salutis perijt sibi impendi. Archiepiscopus suus , misit eum ad do. Papã,& ipse super hoc scribit eidẽ,dicens cum non solum à malo,sed ab oĩ specie mali præcipiat Apostolus abstinere ; mãdat,q prædicto E.pro tãto excessu pœnitentiã compet en tẽ imponat,& moneat illum,& consulat ei,vt de cætero ab-
1 stineat ab vtraq;,q inferius apertius declarabitur.B.† No.q periculosa est sexuum commistio,ideo vitanda ẽt inter affines;ad hoc c.mulieris,iuncta gl.de iud.li. 6. & alibi dicit tex. q cohabitatio intercipit adulteriũ, vt in cap. diffinimus. 18, qõ.2.Quæro,cũ qua plus iste deliquit(Vin.dicit, quod quoad Deũ,vbi magis contempsit,sed quoad ecclesiam videt magis deliquisse cũ illa; cũ qua sponsalia non contraxit, & no. primo dictum Vin.qđ in decernenda quantitate reatus quo ad Deum;attenditur principaliter cõtemptus peccatorũ,& non qualitas peccati;& idẽ voluit gl.in ca.cũ quidã, ℨ.de iure iur.vbi plene dixi,& in c.homo christian⁹.40.dist.& sic debes decidere q̃stionem tactã.14.q.vlti.c.fi.vbi formatur quæstio
2 vtrum cũ turpi,vel cũ pulchra magis peccetur? In glos.1.in fi.vel potes intelligere textũ proprie,& tunc dic,q licet à prĩcipio non tenuerint sponsalia ; tñ tractu temporis ex superuenientia tẽporis ætatis legitimæ,fuerunt ratificata , cũ iste
a puer habitaret in domo [a] sponsæ,vt in c.literas, iuncta gl. de
b desponsatione impube.& de istis ætatibus, [b] qualiter distinguantur,vide bonã gl.quã tenebis menti.in proœmio sexti.

ADDITIONES.

a ¶In domo.Adde videndum Ale.consi.cxlix.in v.vol.

b ¶Aetatibus.Vide gl.in l.hæreditatum.ff.ad l.Fal.Io.de Ana.in rub. de delictis pue.Bald.in l.si pater,de testa.in 6.colla.& in l.si infanti,C.de iure de liberan.
Adde meliorem glo.de iure,in l.inuiti.ff.de test.Cyn.Sal.& Doct.in all.l.si infanti,& Bal.in ca.1.col.1.de pace iur. fir.Zac.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens,non soluit matrimonium.*
2 *Affinitas superueniens inter maritum,& vxorem,priuat solum culpabilem,iure petendi debitum.*
3 *Impedimentum publicæ honestatis,non oritur ex illicito coitu,sed affinitas.*

CAP. X.

1 VAe fraternitatis. † Affinitas superueniẽs non dissoluit matrimonium.Cõmunis diuisio.Secunda ibi , nos igit Casus lite.Quidã matrimonio ℨcto,& consummato cũ quadã;eius sororem cognouit,q̃ritur, vtrũ possit exigere debitũ ab vxore,& soluere requisitus ? Respon. Pa. qđ vxor monẽda est,vt à cõmistione viri abstineat, & in cõtinẽ tia permaneat,donec vir eius mortuus fuerit , pp honestatẽ publicam;si aũt parere nolnerit,& talis fuerit , vt de lapsu timeat ipsius,vir poterit ei debitũ reddere,cũ affinitas post ipsum matrimoniũ inique ℨcta,illi nocere non debeat,q̃ę in
2 culpa nõ fuit.† No.q affinitas superueniens inter maritũ, & vxorem priuat solũ culpabilẽ iure exigẽdi debitũ;sed non absoluit eũ à reddẽdo debitũ,consiliũ tamen est, vt de cætero vterque abstineat,& cõtineat.& de hoc dic, vt le. & no.in
3 c.transmissæ,& in c.discretionẽ, ℨ.eo. † In gl.1.ibi,affinitate. Aduerte.& ideo gl.sic exponitur , quia ex copula illicita cũ affine,nõ oritur publica honestas,sed affinitas,vt in c.discretione,supra eod.sed publica honestas oritur ex cõtractu spõsaliorum,vel matrimonij,vt in c.vnico.de spõ.lib.6. & quod ibi no.vnde in casu huius,c.fuit orta affinitas ex copula cũ sorore vxoris,& nõ publica honestas, & ideo gl.fic exponit, & consimilẽ expositionẽ facit d.c.discretionem , sed potest dici,qđ licet non oriatur publica honestas, de qua in d.c.vnico,tamẽ honestum est,id est honestas expostulat;vt vxor nõ coniungat se viro,qui sororem suã turpiter cognouit,vnde vltra affinitatẽ hoc requirit honestas ; & sic potest stare tex. ꝓprie,qui in principio facit mentionem de honestate, & in fine de affinitate,& sic põt intelligi tex.in d.c. discretionem.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniẽs non soluit matrimonii præsumptũ,sicut nec verũ.*
2 *Pubertas potest multum præueniri.*
Puella.x.ann.quandoque potest mature cognosci.
3 *Carnali copula cum minore habita,præsumitur potentia coeundi.*
Potentia coeundi probari potest per aspectum corporis.
4 *Compelli possunt coniuges ad reddendum debitum.*
5 *Maritus exactus verbo,vel signo,tenetur reddere debitum.*
Exactus quid significat.

CAP. XI.

ORdanæ. Summatum est.ℨ.ca.proxi.In 1.parte mulieris petitio.In secũda cãe cõmissio,ibi.ea pp.Casus literalis.q̃dam puella Iordana

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto -BILBAO

Universidad de Deusto Biblioteca

nomine, quæ nondū cōpleuerat decimū annum, ℨxit cum quodā per verba de futuro, qui eā intra ſpatiū eiuſdem anni cognouit; poſtmodū matrē ipſius in vxorē accepit, & carnaliter cognouit eandē. vnde petebat dicta Iordana a d. Pa. ſibi ſuper hoc prouideri, cū ſine ſua culpa viro priuari non debeat, nec ipſa valeat ℨtinere: mandat Pa. epō dieç. q ſi res ita ſe hēt, vtruq; ipſorū moneat, & inducat ad perpetuā cōtinentiā obſeruandā. quod ſi ad hoc induci nequiuerint, iniũcta pœnitentia cōpetenti viro, eū per cēſurā ec. cōpellat, vt eidē mulieri cohabitet, & coniugale debitū reddat. Ber.

1 † No. 1. q affinitas ſuperueniens non diſſoluit mrimonium præſumptū, ſicut nec verū; nā cū iſta puella erat mrimoniū pręſumptū, ga ℨxit ſponſalia, & eā poſtmodū cognouit, vt in c. is qui, ℨ. de ſpon. & ſic iſtud c. pōt nobis ſeruire vltra capitula præcedentia, in matrimonio præſumpto. † Secundo

a no. & tene menti, q pubertas pōt multū prænueniri. [a] nā hęc puella nōdū cōpleuerat. 10. ann. & tñ potuit mature cognoſci, q patet ex eo, quia ex illa copula fuit inductū matrimoniū. † Ex hoc infero, q ex copula habita cum minore, præſumitur potentia coeundi in ipſa minore, licet aliter nō probetur, quod tenet Vin. in c. fraternitati. ℨ. eo. dicit tñ, q poſſet probari ℨriū per aſpectū corporis, quod placet ar. c. fra-

4 ternitatis, ℨ. de frigi. † Tertio no. q eccleſia pōt cōpellere cō-

5 iugē ad reddendū debitū cōiugi. † Vlt. no. quia tex. hic dicit, q vir exactus, tenetur red. debitū, quæro, qñ dicatur exactus dicit Vin. q exactus dr, ſiue verbo: ſiue ſigno exigatur debitū, nā ſæpe ſignis loquimur, vt in c. cū apud, de ſpon. nā ſæpe mulieres verent verbis petere debitū, nunqd aūt vir ille potерit exigere? dic q non, ga priuatus eſt pp delictū ſuū, vt in c. trāſmiſſę, & c. diſcretionē, ℨ. eo. vnde peccaret mortaliter exigendo, ſecundū Vin. quia ℨ preceptum canonis, ar. in c. 2. de

b maio. & obe. nec mulier debet ſibi acquieſcere, [b] ēt ſi timeat de incontinentia viri, ſed dic, q eccleſia poterit ſecum diſpēſare, ſi timetur de incōtinētia ipſius, vt dixi in d. c. tranſmiſſæ.

ADDITIONES.

a ¶Præueniri. Idem dicit Abb. in c. puberes, de deſp. impub. vbi ponit exemplum in maſculo, qui in ſeptennio reddidit nutricē prægnantē. Seb. Sap.

b ¶Acquieſcere. Mulier tamen in eo tempore, rationabiliter faceret exigere, vt inuitatus vteretur, ex quo per ſe petere non poteſt, l. pe. C. de tēp. in inte. reſti. ſecundum d. Anc. & per Car. Ale.

a *De conſanguinitate,* [a] *& affinitate.* *Rub.*

Viſo de cognatione ſpirituali, & legali, ac de proximitate quadā, quæ contrahitur ex copula cum conſanguinea vxoris; ideo reſtat videre de cognatione carnali, quæ conſiſtit in conſanguinitate, & affinitate, merito poſt rubricas præcedentes ſubijcitur iſta. Et quid proprie ſit affinitas, aut cōſan-

b guinitas, [b] dic vt habetur in gl. ſuper arbore.

ADDITIONES.

a ¶De conſanguinitate. Quid ſit gl. Bar. & Alex. in l. Ariſt. §. quod dicitur. ff. de acqui. hære. Bal. in l. fi. C. de ver. ſig. Pe. de Anc. in c. canonum ſtatuta, ℨ. de conſtitutio. Alex. conſi. 82. in vol. 1. late Corneus conſil. 21. in 1. vol.

b ¶Aut conſanguinitas. Sed quid ſit conſanguinitas, diffinias prout eleganter ſuper eius diffinitione diſputando tradit Beatus Thomas in 4. Sen. diſtin. 40. q. 1. vbi omino vide. Item circa ſecundam partem Rub. ſcilicet de affinitate, videlicet quomodo cauſetur, & quando generetur impedimentum ad matrimonium, vide omino multa, quæ ſcribit Beatus Tho. in 4. Sen. diſt. 41. q. 1. artic. 1. cum ſe. Statutum autem odioſum loquens de conſanguineis, quomodo intelligatur, vide Pet. de Anca. conſi. 72. in fin. Bar. de Bellenzi.

SVMMARIVM.

1 *Affines primi generis vſque ad quartum gradum, ſi matrimonium inter ſe contrahant, ſeparantur.*
2 *Impedimentum non probatur ſufficienter, etiam ad matrimonium impediendum per vnum teſtem de auditu, & alium ſine iuramento. 3.*
3 *Fama maiorem fidem facit, quam vnus teſtis de auditu, & alius ſine iuramento.*
4 *Teſtis vnius deponentis de veritate dictum valet.*
5 *Teſtes debent eſſe iurati etiam in cauſa matrimoniali.*
Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & præſertim in matrimoniali cauſa.
Teſtes qui dicantur omni exceptione maiores.
6 *Denunciator, & accuſator, quando agitur ad impediendum, vel dirimendum matrimonium, poſſunt eſſe teſtes.*
7 *Iudex qualis eſſe debeat, & præcipue in matrimoniali cauſa.*
8 *Ordinarius iudex delegare poteſt.*
9 *Theologus, vel Canoniſta, quis eorum præferendus ſit in epiſcoporum electionibus.*
10 *Scientia qualis requiratur in epiſcopo, vel prælato?*
Matrimonialis cauſa delegari poteſt etiam non epiſcopo.
Abbas Caſſinenſis, habet omnimodam iuriſdi. in caſtris monaſterij.
11 *Conſuetudo Curiæ Ro. eſt non delegare cauſas matrimoniales.*
Iuriſdictio iudicandi cauſas matrimoniales, ex conſuetudine, ſeu præſcriptione, acquiri poteſt.

12 *Ad Epiſcopum ſpectat matrimoniales cauſas decidere; & idro* [a] *alius prælatus de eis ſe intromittere debet.*
Matrimonialis cauſa non tranſit in rem iudicatam.
Teſtes in matrimonialis cauſa produci poſſunt, etiam poſt publicat.
Prohibitio matrimonialis, hodie eſt reſtricta ad quartum gradum.

CAP. PRIMVM.

1 EX literis. † Separatur matrimonium ℨ iter affines primi generis, & q ti gradus, & ſunt tres partes. In prima cauſa ratio In ſecunda reſponſio, ibi, Quocirca. In tia iu diūc inſtructio, ibi, Ceterum. Caſus literalis. Qui E. ſubarrhauit quādā viduam per annuli immiſſionē, & carnaliter cognouit, tandem cum vellet in conſpectu ſiæ cum ea contrahere, duo propoſuerunt, quod eā ha non poterat in vxorem ex eo, q priorem virū attigit qu gradu conſanguinitatis; vnus illorum iurauit, quod ita diuit, alius noluit iurare, & ſic publicē cōtraxerunt. po dum venerunt alij duo, & iurauerunt, quòd primus vir iſti ſuperſtiti quinto conſanguinitatis gradu cōiunctus bitatur quid eſſet in hoc faciendum. Conſultus Papa ma cuidam Abbati. Quatenus vtramque partem ante præ tiam ſuam conuocet, & teſtes iurare faciat coram ipſo per teſtes legitimos conſtiterit, q primus vir attinet vire perſtiti in quarto gradu, illos debeat ab inuicē ſeparare (vt dicunt canones) mulier illa non poterat aliquē habe de conſanguinitate prioris viri, vſq; ad quartū gradum ne dicit, q cauſæ matrimoniales non ſunt tractanda quoslibet, ſed per viros diſcretos, qui poteſtatē habeant

2 dicandi, & qui ſciant canones. Ber. † Not. 1. text. iuncta gl

a q per vnum teſtē [a] de auditu, & per alium ſine iuramento non probatur ſufficienter impedimentū, ēt ad impedien mrimonium ℨhendū, quod bene notabis ad intellectū,

3 mitationē. c. præterea, il 2. ℨ. de ſpon. † Et ex hoc infero, q iorē fidē facit fama, vel vnus teſtis cū infō, quam duo quorū vnus deponit de auditu, & alius ſine iurō; nā ſola ma de ſe ſufficit ad impediendū, vt in c. proxi. Itē dictū vn deponētis de veritate valet, vt in d. c. ꝓterea. hęc aūt duo

4 ſufficerent, rōne ꝓdicta. † Et ex hoc & ex tex. no. q in cā

b montali teſtes debent eſſe iurati; [b] ēt ſi agat ad matri. im diendū, & p hunc tex. puto, q d. c. ꝓterea, dēt intelligi, q

5 le iuratus aſſerebat impedimentū. † Itē no. quod teſtes, p ſertim in cā mrimoniali, debent eſſe omni exceptione m

c res; [c] & tenebis mēti vnā gloſſellā hic, quæ dicit illos dici o ni exceptione maiores, q nulla exceptione legitima poſſu repelli, vide gl. no. iſti. de inutili. ſtipulatio. §. itē ver. obl. q cit illū teſtē dici idoneū, qui nulla exceptione repelli pō

6 no. pro ſtatutis ſæpe requirentibus, iſtas qualitates. † Itē q cū agitur ad impediendū, vel dirimendū mrimoniū. i denunciant vel accuſant, poſſunt eſſe teſtes, & hoc rōne cati, cū agatur de cōmodo, vel incōmodo eorū, pro ho

7 nus tex. in c. in negocio, ℨ. de teſti. † Vltimo no. duo requ in eo, qui vult diffinire cām matrimonialē, primo, vt hab indicandi poteſtatē, ſecūdo, vt ſtatuta canonica nō ignor & per hoc arguit Hoſt. ℨ theologos, qui dicunt eccleſiā p ſe regi ex ſola theologia. Sed quæro quid ſi alterum iſtor deficiat, nunquid teneat ſnia? Conclude poſt Hoſt. q aut ficit poteſtas, & indubitanter non valet ſententia, quant cunque detur peritia; quia ſnia a iudice non ſuo lata, t eſt, vt in c. at ſi clerici, & in c. 3. ℨ. de iudi. & C. ſi à non com iu. per totū. Si vero adeſt poteſtas, & deficit peritia, tūc re ſnia, ſed peccat iudex iudicādo, debet. n. iudex alteri pe ri cām delegare, aut peritos cōſulere, facit 2. q. 2. c. fi. de

8 diſt. 6. c. 1. & l. certi, C. de iudi. † Et no. ex hoc iudicē, & ord

9 riū poſſe delegare cām matrimonialē. † Hinc ſumpta o

d ſione quærit Hoſt. [d] pone, qđ duo ſunt electi ad eūdē epi

e patū, quorū vnus eſt theologus, alter canoniſta [e] gs cor præferēdus data paritate? ℨcludit, quod ſi in loco magis v ſatur

ADDITIONES.

a ¶Teſtem. Qui teſtes dicantur idonei in cauſa matrimoniali, Ale. conſ vbi etiam de fama, & quando teſtes dicantur eſſe omni exceptione iores, glo. & Ab. in c. 1. §. de teſt. gl. in c. ar ſi clerici, ſupra, de iu. Ale. 18. in 1. vol col. 4. & conſi. 1 46. in 5. vol. vbi ponit, an teſtes depon contra matri. debeant eſſe omni exceptione maiores, & conſil. 79. vol. & requiritur quod ſint rogati, Ro. in ſing. 198.

b ¶Iurati. Adde, q rogati, vt dicit Rom. ſin. ſu is, alleg. glo. in c. noſtrates q. 5. dicit tamen, quòd Bar. Brix. in q. ſuis tenet contrarium, ſecundu quod ſibi placet.

c ¶Maiores. Iſtud enumerat inter ſpecialia matrimonij. Fel. in cap. 1. col verſi. ſuper gl. 5. ſupra, vt lite non cōte. & in rub. ſupra, de ſpon. co verſi. 4. in cauſa matrimoniali. Seb. Sap.

d ¶Quærit Hoſt. Iſtud dictum Hoſt. allegat, & ſequitur Abb. in ca. licet proba. & c. tuæ, circa fi. de cleri. non reſi. Bar. de Bellentzi.

e ¶Canoniſta. Quis ſit præferendus, an canoniſta, an theologus, vide Dec in c. clerici, col. 2. ver. 3. regula fallit, ſupra, de iud. Seb. Sap.

ſatur cauſarum [a] ventilatio, præferendus eſt canoniſta. Si au tē ibi pullulāt hæreſes, vel locus eſt vicinus hæreticis; tūc p̄ferēdus eſt theologus, arg. in c. in cauſis, ℨ. de ele. facit c. ſup ſpe. de magi. miſtus tñ eſſet p̄ferendus vtrique; dicit ēt, q nō eſt neceſſarium, q epiſcopus ſit magiſter canonum ſatis. n. eſt, q habeat ſcientiā competentē, quia competens ſcientia toleratur in prælato; licet eminens deſideretur, vt in c. pe. de præb. & in c. cum nobis, ℨ. de ele. & hæc no. † In gl. 4. no. duo ſin. ex iſta gl. primū. q cauſa matrimonialis pōt delegari nō epiſcopo; nam iſta cauſa fm vnum intellectum fuit delega-

12 ſit faciēda mentio ſpecifica de affinitate,& publica honeſtate,vbi ſimul coincidunt, aut ſufficiat facere mentionē de affinitate.queſtio fuit ardua in Romana curia. & credo,ꝙ adhuc pendeat,& allegabatur iſta glo.quod ſufficiat facere mētionē de affinitate, quia in cōſequentiā fit de publica honeſtate.In ℨrium facit glo.ſuper arbore conſanguinitatis, poſt principiū. ſed concordando dixi , quod ſi publica honeſtas neceſſario cōprehenditur ſub affinitate , ſatis eſt de affinitate feciſſe mentionē;& ſic procedit iſta gloſ.exemplū, ſi impetro diſpenſationē,vt liceat mihi ducere vxorē conſanguinei mei defuncti,nō obſtante affinitate in tertio gradu. nam,ex quo feci mentionē, ꝙ fuerat vxor conſanguinei mei , cōſequenter feci mentionē de publica honeſtate ; & ſic ꝑ conſequentiā vī ſublata virtute diſpenſationis. Si vero non cōprehenditur ex narratione verborū , vt puta impetraui diſpēſationē,vt liceat mihi ducere Titiam mulierē, non obſt.quod ſit mihi affinis in tertio gradu , non valet diſpenſatio, ſi vltra affinitatē erat publica honeſtas; ex quo de ea non fuit facta mentio expreſſe,vel tacite.argu. in cap. ex tua, de authorita. & vſu pal.nā affinitas pōt ℨhi ſine mrimonio , vt in c.diſcre-
13 tionē,ſ.tit.proxi.& hoc caſu procedat glo.ſuper arbore.†In gloſ.in ver.Secundis nuptijs. Ibi, In ſpōſa de futuro. idē dic, & fortius in ſponſa de præſenti; nā maior honeſtas exigit, vt nō ducā eā in vxorē, quæ fuit ſponſa de preſenti conſanguinei mei;quā quod abſtineā ab ea, quæ fuit ſponſa cōſanguinei mei de futuro,& hoc voluit glo.in fine. & ſic tenent Do-
14 ctores in cap.ſponſam,& ibi dixi,ſ. de ſponſalib. † In gloſ.in verbo,De cætero,ibi. Non trahuntur ad præterita. no.gloſſ. quia pōt ſeruire in alijs terminis. ex hac enim glo. pōt infer-
d ri,quod ſi reuocat ſtatutū,nō cēſetur reuocatus effectus [d] iā cauſatus per ſtatutū;nec vī approbatus actus geſtus contra antiquū ſtatutū ; & ideò ſi excōmunicatus ex antiqua lege indiget abſolutione,ēt poſt legē reuocatā,dic hoc procedere,niſi in reuocatione dicatur quod antiqua lex debeat haberi pro infecta ; tunc enim omnis effectus antiquæ legis eſt ſublatus,vt eſt gloſſa in clem.de ſta. regula. & in clem. vni.de immunita.eccleſiarum. & tene menti iſtas duas gloſſ. ſic intellectas.& in fin.glo.hęc vltima opin.communiter tenetur, & mihi ſatis placet fauore matrimonij,

ADDITIONES.

a ¶Regulam. No. vnam bonam regulam , vbicunque duo ſic ſe habent , ꝙ vnum venit conſecutiuè ad alterum, mutato vno, mutatur & aliud. Ec vide omnino quod notaui poſt Ant.in d.c. miramur.Bar.de Bellentzi.

b ¶Extēſionis.Bar.firmat.in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iu.in 4.q.6.q. principalis.facit l.cui iuriſdictio.ff.de iu.om. iudi. & l.ſi ita ſtipulatus fuero ff.de verb.obli.l.non diſtinguemus,ff.de officio.& ff.de arb.Cald.& Sal. l.1.C. ſi rector prouinciæ.

¶Vide,quod notaui poſt Ant.in d.c.miramur.Bar.de Bellen.

¶Extenſionis.Vide Bal.in l.non dubium,in quinto nota.C. de legi. Signo. de Homo.in conſil.56. inci. quæſtio talis eſt. in princ. cum allegatis per Decium,in c.nam concupiſcentiam.in primo no.in prima lec. vbi bonus text.ſupra,de conſti.Seb.Sap.

c ¶Ad quæſtionem. Vtrum in diſpenſatione impetrata , neceſſario debeat fieri mentio de ſponſalibus, & de publicæ honeſtatis iuſtitia, vide omnino quod in ſimili ſcribit Ant.in c.ſi.de fil.presby.& quod ibi latiſſimè notaui.Bart.de Bellen.

d ¶Renocatus effectus.Vide multa allegata per Fel.in c.ſi.ſupra,de conſtitu. ex cuius verbis in verſ.amplia quarto , limitantur dicta Abbatis hic , vt non procedant quando effectus actus præteriti expectaretur in futurum,vt ibi per eum. Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Diſtans à ſtipite quarto gradu , vel citeriori , poteſt contrahere cum diſtante quinto, vel vlteriori.*
2 *Regula magiſtrorum approbata à iure, debet etiam pro iure ſeruari.*
3 *Graduum computatio, etiam in linea inæquali quomodo fiat.*
4 *Aſcendentium perſonæ quot ſunt, tot gradus faciunt, dempto ſtipite.*

CAP. XI.

a 1 VIr qui. [a] † Diſtans à ſtipite quarto gradu, vel citeriori cū diſtante quinto, vel vlteriori ℨhere poteſt,h.d.cū gl. Caſus lit. Duo volunt ℨhere matrimonium, diſtat vir à ſtipite quarto gradu, mulier vero ex alio latere,diſtat ab eodē ſtipite quinto. quæritur an poſſint ℨhere matrimonium? & reſpon. ꝙ ſic, ſecundum regulā illam, qua dī, quoto gradu remotior perſona diſtat à ſtipite; & à quolibet deſcendentiū per aliam lineā ab eodem ſtipite
2 B.†Not.1.quod regula magiſtrorum [b] approbata à iure de-
b bet pro iure ſeruari.†Secundo nota regulā infallibilē in cō-
3 putandis gradibus [c] in linea tranſuerſali , ſeu collaterali , vt
c quoto gradu diſtat remotior,&c.vt in litera,& procedit hæc regula in linea tranſuerſali,ēt inæquali. exēplū in patruo , & nepote, ſunt.n.iſti in linea inæquali, quia nepos deſcēdit per vnū gradū;vnde vbi linea nō eſt æqualis; ſemper ſit cōputatio à remotiori; ſi verò ſunt in linea æquali, exēplum in filiis duorū fratrū,non eſt,vis, vnde fiat cōputatio,ſed quoto gradu diſtat ab vtroque ſtipite,toto gradu ſibi attinet, & iſtę ſūt duæ regulæ in cōputandis gradibus,ſiue æquandis, inter collate-
4 rales.†Sed ſcda aſcēdētiū regula eſt,quod quot ſunt ꝓſonæ tot ſunt gradus,dēpto ſtipite;& ideo demit ſtipes, quia filius eſt ex ſanguine patris;vnde non fit deſcenſus ꝑ duos gradus, ſed tm̄ per vnū , de quo plenius in arbore conſanguinitatis.

ADDITIONES.

a ¶Vir qui. Materiam graduum,& qualiter ſunt computandi tam à iure ciuili,quam canonico,eleganter ſcribit Beatus Thomas in 4. Senten. dist. 40.q.1.art.2.Bar. de Bellen.

b ¶Magiſtrorum.Simile eſt quod dicitur de conſuetudine, vt ſupra, de cognatio.ſpi.c.1.quod intellige, quando approbatio fieret per Papā: quia alterius approbatio nihil operatur,c. ſuper his. & c. de infidelib. ſupra. eo.ſecundum Phi.hic.

c ¶Gradibus.Secus de iure ciuili,de quo,qualiter fiat cōputatio,ponit Bal. de gradib.per totum,per glo.in l.2.C.de ſucceſ.edic.ideo Card.Flo.dicebat hic,quod in matrimonijs ſtatur iuri cano. ſecus quantū ad hereditates,& per gl. Inſt.de gradib.§.6.facit tex. in ratione ſui, in c. ſi.ſ. de incundis nup.glo.in l.1.C.eo.Bal.in l.meminimus.C. de legi.hære. Paul. de Caſt.in l.2.C.de ſuc edi.Cora.conſi.41.& 57. & conſil.201. in 1.volu. & quid ſi ſtatutum faceret mentionē de gradibus , quomodo fiet cōputatio.Pe.de Anch.hic arguit pro,& contra,& cōcludit, quod ſecundū ius ciuile.ſequit Io.And.in addi.Spe.de ſucceſſ.ab inteſta. voluit Bal.in d.l.2.

a *De frigidis, & maleficiatis, [a] & impotentibus coeundi. Rub.*

Viſo de plurimis impedimentis matrimonij, quia frigiditas & maleficiū, & generaliter impotentia coeundi, ſunt impedimenta matrimonij;ideo poſt rubricas præcedentes, ſubditur iſta.nā aduerte, quia hæc rub. habet tres partes: tractat enim de frigidis. Itē de maleficiatis. Itē de impotentia coeundi,& ideo adiecit de impotentia,quia vltra frigiditatē, & maleficium ſunt,& alij modi impotentię,vt puta ſi vir eſt ſectus, ſeu caret virilibus. Itē potuit auctor addere iſtud tertium ad denotandū,quod ſufficit allegare impotentiā coeundi; licet non ſpecificetur cauſa impotentiæ coeundi. pro quo facit c.2.ſ.eo.quia aliter diſponitur in frigido,& aliter in impotentia coeundi,ideo auctor in rub. voluit omnia iſta ſpecialiter attingere, & de his omnibus etiam tractatur in nigro.

ADDITIO.

a Maleficiatis.Vide Bal.in l.ſi. C. de ſponſal. quod de iure ciuili non ſeparatur matrimoniū.Item de materia huius rub.vide omnino beatum Thomam in 4.Sent. diſt.34.q.1.art.2. vbi inter alia dicit, quod ille,qui frigidus eſt,omnino inhabilis eſt ad matrimonium contrahendum ; & dicit quod ſoluitur matrimonium per eum contractū; ſed ab eccleſia ad hoc cognoſcendum ſtatuitur terminus triennij, & quandoque plus. quod limitat eſſe verum quando eſt tanta frigiditas, quæ reddit inhabilē ad generandum , & ad carnalem copulam . Sed dicit quod ſi quis non haberet caliditatē ſufficientem ad generandum, ſed bene ſufficientem ad carnalem copulā;tunc tenet matrimonium;ſcilicet quia eſt ei remedium quamuis non competat ei, ſecundum quod eſt officium naturæ , vt ibi plene per eum; & dicit, quod non poteſt eſſe perpetuum naturale impedimentum;imo reſpectu vnius perſonæ, & non reſpectu alterius,ſed ſi non poſſet implere carnalem actum cum virgine,& poſſet cum corrupta, tunc mediante aliquo inſtrumento poſſent clauſtra pudoris frangi & ei coniungi,nec eſſet hoc contra matrimonium.Dicit etiam ibi Sanctus Thomas in fine,quod nulla frigiditas mulieris poteſt impedire matrimonium ; ſed in muliere poteſt eſſe impedimentum naturale ex alia cauſa, ſcilicet arctatio , & tunc idem iudicium eſt de arctatione mulieris,quod de frigiditate viri.Barth. de Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Maritus pōt ſeparationē matrimonij petere ēt ex impedimēto proprio.*
2 *Confeſſioni coniugum ſuper impotentia coeundi non ſtatur; ſed requiritur alia probatio quoad ſeparationem.5.*
3 *Maritus dicitur caput vxoris.*
4 *Libellus quomodo formetur propter impotentiam mariti.*
5 *Separatio propter frigiditatem, vel impotentiam coeundi , an ſtatim, vel poſt aliquod tempus; & ex quibus rationibus fiat.*
Impotentia coeundi ex quibus arguatur , & quomodo probetur , ſeparatione propter impotentiam poſt longum tempus, petita.
Iudex potius debet admittere, & audire probationes ſuperfluas, quàm defectiuas, vbi agitur de periculo animæ.
6 *Triennalis cohabitatio,an ſit incidenda propter impotentiam.*
7 *Potentia ſi appareat poſt ſeparationem , an matrimonium ſit reintergrandum, & quid iuris, ſi ad alia vota ſit deuentum.*
Separatio facta per eccleſiam deceptā falſis probationibus an teneat.
Potētia coeundi ſi ſit cum alia muliere, & nō cū vxore, quid agēdū ſit.

CAP.

CAP. PRIMVM.

ACcepiſti. Difficile eſt in ſuo intellectu, & habet tria dicta, ſecundū, ibi, Ila. tertium ibi, Si autem. & cōmuniter non ſummat propter varietatē intellectuū. Caſus lit. Aliquis accepit aliquam in vxorem ; & cum ea permanſit per mēſem,vel per tres,vel per annum. poſtmodum dicit,quod eſt frigidæ naturæ,ita quod cū illa,vel alia rem habere nō poteſt; & ſi hoc probari per verū, & rectum iudiciū poteſt, debēt ſeparari;ita tamen,ꝙ ſi poſtea aliam acceperit, reus erit periurij;& acta pœnitētia, priora cōnubia reſtaurabunt.Si vero illa prior poſt annū , aut dimidiū ad ep̄m reclamauerit,dicēs,ꝙ eam non cognouit , ipſe aūt ℨriū affirmet, ei credendum eſt , cū ſit caput mulieris ; quia ſi proclamare voluit,cur tantum tacuit, cū cito potuit ſcire,ſi eam cognoſcere potuit?ſi vero ab initio poſt mēſem,aut duos ad epiſcopum proclamauerit,dicens,volo eſſe mater;ſed vir,quem accepi,frigidæ naturæ eſt,ſi hoc probare poteſt per rectum iudicium, ſeparentur, & mulier ſi voluerit, nubat in domino.
1 B.† No.primo,quod maritus [a] poteſt reclamare,& petere ſe
a parationem etiam ex impedimento proueniente à ſe ; intereſt enim ſua,vt ſeparentur,ſi nō eſt inter eos verum matri-
2 monium, vt non teneatur ad oneramatrimonij. † Secūdo no.quod cōfeſſioni coniugum ſuper impotētia coeūdi plene non creditur;vnde requiritꝫ alia probatio , vt poſſit ſequi
3 ſeparationis ſentētia. † Tertio no. ꝙ vir dicitꝫ caput mulieris,
4 pro hoc c. cum caput. 33.q.5.† Vlt. no.formam, & practicā liberandi ex parte mulieris,cū petit ſeparationem ꝓpter impotentiā mariti,† Opp. contra tex. primo de c. laudabilē, ſ.eo.vbi dicitur,quod ſi allegatur frigiditas , debent ſimul cohabitare per trienniū, & poſtmodū iurare cum ſeptima manu propinquorū;ſed nihil dicitur de triēnio, ergo &c. Item
5 contra verba illa facit tex.in capit.fi.ſ.eo. vbi mulier fuit audita poſt octo annos, allegans impotētiam mariti, & hic videtur innui contrariū,ſed ꝓpter hoc,& multa alia cōtraria, quæ patitur iſte tex.Doc. maxime Inn. varia ſcripſerūt,ita,vt potius intricetur, quā aperiat intellectus huius c. Sed vt clarius dicā,capiendo meliora dicerē,ꝙ principiū. c.debet intelligi,qñ ambo coniuges cōfitenꝫ impedimentū, & poteſt ꝓbari impedimentū per alia ſigna frigiditatis; & cū iuramēto coningū,& ꝓpinquorū,ſ.vt ℨiuges iurēt de veritate,& ℨſanguinei de credulitate,i.ꝙ credāt illos verū iurare. his cōcurrentibus pōt mrimonium ſeparari incontinenti, non expectato lapſu triennij.Illud vero trieniū requiritꝫ, vbi prius per alia ſigna vrgentia probari nō pōt, & hoc innuit tex. in d.c. laudabilē,ibi, Si frigiditas nō prius ,ꝑbari poſſit, &c.& ſic intelligo illa verba poſita in tex.ibi,Per verum iudiciū &c.nam tria ſunt arg.ad probationem impotētiæ, primum aſpectus corporis,vt in c.fraternitatis,ſ.eo.nā ſicut mulier pōt inſpici, ita & maſculus . ſm ar. eſt cohabitatio triēnalis iuxta formam d. c. laudabilē . teritum eſt iurm proprium cū ſeptima manu ,ꝓpinquorū modo p̄dicto,vt ſ.eo.c.laudabilē.vt ergo iſte tex.cōcor.cum d.c.laudabilē, debemus appellare hic verum iudiciū,qñ vltra iurā, offertꝫ ,ꝓbatio per ſigna impotentiæ,licet gl. videtur tm̄ intelligere de iurō, ſed certe hæc non eſt ſufficiēs ,ꝓbatio,vt incontinenti debeaut ſeparari,vt aperte ,ꝓbatur in d.c.laudabilē.verba.n.illa debēt intelligi, qñ mulier confiteꝫ impedimentū, & vir negat; nec mulier, proclamauit in exordio matrimonij,tūc enim,quia ꝓcurrunt duæ præſumptiones cōtra mulierē,prima, quia trade proclamauit;ſecūda,ꝙa vir dicit ſe eā cognouiſſe,nō debet mulier audiri,intelligo, qñ veraciter non pōt probate intētionē ſuam licet aliqua ſigna inducat; tūc.n.debet excludi,ſ.vt nō audiat petens ſeparationē de præſenti.ſed poſt cohabitationē triēnalē audiet, ſi ,ꝓbat per aliqua ſigna, puta, ꝙa adhuc reperit virgo,& offert iurm ,ꝓprium cum ſeptima manu ,ꝓpinquorū,ar.in c.laudabilem,ſ.eo. poſſet ēr intelligi iſte verſi quādo mulier erat corrupta; nā tunc de facili non pōt probari impedimentū mariti.ver.ſi autem,loquitur qñ mulier in nouitate,proclamauit;& per aliqua ſigna pōt probari impotētia mariti;tūc.n.debet audiri incōtinenti, ,put dictū fuit in prin. vnde diſcretus debet eſſe iudex; & ſēper potius exigere ,ꝓbationes ſuꝑfluas,q̄ defectiuas; cū agit in ſeparatione, de periculo animarū,vt dicit Inn.& bene;vnde qñque exigit duo ex illis tribus prædictis argumētis,quandoque omnia tria. qñque ſufficit vnica probatio , vt ſi eſt neceſſario concludens.
6 † Exemplū,ſi ex toto virilia ſunt amputata marito. nam tūc
b fruſtra requireretꝫ alia probatio; [b] & iſte tex. loquit in impedimēto frigiditatis ; nā cū impedimēto maleficij , ſemper ad minus debēt cohabitare prius trienniū,quia cū illud impedimētū non ſit naturale,ſed accidētale,pōt tempore remoueri,vt ,ꝓbatur in c.ſi. ſ.eo.& ſic intelligo,iſtū tex.licet multa,& varia hic ſcribant.In gl.1. vult ergo gl.ꝙ iuſtū indiciū appelletur hoc iurm̄ cōiugū cū ſeptima manu propinquorū: ſed mihi non placet hæc expoſitio.vnde dicerem,quod aut coniuges volunt incontinēti ſeparari,non expectato triēnio, & oportet, ꝙ impedimētum probetur per iuſtū iudiciū, i.per aſpectum corporis, vt ſaltem appareāt aliqua euidētia ſigna impotentiæ;& tūc & iuramento proprio , & propinquorū pōt fieri ſeparatio,ꝙ ſentit tacite hic Abb.& ꝓ hoc adduco. c.claudabilē, ſ.e.ſcdm intellectū,quē ibi teneo,vt rectū iudicium ponat ꝓ remedio, ſeparato à iuramēto coniugū,& ꝓ-
7 pinquorū,& dic,vt dicā in d.c.laudabilē.†In gl.3.ibi, Sed nō credo,ꝙ hoc obſtet. intellige hāc gl.ꝙ primū mrimoniū debet reſtaurari quoad vinculū,ex quo nunc apparet de potētia viri,ſed reſpectu fori; ſeu mutui ſeruitij ſerua diſtinctionē præcedētē,vt ſi ſolus maritus fuit in dolo, poſſit vxor petere ſeparationē quoad thorū ꝓp adulteriū cōmiſſum cum illa alia.Si vero nō fuit in dolo,vel vterque cōmiſit dolū, tūc mrimoniū reprobat quo ad oīa, pro hoc c.fraternitatis, ſ.e.&c. pe.& vl.de adul.& ſic diſtinguo no.hic per Io. And.& ℨ hāc ſeparationē primi matrimonj venit ℨrium,ꝙ ſequitur in gl.
c de c.ſi ꝑ ſortiarias. [c] 33.q.1. vbi dī,ꝙ ſi mrimoniū fuit ſeparatū ꝓp maleficiū viri; licet vir poſtea ducat aliquā , & cognoſcat nō per hoc ſeparabit primū mrimonium, cuius ℨrium hic dicit,& in c.laudabilē.ſ.eod,Sol.gloſ. dicit aliud in ſeparatione ,ꝓpter frigiditatē, & aliud ,ꝓpter maleficium.& nō reddit rōnē diuerſitatis; vnde aliqui dicere voluerūt,ꝙ illud c.ī hoc ſit correctū, ſed tu tene gl. & dic hāc eſſe rationē diuerſitatis;nā frigiditas eſt impedimentum naturale , non reſtrictum ad certam perſonā; vnde ſi vir poſtea cognouerit aliā, apparet eccleſiā fuiſſe deceptā , cū eodem mō potuiſſet cognoſcere primā; ſed maleficiū,quod ſit, inſtigante dyabolo, reſtringitur ſæpe ad certā perſonā , vt omnes poſſit cognoſcere præter vxorē;ideo ſi poſt diuortiū ducat aliā,& cognoſcat,nō per hoc apparet eccleſiā fuiſſe deceptā;ideo non debet ſeparari,ſecundum,& reſtaurari primū; & ita proprie loquitꝫ illud.c.ſi per ſortiarias,ꝓ hoc c.ſi.ſ.c. & ſic intelligo iſtū tex.ꝙ ſolet difficilis reputari, ꝙa vī deuiare à deciſionib aljs.

ADDITIONES.

a ¶Maritus.Quod procedit etiam contra voluntatem vxoris,nec poteſt mulier renunciare tali impedimēto,ſecundum Phi.hic.quod intellige,quando frigiditas erat à pri.ſecus ſi ex poſtfacto ſuperueniret, quia non diſſoluitur matrimo.32.q.7. c.hi qui. Quis autem debeat probare prioritatem,vel poſterioritatem,gloſ.eſt no.30.q.1.c. quod autem,quæ voluit quod fauore matrimonij præſumatur poſterioritas , ſequitur Hoſt. in ſumma,de frig.contrarium tenet Panor.in c.fraternitatis,infra,eo.

b ¶Requireretur alia probatio . Non.n. debet iudex admittere aliquem ad probandum , quod probatum non reuelat, vt plene per An.Cor.ſin.ſuo 208.in ver.iudex quod inci.non debet admittere.Zac.

c ¶Per ſortiarias.Pro ſolutione huius difficilis contrarij, vide Ant.in c.fraternitatis infra,eo.De Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Impotens ad copulam , eſt impotens ad matrimonium contrahendum, ſiue impedimentum ætatis ſit ſiue naturæ.*
2 *Puer non præſumitur,qui generare poteſt.*
Puer dicitur vſque ad 14.annos,
3 *Impotentiam allegare ſufficit,etiam ſi qualitas non ſpecificetur.*
4 *Impotentia temporalis, & perpetua,an idem operentur.*
5 *Senex quomodo poſſit matrimonium contrahere .*
Spado carens vno teſticulo,cōtrahere poteſt;ſecus eſt ſi careat ambobus.
Semen qui non poteſt emittere,licet habeat virgam erectam,contrahere non poteſt.

CAP. II.

1 QVod ſedem. †Impotens ad copulam, eſt impotens ad mrimoniū cō trahendū, ſiue ſit impedimentū ætatis, ſiue naturę.
2 † No.1. ꝙ nō præſumit puer, ꝙ generare poteſt;& puer dī vſque ad 14.an. de quo dic,vt in c.puberes, &c.2.de-
3 ſpon.impuber.†Secundo not.arg. ꝙ ſufficit allegare viri impotentiam abſqe eo,quod ſpecificetur qualitas impotentię.
4 † Item no. ꝙ idē operatur impotentia temporalis quoad tēpus,ꝙ perpetua in perpetuum;vt patet in parficatione, quæ
5 hic fit inter puerum, & impotentem.† In gl.fin.ibi,Humani-
a tatis [a] ſolatiū &c. expone iſta verba, prout nota.in c.nuptiarum,

ADDITIO.

a ¶Humanitatis.Vt ſciatur veritas huius paſſus, bonū eſt ſcire, quis dicitur ſenex.Et dicēdū,ꝙ ſenex eſt qui perfecit ſeptuaginta annos. Tex.eſt in l. 3 ff.de iur.immu. & in l.2.in prin.de excu.tu.& §.maiores.Inſt. de excu. tu.gl.in c.ſi teſtes.§.idē inuiti.4.q.3.& gl.in ver.perfectus.in proœ.Sexti, & plene An. in c.quoniam frequenter,vt lit.non conteſt.Et a dde,ꝙ licet dicatur ſecundum iura , ꝙ non eſt ſenex ille, qui eſt minor.70. annis.tamen quoad bellum exercendum , vel ferendum militiam , dicitur ſenex ille,qui habet quinquaginta annos. Ita dicitur gl.no.in l.2.in princ.ff.de exc.tu.Et ita Flo.in Linuti.ff.de teſtib.quis dicatur ſenex, vide Domi.poſt Arc.in c.1.§.verum.de cleri. ægro.lib.6.& Specu.in titu.de teſte.§. nunc tractemus,& §.fina.ver.ſed quos vocat ſenes.& gl.magna in l.non aliter. §.1.ver.ſeniores,de leg.3.Barth.de Bellen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a rum,prælleg.in gl. in verbo, In quibusdã. senex[a] enim ideo ℑhit: quia habet habitum qñque reducibilem ad exercitiũ; sed tex.debet intelligi de omnino impotente, ideo dicũt hic
b Doct.q̃ spado[b] carens vtroque testiculo, non potest ℑhere
c matrimonium, [c] secus autẽ,si careat vno testiculo tñ: & sic potest intelligi.l.si ser.§.si spadoni.ff.de iure dot. & vide glo.in
d chi qui, [d] 32.q.7.quæ tractat,quid de eo, qui habet virgã ere ctam,sed non põt emittere semẽ, propter impedimentũ naturale,vel accidentale;& tenuit ibi glo.q̃ talis põt matrimonium ℑhere,cum possit mulierem prouocare, sed cõiter tenetur ℑrium:& hoc puto verius,quia ex quo non potest generare,potest vxor dicere,ego volo esse mater, &c. vt c.proxi.in fi.& de hoc aliquid infra eod.c.consultationi.

ADDITIONES.

a ¶Senex.Quantumcunq; senex potest contrahere matrimoniũ,& hoc probatur à speciali in c.cum haberet,de eo qui dux.in matri. quam pol. per adulter.Et est casus iuncta gl.1.in l.sed est quæsitum,in prin. ff. de lib.& posth.Et est casus apertus in l.sancimus,hic allegata,in gl. & facit l.fi maior.C.de legit.hæred.Bal.in c.ex transmissa,de restit.spo.Barth.de Bellen.

b ¶Spado.Ad intellectum d §.si spadoni,aduerte quod tale nomen, est nomen generis,vt l.spadonum.ff.de verb. sig. & ideo dicit illa litera in d.§. spadoni, quod aut spado est castratus, quia fuerunt incisi testes iuxta l.si seruus seruũ.§.& si puerũ.ff.ad l.Aqui.& tunc non potest esse matrimoniũ.Ex quo infertur,quod talis non põt adoptare, vt est casus in l.2. ff.de adop.per ea quæ ponit Bar.in l.fi is qui pro emptore. ff.de vsucap. Aut spado non est castratus,& tunc est matrimonium. Soci.in l.1.ff.solu.matrim.vide Soc.in consi.123.incip.Bononiæ dum eram.
¶Adde quod mendose alleg.hoc sing.debuit enim allegare sing.num.634. & secundum veriorem nu.sing.936.Zach.

c ¶Matrimonium.Vide ad hæc quæ scribit eleganter do.Bar.Soci.in l.1.sol. matrim.Seb.Sap.

d ¶Hi qui.Adde hic quod notant Doct.in c.fraternitatem,supra de eo, qui cogno.contang.vxo.suæ.Barth.de Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum naturale ad coitum, irreparabile arte medicorum matrimonium impedit.4.*
2 *Impotentia coitus nõ omnis,matrimonium impedit;nisi sit talis, quod arte medicorum reparari non possit, & intellige de reparatione, quæ sine periculo corporis fieri possit.*
3 *Impedimentum superueniens post matrimonium contractum,licet non dum consummatum,non soluit matrimonium.*
Matrimonium de præsenti,etiam non consummatum,non soluitur; nisi per ingressum religionis.
Papa an possit soluere matrimonium nondum consummatum propter superuenientem impotentiam coeundi.
4 *Impedimentum accidentale idem operatur. quod naturale.*

CAP. III.

1 EX literis. † Naturale impedimentũ ad coitũ irreparabile arte medicorum, matrimoniũ impedit.primo consultatio.secundo responsio.ibi.Respondemus.Casus literalis.Quidam ℑxit cum quadam,quę cum debitũ reddere non posset:licet vterque legitimæ fuisset ætatis, mulier ℑxit tam grauẽ infirmitatẽ,vt omnino inutilis sit facta viro, q̃ nullo modo eam cognoscere potest,quæritur,an debeant separari? Respõdet Pa.si vitium illud à natura ℑxit mulier, nec ope medicorum põt ei subueniri, vir potest aliã ducere in vxorẽ. Ber. Not. q̃
2 † ad dirimendum matrimoniũ non sufficit,quodlibet impedimentum ad coitũ,nisi sit tale: quod arte medicorũ curari non possit; & intellige, q̃ possit fieri reparatio,absq; periculo corporis,vt exponit tex.ℑ.eo.c.fraternitatis. † In gl.j. in fi. vult ergo glo.relata ad tex.q̃ impedimentum accidens post matrimonium ℑctum licet nondum consummatũ, nõ tribuit facultatẽ separandi matrimoniũ,quod no.nã matrimonium ℑctum per verba de p̃nti,quod semel tenuit, non reperitur posse separari,nisi per religionis ingressum,vt in cap.ex parte,& c.ex publico,de cõuer. coniug. credo tñ, q̃ sit sufficiens causa, vt Papa[a] possit illud separare, si multũ timetur de incontinentia sani,ad hoc, quod no.in d.cap. ex publico.
4 †In glo.in ver. A natura,aduerte,licet tex.loquat'de impedimento ãnatura ℑcto, idem dic, si impedimentum fuit acci-
b dentale, [b] dũmodo præcesserit matrimonium pro hoc cap. præce. & c.seq. in quibus solũ ponderat' impotentia coeundi, & hoc sentiunt Doct.infra cod.c.proxi.vbi dicam.

ADDITIONES.

a ¶Papa.Sequitur Ant.de But.in c.proxi.nu.11.in fi.& Phi.hic, nam talis impotentia facit mulierem adhiberi.l.quæritur. §.mulierem. ff.de ædilitio edicto.

b ¶Accidentale.Si vero mulier erit effecta arcta, propter semen viri impotens ad coeundum,non potest matrimonium amplius dissolui, 32.q.1. secundum Ant.de But.hic,& in cap.1.& 2.supra de coniugio leprof. & per Card.Alex.referentem Host.ita tenere de quadam muliere, quæ propter medicamenta erat effecta incognoscibilis.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens scienter matrimonium cum impotente ad copulam, ab ea non separatur.*
2 *Matrimonium verum esse non potest cum omnino impotente ad coitum,nam desinit causa institutionis matrimonij.*
Matrimonium institutum est propter ſpem sobolis, & vt euitetur fornicatio.
4 *Matrimonium secundo loco contractum per potentem cum impotente, tenet non obstante,quod prius scienter cum impotente contraxerit.*
Pubes,qui contraxit,si postmodum cũ impubere contrahit,tenet secundum matrimonium; licet teneatur expectare, donec peruenerit ætatem legitimam.
3 *Maritus,qui scienter contraxit cũ impotente ad coitũ, quãuis cum ea contrahat,tenetur necessaria subministrare illi impotenti mulieri.*
Mulier arcta,vel alias impotens,apta non est ad contrahendum.
Matrimonium scienter contrahens cum impotente,tenetur cum ea ste morari,tanquam cum sorore.
Apostolorum vxores castæ,vt sorores cum eis viuebant.
Coniuges ẽt sorores appellantur,vbi carnale cõmerciũ non exercetur.
4 *Iudicandum,an sit secundum Romanam ecclesiam, vel curiam.*

CAP. IIII.

a CONsultationi. [a] Contrahens † scienter
1 cũ impotenti ad copulam ab ea non separatur.h.d.primo consultatio.secundo respõsio.ibi,Taliter.Casus literalis. Aliquę mulieres ita sunt clausæ,& impotentes, q̃ viris carnaliter cõsceri non possunt. Quæritˇ,an possint ℑhere matrimonium & si ℑxerint,an debeant separari.Respon.Pa.non vr credere, q̃ aliquis cum talibus ℑhat matrimonium, tñ Rom. ecc cõsueuit in talibus iudicare,vt si non p̃t eas habere vt vx
2 res,habeant vt sorores. Ber. †No.j. q̃ cũ omnino impotens ad copulã non p̃t consistere verũ matrimoniũ; nã deficit causa institutionis mrimonij:nã nec pp ſpem sobolis, nec euitet' fornicatio,hoc matrimoniũ põt dici ℑhi, & ideo vi
b Doc.hic,& bene,q̃ si potẽs,qui prius scienter ℑxit cũ impotente,ℑxit cũ alia,tenet mrim.cũ secunda, [b] nõ obst. q̃ cũ obligatus cũ prima ad morandũ tanq̃ cũ sorore,vide infra tiã in eo,qui ℑxit cũ minore:nã licet sit obligatus ad expectandũ donec peruenerit ad maiorẽ ætatẽ,vt in c.de illis,ℑ.de spõ.impub. tñ si mrimoniũ cũ alia ℑxit,tenet mrimoniũ, no,in d.c.de illis,facit c.sicut,de spõ.dũt tñ Inn.& Host. q̃ net' iste semp alere illã impotentẽ, cũ qua sciẽter ℑxit mr q̃ bene no.Plus ẽt dũt, q̃ si timeret de fornicatione potẽs, poterit ecclesia sibi subuenire,dãdo sibi licẽtiã cũ alia ℑhi di,ex quo cũ prima nõ est verũ mrimoniũ:remanebit ra obligatus ad reddendũ necessaria primæ. Sed q̃re de qua potẽtia verificat' iste tex. q̃dã volũt intelligere, q̃ mulier multũ arcta,sed Doct. cõiter intelligunt in quacunq; impotentia, ẽt si accidentaliter proueniret impedimentũ, an ctũ mrimoniũ,pro hoc facit,q̃ dicit ℑ.c.prox. & hoc pla
3 qa eadẽ est rõ in quolibet impedimẽto. †Vltimo q̃ro. q̃ tendit litera,dũ dicit,q̃ si talis scienter ℑhit cũ impotente bebit illã,vt sororẽ.Io.An.dicit,q̃ secũ dẽt caste viuere, cũ sorore.Nã sicut veri cõiuges possunt promittere ℑ tiã simul morãdo, 50.q.5. q̃ Deo, ita & isti potuerunt morari in ptinẽtia.Et pro hoc adduco tex.in c.cõiug. vbi Paulus de vxorib.Apostolorũ dixit, nunquid nõ h ptãtem circũducendi mulieres sorores, &c. vnde ℑiug pellant' sorores in quib.nõ exercet' carnale cõmerciũ: si
4 to,q̃ capiatur ver.Sorores †In gl.fi.ibi, Sic præcepit i dũ. hoc non procedit in sñia lata ordine iudiciario seru quia tenent' alij iudicare,ſm quod Papa iudicauit: licet pcipiat sic iudicandũ,vt in c.causis,alle.in gl. & intellige nõ in cõsuetudine cur.Rom. & sic sentit in fi.nã talis ℑ necessario nõ est ab alijs seruãda,nisi Papa præcipiat, de vide gl.in c.vnico,de sum.Tri.in ver.docuit, lib.6. vnde exponit hic tex.iudicare,i.tenere,vt sit sensus, q̃ ℑsueuit ecclesia tenere,vt habeat',vt soror; non aũt eccle. Rom. ℑ vt sic fiat,& ex hoc posset inferri,q̃ vbi est ℑria ℑsuetudo seruanda est, & non dispositio huius c.quia, vt prædixi istos non est matrimonium, & ita intellige istam gl. &c.

ADDITIONES.

a ¶Consultationi. Quod sit firmum matrimonium, quod scienter contrahitur cum frigido,concludere videtur B. Thom. in 4.sent. dist.33. argum.2.post medium,Bart.de Bellen.

b ¶Cum secunda.Dic hoc esse verum duobus de causis de quibus in fi. nu.in fi.concurrentibus, l.quod talis contrahens suspectus de incontinentia dispensetur saltem ab episcopo. item, quod talem impotentem ad copulam alimenter,ita no.Fely.in c.lator, de re iud. refert, & legitur Hip.de Marsi.sing.suo 165.in c.scriptum est.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatur statim si constat de impotentia coeundi, cohabitabunt simul per triennium, & si probabitur, quod operati sunt carnali copulæ,& non potuerunt coniungi statim separantur.*
2 *Triennalis cohabitatio non est necessaria,vbi statim probari potest impedimentum.*
3 *Iuramentum præstatur,tactis sacrosanctis scripturis,& si non tangitur non valet.*

Tactus

Tactus si datur pro forma in antiquo actu,si non in interueniat, actus vitiatur.
Coniuges non tenentur iurare super aliquo impedimento; sufficit enim, quod generaliter dicant,non potuisse matrimonium consummare.
Confessione coniugum,an bene probetur impedimentum.

CAP. V.

1 LAudabilem. †[a] Si de impotentia coeũdi constat, statim mrimoniũ separatur;alias cohabitabunt coniuges per triennium;& si cum septima manu propinquorum iurant,quod dederunt operã carnali copulæ,& non potuerũt coniungi, statim separantur, ita cõiter ſmmatur. sed ego aliter intelligo, vt dicam ĩ.& diuiditur in duas partes, prima loquitur, qñ vnus coniugũ dicit mrimoniũ consummatũ, & alter diffitetur, sed a ibi;si autem, qñ vterque fatetur mrimoniũ non esse consummatũ. Et prima pars ſubdiuidit; nã prima loquit, qñ simul esse nõ cõsentiũt. Sed a, qñ ℑsentiunt ibi,Quod si.Casus literalis. Quidã ℑxit mrimoniũ cũ quadã, tãdẽ dr esse frigidæ naturæ. Quæritˇ hic,quãtũ tps dãdũ sit illi ad experientiã copulæ cõiugalis? Papa rñ. q̃ ab eo tpe quo celebrat' cõiugiũ& incipiũt ſimul cohabitare,cohabitẽt per triẽniũ dãdo operã carnali copulę:si ante triẽnium probari non possit frigiditas quo elapso, si postea simul cohabitare noluerint,si mulier p̃ iustũ iudiciũ ꝓbare potuerit, q̃ cũ eo coire non possit,aliũ accipiat. & si ille aliã acceperit, separentur; si vero consentiunt simul esse, habeat eam,vt sororẽ. Si autem confiteãtur,quod nunquam se inuicẽ cognouerint, cũ 7.manu propinquorum,vel vicinorũ bonæ famæ,si propinqui deficiant, iureiurãdo dicat vterque, quod nũquam vna caro effecti sunt; & tunc mulier poterit alium accipere; & si ille aliã acceperit, de periurio notent; & acta pœnitẽtia, cogant' ad priora ꝓnubia redire. Ber.† No.1.ibi,Si frigiditas prius ꝓbari nõ possit,bonũ,& no. text. q̃ vbi impedimentũ põt in princi. ꝓbari,nõ est opus,q̃ cohabitẽt per triẽniũ,vel quod inducãt consanguineos ad iurandũ; vt puta si probatur,q̃ vir habet membrũ aridum,vel quod cx toto sit sectus, vel quid simile;nam frustra expectatur euentus,cuius nullus induceretur effectus, [b] vt in c.cum contingat,ℑ. de of.deleg. quod intellige in impedimẽto propter maleficium, quia cũ sit accidẽtale,& possit remoueri ad tempus,debẽt prius sem per cohabitare per trienium,iuxta formam.c.fi.j.cod.† No. 2.casum,in quo iurat',tactis sacrosanctis scripturis,seu euangelijs.& sic requirit' actus euangeliorũ; nõ enim esset iuri satisfactum,si iuraretur sine tactu,de quo vide glos.fing.in c.vt circa,de elect.lib.6.in versi.Corporali,vbi dicit.q̃ quãdo pro forma dispositio exigit tactum,non valet actus; nisi iuramẽgl.& vide ad materiã gl.valde not.in cle.1.de hære.in ver.Tacta quam vide & no. † Ita no. q̃ cõiugens non habẽt iurare dicant, q̃ nunquam potuerunt consummare matrimoniũ. † Opp.contra tex.de contrarietate,nã in prima parte requiritur cohabitatio triennij.in secunda parte videtur innui oppositum.Sol.Inn.intelligit primã partem,quando alter cõfitetur impedimentũ,& alter negat; secundã partem intelligit,quãdo vterque cõfitetur,hoc.n. casu,potest statim separari,matrimoniũ ad iuramentum coniugũ, & ꝓpinquorũ. & licet iste intellectus videatur oĩb.cõis præter. Host. q̃ impropriat literã in suo intellectu? mihi tamẽ non placet,quia ℑiugalis,vt est q̃ frigiditas, prius vere ꝓbari non põt,vt patet in tex.sed hæc ratio fortius vẽdicat sibi locũ,qñ vterq;ℑfi pe dubitat,vtrũ frigiditas sit naturalis,& perpetua;an accidẽtalis,& tẽporalis;& ideo ex quo vere probari non potest,voluit tex. q̃ debeat expectare per triẽniũ, vt appareat ex cursu tẽporis,an sit perpetua,vel tẽporalis Itẽ text.in prin.dat indistincte trieniũ,vbi prius frigiditas ꝓbari non põt;sed per cõfessionem coniugũ non habetur vera probatio vt in c.super eo, qui cogno. cõsanguineã vxo.suæ. nec iurm ꝓpinquorũ sufficit,qa illi iurant de credulitate,vt in gl.Itẽ non sine mini sterio,litera in principio fecit mẽtionem de iusto iudicio; & in secunda parte de iuro coniugũ, & ꝓpinquorũ.& ideo intellige,quod aut põt impedimentũ veraciter probari;& tũc non est opus cohabitatione trienij, & iuramẽto propinquorum,vt in princi literæ à contrario:aut non põt probari veri matrimoniũ,nisi is, qui stat contra matrimoniũ, probet impedimentũ,per iudicium, & intelligo hoc casu iustum iudicium,quando cohabitauerunt per triennium;& postmodũ probat per aliqua signa,puta,quia probat se virginẽ, fac cit ad hoc,quod no.gl.33.q.1. capit.1. si tamẽ haberet signa magis euidentia, posset illico tunc separari mrimoniũ cum iuro proprio,& propinquorũ,vt in c.1.in vl.rñ.ℑ. eo.Si vero confitetur vterque; sed aliter non probarent debent simul cohabitare per triẽnium, & postmodũ iurare cum septima manu propinquorũ, & intelligo. §. Si autem. vnde q̃ dicit hic de triẽnio ꝑcernit totã literam sequentẽ, ſm quod ego intelligo;& iste intellect' applaudit litere, & est multũ tutus.

ADDITIONES.

a ¶Laudabilem. An ista decreta.ita habeat locum,si impotentia coeundi est propter frigiditatem,sicut si propter maleficium,vide Specu.de teste.§. nunc tractandum,vbi refricat in dubium,Bart.de Bellen.

b ¶Effectus.L.fi quis ita scripserit,ff.de hæredi.instit.quia si hodie constat,hodie agatur,vt per gl.& Doc.in l.1.ff.deno.ope.nun.

c ¶Corporaliter præstitum.Adde,quod hoc casu,etiam corporaliter præstitum super alia scriptura, quam euangeliorum,non sufficeret,nisi consuetudo, ita introduceret. scilicet quod sufficeret tangere aliã scripturam, vt multum singul.notat.Alexan.in l.ait prætor.§.fin.ff.de iureiu. Fel.in c. fraternitatis,post istum in vltim.col.ℑ. de testi.& Lanfran. in c.quoniam contra,§. statuimus; nume.1.& ibi in apo.Cel.ℑ. de proba.in versi. tactis scripturis, vbi concordat. Doctorum opi. quia iste in c.tuis. versi.quæro extra gl.ℑ.de test.videtur tenere contrarium.Zac.

SVMMARIVM.

1 *Arcta si est mulier;& non appareat,quod absque periculo corporali habilis reddi possit,separatur matrimonium.*
2 *Matrimonium separatum propter impedimentum, reintegratur si postea apparet ecclesiam fuisse deceptam. 13.*
Impedimentum etiam post multos annos allegari potest.
Matrimonium nullum tractu temporis non firmatur.
3 *Matrimonialis causa per inferiorem episcopo cognoscitur,& quandoq; iudex ex officio, allegato impedimento põt impotentes inspici facere.*
4 *Inspectio mulieris quomodo per matronas fiat.*
5 *Votum potest esse solenne ad impediendum, & dirimendum matr. postea contractum citra religionis ingressum.*
6 *Impedimẽtum viri, vel mulieris,quod facto humano sine corporali periculo remoueri non potest,reddit quem inhabilem ad contrahendum; secus,si reuocari potest.*
7 *Mulier ab vno cognita,præsumitur quod sit cognoscibilis à quocunque.*
8 *Duo vbi parificantur,data potentia exercitij in vno,præsumitur in alio.*
9 *Sponsa de præsenti nondum cognita, si fornicatur cum alio, potest vir ab ea quoad thorum separari;sed non in totum matri.separatur.*
Sponsa de futuro si fornicatur cum alio,potest ſponsus ab ea in totum separari.
10 *Error iuris,& probabilis excusat.*
Adulterium non committit mulier, probabiliter præsumens se solutam; si alteri nubat.
11 *Periti in arte illa cõsulendi sunt, de qua dubitatio,seu quæstio vertitur; & ideo iudex de peritis in arte illa prouidebit.*
Impedimentum vbi per testes probari potest,propinquorum iuramentum non est necessarium,
12 *Periti in arte per iudicem ad aliquid faciendum deputati, an iurare debeant prout testes.*
13 *Matrimonium separatum propter impotentiam ex maleficio prouenientem,non reintegratur,si postea aliam ducat,& cognoscat.*
14 *Impotentia viri,& mulieris,an idem operetur.*
15 *Triennali cohabitatione facta,si coniuges consummare non potuerunt, matri.impedimentum præsumitur perpetuum.*
Matriuonium separatur,etiam propter præcedens impedimentum.
16 *Impedimentum quomodo præsumatur præcessisse.*
In dubio non semper iudicatur pro matrimonio.
Præsumptio ex futuro fit ad præterita.
17 *Sententia reuocari potest,si error probabilis detegatur.*
18 *Sententia notorie iniusta nulla est, vel saltem reuocari potest; etiam si non sit appellatum.*
19 *Mulier impotens separata à primo viro, si postea ab alio cognoscitur, an sit restituenda primo, 20.*
21 *Sententia in causa matrimoniali, quomodo possit in rem transire iudicatam.*
Appellari,an possit tertio in causa matrimoniali.
22 *Mortuus refuscitatus,an recuperet vxorem,filios,& alia bona.*
Mortus refuscitatus,an sit bapizandus, vel iterum ordinandus; & an soluatur religio.

CAP. VI.

1 FRaternitatis. † Propter arctationẽ mulieris, si appareat quod prẽter diuinum miraculum, absque periculo corporali habilis reddi nõ potest, separatur matrimonium; reintegratur tamen si postea appareat ecclesiam fuisse deceptam.h.d. primo ponitur q̃ secundo distinguens solutio,ibi quãuis. tertio inferunt' alię duæ quæstiones,ibi,per hæc. Casus lit. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam viro,& cum eo per plures annos permansit,nec potuit ab ipso carnaliter cognosci.Archipresbyter Altisiodorẽ. negotium istud significauit episcopo suo. Eps super hoc volẽs veritatem inquirere, quasdam matronas ad præsentiã suam vocauit, districte illis iniungens sub periculo animarum, vt illam dispicerẽt, vtrum, esset idonea ad copulã coniugalem:

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ tandem, ea inspecta, dixerunt, ꝙ nunquam poterit esse
mater; & ideo inter eos diuortium promulgauit, mulierem
inducens, vt religionem intraret, perpetuam continentiam
seruaturam, & viro dedit licentiã contrahendi, qui cũ alia con
traxit. postmodum mulier illa carnaliter ab alio fuit cogni
ta, reiecta continentia, quã promisit, & cuidam Gu. nomine
inpsit, negotiũ istud Altissiodoren. eps significauit dño papę
quærens, quid super hoc sit agendũ? rescribit papa, vt in tex.
ibi, quamuis igitur. Et postea in fi. ibi, per hoc, dr ꝙ remanẽt
declaratæ duæ quæstiones ex narratis, ſ. in præsenti c. & dic
2 vt ibi. B. † No. i. ibi, per multos annos, quod impotentia alte
rius coniugũ, potest allegari post plurimos annos; nam tra
ctu temporis non firmatur matrimoniũ nullum, pro hoc ſ.
3 c. proxi. vbi post octo annos, mulier proclamauit. † Secũdo
no. ibi per archipresbyterum, ꝙ inferior episcopo, potest co
gnoscere de causã matrimoniali, & forte secundũ Doctor.
iste cognouit ex delegatione epi, & de hoc vide, vt plene dixi,
4 in c. 1. de consan. & affini. † Tertio no. ibi suæ parochiæ, ꝙ iu
dex ex officio suo potest, allegato impedimẽto, facere impe
dirã, & impotentem inspici; & ꝙ matronæ inspiciẽtes debeãt
esse ꝓuidę, & honestę de parochia mulieris, quam in spicere
debẽt; & hoc ideo, qa presumuntur habere pleniorẽ notitiã,
arg. c. scriptũ. & c. post q̃, ſ. de ele. & consulit Host. ꝙ prius fa
ciant lauari mulierẽ in aqua calida, & diu ibi morari; nã per
medicinas reddũt se q̃nq; arctas, quibus prædicto modo ob
5 uiãdum est. † Not. ẽt ibi, Simplici verbo, an voto solenni, &c.
ꝙ votum debet esse solenne ad impediendũ, & dirimendum
matrimoniũ postea cõtractum; citra religionis ingressum,
& clarius hoc ꝓbat litera in ver. (Nisi se voto,) & non recolo
de alia litera, quæ ita bene hoc ꝓbet; sicut ista, & facit ꝙ opi.
domini Ant. in capit. rursus, ſ. qui cler. vel vo. sed hodie sta
6 mus capi. 1. de voto, li. 6. & dic, vt dixi in d. c. rursus. † Item no.
hic regulam satis notãdam in materia matrimoniali, ꝙ omne
impedimentum viri, vel mulieris, quod facto humano, si
ne corporali periculo remoueri non põt, reddit quem inha
bilẽ ad contrahendũ matrimonium; secus ergo, si facto hu
7 mano potest impedimentũ reuocari. † Not. ibi, (cuius,) à si
mili, ꝙ si mulier est cognita ab vno viro, præsumit, quod sit
cognoscibilis à quolibet viro; puto tũ, ꝙ hæc præsumptio
recipiat probationem in cõtrarium, vt patebit ex ꝛ. dicẽdis.
8 † Et ex hoc infertur, quod vbi duo pariscantur, data potes
9 tia exercitij in vno, præsumitur potentia etia in alio † Not.
etiam ibi, (Prætextu fornicationis,) quod si sponsa de præ
senti cõmittit fornicationẽ, potest sponsus eius consortiũ
declinare; non tñ matrimoniũ separatur; secus in sponsa de
10 futuro. vt in c. quẽadmodũ, sup. de iureiu. † No. ẽt ibi, (Arti
culus iste dubitabilis, &c.) qđ licet regulariter error non ex
cuset, vt in regula ignorantia, de reg. iur. libr. 6. si tamen er
ror est probabilis excusat, ad hoc. l. regula. ff. de iur. & fact.
ignoran. Et no. ex eodem verbo, quod si probabiliter præsu
mens se solutã, alteri nubat, non cõmittit adulterium; licet
postmodũ reperiatur nupta, quia adulteriũ non cõmittitur
11 sine dolo. l. pe. ff. de adul. 34. q. 2. c. cum per bellicã. † In glosa
prima ibi, (Et peritę in arte illa.) & idem dic in aljs artibus,
vt credatur eis, cũ deponũt super peritia artis corũ. ad hoc,
c. tua, & c. significasti, 2. de homi. vnde iudex debet in talibus
a adhibere peritos, [a] vt debeant æstimare sumptus factos in a
liquo ędificio, vel medicos, ad perhibendum testimonium,
an percussio fuerit lęthalis, & idẽ in simili dicẽdũ. Et in fi. gl.
dicit Host. ꝙ ista ꝓtatio iuri ꝓpinquorũ habet locũ in om
ni casu, in quo non constat de euidentia impedimẽti, & hic
forte fuit adhibitũ, licet lra non dicat; sed quoad casum hu
ius. c. placet dictũ gl. vt iurm propinquorũ, vel coniugũ, nõ
sit necessariũ. ex quo per testes euidenter ꝓbari potest impe
dimentum, vt hic satis bene probatur, & in c. laudabilem, su
12 pra eo. in prin. à ꝛrio sensu. No. tñ dictum Ho. † In gl. in fin.
tene menti gl. iũcto tex. & idem tenet Inn. in c. proposuisti,
sup. de prob. Ex hoc enim infero ad qõnem, qua quæritur,
an periti adhibiti per iudicem ad aliqd discernendum, scđm
artis peritiã, debeant ꝓstare iurm, sicut alij testes? videt primo
ꝙ non, qa possent de facili subire piuriũ, cũ non deponant de re perceptibili sensu corporali, sed iudicio intelle
b ctus, [b] sed contrarium est verũ; & dic. ꝙ debẽt iurare de cre
dulitate, & non de veritate; & sic tollitur ꝓcedens moti ium,
& hoc firmat Bar. in proœ. forum, & facit l. edictali, C. de se.
nup. & ad istum tex. dic, ꝙ isti iurauerunt, pro hoc tex. ibi, in
fide sua, vel ꝙ illa abiuratio episcopi habet vim iuri, vt no. gl.
13 in c. constitutis, de appel. † In glo. in ver. (Diuinum miracu
lũ.) no. bene istam glo. vsq; ad fi. quia materia quotidiana, &
instat gl. super intellectu, c. si perfortiaris, vbi melius quã ali
bi probatur, ꝙ per impotentiam ex maleficio proueniẽtẽ,
potest separari matrimoniũ; nec reintegratur, si postea du
cat aliam, & cognoscat. Sed illi. c. videtur obstare iste tex. Sed
glo. prima respondet, ꝙ illud. c. est hodie correctum, & ita
tenuit Inn. in c. ſ. prox. sed doc. cõmuniter tenent oppo
tũ quia ex quo non apparet expresse correctum non de
14 per gl. magistrorũ induci correctio. † Secũdo soluit, ꝙ ad
est impotentia viri, vt ibi. aliud impotentia mulieris, vt
quæ sol. etiam reprobatur; quia vir, & vxor nõ debent
15 paria iudicari, vt in c. gaudemus, de diuor. † soluit gl. & bo
ꝙ ex quo vir, & vxor cohabitauerunt per trienniũ, nec
tuerunt matrimoniũ consummare, præsumitur impe
tũ perpetuũ. nã (vt dicit Gof.) sępe ista impedimẽta sunt
petua; vnde qñ mortuus est ille, qui fecit; vel maleficium
perditũ, vel si fuit datũ in potu, vel cibo. item cũ ipse au
solus possit tollere, non videtur possibilis reuocatio, sin
motio, cum depẽdeat ex facto vnius. vt l. apud Iulianum
fi. ff. de leg. 1. facit ꝙ no. Dy. in reg. semel Deo, de reg. iu.
& ideo tene ꝙ propter maleficiũ præcedens matrimon
potest fieri separatio, seruatis his tñ, quæ habentur, c. pro
16 põt quilibet transire ad alia vota, & hoc vltimũ no. † Se
dubiũ vtrum præsumatur ꝓcessisse matrimoniũ, an fo
c tũ fuisse? Doc. licet hic dubitent, videtur tñ magis inclin
in sententiã, vt præsumatur præcessisse; & sic expediãtur
& non maneãt impediti. Nec ob. c. licet ex quadã, in fi. ſ.
testi. vbi dicitur, ꝙ in dubio est pro matrimonio sentem
dũ: illud. n. procedit, vbi matrimoniũ potest habere fuũ
ctum. ſ. cuitationẽ fornicationis, vel bonũ prolis, ꝙ hic
est, ꝓpter impotentiã coeũdi, & no. mirabilẽ limitation
illud, c. vt nunquã præsumatur pro matrimonio in du
qñ non potest habere fuũ effectũ, & hanc opi. sequitur
in c. prox. sed ego allego gl. in contrariũ. 33. q. 1. in sum.
17 dicit, ꝙ impedimentũ præsumitur subsequutũ, fauore
monij. primum dictum plus mihi placet, ex quo nunqu
tuit cognoscere illã mulierem; nã ex futuro præsumitur
ca præteritũ, vt no. gl in c. scribã, ſ. de præsum. † In gl. in
de præsum. † In gl. in ver. per errorẽ, ibi, si ibi error pro
lis postea detegatur. no. ſin. hanc particulã gl. ꝙ sentenc
test ẽt reuocari, si error probabilis postea detegatur, ꝙ
ligo, qñ detegitur nõ per probationes admittendas; qu
nõ admittatur, põt excipi de transitu in rem iudicatã, vt
cũ inter, de re iudi. sed intellige, qñ aliãs in ipa re appare
errore, vt hic; & per iura all. in gl. patet, ꝙ hoc dictũ nõ
stringendum ad causam matrimonalem, & vide quod
dixi in c. 2. de pur. vul. si tamen probationes iniustæ de
admittantur, iudex debet retractare sententiam, non ob
te, ꝙ transiret in rem iudicatam, ita ſin. dixit Inno. in c.
18 dilecta, de rescrip. & in c. cum Bertoldus, de re iudica. † P
ponit In. hic aliud singulare dictũ, quod si notorie, app
sententiam esse iniustam, debet reuocari, nõ obstante,
non fuit appellatum, vt hic, & c. 2. de pur. vul. quia verit
dit opin. 8. dist. c. veritate, & c. consuetudo. Et no. ex hoc
ꝙ sententia notorie iniusta, est nulla, vel saltem reuoca
non obstante, quod appellatum non fuerit, & etiam
notorietas iniustitiæ postea acciderit, vt hic, quod nñ
d tradatur oblivioni. [d] Et potest esse ratio, quia sententia
sta à iure sustinetur, quia præsumitur iusta propter auc
tatem iudicis, vt in c. bonæ, de elec. & in c. in præsentia, d
nunc. quæ ratio cessat, cum notorie constat de iniustitia
ideo alibi dicit Inno. aliud singulare dictum, quod si pa
cu

ADDITIONES.

a Peritos. Ideo, an vulnus dicatur læthale, est ſtãdum peritis in arte, Sa
Alex. in l. fi ab hostib. §. vir. ff. soluto matri. Bar. in l. fi. ff. ad l. Cor. de
cit. l. ſemel, C. de re milita. li. 12. l. comparationes, C. de fide instrum.
videmus in alluuione. §. prærerea, Institu. de rer. diui. Item in doc
curritur ad magistros, vt in Auth. de alie. & emphy. §. ꝙ autẽ, per
gl. in l. 1. ff. de vẽr. inspi. per Ro. in l. 1. §. eadẽ, ff. de ver. oblig. & an
tur iurare, dic, vt d. gl. quib. adde ꝙ sententia lata secundũ consiliu
torũ, non addeo transit in rẽ iudi. quin possit ex consilio peritor
ctari, Ant. de Bur. & cõiter canonist. in c. ꝓposuisti, ſ. de prob. Bal. in
vir. Ange. in l. ꝙ voluit. §. mancipium, ff. de ædi. edi. Alex. reputant
d. §. fi vir. Ion. Bal. in l. super testib. in fi. C. de testib, dicit, ꝙ aliãs de
fecit exhumari corpus mortuum, Ro. consi. 228. Are. in d. c. propo
videtur tenere contra hanc doct. & an propie dicãtur testes, Sal. in
edictali. §. his illud, C. de secund. nup. refert. & exclamat Alexan. in
dem. Sed de hoc est text. quem ipsi allegant. in c. pen. supra de prob
Bald. & Abb. ponderant ad hoc.

b Intellectus. Ita communiter tenendo attestatur. d. Ias. in reper. l. adm
di, col. 82. ver. an autem perito in arte, ff. de iu. iu. nunquid autem
posint periti in arte de falso, licet testimoniũ suum sit de credul
tradit Bald. in l. data opera, col. 14. C. qui ac. non possunt, refert La
ff. de iu. iu. col. 3. ver. 1. quando testes deponunt, & quod periti in
debeãt iurare de credulitate, tenet etiam Feli. vbi plura allegat. in
posuitti, col. 4. versi. tertia conclusio, supra de proba.

c ¶Inclinare. No. pro limitatione. c. licet ex quadã, in fi. de test. Et huic
adde quod notaui. infra proxime in 2. notab. Bart. de Bellent.

d ¶Obliuioni. Vide Ias. & Mod. Taurinenses, in l. penult. ff. de iust. &
Seb. Sap.

cuius fauorem est lata sententia, confiteatur [a] eam iniustã,
debet eam iudex retractare, ita no. in c. quia plerique, de im
mu. eccl. † In gl. in ver. cuius simili, in fi. no. gl. & idem sentit
gl. in ver. debeat. Sed Inno & Host. tenent oppositum, dicen
tes, ꝙ ex quo facto humano, est facta apta primo viro, dẽt il
la restitui; nã satis est, quod sine periculo mortis possit co
gnosci. Ex hoc. n. patet, ꝙ impedimentum non erat perpe
tuũ, & exponit Host. tex. absque corporali periculo. i. absque
morte, quasi velit, ꝙ si cũ periculo sit reddita apta; ex quo ta
men mortem non inducit, est restituenda primo. & ita cõi
ter videntur sentire Docto. sed ego dicerẽ hoc dictum pro
cedere ex præsumptione, quando non cõstat differentia in
ter vtrumque. ſ. virum, & vxorem, nam si vir est adeo carno
sus, ꝙ nunquam posset defiorare mulierẽ sine periculo mor
tis; secũdus vero vir magis gracilis potuit eã cognoscere, tũc
puto, ꝙ non sit restituẽda primo; licet per frequẽtẽ vsum cũ
secũdo sit reddita apta primo, & hoc tacite iudicio meo sen
serũt. Pe. & Abb. in quadã dist. quã ponit Io. And. hic in fi. sed
ego hoc ꝓbo per istũ tex. qui dicit, ꝙ ista erat cognoscibilis
à primo, ex quo potuit cõmisceri secũdo, q erat similis pri
mo; secus ergo, vbi nõ erat similis. vnde tex. arguit præsum
ptiue à cõmuniter accidẽtibus; secus ergo, vbi probat aper
te dissimilitudo, modo prædicto. † In gl. in versi. fornicario,
ibi, appareat retro fuisse factã iniuriã. hæc solu. non videt bo
na, quia idẽ cõcluderet respectu matrimonij, cuius ꝛriũ in
nuit litera in ver. quam diu. ideo dic, ꝙ prius vir põt obijcere
11 ritatem.aliæ præcedentes solutiones sunt notabiliores.† In gl.in ver. Intuicem.no. bene istam gl. & vltimam, q si matrimonio separato propter adulterium alterius cōiugis, alius non continet,debet matri.reintegrari,non obstante, q snīa separationis lata fuerit.idem firmat gl.inf.prox. Quidam tenuerunt contrarium, q ex quo snīa fuit lata,perdidit ius seruitutis omne, q habebat in marito; & videtur non posse recuperare ex delicto viri superueniente, & vide bo. glos. quæ hoc late disputat in c.Apostolus.32.q.7.& doct.antiqui fuerunt varij in hoc. Sed opin.cōior,& fauorabilior est vt ma-
a tri.reintegretur, saltem ex officio iudicis. [a] q tenet Inno. in c.proxi. & hoc satis mihi placet, ne isti sic separati incidant in adulterium.Et quia stante vinculo matrimoniali,non potest dici,quod iniuria sit illata mulieri,seu ipsi matrimonio, ideo debet hincinde fieri compensatio.& ex hoc no. q snīa fuit lata super separationem matrimonij, quoad thorum;
12 nō tñ transit ex toto in rem iu.pro quo facit, q no.gl.se.† In gl.fi.in fi.no.cōclusionē gl.& hæc cōclusio cōior est, vt dicamus, q anteq vxor confiteat, possit etiam in vita reconciliari marito;licet fuerit separata iudicio ecclesiæ;nam illa snīa separationis fuit lata in fauorē non delinquētis;ideo nō debet retorqueri in eius læsionem; maxime cum duret vinculum matrimoniale inter eos, & pro hoc facit optime auth. sed hodie. C. de adul.& qd no. glo.in c.gaudemus, supra de conuer. coniu. & optime facit tex.ibi.& de vltimo contrario gl.dic,vt no.in reg.factum legitime.de reg.iu.lib.6.

ADDITIO.

a ¶Ex offō iudicis. Vide Fe.in c.lator.3.de re.iu.vbi ponit qd tenēdū. Se.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Separati coniuges sine iudicio ecclesiæ, etiam propter hæresim, redire compelluntur.* 2 4.
2 *Adulterium,& hæresis:seu carnalis,& spiritualis fornicatio,an idem operetur quoad separationem coniugum.* 4.
3 *Matr.separatur etiam propter spiritualem fornicationem.*
4 *Separati cōiuges ppter hæresim, an recōciliarētur.si alter sit reuersus.*

CAP. VI.

1 DE illa. † Si vxor à viro lapso in hæresim propria authoritate diuertit, ad eū reuersum redire compellit;secus si per iudiciū ecclesię ab eo fuit separata.& secunda, ibi, Si vero. Casus li. Quidam vir lapsus fuit in hæresim, vxor eius statim sine iudicio ecclesię,ipsius consortium declinauit;tandē ille reuersus est,& petebat vxorem;ipsa nolebat ad eū redire,quę ritur quid iuris sit? Rñ.Pa. q si mulier maxime ea intentione discessit à viro, vt ille in hæresim lapsus tedio pariter, & confusione affectus ab errore suo se conuerteret, ei reuerso est reddenda,& si redire noluerit, est compellenda. Si vero iudicio ecclesię ab eo recessit,ad eum recipiendū non est cōpellenda, sed hoc, quod ibi dr, corrigitur per c.sequens.
2 B.† No.i.q si maritus spūaliter fornicatur,pōt vxor propria authoritate ab eius cōsortio declinare; nec cōpellit p ecclesiam redire ad maritū pseuerantē in infidelitatis errore. & ex hoc no.vnū casum, in quo differunt fornicatio spūalis,& carnalis;nam pp spiritualem licitum est innocēti, recedere propria autho.nec cōpellitur redire; secus in carnali,scdm Host. sed aduerte, nam si fornicatio carnalis esset notoria, puto, q posset recedere alter propria autho. nec cōpellit redire,vt est gl.in c.fi. de adul.& ibi plene dixi. Sed dria pdicta posset pcedere,vbi non daret notorietas delicti; & hoc posset admitti pp periculum infectionis,quod est crimen hæ
3 sis.† No.2.q pp fornicationē spirituālē, pōt separari matr. quoad thorum,de hoc in c.fi. de conuer. cōiu. & inf.c.proxi.Opp.contra tex.de c.sup. prox. vbi maritus cōpellitur redire ad vxorem post suam separationis, cuius contrarium hic in fi.dr. Sol. ibi maritus cōmisit adulterium post snīam, sed vxor hic non deliquit post sententiam; vel ibi non fuit
4 lata sententia,sed tene primā solu. † Sed op. vr. n. q ex quo maritus incidit in hæresim, q non teneatur vxor cum eo reconciliari quantumcunque sit conuersus; sicut dicimus in mat.separato propter adulterium carnale.so.dic,vt le.& no. in c.fi.de conuer. cōiu. & vide ibi aliquas drias inter separationes factas ob adulterium carnale,& spirituale.In glo.fi.in fi.vult ergo ista gl. q siue iudicio ecclesiæ,siue non,mulier recesserit à viro lapso in hæresim; compellitur tamen redire ad eum reuersum,nisi velit intrare religionem,& fuerit separata iudicio ecclesiæ.& idem tenet gl.fi.inf. c.prox.& glo.in c.fi.de conuer. coniu. aliqui contra reducentes istam decr. ad concordiam cum d.c.fi. licet opi.gl. sit communis, facit tamen tex.iste multum in contrarium; vnde per ar.sumptū à contrario sensu.in d.c.fi.non debemus impropriare istum tex.qui apertissime loquitur; concludendo ergo dic, q aut altero coniugum lapso in hæresim, alter recessit propria autho. & non compellitur redire ante conuersionem alterius; sed post conuersionem sic,vt hic. Aut recessit iudicio ecclesiæ, & si vult intrare religionem non compellitur redire ad conuersum, vt in d.c.fi. Aut nō vult intrare religionē, & sunt opi.de quibus.sup.& dic, vt ibi. Nunquid possit propter hæresim separari mat.dicam in c.inf.proxi.

SVMMARIVM.

1 *Matr.non soluitur altero coniugum fidelium in hæresim lapso.*
Si infidelis ad fidem conuersus, eius coniunx noluit sibi cohabitare,vel non potest sine peccato mortali soluitur coniugium, & conuersus contrahere poterit. 2.5 6.7.
2 *Matr.verum,& consummatum quo casu soluatur.*
Infidelis conuersus ad fidem potest cohabitare cum vxore infideli,ex quo vult secum cohabitare sine peccato.
Matr.non potest esse inter christianum, & infidelem, nisi infidelis conuertatur, & eius vxor remaneat infidelis.
3 *Matrimonium etiam est inter infideles.*
4 *Matr.consummatum inter christianos,nunquam potest dissolui.*
5 *Matr.quare inter conuersum ad fidem,& infidelem solui possit,& nō inter christianos.*
Ecclesia interpretatur ius diuinum.
6 *Infidelis,qui ad fidem non vult conuerti,eius coniuge conuersa relictus non est,sed reliquit coniugem.*
Mat.claudicare non potest quoad substātiam;secus quoad debitum reddendum.
7 *Sententiam diuortij,an sit necessaria inter infidelem,& eius coniugem ad fidem conuersam.*

CAP. VII.

a 1 QVanto. [a] † Vinculum cōiugale non dissoluit altero coniugū fideliū in hæresim lapso; sed & si vnus infidelium coniugum conuertatur ad fidem,& alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia,vel sine peccato mortali, soluitur cōiugiū, & conuersus contrahere poterit. Cōis diuisio, secunda,ibi, Nos igitur.quæ distinguit, & secundum membrum prosequitur ibi,Si vero.rationem diuersitatis ponens ibi,Nam & si.obstaculum soluens ibi,Nec obstat,submittens duplicem solutionis effectum,ibi,Per hanc.Casus lit,Duo erant coniugati,alter eorum transiuit ad hæresim, ille, qui remansit in fide,volebat ad secunda vota transire. Eps Ferrar. quæsiuit, vtrum posset?rñ.Pa.distinguendo inter infideles,& fideles; si duo sunt coniuges infideles; & alter ad fidem catholicam conuertatur;alter nullo modo,vel non sine blasphema diuini nominis, vel vt eum trahat ad mortale peccatum, altero cohabitare nolente;alter qui relinquitur,ad secunda vota, si voluerit poterit transire; & in hoc casu intelligitur,quod dicit apostolus,si infidelis discedit,discedat; frater.n.vel soror non est huiusmodi seruituti subiectus.Et canon eodem modo intelligitur, qui dicit, contumelia creatoris soluit ius matrimonij, circa eum, qui relinquitur. Si vero alter fidelium coniugum labatur in hæresim,vel transeat ad gentilitatis errorem,hoc casu is,qui relinquitur,viuente altero, non potest ad secunda vota transire; licet in hoc casu maior videatur contumelia creatoris.licet.n.inter infideles sit verū matrimonium, non tñ ratum existit; sed inter fideles ratum, & verum est matri. vt illis viuentibus, coniugium ipsum perduret. Nec ob.q à quibusdam forsan posset opponi, q fidelis relictus, non debeat iure suo fraudari sine culpa, cum in multis casibus hoc contingat,vt si alter coniugum incidat.Per hanc rñsionem soluitur, q.qua quæritur, vtrum ille qui remansit in fide,cogatur redire ad illum,qui ab hæresi,vel insi
2 delitate reuertitur.B. † No.casum in quo verum matr. consummatum dissoluitur:scilicet quando alter infideliū venit ad fidē, reliquo nolente secū cohabitare,vel nō sine blasphemia diuini nominis. Et ex hoc habes casum quotidianum in istis Iudæis,qui quandoq; veniunt ad fidem, vxoribus remanentibus in Iudaismo; possunt enim cum alijs mulieribus de nouo contrahere, si vxores eorum nolunt secum cohabitare,vel non sine peccato. Et ex hoc no. quod conuersus ad fidem,licite cohabitat cum vxore infideli, ex quo vult secum habitare sine peccato.Et quo no.fin.casum, in quo potest esse matri.inter Christianum,& infidelem. hoc ideo est, quia matr.fuit ab initio contractum;aliās non teneret mat.
3 si contraheretur inter Christianum,& infidelem, vt in c. caue.28.q.1. † No. q inter infideles est verum matri. licet non
4 sit ita firmum,& indissolubile,sicut inter Christianos. † No. tertio, q mat.consummatum inter Christianos, durat sem-
a per, [a] nec potest dissolui [b] aliquo casu, & est iste tex.ad hoc
b opt. & per rōnē suam posset argui, quod etiam ecclesia nō posset illud dissoluere,de quo vide disputationem Io. An. in reg. actus legitimi.de re.iu.li.6.in Mer.& vide, qd dixi in c. ex
5 publico, de conuer.coniu. † Opp. contra pdicta, & contra tex.nā cū mat.sit verum inter infideles, vt hic in tex. & in c. prox.non videtur, q possit separari,non obstantedefectu baptismi,nam Christus interrogatus à Iudeis,qui non habebāt baptismum,respondet,quos Deus coniunxit,homo non separet,vt in c.de infidelibus,de consan.& affin.sic ostendit in dissolubilitatem matrimonij,etiam inter infideles, ad idem, facit,quia matrimonium institutum fuit longe ante baptismum:scilicet in statu innocentiæ in Paradiso; & recipit in dissolubilitatem suam, cum fuit dictum,& erunt duo ic carne vna,vt le.& no.in c.1.de voto.li.6. in c. fraternitatis, 35.q. 10.Solu.Docto. non tangunt.sed puto sic dicendum, quod ideo ponderatur baptismus in indissolubilitate matrimonij quia, vbi non est fides Christiana,matr.non habet suum significatum.nam matrim.consummatum, denotat vnionē, & conformitatem,quæ est inter Deum,,& ecclesiam, per assumptionem carnis humanæ,vt in c.debitum, supra de big. vnde sicut figuratum est indissolubile, quia carnem, quam Deus assumpsit,nunquam dimisit;ita & matr.illud figurans & debet esse indissolubile,sicut figuratum,pro quo vide bō. glo. in c.quia propter.27.q.2.hoc aūt significatum non habet matri. quod est inter infideles, quia negant assumptionem carnis.& sic matr.inter eos non est ita firmum, & indis
c solubile, quia cessat inter eos ratio indissolubilitatis. Nec ob stat quod dicitur, quos Deus coniunxit, homo non separet [c] &c.quia non est homo, qui dissoluit in isto casu,sed ecclesia authoritate diuina, nā ecclesia interpretat in hoc ius diuinum,& inducit hoc etiam fauore fidei, ne infideles tepescerent redire ad fidem, videntes se arctari ad continen-
6 tiam vxoribus renuentibus secum cohabitare.† In gl.in ver. Qui relinquitur,ibi.Circa eum, id est qui conuertitur vult. gl.& melius tex. q remanens in infidelitate,dr relinquere trā seuntem ad fidem, sed potius videretur dicendum oppositum, quia infidelis fuit relictus à coniuge transeunte ad fidem.sed dic, q ideo dicitur ille relictus; quia cum ambo deberent accedere ad fidem;sed alter accedit, & alius non sequitur,dr illū relinquere.Et no.glo.in eo, quod dicit, q matri.non potest claudicare, id est, ex parte vnius tenere, & ex alia non. Et intellige hoc quoad substantiam vinculi. nam quoad debitū reddendum,quandoque claudicat,vt in c.qui
7 dam,de conuer.coniu.vel quoad obligationem expectandi alium,vt in c.de illis de desp ō.impub.† In ea.gl.ibi. Et non p ecclesiam, quasi dicat non esse opus, vt iudex ferat sententiam diuortij; sed ipso facto ex contumelia creatoris separatur matrimonium;dixit tamen Host.tutum esse, vt à iudice statuatur terminus infideli ad cohabitandum cum conuerso;quo elapso,si noluerit cohabitare, solutum erit matri.de quo dic,vt latius dicam in fi.infra eo.In gl. fi. in fi.glos. huic inhærer opinioni, quam sup. tenui in c. proxi. sed tu dic clarius,vt ibi dixi.quod iste tex.parum facit pro opi. glo. qa non loquitur qñ matr. separatur iudicio ecclesiæ propter hæresim alterius,vnde volendo tenere opi.contrariam possit iste tex.reduci ad terminos.c.præcedentis.

ADDITIONES.

a ¶Durat semper. Adde an contra illud possit Papa dispensare,Bald.in l.Deo nobis.col.3.vers.vlterius no.C.de episc.& cle.& Feli. in ca.quæ in ecclesiarum.col. 8. cæterum. limitatur ibi,& pro istis facit supra de consti. Zach.
b ¶Dissolui. Quod possit dissolui ex causa,tenet Abb.in c.1.in fi.supra de voto.& Bal.in l.si paterfa.§.in arrogationibus.ff.de ado.vbi ponit casum, quando Rex habet vxorem sterilem.Seb.Sap.
c ¶Homo non separet. Adde qualiter hoc intelligendum sit per Anc.cōs.10.

SVMMARIVM.

1 *Pagani iuncti in gradu prohibito,lege canonica tantum, conuersi ad fidem,non separantur.*
Paganus conuersus ad fidem,qui plures prius habeat vxores, adhæret primæ;& si repudiata vxore cum secunda contraxit,secundam dimittat,& adhæreat repudiatæ, etiam si repudiata cum alio contraxisset secus si esset fornicata.
2 *Infideles quoad prohibitionem matrimonij,& alia spiritualia, non includuntur lege canonica;lege autem diuina sic.* 12.
3 *Infideles delinquentes contra ius diuinum,puniri possunt;secus si delinquunt contra ius canonicum.* 12.
4 *Fratrū appellatione veniunt omnes Christiani,& vnum patrem habēt, scilicet Deum.*
5 *Matrimonium potest esse inter fidelem,& infidelem, si ante conuersionem contractum fuit:aliās secus,quia non pōt esse inter dispares fidei.*
6 *Baptismus abluit crimina,etiam quoad pœnam;& an sit verum in foro fori.* 16.
7 *Infidelis simul,& eodem tempore,de iure diuino,plures non potest habere vxores.*13.
8 *Matr.propter fornicationem,etiam inter infideles, non soluitur quoad vinculum.*
9 *Repudium factum in infidelitate non valet.*
10 *Repudiata secundum ritum paganorum contrahendo cum alio, non committit adulterium.*
11 *Secundus gradus in linea inæquali prohibitus est de iure diuino; sed in linea æquali,prohibetur tantum à iure canonico.*
12 *Infideles ex quibus per iudicem ecclesiasticum, vel secularem puniri possunt.*
13 *Plures vxores simul habere non licet; successiue autem sic.*
Pluralis numerus quandoq; ponitur ad exclusionem maioris,& quandoque minoris numeri.
14 *Maritus, & vxor quandoque iudicantur ad imparia.*
Maritus reuocat votum vxoris,sed non econtra.
Maritus accusat vxorem criminaliter,sed non econtra.
15 *Sententia diuortij,an sit necessaria inter conuersum,& infidelem.*
16 *Baptismus, an tollat irregularitatem,& alia,vt bigamiam.*
Accusatio criminis,an possit fieri post baptismum.
17 *Vxor infidelis ad fidem conuersa, an gaudeat oībus priuilegijs dotium.*
18 *Infidelis si dicat pluribus mulieribus, ego duco vos in vxores,& illæ pariter respondeant, an illæ sint eius vxores, vel saltem aliqua earū.*

CAP. VIII.

a 1 GAudemus. [a] † hoc c. principaliter hēt tria dicta; & hoc dicit in summa. Pagani iuncti in gradu prohibito lege canonica tm, conuersi ad fidē non separantur. hoc primo. Si paganus prius plures vxores habeat, post fidem susceptā, adhærebit primæ.hoc secūdo. Et si repudiata vxore cū seda contraxerit,ēt post baptismum,dimittit secundā,& adhærebit primæ repudiatæ,ēt si repudiata cum alio cōtraxisset;secus si fornicata fuisset.hoc tertio vsque ad finem,& secundū dictum,ibi, Verum.tertium ibi, Qui aūt. Casus lit.pagani accipiunt vxores in secundo,vel tertio gradu, vel vlteriori, pagani taliter coniuncti cōuertuntur ad fidem. Quæsitum fuit à do. Pa.vtrum post baptismum teneant insimul remanere, vel ab inuicem separarier?rñ. Pa.q sacrm cōiugij apud fideles, & infideles existit.vnde dicit Apost. Si quis frater infidelē habet vxorem,& hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam,& in pdictis gradibus pagani licite cōtrahent matr. qa constitutionib.canonicis non arctantur;iō fideles hmōi in fauorē fidei Christianæ matrimonialiter copulari libere possunt,& licite remanere coniuncti, cū per sacrm baptismi non soluantur coniugia,sed cria dimittantur.Quia vero pagani plures hñt simul vxores, quæ conuertuntur ad fidē, queritur,vtrum oēs,vel quam illarum hre debeant post baptismū?rñ.Pa.ostendens, q vnā tñ debent hre.Ab initio vna costa in fœminā est conuersa,& scriptura diuina testatur, q pp hoc relinquet homo patrem & matrē,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna.nō dixit tres, vel plures,sed duo;nec dixit,adhærebit vxoribus,sed vxori; nec alicui licet insimul plures habere vxores, nisi diuina reuelatione alicui fuerit concessum, per quam sicut Iacob à mendacio, Israelitæ à furto, & Samson ab homicidio excusati fuerunt. Sic & Patriarchæ,& alij iusti viri; qui plures habuerunt vxores, ab adulterio excusantur. & hæc sententia in euangelio comprobatur.Quicunque dimiserit vxorem suam, excepta fornica-

ADDITIO.

a ¶Gaudemus. Aduerte,quia in consideratione, quod alter coniugum trahat alium ad infidelitatis errorem potius est præsumendum, quod vir trahat vxorem,quam vxor maritum, quia non de facili persona vxoris mariti animum mutare potest,sicut econtra,vt dicit tex.in §.mater quę, in Auth.de nu.& auth.hæc quoque.C.de reuo.do.& pro hoc facit,quia maritum sequi debet mulier,non econtra.13. quæst.2. c. vnaquæque. & glo.24.quæstio.1.cap.si quis necessitate, concordat, quia sequitur domicilium mariti, vt iuribus vulgatis, & est pene famula mariti,33.quæstio.5.cap.hæc imago.Sed in contrarium vrget tex. in cap. Salomon.20. quæst.3.& illud ver.Geor.Carpit enim vires paulatim,vritque videndo, fœmina,nec memorum,patitur meminisse,nec herbæ, & illud illa subegit decus &c.Belle.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fornicationis causa,& aliam acceperit,mæchatur ; ergo, si vxor dimissa,alia duci non potest;multo fortius,nec ea retenta.per quod euidenter apparet , quod nullus potest simul habere plures vxores,nec aliqua plures maritos ; ergo sequitur,q̃ post baptismum primã debet habere.Quia autẽ pagani,siue infideles dãt vxoribus suis , qũ volunt, libellum repudij,q̃ tritur,vtrũ illis viuentibus possint accipere alias ad fidem conuersi,vel ante conuersionem?Rñ. q̃ in Euang.tale repudium reprobatur;& iõ viuente vxore etiã conuersus ad fidem aliam hre non põt,nisi post conuersionẽ ipsius,illa renuat habitare cũ illo;vel si consentiat,non tñ sine contumelia creatoris,vel vt eum traheret ad mortale peccatum. In qbus casibus mulier restõnem petere non posset, etiam si de iniusta spoliatione constiterit,quia secundum apostolum,alter alteri non est huiusmodi seruituti subiectus. Quid si aliquis paganus dedit libellum repudij vxori , & illa nupsit secundum ritum suum,vir conuersus est ad fidem , & vxor sua,q̃ nupsit alij post repudiũ,similiter est cõuersa ad fidẽ, & petit illũ,q̃rit,an possit nõ obstante eo,q̃ nupsit alij? Rñ. qđ licet secundũ euangelicã veritatẽ,q̃ duxerit dimissam , mæchabit,non tñ dimissor poterit obijcere fornicationẽ dimissæ post baptismũ,eo,q̃ nupsit alij post repudiũ, & sic eã tenet recipere, nisi alias fuerit fornicata . B. † No.i. vnam reg. gñalẽ,q̃ lex canonica in ꝓhibitione matrimonij non extendit̃ ad infideles,& idem dicendum in alijs spũalibus per illam authoritatẽ apostoli,qd ad nos de his,q̃ foris [a] sunt iudicare:dic foris.i.extra ecclesiam,vel fidẽ catholicã. † Secũda regula colligit̃ ex tex.q̃ lex diuina oẽs infideles cõprehẽdit.vnde mat.eorũ contractum contra legẽ diuinã est nullũ Ex quo in fero, q̃ pagani seu ludæi delinquentes ꝯ legem diuinã,possunt puniri ; secus si delinquerent ꝯ legẽ canonicã disponentẽ sup spũalibus,de his vide quæ pulchre no.Inn.in c.quod sup his,de voto. † No.ibi,Frater,q̃ appellarione fratris,cõprehendit̃ qlibet Christianus.nam Christiani sunt ad inuicẽ fratres,qa hñt vnũ pr̃em.s.Deũ,& vide tex. cum gl.in c.ad mensuram.11.q.3. † No.q̃ inter fidelẽ, & infidelẽ põt esse mat.q̃ intellige,qñ ma.fuit ꝯctum añ cõuersionẽ ad fidẽ alias aũt inter dispares fidei nõ põt esse mat.vt in cap.caue,28.q.1. † No.q̃ p baptismũ dimittũtur cria.& dic, q̃ dimittunt̃ oia,ꝛ quo ad pẽnã,ita,q̃ si baptizatus tũc moret̃, non sentiret ẽt pẽnam purgatorij,vt dicit Aug. de pœ. di. 7. c.fi. † No.in §.Quia vero.q̃ non est licitũ cuicunq; quantũcunque infideli,ducere seu hre eodẽ tẽpore plures vxores . hoc enim est ꝯ legẽ diuinã.Et no.ex tex.plurimas rõnes, ex qbus cõcludit̃ vnicã vxorẽ esse dr̃e. † No. q̃ pp fornicationẽ cõiugis non separatur matr.quoad vinculum,ẽt inter infideles. † No.in §. Qui autem. q̃ repudiũ factũ in infidelitate,non valet post conuersionẽ ad fidem;nec ẽt primo valuit scdm veritatẽ. † No.q̃ repudiata scdm ritũ paganorũ. ꝯhẽs cũ aliquo nõ committit adulteriũ ; iõ maritus cõuersus ad fidẽ non põt illi volenti redire,obijcere adulterium,Sed cõtra hoc oppo.ignorantia iuris diuini neminem excusat. hẽt .n.locum illud dictũ apostoli,qui ignorat,&c.28.di.in c. qui ea.sed de iure diuino nemini licet mittere libellum repudij; ergo repudiata alteri nubendo,cõmittit adulteriũ.Sol.ꝯriũ prima fronte vr̃ difficile,sed põt sic solui.Repudium erat approbatũ lege antiqua. s. veteris testam. vnde vtentes lege illa antiqua vr̃ excusari ab adulterio. nã adulteriũ nõ comitit̃ sine dolo,vt in c.in lectum.34.q. 2. & in l.pe.ff. de adul. non.n.vr̃ esse in dolo infideles , ex quo non recognoscunt fidem Cristianã,nec subijciunt euangelio, à quo repudium fuit reprobatũ.Concludo ergo,q̃ repudiũ non tenuit,& qđ non cõtrahens excusat̃ ab adulterio rõne p̃dicta. † In glo.1. ibi.Sed non omnes.dic clarius,q̃ secundus gradus est ꝓhibitus lege diuina,in linea inequali.exẽplũ in patruo, & in nepte.nam isti ꝓhibent̃ lege diuina, vt in glo.sed secundus gradus linea æquali est ꝓhibitus solũ lege canonica . Et de isto gradu loquitur iste tex.exẽplũ in duorũ fratrũ filijs . & not. ex gl.psonas ꝓhibitas lege diuina,& dic latius, vt dixi in c.literas,de rest.spo. † In gl.in ver.Cõstitutionibus,ibi, Sed indirecte.sed dic melius , q̃ si Iudæi non subsint ecclesiæ, quoad tpalẽ iurisdõnẽ,canones ad eos non extendunt̃,nec directe, nec indirecte,q̃a ecclesia nõ se impedit de laicis,nisi rationis aĩæ.Sed de animabus Iudeorũ,ecclesie nõ curat,ex quo nolunt tradire ad fidẽ;tũ delinquerẽt Iudæi ꝯ legẽ diuinã , bene posset Papa,vt Vicarius Dei illos punire ẽt directe , vel si essent infesti fidei Christianæ,vt patet infra. per totũ ti. de iudæ.& illa authoritas apostoli, quid ad nos &c. ꝓcedit quoad thiã excõicationis.itẽ quoad fidẽ , & quoad spũalia sunt ẽt Iudæi subiecti R.o.Imperio ; & delinquentes põt puniri p iudicem secularẽ, [b] ẽt dum veniũt cõtra legẽ diuinã in contrahendo ma.vt l.2.q̃ in l.nemo.C.de Iudæ.Et vide ad materiam plene no,per Inn.in d.c.quod super his, de voto. † In gl.in ver.Duo,ibi, Quod si dormierit,dic, q̃ ibi permittũtur plures vxores nõ eodẽ tpe,sed successiue.Et no.gl. qđ numerus pluralis qñq; ponitur ad exclusionẽ maioris numeri, vt hic,qñq; minoris,vt in l.licet vniuersis,& q̃ ibi no.glo.de testi.dẽt ergo capi ille intellectus,secundũ quem euitar̃ absurditas. † In.gl.in ver.Non ad Imperia.in fi.no.bene glo.& procius conclusione facit.nã maritus reuocans votũ vxoris; & non ecõtra,vt in c.noluit.33.q,5.& vide bo.gl in c. manifestũ.ea.q.Itẽ maritus accusat vxorẽ de adulterio crialiter , & nõ econtra 32.q.1.c.apud.§.publico.& vide,qđ no. c.tuæ.de procur. † In gl.in ver.Compellent̃,ibi , Dixit Io.& hoc etiã tenet gl.in c.si infidelis.28.q.5.& in c.fi.ea.cã,& q.2. Hos.dicit hic,q̃ inter fideles mat.nõ dissoluit̃,vt supra c. ꝓxi.inter infideles vero, dẽt iudex ꝓfigere terminũ remanenti in infidelitate,vt cohabitet fideli ; q̃ si noluerit, dissoluitur matri. & sic sentit,q̃ ante præfixionem termini,non ess̃ ma. solutum. hoc dictum mihi non placet , licet vtile sit illud à principio seruare,vt clare appareat de voluntate infidelis ; satis est. n. q̃ alijs modis apparere possit,q̃ noluit cum fideli habitare. † In gl.si ibi,Beneficium alicui competens.Not.bene glos.& dicunt hic Doc.maxime Inn.q̃ per baptismum [c] non tollit accusatio criminis;& potest esse ratio iudicio meo, nam pena in foro iudiciali imponitur,quia delinquendo læsit rem publicam,baptismus vero operatur remissionem peccatorum respectu læsionis Dei,alias quisque ludæus de facili posset delictum posset dicere se velle effici Christianum, vt euitaret pœnam.Item per baptismum secundum Doc. tollitur omnis sequela peccati,vt infamia contracta ratione delicti, exẽplum in vsurario.Idẽ de irregularitate , quæ prouenit rõne delicti,vt si infidelis alium occidit,reuersus ad fidem possit ꝓ moueri ad ordines,quia tollitur ista irregularitas,cum sit sequela peccati,pro hoc 50.di.c.si quis viduã.Sed est dubium, qd de irregularitate contracta sine peccato?pone , q̃ paganus rõne officij publici aliquem facit mori.Et in hoc Doct. sunt varij. Host.Io.An.& d.An. sentiunt , q̃ hæc irregularitas non tollatur per baptismum,quia nõ est sequela peccati,pro hoc.dictum c.si qs viduã.Sed Hug.T. & Io. Cal. tenẽt contrariũ , q̃ indistincte omnis irregularitas ex homicidio tollitur,quod mihi placet.primo per arg. à contrario sensu generaliter sumptum ex d.c.si quis viduam & 50. di.c. 1.Item quis efficitur irregularis ex homicidio commisso si ne peccato rõne cuiusdam erroris,vr̃.n.qdã error,q̃ is promoueatur qui fecit hominẽ mori;quæ rõ cessat in infidelibus,cum p baptismum videatur nouus homo. 50. di. c.ferrum.Item ista irregularitas processit ex constõne ecclesiæ, ideo non debet extendi ad infideles,vt hic,iuncto c. is, qui de sen.exc.li.6.facit notabile dictum Inn.c.ad audientiam , de homi.vbi dicit,q̃ cum irregularitas sit de iure positiuo, debemus in dubio interpretari,quem non esse irregularem irregularitas vero contracta ex defectu sacri,non tollitur p baptismum,vt est bigamia,26.di.in c.acutius,& c.deinde. Ex prædictis infertur ad claram decisionem istius quæstionis. nam eo ipso,quod vxor commisit adulterium, fuit ius acq̃situm marito , vt possit vxorẽ adulteram à se abijcere , iõ ꝓ baptismum hoc ius marito competens non tollitur. † Extra gl.quæritur,nunquid vxor reuersa ad fidem , gaudeat priuilegio dotium concesso mulieribus ab Imperatore in dotibus repetendis,vt præferantur omnibus creditoribus, de qbus in l.assiduis.C.qui po.in pi.ha.dixi in c.ex literis , de pig. concludunt Doc.quod sic,quia si Imperator potuit concedere,fortius ipse idem Deus.hæcrõ parum concludit , quia non apparet, qđ per baptismum Deus voluerit concedere, Sed ego allego tex.in auth.itẽ priuilegium.C.de hær.vbi dicitur,quod priuilegium dotium non competit his.qui nõ participant de fide;à contrario ergo omnibus participantibus competit,satis est ergo,quod tempore quo vult vti priuilegio , est in fide.argu.eorum. quæ no. Bar. in l ex facto , ff. de vul.& pup.satis.enim est qualitatem fidei inesse tempore vs? priuilegij. † Vltimo inducitur hæc litera ad quæstionem,qd si fidelis dicat pluribus mulieribus,duco vos in vxores, & illæ pariter respõdeant,& nos te in maritum, quæ istarum sit conjunx?conclusio est, quod nulla, quia non habuit animũ obligandi se præcise vni , quod procedit , etiam si inter illas vna tantum fuisset apta ad matr.istius.deficit.enim hic consensus respectu istius viri tantum.

ADDITIONES.

a ¶Quæ foris.Adde qualiter intelligantur illa verba.Calde.consi.2.de Iudæ.
b ¶Per iudicem secularem.Vide Dec.in c.1.col.6.versic.nam quarta cõclusio in 1.lect.supra de consti.vbi dicit,quod infideles non ligantur canonibus in his,quæ animam respiciunt,vt in censuris ecclesiasticis, & pœnis spiritualibus,& ita intelligitur illud,de his,quæ foris sunt nihil ad nos,secus est in pœnis corporalibus,& pecuniarijs.
c ¶Per baptismum,Vide Fel.allegantem Ab.hic,in c.de his,col.2. ver.secunda conclusio.infra de accu.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fratris relictam in vxorem ducere non licet.*
2 *Infidelis conuersus ad fidem , potest vti matrimonio cum relicta fratris,prius per ipsum contracta.*
3 *Fratris relicta in vxorem potest duci, secundum legem Moysi,si frater sine prole decessit,& si ducatur ad suscitandum semen fratris;& tunc dicuntur filij defuncti.*
4 *Papa ex causa dispensat contra testamentum nouum.*

CAP. IX.

1 DEus. † Ponit dispensationem ecclesiæ cum nouiter conuersis ad fidem,vt vtantur matrimonio cum relictis fratrum contracto secũdum legem Mosaycam. Vel summa aliter sic. non licet relictã fratris in vxorem accipere;& de facto ducta separãda est,nisi ecclesia aliter dispẽset.Casus literalis.Quidã infideles f.Liuon. contrahebant mat. cum relictis fratrum suorũ Liuon.isti de nouo cõuersi sunt ad fidem,quærebatur, vtrum deberẽt remanere cum relictis fratrum suorum ? dominus Pa.concedit eis propter infirmitatem illorũ,vt matrimonijs contractis cum relictis fratrũ vtantur , dummodo fratribus decedentibus sine prole, cum talibus contraxerint, vt iuxta legem Mosaycam semen defuncti suscitarent,prohibendo , ne tales de cætero sibi copulent post fidem receptam .
2 † No.i. q̃ secundum legem Mosaycam licebat ducere vxorem fratris defuncti, duobus tamen interuenientibus. Primo,q̃ frater decesserit sine prole. Secundo, vt duceret causa suscitandi semen defuncti. nam soboles inde suscepta attribuebatur fratri defuncto ; vnde iste superstes erat pater carnalis, defunctus vero erat legalis ; vnde filij attribuebantur defuncto ;& illud olim fuit institutum in figura, q̃ hodie cessat,cum veritas illuxerit,de quo vide tex.in c. olim, 8.q.1.
3 & Deutero.24. † Secundo no.Papam ex maxima causa posse dispensare contra nouum testamentum. † Not.vlt.hodie
4 non licere ducere vxorem fratris relictam in vxorem,etiam secundum dispositionem legis Mosaycæ. [a]

ADDITIO.

a ¶Secundum dispositionem legis Mosaycæ. Adde, quid in dispensatione apostolica,istum,in c. per tuas.in prin.& qđ ibi no.in apost. ad ipsum. sup.de rest.spo. Io.An.in c.super.inf.de vsur. Anto.de Pra.consi.2.& Gemi.plene in c.ficut,& ibi in apostil.Cel.ad ipsum.14.di. Zac.

a *De donationibus [a] inter virum,& vxorem; & de dote post diuortium restituenda . Rub.*

Supra visum est de diuortijs. Sed quia diuortio facto , dos repeti solet ; & contenditur plerunque de donatione facta constante matrimonio ; ideo post rubricam præcedentem, subijcit istum,in qua tractatur, tã de donatione facta inter virum,& vxorem , quam de dote post diuortium restituenda.

ADDITIO.

a ¶De donationibus. Quid de promissione facta ante nuptias, dic, vt per Ro.in l.si diuortio.ff.de verbo.obli. Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Dos est restituenda matrimonio licite separato;etiam si fiat quoad thorum,& illa debet integre restitui.*
2 *Dispositio huius c. habet locum , etiam si sit separatio facta quoad thorum,& mutuam seruitutem.*
3 *Maritus,propter onera matrimonialia,non potest,nisi fructus dotis lucrifacere.*
4 *Priuilegium dotis marito tributum,cessat aliquando,& non transit ad hæredes mariti extraneos.*

1 CAP. PRIMVM.

2 MVlieres. † Separato licite matrimonio, dos est restituenda. h. d † No. 1. quòd quandoque matr. ex causa licita separatur,puta propter consang.& affi. vel aliud impedimentum. & quia iste tex. loquitur indistincte, & generaliter,ibi, Fuerint separatæ , credo dispositionẽ tex. habere locum,etiam si sit separatio facta quoad thorum , & mutuam seruitutem in eo casu,in quo mulier non venit do te prmandã, vt puta si propter nimiam viri seuitiam separatur matr. vel quia vxor ad fidem est conuersa , vel in casu si-
3 mili.† Vlt.no.q̃ matrimonio separato,dos debet integre red di ; nihil ergo de iure maritus debet lucrifacere propter expensas factas ; nam ius solummodo concedit sibi fructus
a dotis ad onera matrimonij supportanda, vt in c. salubriter. de vsu.& in l.vnica.C. de rei vxo.act. [a] † tn gl.2.ibi, Inquantũ
4 facere potest.Io. An.dicit glo.loqui contra tex. cum tex.dicat totam dotem reddi debere.nec ob.iura alle.in gl.loquũtur enim quando verum matri.soluitur.tunc enim propter
b reliquias prioris matrimonij, defertur marito, vt non conueniatur, nisi inquantum facere potest. Sed iste tex. [b] debet intelligi de matrimonio putatiuo, puta cum mat.separatur de facto, propter impedimentum aliquod ; nam tunc cum appareat illum non fuisse maritum, non debet sibi consuli cum præiudicio vxoris . Item isto casu non datur actio de dote,sed agitur cõdictione ob causam,vel sine causa, vt no. gl.inf. eod.c. de prudentia. merito cessat priuilegium tribu-
c tum marito in redditione dotis. [c] Et no. bene hoc dictum , quia multum limitat iura ciuilia,alle.in glo. eo. tamen casu, quo marito competit priuilegium , dicit Io. An. & bene, q̃ non transit ad hæredes mariti extraneos. Et debet consideri inquantum facere potest [d] maritus , habito respectu ad
d tempus condemnationis, vt in l.maritum. & l. rei iudicatæ. ff.sol.matrimo.

ADDITIONES.

a ¶Vxo.act. Doctores dicunt, quod hæc lex habet locum,etiam qñ dos debet restitui extraneo,secundum Imo.in l.2.in prin.ff.sol. ma. quod dicit singulariter notandum.Aduerte,quia dispositio dicti §. exactio. non habet locum quando est matrimonium putatinum ex parte vxoris, non ex parte mariti.ad hoc bo.text.in l.eum qui duas.§.fi. ver. omni exactio nis instantia.C.de adul.Barth.de Bellen.
b ¶Sed iste tex.Est communis intellectus,vt loquatur de matrimonio putatiuo,secundum Alexan.in l.maritum.ff.sol.mat.in prin & an dos putatiua habeat priuilegia dotis veræ,per Alex.in l.fi cum dotem.§.fi. ff. so.ma.B. in l.assiduis.post glo.ibi C.qui po.in pig.hab.
c ¶Dotis.De isto articulo,vide quæ scribit Ale.in l.maritum.ff.so.ma.Seb.S.
d ¶Facere potest.Priuilegium,quod habet maritus, vt non conueniatur de dote,nisi in quantum facere potest,non habet locum in matrimonio putatiuo.Adde quod mulier in matrimonio putatiuo,bene habet priuilegia sua circa dotẽ;videlicet vt præferatur in hypotheca . casus est nota . in l.fi cum dotem,§. fi. sol. mat. sed econtra maritus putatiuus non iam habet priuilegium veri mariti.Nam licet maritus lucretur omnes fructꝰ dotis,vltra quantitatem alimentorum præstitorum vxori. l.fructus.ff. sol.ma.tamen nihil amplius lucrabitur,nisi pro qualitate alimentorum præstitorum.l.insulam.§.1.ff.sol.matri.vbi non lucratur fructus dotis. Pau.da Ca.ponit aliam differentiam inter matrimonium verum, & putatiuum.Et adde quod no. Ab.in c.de prudentia, de do. inter vi. & vxo. in ver.& an valeat.vbi dicit,quod l.vnic.§.exactio.C.de rei vxo. actio. q̃ dat annum ad restitutionem mobilium,non habet locum in matrimonio putatiuo; quia tunc debebunt ftatim omnia restitui,vt dicit Imo.in l.diuortio.§.impẽdia.ff.sol.ma.vbi dicit, quod priuilegiũ q̃ habet maritus,ne pro dote conueniatur,nisi inquantum facere potest, nõ habet locum in matrimonio putatiuo,& alleg.tex.& Io.An. hic, Et quid in spõso antequam perficeretur matrimonium, & fuerint soluta sponsalia an mulier in repetitione suæ dotis hẽt priuilegium,& hypothecã in bonis sui spõsi.vide tex.& gl.in l.q̃stũ.§.fi sponsa.ff.de priui.credito.& ibi tex. coniuncta l.seq.quę incipit,interest, ponit de illa , quæ fuit traducta in domũ,sed non cognita & ibi vr̃ casus apertus, qđ pro dote conuenitur maritus insolidum.Et adde quod similiter priuilegium quod habet maritus quod circa dotem exigendam seruetur consuetudo fori mariti , p Lexigere. ff.de iud.non habet locum in dote putatiua, ẽm Bal. singulariter in c.curauit.de pro.Item adde hic Pau. de Ca.in d.l.fi cum dotem.in fi.so.matri.Et adde quod si statutum dicat quod instrumentum dotis habeat executionem paratam,sicut sententia diffinitiua,habet locum etiã in instrumento quasi dotis,ẽm Bald.in l.1.in fi.C.de condi. ob cau. quẽ sequitur Pa.de Ca.in d.§.fi.Adde hic,q̃ legatum factum à marito vxori non tenet,si detegitur matrimonium non fuisse verum , sed putatiuum, tex.est in l.vxori maritus.ff. de vsuf.le.Item adde vxor putatiua non fortitur domicilium mariti,tex.est in l.de iur.§.fi.ff.ad mun.Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Soluto matrimonio,cogitur vir dotem restituere,& bona diuidere,quę communiter obuenerunt eis.*
2 *Iudex ecclesiasticus potest adiri principaliter in dotis restitutione, matrimonio prius separato.*
3 *Maritus,& vxor quomodo communiter acquirant bona.*

CAP. II.

1 SIgnificauit. † Soluto matr. cogitur uir dotem restituere,& bona diuidere , quæ communiter eis obuenerunt. h. d. Primo ponit duplicem mulieris querelam. Secundo cautæ cognitionem,ibi, Ideoq;. Casus li. Inter P.mulierem,& H.virum suum,fuit diuortium celebratum,sed dictus H.dotẽ suam illicite detinet,& reddere ꝯdicit possessiones quasdam,quas habebãt cões,& illas similiter retinere contendit,vñ mulier conquæsta fuit d.Papæ.mandat Papa quibusdã,quatenus,si est ita,nec est aliud, quod impediat , virum illum compellant ad restitutionem dotis, & ad diuisionem eorum , quæ olim communiter habuerunt, B.
2 † Not.1.opt.arg. q̃ ecclesia potest principaliter adiri super
3 restitutione dotis,matrimonio prius separato. † No. quod obuenientia communiter marito , & vxori , debent diuidi solu. matri.& intellige, vt dicitur in glo. de acquisitis ex bonis vtriusque. Vel extra glo.intellige de donatis, vel relictis vtriusque. Vel secundum consuetudinem quorundam locorum,secundum quam acquisita per alterium coniugum, constante matrimonio,efficiuntur cõia,& veniunt diuiden
a da solu.mat. [a] & scdm istum intellectũ collige tales consuetudi-

ADDITIO.

a ¶Solu.mat.Adde Pe.de Anch.consi.101.vbi multa dicit super statuto disponente,quod acquisita constante matrimonio,sint communia inter maritum,& vxorem.

Universidad de Deusto Biblioteca

a tudines, seu statuta a vendicare sibi locum, etiam in matrimonio putatiuo; & sic declarato matrimonio, illa bona per alterum acquisita, veniunt diuidēda, ac si matrim. tenuisset. cessantibus autem istis causis, vel similibus, vxori restituitur dos duntaxat; quia omnia præsumuntur acquisita ex bonis
b mariti, b vt in l.certū.C.de dona.inter vi.& vxo.& in l.Quintus.ff.eod.tit. Et ideo si mulier reperitur aliquid habere vltra dotem, illud potest per maritum vēdicari, quia præsumitur acquisitum de bonis suis, nisi ipsa contrarium doceat.non enim debet præsumi, quod illicito modo acquisierit.

ADDITIONES.

a ¶Statuta. Statuta de dote lucranda, non habent locum in dote putatiua l.1.C.de condi.ob cau.& ibi Bal.Ang.& Sali. & Bal.in l.pe.ff. quod falso tu.aucto.Ang.i Auth.de nup.§.adscriptitios. vbi bonus tex.sed melior in §.si vero ab initio.in Auth. de nup. nisi præcessisset dolus dantis dotem, secundum Ro.in l.si cum dotem.§. si mulier.ff. sol.mat. sed contrariū tenet ibi Pau. de Cast.p l.à diuo.ff.de ri.nu.de quo per Ale.in d.§. si mulier.

b ¶Bonis mariti. An quæsita per vxorem, præsumantur quæsita de bonis viri.adde quod notat gl.in c.constitutus, in verbo, communes. de in inte. restitu.& vide Ant.in c.1.de pecul.cler.vbi inter cætera dicit,quod mulier habet tanta organa ad acquirendū,quanta vir. Et de hoc vide Bald. in l.si vxorem,de condit.infert.vbi allegat Inn.in c.cum esset,de testa Et de hoc etiā vide Doct.de Ro,dec.262.quæ incipit, quod existens.gl. Bar. & Bal.in l.cum oportet,C.de bonis quæ libe. & vide omnino Sali. in d.l. etiam.& eundem in Auth.sed iam necesse.C.de dona. ante nup. & Ang. consi.56.& in terminis Ange.consi.94.vbi omnino vide. Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus in matrimoniali causa, si diuortij sententiam ferat, pronunciare debet dotem restitui.*
2 *Iudex ecclesiasticus, iudicat de causa temporali laicorum, si venit accessorie ad causam ecclesiasticam; & similiter de incidenti temporali quæstione.*
Iudex secularis non iudicat de incidenti quæstione spirituali; sed eam remittit ad iudicem ecclesiasticum.
Dotium causa est accessoria matrimonij.
3 *Accessoria causa commissa videtur, si principalis est commissa.*
4 *Delegatus in causa diuortij, lata sententia super matrimonio, non est functus officio, si non pronunciauit super dote.*
5 *Dotium repetitio, qua actione, vel conditione petatur; & intra quod tempus debet restitui.*
6 *Vxor si non habet vnde viuat, an alimentari debeat ab hæredibus mariti, donec dos restituatur.*
Statutum, an valeat super dotium restitutione.
7 *Iudex ecclesiasticus est iudex competens in dotium restitutione; etiam si principaliter de ea sine matrimonio agatur, varia tamen est Doctorum opinio.*
8 *Iudex, lata sententia super principali, an possit se postmodum de accessorio intromittere.*

CAP. III.

1 DE prudentia. †Delegatus ad causam matrimonij, si ferat sententiā diuortij, pronunciare debet dotem restitui, & est casus multum allegabilis. Duo facit. primo ponit delegatorum reprehensibile factum.secundo illud emendari præcipit.ibi, Quia igitur. Casus lit. Causa matrimonij quæ vertebatur inter H. & M.commissa fuit quibusdā iudicibus. Iudices consanguinitate probata tulerunt sententiā diuortij inter eos,sed de dote,q̄ mulier repetebat à viro,nihil dixerunt;vnde mulier hoc significauit dño Papæ. Rñ Papa cīssē iudicibus, quia ipsi de matrimonio principaliter cognouerunt;& de dote, quæ est causa incidēs, accessorie cognoscere debuerunt; & diffinire;vnde mandat, quatenus prędictū H.cōpellant, vt prædictæ mulieri totā dotē,sicut iustum fue
2 rit,restituat.B. † No.1 iudicē ecclesiasticū posse cognoscere de causa tpali laicorū,cū venit accessorie ad cām ecclesiasticā;& ad hoc allegatur quotidie iste tex. secus aūt, si cā spiritualis incidit corā iudice seculari,nā de ea non valet cognoscere secularis; sed illā remittit ad ecclesiasticū, vt in c.lator, qui fi.sint le.& c.tuā. de or. co. secus est in ecclesiastico quoad tpalia, vt hic vides, & rōnē diuersitatis tetigi in d.c.lator. Et aduerte,quia plus probat iste tex.q̄ solet allegari.nam nō solū ecclesiasticus cognoscit de tpali causa incidenti,seu præiudiciali;sed ēt de causa tpali, quę venit accessorie ad cām ecclesiasticā; licet nō sit ipsius ḡiudicialis; nā sine cā dicti pōt decidi causa mrimonialis; & sic nō est præiudicialis ad cām mrimonialē; & nihilominus iudex ecclesiasticus cognoscit
a rōne accessorij, a depēdet.n. à cā mrimonij; q̄a vbi non est
3 matr.nō est dos.l.3.ff.de iu.do.quod bene notabis. † Not.q̄ cōmissa cā principali, vī cōmissa cā accessoria, facit c.pru-
4 dentiā, de of.del.† No.vl.scīm verū intellectum, iudicem delegatū non dici officio suo functū,si non pronūciauit super dote,quod declara,vt ī.latius.In glo.1.ibi. Condictione sine causa.no.bene gl. q̄ vbi constat mat.nullū fuisse, non agitur actione de dote ad restōnē dotis; sed condictione sine cā, & pro hoc tex.in l.si ff.de condi.sine cā,& dīt Do.q̄ hæc cōdictio est ita priuilegiata, quoad ipsam mulierem, sicut actio de dote.ff.de pecu.l.ex facto. & in l.2.ff. de priui. cre. vide per Spe.eod.tit.§.fi.ver.sed si matrimonium.& sic præfertur aliis creditoribus, sicut si verum fuisset mat. put hīr in l.assiduis,
5 C.qui po.in pi.ha.& in c.ex literis, cum ibi no.de pig.† In ea gl.ibi, Trina die, dic, id est primo anno restituebatur tertia pars,in secundo anno alia tertia, in tertio reliqua tertia; sed hodie procedit, quod dicitur in fi.gl. vt immobilia restituā-
6 tur ſtatim; mobilia vsque ad annum. † Quid autem si interim vxor non habet vnde viuat? dic, quod debet alimentari ab hærede mariti, vt no.in l.1. alleg.in glo. Et an valeat statu-
b tum, b vt quamdiu hæres distulerit restituere dotem, soluat certum quid mulieri pro centenario? vide per Io. de Lig.in cle.vnica.de vsur. vbi videtur concludere, quod non; & credo,quod annus iste debet dari,vbi matrimonium tenuit;secus si separatur propter impedimentum,vt dixi in c.2.ī.eo.
7 †In glo.2.ibi Coram iudice seculari, not.bene glo.quod vbi de dote agitur principaliter,vt puta, quia non fuit disputatū de viribus matrimonij, iudex ecclesiasticus non est competens inter laicos. Contrarium hic tenet Innoc.dicens,quod cum causa dotis sit multum coniuncta matrimonio,potest de ea iudex ecclesiasticus cognoscere, & sic vterque,scilicet ecclesiasticus,& secularis erit competens.D. An. tenet dicti glo.nisi repetens dotem esset vidua, & oppressa. Pro dicto Inn.allego tex.in c.1.& 2.ī.eo. & in c.per vestras, ī. eo. nam ratione connexitatis ampliatur iurisdictio, vt in c. quanto, de iudi. Itē ecclesia debet esse fauorabilis mulieribus in dotibus recuperandis,ī.eo.c.nuper, & tene menti dictum Inn.
8 †In fi.glo. vult ergo gl. q̄ iudex deputatus super causa principali,si in diffinitione ipsius nihil dixit de accessorio,nō potest amplius de illa,sine noua commissione se interponere, quod bene notabis, pro quo bene facit c.cum appellationibus,de app.li.6.& in l.terminato.C. de fru.& li.expen. D.An. dicit contrariam opi. posse sustineri, quando pro causa accessoria competit actio,vt in casu nostro:quia tunc vtraque causa videtur principaliter commissa; secus vbi expediretur officio iud.nihil allegat,sed pro hoc dicto,quod mihi placet, allego tex.no.in l.4.C.depo. vbi videtur tex.apertus in eo,qd ibi ponderatur,vnicam actionem competere pro deposito & pro vsuris restituendis,& pro dilatione restitutionis depositi;& ideo iudex, qui pronunciauit super restitutione depositi,& nihil dixit de vsuris, non potest amplius de illis cognoscere; quasi secus si pro vsuris accessorie venientibus competeret alia actio;sed in casu nostro pro restitutione dotis competit alia actio,vt in 1.glo.ergo non potest dici iudicem functum officio suo; quia dos non restituitur ex officio iudicis. Et notabis hoc dictum, & sic limita dictum glo.& ita loquuntur iura alle.in ea.

ADDITIONES.

a ¶Ratione accessorij. Hoc ponitur inter specialia matrimonij. Feli. in rub. supra de spon.col.vlt.16.Seb.Sap.

b ¶An valeat statutum.Bar.in l.fi.§. præterea.C. de iure dot.tenet, quod sic Pau.de Cast.in l.diuortio.ff.solu.mat.dicit, quod in aliquibus locis sunt statuta, q̄ mulieribus debeant solui quinque pro centenario, nomine alimētorum,donec dos restituatur.credo, quod talia statuta sint bona sed an possint cum bona conscientia retineri,concludit, q̄ si mulier non habet aliunde vnde alatur,potest; aliās secus,tamen Bal. & Pau.de Cast. in l.1.C.de sum.Tri.& fi.cat.tenent contrarium.n.Pan.in c.salubriter.de vsuris,dicit,q̄ sæpe fuit de hoc interrogatus, tandem concludit eo modo,quo Pau.in d.l. diuortio. per Bar. in l. vnica.§. exactio, C. de rei vxo. act.per Ias.in l.de quibus,in 23.co.ff.de legib.

SVMMARIVM.

1 *Vxor à viro propter adulterium separata, perdit dotem. 9.*
2 *Fornicatio generalis nomen est, & comprehendit omnē illicitum coitum.*
3 *Maritus non lucratur dotem, separato matrimonio propter adulterium vxoris per seculares iudicem.*
Iudex secularis, non est competens in causa separationis matrimonij.
4 *Vxor si recedit à marito propter adulterium, vel aliā causam; an perdat dotem, & an excusetur, si marit. eam propria autho.expellat.*
Maritus, an possit propria autho. vxorem adulteram expellere.
Vxori dotem repetenti obstat exceptio adulterij.
5 *Vxor adultera reconciliata viro non perdit dotem.*
6 *Maritus, & vxor ad paria inducantur.*
Matri.instante vxore separatur propter viri adulterium.
7 *Adulterium post viri mortem, an possit obiici per hæredes mariti, vxori dotem repetenti.*
Adulterium post mortem vxoris, an possit obiici per maritum hæredibus vxoris dotem repetentibus.
8 *Vxor propter adulterium separata, perdit donationem propter nuptias, & quid de paraphernalibus.*
Paraphernalia bona dicuntur illa, quæ mulier vltra dotem habuit.
9 *Dotem repetere an possit vxor separata propter adulterium, si postmodum constat de aliquo impedimento propter quod nullum inter eos potuit esse matrimonium.*

CAP.

CAP. IIII.

1 PLerumque. †a Mulier ꝓpter adulteriū
a à viro separata, pdit do-
b tem. b h.d.† No.ibi.fornicationis, q̄ fornicatio est nomen generale,comprehendens in se adul
2 teriū,& omnē† illicitū coitū.36.q.1. in prin.&
3 quod plene dixi in ca.cū sit generale,de fo.comp.†No.2.ibi. Iudicio eccle. q̄ maritus non lucratur dotē ob adulterium
c vxoris, c separato mrimonio à iudice seculari. nā iudex secu
d laris non est in hoc cōpetēs, d qñ agitur ciuiliter, vt in c.tuę, & quod ibi no.de proc.vide per Io.An. in c.2.de fo. cōp.li.6.
4 †No.3.ibi:Aut propria volūtate,& tene menti, q̄ si vxor recedit à viro propria volūtate, intellige propter adulterium; vt quia timuit maritum; sibi repetenti dotem, obstat exceptio adulterij.Et ex hoc no.sin. q̄ maritus pōt consequi dotem sine accusatione adulterij, excipiendo modo prædicto. Alij exponunt, vt de propria voluntate mariti possit consequi dotē,vt quia maritus eā expulit,& secundum istū intellectum, quē non approbant Doc. no. q̄ maritus pōt propria authoritate à se abijcere vxorē adulteram, quod intelligitur adulterio existente notorio,vt dico plenè in c. fin.ī.de adul. vbi gl. & hoc etiā casu, vxori repetenti dotē obstat exceptio
e adulterij; e & sic no. q̄ quoad dotē lucrandā, paria sunt matrimonium separari iudicio ecclesiæ, vel propria voluntate
5 vxoris,vel mariti,ob causam fornicationis.†No.ibi.Reconci-
6 liatum.q̄ † vxor adultera reconciliata f per maritum, non
f debet perdere dotem. Sed quæro, quid de viro committente adulterium?dico,q̄ debet perdere donationē pp nuptias, q̄ fecit vxori; & pari modo pōt mrimoniū separari, quoad thorū,instante vxore,vt est tex.in c.1.ī.vt li.non conte.Non enim quoad hoc iudicantur ad imparia maritus, & vxor, vt
7 in c.gaudemus.ī.ti.prox.& 32.q.6.c.nihil iniquius.† Secūdo
g quæro,nunquid hæres mariti, g possit vxori obijcere adulterium ad effectū impediendi restitutionē dotis.Sp.tangit eo.tit. §.fi.ver.quid si mulier agat,& in ti.de exce.in §.dicto, ver. itē quæritur,sed plenius per Bar.in l.rei iudicatę. ff. sol. mat. vbi concludit,q̄ non,per illū tex. ex quo maritus tacuit in vita. quod satis mihi placet,ar.in c.fi.de do. Sed nunquid maritus possit obijcere contra hæredes vxoris defunctæ? dicendum
8 est,vt habetur in tex.& gl.in l.fi.C.de adul.† In gl.in ver.Dotalium,no.duas vltimas expositiones gl. Prima, q̄ vxor etiam donationem propter nuptias perdit, quam debebat lucrari
h ex pacto,sol.mat.Secunda,quia perdit etiam bona parapher nalia, h & dicuntur paraphernalia bona, quæ mulier habet vltra dotem, hæc tamen vltima expositio non videtur procedere; quia app.dotis,vel dotalitij ex propria significatione non veniunt paraphernalia;& ideo cum simus in materia pēnali,verba non debent extendi,sed potius restringi,vt in c. statutum,de ele.lib.6.& in reg.odia,& in reg.in pēnis,de reg. iu.lib.6.& ideo Doct. videtur approbare expositionem prędecedentem in gl. tamen tenebis menti glo. propter ipsius au-
3 *Donatio confirmatur morte donatoris, etiam facta constante mat.* n.7.
4 *Donatio facta constante matrimonio, tribus casibus reuocatur.*
5 *Maritus nihil lucratur de dote vxoris, nec vxor de donatione mariti sol.mat.sed dos restituitur vxori, & donatio marito.*
7 *Donatio inter coniuges, an indistincte annulletur.* 8.
Donatio puta quæ dicatur.
8 *Locupletior, & pauperior quando dicatur fieri donator, vel alius.*
9 *Donatio propter nuptias, an confirmetur iuramento.*
Iuramentum contra bonos mores, non est obligatorium.
10 *Dos sol.mat.non indistincte redit ad mulierem.*
Dos an sol.mat sine vxore mortua sit restituenda illi qui eam dotauit.
Filius non semper succedit matri in dote.
11 *Pactum de lucranda dote, & donatione propter nuptias sol.mat.valet, dummodo sit æquale, & quomodo fieri debeat.* 12
12 *Consuetudo de lucrando dotem, et donationē propter nuptias, valet.* 6.
Donatio propter nuptias facta a marito, quid operetur.
Vxor ēt renūciare iuri hypothecariū i bonis mariti, sed nō i sibi donatis.
Vxor vergente marito ad inopiam petit dotē, & donationē sibi factā.
Maritus propter adulterium vxoris lucratur dotem, & econtra.
13 *Donatio sine insinuatione facta aliàs nō valebat, nisi vsq; ad 300. aureos hodie uero valet usq; ad 500. sed non vltra.*
Insinuatio quid dicatur teneat.
14 *Donatio facta concubinæ, an teneat.*
Donatio facta vxori, vbi non est verū matr. vel est putatiuū matr. an
15 *Donatio facta vxori de pecunia pro reficiendis ædibus dotalibus tenet.*
16 *Donatio facta filio per patrē, an teneat, et quid si filius est emancipatus.*

CAP. VIII.

a 1 DOnatio. a† Prima pars demōstrat, qñ, & qualiter donō factam inter coniuges valeat, vel reuocara itelligat. In sēda docet, an reddēda sit dos, & donō pp nuptias so.mat. sēda ibi, sane. Et hæc diuisio sufficit p summario: qa decreta. satis seipsum sū mat. Casus li. Quæritum fuit a Papa, vtrum inter virum, & vxorem, durāte mrimonio, donō hinc, & inde facta teneat? Rñ. Pa. q donō durante mat. inter coniuges facta, ex qua alter fiat locupletior, & alter pauperior, firmitatem non hēt, nisi donatio firmetur obitu donatoris. Et donatore viuente penitus euanescit, si reuocetur ab eo tacitè, vel expressè, vel si prius moriatur, q̄ donōnem acceperit. sanè, dr in illo §. so.ma. dos redire debet ad mulierem, & donō ad virum, ni si de consuetudine cōtrarium obtineat, vel nisi ex pacto inter vir. & vxo. de lucranda dote, & donatione pp nuptias cō trarium inducatur, & pactum istud æquale debet esse ex vtra
2 que parte. B. † No. regulam, q nedum de iure ciuili, sed ēt ca
b nonico non valet donō b facta inter coniuges, constāte mat. dummō ex illa donator efficiatur pauperior, & recipiens locupletior; a contrario ergo, vbi donator nō efficeretur pauperior, nec recipiens locupletior, valeret donō, qđ q̄n̄ contingere possit, dic vt in gl.2. Et quę fuit cā huius prohibitio-
3 nis, dic, vt in gl.1.† Scdo no. q donō facta constante matr. non est oīno nulla, nā (vt vides) confirmat obitu donatoris,
4 eo existente in eadem voluntate. † Tertio no. tres casus, in quibus prorsus reuocatur donatio facta constante mat. ita, vt non cōfirmetur obitu donatoris. primus, si donatio fuit tacitè reuocata per donatorem. Secundus, si expressè, pone exemplum. vt in gl.3. Tertius casus, si prius moritur donata
5 rius. † No. §. sane. q de iure cōi sol.mat. nihil lucratur maritus de dote vxoris; nec vxor de donōne sibi facta a marito propter nuptias; sed dos integra redit ad mulierem, siue ad
6 eius hæredem; & donatio propter nuptias ad virum, seu ad
c eius hæredem.† Item no. q valet consuetudo c de lucranda dote,

ADDITIONES.

a ¶ Donatio. vtrum donatio remuneratoria sit permissa inter coniuges, vide Bar. Imo. & Do. omnes, in l. diuortio. ff. de verb. ob. & Io. de Ana. in c. cum in ecclesia. de fimo, & Io. de Ana. post Abb. hic, & in c. super eo. ēt ff. de testib. & in c. Gemma. de spon. & in c. & si necesse, sup. eo. & Lud. Ro. in l. fi vero. §. de viro, in xlviij. fallen. ff. sol. ma. & Sal. in l. ij. C. de dote cauta non nume. & Cy. Bal. Ang. & Sal. in l. si voluntate. C. de do. promis. & Bar. & alios, in l. si pater puellæ, C. de inof. test. & Bald. in c. accedens, de proc. & Ang. cons. v. facit quod no. Bal. in l. sed, & si lege, §. consuluit, ff. de per. hær. vbi dicit, q donatio remuneratoria dicitur esse permutatio. Facit c. quicunque, & c. ecclesiasticis, xij. q. ij. & c. per tuas, de donat. quæ iura probant bona ecclesiæ posse donari propter remunerationem. Facit. j. diuus, ff. de bo. damna. vbi bona prohibita alienari, donari possunt propter remunerationem. Facit gl. in l. si dotis, C. de coll. vbi licet pater non possit donare filijs, tamen propter bene merita potest, & valet donatio inter eos. Facit, l. si vero non remunerandi, §. Papinianus, ff. man. dicit, l. Aquilius Regulus, cum sua gl. ff. de dona. vbi donatio remuneratoria non reuocatur propter ingratitudinem. Facit quod voluit Bal. in l. vnquam, C. de reuo. don. vbi dicit, q illa lex non habet locum in donatione remuneratoria. Facit quod no. Gul. de Cu. in l. iij. & ibi vide, & quisque iur. Et in simili q valeat, facit tex. in c. quicunque, & seq. xij. q. vi. vbi permittitur donatio remuneratoria. Et in terminis, q valeat, vide Bar. & Ang. in l. si ita stipulatus fuero, §. fi. ff. de ver. ob. & Bal. in l. i. in C. de dona. ante nup. & do. Ab. in c. & si necesse, circa prin. ē. ci. Facit q no. Io. An. in c. fraternitatem, de dona. vbi dicit, q prælatus pro seruitio facto ecclesiæ potest remunerare. Facit gl. in l. si pater, ff. de adop. Et pro ista qōne in terminis, vide Bar. idem tenētem, in d. l. si diuortio. Itē Ang. consi. v. inci. Andreas, & Ioannes de Vbertis, circa fi. Et idem cōcludit l. 1. ff. sol. mat. & Imo. in rub. ff. sol. ma. alle. glo. fin. secundum eum, in d. l. volunt. ce, C. de dot. prom. Facit optime in simili, qđ no. Ro. cons. cxxxix. circa fi. & multa specialia in donatione remuneratoria, vide per Io. An. in l. si pater, § i. ff. de don. vbi omnino vide. Et istis adde notata in l. si vnquam, C. de reuo. dona. vbi dicit, q illa lex non procedit in donatione remuneratoria. Item cum gl. in d. l. si pater, §. i. concordat alia gl. in l. si in ver. inueniat, C. de reuo. do. n. Facit tex. notabilis, in l. metum, §. sed licet ff. q met. cau. vbi donatio facta metu, si fit remuneratoria, valet. Facit dictum Bart. in l. iuris gentium. ff. de pac. vbi dicit, q l. si quis argentum, C. de don. non habet locum in donatione remuneratoria, facit quod not. Ang. in l. sed hoc ita, ff. de re iu. vbi dicit q excepto, ne quis contendatur vltra quam facere possit, non habet locum in donatione remuneratoria. facit q not. Gul. de Cu. & Bart. in l. iiij. de iust. & in. & in l. i. de non præb. sala. li. x. & in l. illud, C. de can. largit. li. x. Facit gl. in auth. vnde si parens, C. de inof. test. l. ii. §. posset a cum Appius, ff. de or. iud. & in l. cum omnes, §. fi. ff. de re mili. & dicit Bald. in l. sed, & si lege, §. consuluit, de per. hær. quod donatio remuneratoria est quædam permutatio. Istis adde Alex. in l. in risgentium, §. quinimo, de pac. ad hoc vide tex. optimum, in l. Aquilius Regulus, ff. de don. & Per. de Anch. cons. ccxiij. inci. dubium, dicit in præsenti quæstione. Bar. de Bellenz.

b ¶ Non valet donatio. Adde An. de Peru. in repe. l. i. in ii. lec. in prin. ff. de re iur. vbi ponit multas rationes, quare talis donatio non valet. Quæ limita, nisi donans iuraret, se non reuocaturum donationem prædictā quia ita iuramento vallaretur, vt confestim valeret, vt no. Bar. in l. si quis pro eo, circa fi. vi. col. ver. idem in donatione, ff. de fideiuss. & in l. Seius & Augerius, col. fi. ver. quæro, quid in donatione, ff. ad leg. Fal. quod tamen Bal. intelligit in l. cum multæ. C. de do. ante nup. & in l. i. de do. inter vir. & vx. si expresse, per talem donatorem fuerit iuratum non reuocare huiusmodi donationem, secus si simpliciter, quia tunc posset non obstante tali iuramento reuocare, ita no. deci dit idem Bal. in repe. l. ii. col. ii. ver. fi iuxta prædicta. ff. de iureiu. Zach.

c ¶ Consuetudo. Sed an pactum de dote lucranda habeat locum, etiam in dote promissa, nondum tamen numerata, tex. est cum gl. & ibi Bal. in l. mulier, ff. de cond. inst. Item ad statutum, quod maritus præmoriente vxore lucrerur dimidiam dotis, an habeat locum in sponsa præmoriente. vide Bart. in l. nihil interest, ff. re. amo. & Bal. in l. Deo nobis, C. de epi. & cle. Item pone quod nurus dedit dotem socero, si præmoriatur, maritus lucretur dimidiam dotis, vel pater mariti lucretur, quæritur magni effectus, quia si lucrum cedit patri, mortuo patre, illud lucrum cederet marito. De qua qōne vide late Pau. de Cast. in l. si cum dotem, & transgrediamur, ff. sol. ma. Et ad illud, quod dixi de spon. vide Bal. in l. non fine, C. de bo. quæ lib. vbi concludit, quod non procedit in sponsa, quia non est vxor, l. an in patrem, ff. quod fal. tut. auth. Et scias, quod ex do, quod si sponsa faciat pactum cum sponso de lucrando dotem, si post moriatur, istud pactum non posit valere, nisi consummatum fuerit matrimonium, quia pactum de dote lucranda habet tacitam conditionē, si nuptiæ sequantur, l. item quia, ff. de pac. Sed contrarium tenet Pau. de Cast. in l. si marito, §. i. ff. sol. matr. ita dicens se consuluisse ibi etiam dicitur, quod pactum de lucranda dote habet locum in dote promissa. Et tenet Ang. consil. 156. contrarium tenuit idem Angel. consi, clxxx. quod statutum, de dote lucranda habeat locum in dote non tradita, Pau. de Cast. post Dy. in l. sed hæc ita, in prin. per illum tex. ff. de re iud. Item adde, quod statutum de lucranda dote non procedit in illa mulere quæ consensu mariti efficitur monacha. Lapus allegati. cxxviii.

¶ Item adde quod no. Bal. in c. capellanus. in fi. de fer. Et pro eo quod dicit de monach. adde tex. & Bal. in l. Deo nobis. C. de epi. & cle. & gl. in c. plaeuit. el ii. xvi. q. i. Item an quis licite in foro conscientiæ retineat, quod lucratur ex pacto dotali, vide Lan. in trac. de vsur. q. xv. Item, de prædicta quęstione, an hēat locum in dote promissa, vide omnino Pau. de Cast. in l. peculium, ff. de pecu. vbi dicit quod si promittens dotem fuit in mora, & maritus cęperat sustinere onera matrimonii, q tunc habet locum in dote promissa, aliàs secus. Vide quod de quæstione ista ponit Bal. in l. non fine. ver. quęro nunquid. C. de bo. quæ li. vbi vide D. Alex. Sed de hoc vide p Bar. in cōl. ic. statuto ciu. Eugubii, ver. verbis. Bar. de Bel.

dote, vel donatione pp nuptias solu. ma. & fortius valebit statutum. cum statutum habeat consensum expressum: cōsuetudo solum tacitum. l. de quib. ff. de legi. † Circa intellectum decr. Primo, quæro, nunquid donatio inter coniuges indistincte annulletur? dic. q regulariter prohibet donatio pura; & illa dicit pura donatio, quæ nulla rōne cogente fit, sed sola liberalitas est cā donationis. l. 1. ff. de do. & in l. donari, ff. de reg. iur. Ideo donatio remuneratiua nō prohibet inter
7 virum & vxorem, vt in l. quod autem. §. si vir, ff. de do. inter
a vir. & vx. vbi patet, q si maritus donauit vnam rem vxori, & vxor aliam marito, fit hinc inde compensatio. a Et per hoc
b nō. dicit Bar. in l. voluntate, C. de dot. promiss. q si nobilis nubat plebeio, potest sibi constituere dotem animo donādi, licet conferatur in tps matrimonij; quia ista nō est simplex donatio, quæ prohibet inter coniuges; sed est remuneratiua quia nobilis nubendo plebeio videtur sibi quoddam mun conferre; & sic maritus donādo, videtur remunerare, & nō simpliciter donare, ad hoc l. Aquilius. ff. de do. & vide quod no. gl. in d. l. donari, & Bar. in prooemio digestorum; & sic limitat istum tex. & multa alia iura annullantia hanc donatio
8 nem. & hoc no. quia non solet tangi hic. † Secundo quæritur quādo alter dicitur fieri locupletior, & alter pauperior. Solutio pauperior fit donator, quando tradit de substantia, sua, ita q diminuit patrimonium suum, vt in l. si sponsus. §. maritus. ff. eo. tit. secus ergo, si repudiat hæreditatem, vt veniat ad vxorem sibi substitutam; nam tunc non acquirēdo, non dicitur fieri pauperior; & idem in simili casu locupletior fit recipiens, quando conseruat rem sibi donatam, vel eam expendit in vtilem causam. Secus autem, si inutiliter expendit, puta vxor emit sibi vnguenta, vel comsumpsit in cōuiuio faciendo, vel aliter inutiliter; tunc enim illa talis donatio non reuocatur, quia vxor non est effecta locupletior, vt in l. quod autem. §. si vir, ff. eo. secus etiam si hæres mariti inutiliter expendisset, qnia tunc tenetur reficere, vt in l. q de bonis. ff. ad l. Fal. quia satis est, q donatarius fuerit effect
9 locupletior. † Tertio quæritur, nunquid hæc donatio con-
c firmetur iuramento, c vel saltē valeat vigore iuramenti. Qui dam voluerunt, q non, quia est prohibita propter bonos mores; nam maritus, & vxor ex nimio amore se spoliarent adinuicem. l. 1. & 2. ff. e. sed iuramentum contra bonos mores non valet, vt in reg. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. & hæc est pars multum probabilis, sed opi. contraria communiter tenetur per doc. vt no. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Io. de Lig. in cle. ne Romani, de iureiu. vide do. Ant. in c. cum contingat, eo. ti. de iureiu. optimè facit ille tex. pro ista secunda parte, Nec ob. quod dixi de bonis morib. quia debet intelligi, quando iuramentum est contra bonos mores ciuiles; quia quælibet lex est fundata super bonis morib. ciuilib. 4. di. c. erit autem lex; sed videmus, q in multis casib. tenet iuramentum contra legem, vt d. c. cum contingat, & in c. debitores, eo. ti. † Quartò quæritur in §. sane, vtrum dos
10 redeat indistincte ad mulierem sol. ma. dic, q non. sed tex. ve cificatur, quando ipsa mulier donauit de propria substātia. vnde debes scire, q aut extraneus constituit dotem mulieri aut mulier sibijpsi, aut pater pro filia; & extraneum appello quemlibet, qui nō habet mulierem in potestate, vt dicit tex. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. Primo casu, quando extraneus constituit dotem, tunc, aut stipulatus fuit dotem sibi reddi; so. ma. & reuertitur dos non ad mulierem, sed ad illum extraneum. Aut non fuit stipulatus, vt sibi redderet, & videtur tunc donare ipsi mulieri. & sic redit ad ipsam mulierem, vt est tex. in d. §. accedit. Secundo casu, quando ipsamet mulier constituit sibi dotem, tunc dos ad eam reuertitur, & fingitur stipulata dotem sibi reddi, vt d. l. vnica. Tertio casu, quando pater constituit filiæ, aut fuit stipulatus dotē sibi reddi, & redit ad patrem, aut simpliciter, & tunc si pater emancipat filiā, efficitur filiæ; si aūt prius moritur mulier, actio competit patri. l. 2. ff. sol. ma. & in d. l. vnica, & dicit hic Vinc. q dos hoc casu redit ad patrem, quādo filia prædecesetiā si extent liberi ex ipsa filia, per l. dos à patre. C. solu. ma. no. singulariter hoc dictum vir. imum, nam canonistæ communiter transeunt cum hoc dicto, & idem videtur tenere gl. in d. l. dos à patre, plenissime disputat Bar. in l. post dotē. ff. sol. ma. Et tandē sequitur ista partem. sed multi tenuerunt contrariū, vt ipse refert. Ex hoc habes casum, in quo dos matris non venit ad filios, quādo f. dos fuit profecta à patre, & moritur non emancipata viuente patre, & cessat hoc casu
11 regula illius auth. quod in successione, prima causa est filio-
rum, de qua in auth. in successione. C. de suis, & legi. † Vlt. quæritur, quid intendat ista litera in fi. dum dicit, q valet pactum de lucranda dote, & donatione propter nup. sol. mat. dum tamen sit æquale hincinde. sol. dicit Inno. q post nup. contractas debet esse equales dotis, & donationis pp nup.
& ēt lucri quærendi. Nō. n. pōt augmentari dos, quin augmentet donatio pp nup. ar. in l. fi. cum auth. siua. C. de do. ante nup. Itē si fit pactum de lucranda dote, dēt fieri pactum de lucranda donatione pp nup. per ipsa mulierē: vnde si fit pactum solum de lucranda dote, extenditur ad donationē pp nup. vt mulier lucret donationē pp nup. viro pmoriente; si aūt pactū fuit de lucrāda maiori parte doris, q donationis pp nup. tunc pactum de maiori, reducit ad minorem quātitatē. l. fi. C. de pac. conuen. tam super do. & pcdit ad hoc, vt dixi, post nup. contractas; & hoc factū extitit, ne fraudib excogitatis, veniāt coniuges contra prohibitionem factam ne fiat donatio constante mat. sed ante nup. dicit Inn. q pōt esse disparitas in dote, & donatione pp nup. & in quantitate lucri, alle. l. ex morte C. de pac. conuen. tā super do. & no. hoc dictum, sed iudicio meo, tex. vī hodie de iure auth. in auth. æqualitas. e. ti. de pac. conuen. q dos, & donatio dēt esse æquales, & pacta de lucro dotis, vel donōnis debeāt esse
12 æqualia. † Et ita seruat in hac ciuitate, vbi communiter donatio pp nup. est eiusdem quātitatis cum dote, sed in multis locis non seruat. vnde (vt ibi dicit glo.) illa auth. est sublata hodie per consuetudinem, quia constituit dos, & sæpe nulla donatio fit à viro; sed tu die consuetudinē seruandā, vbi viget, aliàs serua dispositionem huius auth. & tene eam mēti. Sed tu diceres, quid operat ista donatio pp nup. quæ fit à marito? cum maritus etiam teneat bona donata, constante matri. & facit fructus suos; soluto vero ma. redit ad eum. Primum probatur in l. vbi adhuc. C. de iure do. secundum probatur hic. Sol. dicit Io. An. post Pe. & Abb. quod operat multos effectus, primum propter pactum, quod fit de lucranda dote, nam extenditur in fauorem mulieris ad donationem propter nup. vt sicut maritus ex pacto lucratur dotem, præmortua vxore, ita vxor lucratur illam donationem præmortuo viro, vt hic. Secundo fortius ius habet mulier in rebus sibi donatis propter nup. in dote recuperanda, quam in alijs bonis mariti; nam in alijs bonis, potest vxor renunciare iuri hypothecarum, sed in istis rebus donatis non, vt sic sit vnde possit consuli mulieri in dote recuperanda, de quo in auth. siue à me. C. ad Velle. dixi plene in c. per uenit, de emp. & ven. vbi vide. Tertio operatur, quia marito vergente ad inopiam vxor potest etiam a creditoribus mariti vendicare tam dotē quam donationem propter nup. nam debent deseruire one ribus ma. vt d. l. vbi adhuc. Quarto, si vir committit adulterium, mulier potest agere, vt lucretur illam donationem p pter nup sicut agit vir, vt lucretur dotem mulieris, quando mulier adulteratur, vt in c. 1. vt li. non cont. vbi de hoc, & in c. plerunque. supra eo. & hoc no. Ex quibus sis cautus, vt sēp fiat ista donatio propter nuptias ipsi mulieri, & vide quod di
13 xi in c. peruenit. In † gl. 1. ibi, legitimum modum olim non licebat donare sine insinuatione vsque ad trecentos aureos cuicunque, hodie vero valet, donatio vsque ad quingentos, abinde vltra non valet, nisi insinuetur, vt in l. fancimus. C. de do. Et est insinuatio, descriptio ipsius donationis in actis publice coram iudice; & fuit hoc adinuentum, ne ex clandestina donatione homines multum fraudentur. de hac insinuatione vide plene per Bar. in l. Modestinus. ff. de do. & l. donationes. C. e. † In ea. gl. ibi, sed fas non est. Doct. hic concludunt, quod aut donatio est facta concubinæ, & valet, ex quo nō tenebatur, vt vxor, intellige, nisi donator fuerit miles, vel clericus, vt l. 2. & quod ibi no. C. de dona. inter vir. & vxor. dixi plenius. in c. 1. de cler. agro, sed ista glossa procedit in mat. putatiuo, ita, quod donator credebat mat. tenere. Nam tūc est eadem ratio, quæ in vero matri. sed si donator sciebat matrimoniū non tenere, vel vterque sciebat, donatio applicatur fisco. l. c u m hic status. in fin. ff. de do. inter vir. & vxor.
15 quod no. † In glossa. 2. ibi, rem alienam, intellige, quando ipsam

ADDITIONES.

a ¶ Compensatio. Adde Lu. Ro. consi. 127. Fulg. consi. 109.
b ¶ Nobilis. Idem dicit Bal in l. 2. §. fi. ff. si cer. pet. quando senex, qui acceperat vxorem iuuenculam, de quo plura tal. in l. ex hoc iure. ver. tertius effectus est. ff. de iust. & iur. & l. si non sortem. §. libertus. ver. secundu. ff. de cond. ind. Seb. Sap.
c ¶ Iuramento. Sed an confirmetur morte naturali donantis, vel etiam ciuili vt per ingressum religionis, vide l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Vide quod ēt tenet gl. in c. pla cuit. el. 1. 16. quæstio. 1. & idem erit in pacto de lucrando dotem, vel donationem propter nuptias; sed secus si alter coniug. m pp delictā detru tatur in monasterio. tex. est notabilis cum gl. in auth. sed hodie. in ver. habitum. C. de adul. per gl. in c. gaudemus. de cōuer cōiug. Bar. de Bellenz.
Iuramento. Secundum istam opi. quod firmetur pluries, confuluit Alex. vt ipse refert in d. l. Seius, & Augerius. in consi. 7. in 2. volum. Bal. in l. 1. ff. de dona. inter vir. & vxor. Ant. de Bar. & Imolin c. cum contingat, supra, de iureiuran. Ang. in l. pen. §. muliер. ff. solu. mat. Pau. & Modern. in l. pacta quæ contra. C. de pact.

ipsam vsucapit. Item ibi, ff. eod. quod si vir. vbi dr, qđ si maritus dedit vxori pecuniam [a] pro refectione ædium dotalium valet donatio, quatenus refectio postulat, & alios casus; in quibus valet donatio inter virum, & vxorem, vide per Host. in summa, eod. ti. §. quæro quæ donationes, ver. porro. † In glo. 3. ibi, inter parentes, & liberos, & hoc probatur in l. donationes, C. de dona. & hoc procedit, quando donatio [b] fit filio existenti in patris potestate; & non tanq benemerito; [c] secus, si fieret emancipato, [c] vel filio in potestate, tanquã de benemerito, vel ratione castrensis peculij. de quo dicendum, vt plene no. per Bar. in l. frater à fratre. ff. de cond. inde. & in l. 1. in §. nec castrense. ff. de colla. bon. vbi ẽt no. q si pr donauit filio scholari libros, vel pecunias, pro sumptib. nunquid [d] debeant computari in legitimã suã, [d] vel nunquid filius moriens possit de illis testari, & dic, vt ibi. aliquid de materia ẽt no. in l. ex testamento. C. de coll. & vide, quod no. Host. in sũma huius ti. §. qualiter inutiles, ad fi.

ADDITIONES.

a ¶Pecuniam. Sed quid si maritus dedit vestes vxori, quæritur, vtrum videatur eas sibi donasse, & quid de bursis, & iocalibus, & quid si maritus moriatur & nihil dixerit, an eius hæredes possint ab ea repetere, vide Oldr. consi. 283. incip. formo quæstionem de qua contigit &c. & dixi in c. plerunque, supra eo. & vide Do. de Rota. in nouis. decis. 154. incip. existens in matrimonio. Bar. & Bal. in l. si vt certo. §. interdum. ff. commo. & in l. pe. §. 1. ff. sol. mat. vbi distinguit, aut sunt vestes festinæ, & præsumuntur commodatæ, aut quotidianæ, & præsumuntur donatæ. Item de ista q. vide Ang. consi. 132. & latissime tmo. in d. l. pe. in glo. 1. ff. sol. ma. vbi etiam ponit quid de vestib. vidualib. datis ab hæredib. mariti, & de illa quæstione vide omnino Bal. in l. id vestimentum. in lec. antiqua, de pe. & Do. de Rota in d. deci. in c. viri donatio facta vxori, de quo late per B. in l. sed si plures, in §. in arrogato. ff. de vul. & pu. Facit quod pulchre, & eleganter scribit Bal. in l. nec plures, C. de sacrosc. eccl. late Bal. in l. cum re C. de dona. ante nup. vbi etiam ponit de dictis iocalib. Et vide etiam Bal. in auth. ex testamento, de col. & in c. iurauit, in fi. de proba. & Pet. de Anchc. consil. suo ex 197. Pro qua quæstione vide Moder. in l. sed si plures §. in arrogato. ff. de vul. & pu. Bar. de Bel.

b ¶Donatio. Quæ propter benemerita vide. Bar. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. & in auth. vnde si parens, C. de inof. test. & ibi Bal. concludens, q benemerita debeant esse æquiualentia donationi; & non statur assertioni partis, nisi quando esset assertio iurata, Bal. in l. si donatione, ver. quæritur in gl. C. de colla. Ale. ibi. reprehendit, quod donatio firmatur iuramento, Bald. in l. 3. C. de vsuc. pro don. & in l. 2. ff. de iureiu. & in consi. 430. videtur esse de mente Ab. in c. cum contingat, supra de iureiu. Ale. in d. l. si donatione, & in consilio 105. Franc. Are. in l. placet, ff. de ac. hær. Bal. Noue. in rub. ff. de verb. ob. Cor. tenet contrarium, in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. ven. & ita consuluit Pau. consi. 103. commu nis opi. est, quod firmatur.

c ¶Emancipato. Vide Bar. in l. in quartam, ff. ad legem Falc. Alex. consilio. 142. incip. circa primum. in 2. vol. Soc. consi. 93. inc. circa primum, in prima parte, Ial. in l. si quando, §. & generaliter, C. de inof. test. Seb. Sap.

d ¶In legitimam suam. Vide Bar. in l. filiæ cuius, C. famil. erc. Bal. omnino, in l. donatione, C. de colla. & Pau. de Cast. consilio 171. Zach.

De secundis nuptijs. [a] *Rub.*

Supra in præcedentibus titulis dictum de est mrimonio in genere, nunc postremo subijcit de secundo matr. vel magis ad proxima continua sic. quia diuortio facto solent homines transire ad secundas nuptias; ideo viso de diuortijs, competenti ordine subijcitur de secundis nuptijs. & scias. quod nedum secundæ nuptiæ approbantur ab ecclesia, sed etiam tertiæ, & vlteriores; vnde non solum bigamus, & trigamus, sed etiam octogamus quis effici potest, vt dicit tex. in c. aperiam. 31 q. 1.

ADDITIO.

a Nuptijs. Quare secundæ nupcię, sint de iure permissæ, vide D. Tho. disputãtem in 4. sen. dist. 37. q. 2. ar. 2. & an secundæ nup. sint sacramentum, & concludit, quod sic. Bar. de Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus est.* 3.
2 *Capellanus potest dici rector parochiæ, qui capellã deseruit.*
4 *Pœna benedicentes secundas nuptias, est suspensio ab officio, & beneficio & nunquid sit ordinaria.* 5.
5 *Benedicens secundas nuptias, an ab alio, quam à Papa absolui possit.*
6 *Consuetudo in pœnis seruanda est.*
Sacramentum non est iterandum.
Benedictio nup. non est sacramentum, sed rei sacræ signum.
Matrimonium est sacramentum.

CAP. PRIMVM.

1 [a] Capellanum. † Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus est. Casus lite. Quædam mulier, mortuo viro suo, transiuit ad secunda vota, quidam Capellanus benedixit mulierem istam transeuntem ad secundum matrimonium, & quia secundæ nuptiæ benedici non debent, quæsitum fuit, qualiter capellanus iste puniri debeat, mandat Pa. episcopo suo, quatenus capellanum illum ab officio, & beneficio suspendat, & sic suspensũ ad apostolicã sedẽ transmittat. B. † No. 1. illud verbũ; capellanum, rector. n. parochiæ, ad quẽ spectat benedictio nuptiarum, potest dici capellanus; inquãtũ præest illi capellæ. idem verbũ habes in c. capellan[9], ẽ. de fer. † No. 2. q scdæ nup. nõ sunt benedicendæ, [b] rõnem videbis cũ gl. & no. j. c. vir aũt. † Sed quæro pro intellectu literæ, nunqd ista pœna suspensionis ab officio, & beneficio sit ordinaria. † Item nũ quid benedicens sit semper mittendus ad sedem apostolicã, dic, q non. Fuit. n. ista quædam prouisio apostolica; vnde pœna hoc casu est arbitraria. Et p hoc infertur, q ista suspensio, de qua in tex. non insligitur ipso facto, vt voluit Host. & bene; licet quidam contra, quinimo ex grauitate pœnæ putat Io. An. istum tex. procedere, cum viuente prima, sacerdos benedixit secundas nuptias; hoc tamen dicit ex lra non patere; & ideo satis puto, quod prædixi, vt hodie attentis circunstantijs, & loci consuetudine, imponatur pœna arbitraria. † In glo. ibi, quia sacramentum nou debet iterari. sentit per glo. quod benedictio, quæ impeditur nuptijs, sit sacramentum, quod non approbat Io. And. & bene. Non. n. reperitur inter septem sacramenta ecclesiæ, de quibus per glo. in c. veniens, de transl. & gl. in c. 1. supra de coniug. ser. & Io. An. super rub. de sacra. non iter. sed potius est quoddam sacramentale. i. sacræ rei signum, ipsum tamen matrimonium sacramentũ est, vt in c. debitum, de biga. & vide ad hanc materiam, quod no. infra eodem c. vir autem.

ADDITIONES.

a ¶Capellanum. Ista benedictio nuptiarum posset fieri parte interdicta. & quid si alter ex istis benedicendis, est interdictus, vide Cald. in ti. de eccl. interd. in 6. membro, in q. 52. 54. & 55. Item an pro ea posit aliquid recipi, vide tex. & glo. in c. cum in ecclesia, de fimo. & in c. honorentur, 32. q. 2. Bar. de Bel.

b ¶Non sunt benedicendæ. Sed quare non benedicuntur, & quare, alibi, & dic, q quicquid leges disponunt de transeunte ad secundas nuptias, habet locum in vidua luxuriose viuente, vt dixi, in c. ex parte, de app. Bar. de Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans de morte coniugis, nisi certificetur, contrahere non debet; & si contraxit, reddat, sed non exigat debitum, & si postmodum sciat primam viuere, dimittat secundam.* 4. 5.
2 *Matrimonium non soluitur propter captiuitatem; etiam apud infideles, & hoc de iure canonico; secus est de iure ciuili.*
Matrimonium sola morte soluitur.
3 *Captiuus, & incarceratus, matrimonium contrahere potest, dummodo vis non inferatur, & quid de alijs contractibus.*
4 *Secundam vxorem dimittere non debet quis, nisi certioratus de morte primæ, & certioratus si non dimmittit, committit adulterium* 5.

CAP. II.

1 Dominus. † Dubitans de morte coniugis, ni si prius certificetur, contrahere non debet; & si contraxit, reddat, sed nõ exigat debitum; & si postmodum sciat primam viuere, dimitat secundam, & tria sunt dicta. secundum, ibi, sanè, tertiũ, ibi, quod sic. Casus lit. Quidã Christiani erãt in captiuitate Saracenorum, quidam de his coniugati nulla certitudine habita de morte vxorum, contrahebant secunda matrimonia. Quærebatur, an deberent sic remanere coniuncti? Respondet Papa, vt nullus ammodo præsumat ad secundas nuptias conuolare, donec ei constet, quod vxor sua de hac luce decessit; si vero aliquis, vel aliqua hoc seruauerit, & dubitet adhuc de morte prioris coniugis, ei, cui nupsit, debitum non deneget postulanti; sed nullatenus exigat ab eadem. Si vero postea constiterit de vita prioris coniugis, statim eam re-
a linquat, & ad priorem coniugem reuertatur. Bal. † No. primo iuncta suprascriptione, quod propter captiuitatem, etiã infidelium non dissoluitur matrimonium, de iure can. licet
a secus esset de iure ciuili. vt in l. non sicut, ff. de cap. Sola. n. [a] mors naturalis separat matri. vt in c. 2. & 3. 32. q. 7. & in c. pe.
3 & vl. infra. c. † Secundo no. quod existens in captiuitate põt contrahere mat. Et quo infertur, quod existens in carcere potest mat. contrahere; & tenet matr. ex quo vis non infertur in matrimonio contrahendo. Et ex hoc infero, qđ si mat. tenet, qđ requirit libertatem maximam, vt in c. cũ locũ, ẽ. de spon. fortius tenebunt alij cõtractus in carcere gesti, de quo vide, quod dixi in c. cum locum, præall. & qđ no. in l. in carce-
4 re. ff. quod me cau. † Tertio no. quod ẽns cũ scda, nõ habita certitudine de morte prioris cõiugis, non dẽt illico dimittere secundã, sed dẽt debitũ reddere; non aũt exigere, q
5 intellige, vbi verisimiliter dubitat de morte prioris. † Vlt. no. quòd

ADDITIO.

a ¶Sola. n. mors naturalis. Adde, quod no in apost. ad ilsum post eum, in c. in præsentia, nu. 2. in apost. ver. in sola. n. morte, supra de spon. Zach.

quòd si qs pẽdẽte ẽctu in secunda, certificat de vita prioris, si nõ illico dimittit secundã, cõmittit adulteriũ, licet à prin. nõ fuerit in dolo. Et facit iste tex. in ar. q licet à prin. litigij, quis fuerit in bona fide; si tamen in pcessu causæ instruitur de iniustitia sua, & causam non deserit; ex tunc venit con-
2 demnandus [a] in expensis, pro hoc bo. tex. in l. si quis inficiatus. ff. depo. & ibi per Bar. & ad materiam huius c. vide, q plene dixi in c. in præsentia, supra de spon.

ADDITIO.

2 Condemnandus. Adde Bar. ponentem istam practicam Inn. & Io. And. in l. qui in alterius. ff. de reg. iu. & in l. properandum. §. fin autem, C. de iud. Bald. in auth. generaliter. C. de epi. & cle. per Bartin. l. non ignorar, C. de fruct. & lit. expen.

SVMMARIVM.

1 *Benedici non debent coniuges, si alter eorum fuit benedictus.*
2 *Bigamus dicitur, non tantum vir, sed & vxor, quæ ad secundas nuptias transit.*
3 *Benedictus trahit ad se nõ benedictum; sed hoc indistinctè non sequitur quia vinum mistum sanguini domini, non efficitur sanguis.*
Benedictio iterari non debet; & iteratur, si alter coniugum fuit aliàs benedictus.
4 *Vnctio extrema, sacramentum est; & tamen iterati potest; quia per eã character non imprimitur.*
5 *Pœnitentia iteratur, sed non solennis.*

CAP. III.

1 Vir autem. † Breue est, vel sic. Si vnus ex coniugibus fuit aliàs benedictus, non debent coniuges de nouo benedici. † No. q nõ tãtum vir, sed etiam mulier, dicitur transire ad biga-
2 miam; cũ transit ad secundas nup. † No. 2. ar. optimũ ex tex. q coniunx aliàs benedictus in primo mat. communicat benedictionem suam secundæ vxori; vnde tex. hic dicit, q isti sunt benedicti, licet alter ipsorum tantum fuerit benedictus; sicut in simili dicitur, q si oleum non consecratũ admisceat oleo cõsecrato, totũ efficitur consecratũ, vt in c. q in dubijs de consec. ecc. vel al. In contrariũ tñ facit, quia maritus licet cõmunicet vxori actiones spũales, nõ tñ passiones, vt no. gl. in c. 1. de cog. spi. li. 6. facit c. cũ Marthæ, & q ibi dixi, de cel. mis. vbi patet, q si vinum addit sanguini Christi post consecrationẽ, non efficit sanguis; vnde verior ratio videtur, q cũ ista benedictio sit communis marito, & vxori, ex quo alter fuit benedictus. non dẽt benedictio iterari, quia iteraret
3 in persona aliàs benedicta. † In gl. fi. ibi, non sit sacramentũ, no. qa gl. vult, q extrema vnctio nõ sit sacrm, cuius cõtrariũ no. in c. veniẽs, ẽ. de trãs. vbi gl. met. enumerat istud inter septẽ sacra, & ponit Io. An. sup ru. de sacr. nõ ite. Sed qa in isto sacramẽto, nõ imprimit character, ideo põt iterari sine ipsi[9]
5 iniuria, frn Io. An. & bene, & tene mẽti in hoc istã gl. † Item no. gl. in eo q dicit, q solẽnis pnia non debet iterari, & intellige de pnia solẽni, & publica, de qua in c. capite. 50. d. q. non imponit nisi pro scelere adeo graui, q commouet totã vrbem, vt ibi, no. & vide ad mat eriam, q no. in c q̃is, alle. ingl. Vlt. no. ex gl. q ẽt si virgo ducit in vxorẽ à trãseunte ad secũdas nup. nõ dẽnt tales nuptiæ benedici, nisi subsit consuetudo loci, q̃ Papa scit, & tolerat. Et no. q in cõsuetudine exigitur tacitus consensus Papæ, cuius cõtrarium no. gl. 4. d. c. in istis. §. leges. Sed concordando dic, istam gl. procedere in sacramentalibus. & in hoc tenebis semper menti istam gl.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nubens intra annum lugubrem, hodie infamiam non incurrit.* 2.
2 *Mulier debet lugere virum defunctum per annum, & vestes lugubres deferre; sed hodie aliud est.*
3 *Vxor morte viri à lege ipsius soluitur.*
4 *Apostolorum dicta præferenda sunt legibus ciuilibus etiam in decisionibus causarum.*
5 *Verba ista, nubat in domino, significant, quod nubere possit secundum Deum, & leges Christianorum.*

CAP. IIII.

1 Vper illa. † Mulier nubens intra annũ lugubrẽ, infamiã non incurrit. h. d. cũ seq. Ponit questionẽ, cui respondet, ibi, respondemus. Casus lit. Secundũ leges, si mulier mortuo, marito, intra annũ nubat, an debeat dici infamis? respondet Pa. q cũ dicat Apostol[9], mulier viro suo mortuo soluta est à lege viri sui, nubat in domino, cui vult, ex lnia & authoritate Apostoli omnis infamia aboletur, nec dẽt legalis infamię
2 sustinere iacturam, cum in his sacræ leges non dedignentur sacros canones imitari. B. † No. 1. q mulier debet per annũ lugere mortem mariti; hodie tamen est sibi remissus omnis luctus, & solẽnitas vestis lugubris, vt hr l. decreto, C. ex quib.
3 cau. irro. inf. & tenetur luctum ducere in vita viduali duntaxat, vt ibi hr. † Secundo no. q illico post mortẽ mariti soluit mulier à lege ipsius; vnde in alio sæculo, nõ recognoscũt se
4 p cõiugib. vt in c. illicitè. 32. q. 7. Itẽ no. q dicta Apostoli[2] sũt
a pferẽda legib. ciuilib ẽt in diffinõnibus. cãrũ occurrẽtiũ, q
5 satis pt pcedere gñaliter in istis spũalib. † Sed qro, qd intẽdat iste tex. cũ dicit, nubat in domino. Sol. dicendũ est, q potestas est sibi indulta, vt tandẽ nubat regulariter, s. secundum Deũ, & leges Christianorũ, & materiã huius c. vide j. c. fe.

ADDITIO.

a ¶Dicta apostoli. Quod corrigantur leges ciuiles, quæ imponunt pẽnã mulierib. nubentib. intra annum luctus, firmat Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariç col. 19. ver. limita quarto regulam, sup. de const. post Abb. ibi. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Leges ciuiles, & præsertim in spiritualibus subijciuntur Apostolorum dictis, & canonum.*
2 *Prohibitum ad tempus, prohibitum dicitur.*
Concessum simpliciter, concessum videtur sine temporis præfinitione.
3 *Pœnæ variæ imponebantur per leges mulieri nubenti intra annum luctus, & an hodie per istud. c. sublatæ sint.*
Annus luctus incipit à die mortis mariti.
Imperator non habet facultatem interdicendi matr. etiam ad tempus.
4 *Communis op. doc. seruari debet, & in iudicando, vel consulendo graue est ab ea recedere.*

CAP. V.

a Vm secundum [a] Apostolum. Summãtur vt præcedens, & præmissa ratione, ponit dictum,

ADDITIO

a ¶Cum secundum. Vide oino Pe. de Anch. in c. canonum. ver. iuxta pdicta, de const. vbi ponit de materia huius c. & vide eundẽ consi. 96. Et an oẽs pœnæ sint correctæ, maxime vbi resultaret corruptio sanguinis, & incertitudo prolis. Et refert opi. Bar. & aliorũ in l. liberorum, ff. de his qui no. inf. & Bal. in l. decreto. C. ex quib. cau. inf. Et q sint correctæ oẽs pœnæ, non obstãte illa rõne, tenet hic Ant. & Ab. in c. ecclesia S. Mariæ, de cõst. in lec. & in repe. eiusdẽ. Pro quo facit ẽt rõ, quia correcta vf omnis pœna, ex quo correctũ est delictũ, vt probatur in c. de grauib. 35. q. 8. iuncto c. non dẽt. de consan. & affi. Item facit iste tex. in ver. liberã, quia vbi requiritur libertas, nõ pót stare pœna, vt probatur in c. cum locũ, iunctoc. gẽma, de spon. Item adde ad materiã, q scribit Pe. de Anc. consi. 92. Fed. consi. 36. & Bal. in c. clerici, de iud. & Ang. in Auth. de rest. & ea quæ pa. §. fi. & Bal. in Loia, C. ad Tert. & in l. 1. C. de sec. nu. & in l. liberorum, ff. de his qui no. inf. Itẽ vide Ab. in d. c. clerici, in 1. no. cuius dictum posui hic super tex. Item quid si maritus dat lniam vxori, vt nubat intra annũ vide Bal. in l. filium quẽ habentem, C. fam. erc. & in l. 1. C. de his quæ pẽnom. & in l. 1. C. de sec. nup. & late ponit Ro. fing. 248. inc. tu. scis, q si mulier nubat, &c. & ibi vide. Et credo, q eius motiua procedunt solũ de iure ciuili. Itẽ vide oẽs in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Treb. & ibi inuenies qualis dẽat esse habitus viduæ, & multa alia. Itẽ vide quæ dixi in reper. in isto ti. in primo dicto. Et quid si vidua ducit turpẽ vitam, dixi ibi, &c. Itẽ vide Ang. in §. finaũt tutelã. in Auth. de nup. vbi dicit, q pœna mulieris trãsẽũtis ad scda vota nõ dato tutore filijs, nõ est correcta, qa illud est delictum, q non apparet correctum. Et in hoc vide Bal. in l. cum oportet, §. fi. de bo. quæ li. vbi hoc limitat, nisi mater esset simpliciter in administratione bonorum suorum orphanorum. quia tunc cuitabit dictam pœnam. Et pro conclusione, de qua s. dixi. audio disputarum fuisse Ferrariæ, & defensum fuisse, q prædixi. Et vtrum oẽs pœnæ impositæ vxori secundo nubenti sint hodie sublata p Canones, adde hic gl. 2. q. 3. §. fi. & ibi Bal. Sal. in l. fi. C. de sec. nup. Et certas pœnas mulieris transeuntis ad secũdas nuptias, vide per Bal. in l. fi qua mulier. C. ad Tert. & adde, q oẽs pœnæ statutæ contra secundo nubentes, habent locũ in mu liere ducẽte turpẽ vitam, secundum Bar. in l. his solis. C. de reu. do. Ego vero dixi post Ab. in c. vxoratus, de conuer. coniug. Facit q no. Spe. in ti. de tu. §. nunc videndũ, ver. item excipitur, &c. Et adde hic, q licet sit castitas cũ propria vxore vt in c. Nicęna, 31. di. si tñ maritus legat vxori, si honestè, & caste vixerit, nõ intelligitur, q cõtrahat secundas nuptias; sed de castitate vidualı: qa aia mariti cõtristatur de secũdis nuptijs vxoris: ita dicit Bal. in auth. cui relictũ. ver. no. q aia, C. de ind. vid. toll. Vide ẽt in l. Deo nobis, in fi. prin. C. de epi. & cler. Sed Bar. & multi alij tenẽt ẽriũ in l. mulier, §. cũ proponeretur, ad Treb. vbi vide. Ale. nisi fuisset dictũ, & vitã vidualẽ, & de hoc vide q melius no. in Auth. de nõ elig. sec. nub. §. optime, & §. pcedente. Et ad istud de pœnis istis, adde d. Abb. in c. cãm, de rapt. & in c. 1. de spon. & vide Arch. in §. fi. 2. q. 3. vbi referens hæc in fine vf transire dicẽs, q oẽs pro eo solo, q ante contrahiẽ, infamia remittitur. De quo ẽt tu vide pDom. in c. placuit, circa fi. 32. di. p Bal. in c. clerici. circa prin. de iud. Bar. in l. liberorũ, in prin. ff. de his q no. inf. Et an mulier incurrat aliã pœnã, si extaret statutũ, &c. vide pulchre d. Ab. hic, & i c. ecclesia S. Mariæ, de const. vbi firmat idẽ q hic. Vide Bar. in l. oẽs. in vlt. q. C. ad Tert. Bal. in l. edicimus. C. de murileg. li. 11. Et adde, q opi. d. Abb. hic, videlicet, q nullas pœnas incurrit mulier, & c. cõfirmatur primo ratione: quia ratio istius tex. & d. c. fundat se super libera facultate cõtrahendi matr. & nõ pót negari, qn cessaret libertas, si adesset aliqua pœna, ar. c. fœmina, de spon. & quia qñ per legẽ nouã statutũ cõiungit per pñs censetur sublata pœna, C. ex q. b. cau. irro. ifa. licet huic rõni posset rñderi q hic est sublata infamia; quia cũ de iure ciuili esset inualidũ mat. tuscæ nonicũ dẽt hoc addere. Sed huic cõi rõni posset eodẽ mõ rñderi. Et ctu vide Ang. in auth. s. de nup. §. fi aũt tutelã. vbi dicit, q ista correctio pœnæ rũ, q̃ olim imponebat mulierib. nubẽtib. itra annũ, ñ hẽt locũ in mulie re, q̃ trãit ad scda vota, nõ redditis rõnib. nec petito tutore filij, cũ dẽt puniri ijs, q̃ imponebanẽ mulierib. nubẽtib. intra annũ luctus, vt ex tex. in d. §. fi aũt tutelã. q ẽm cũ aliquo nõ reperiẽ correctus. Et dicit Ang. ibi, q idẽ tenet Host. in isto c. fi. Sed aduerte, quia dispoſi. d. §. finaũt tutelã. nõ habet locũ in matre, quæ nõ erat tutrix, sed solũ administratrix bonorũ filij, ẽm Bal. in l. cum oportet. §. fi. in fi. C. de bo. quæ li. Istis adde Lothũ i c. tãta. §. q. 1. §. q fi. fint le. & Bal. i l. decreto. C. ex q. cã irr. ifa. Bar. de B.

dictum,& soluit obstaculum. † No.quod leges ciuiles in istis
1 præsertim spiritualibus subijciuntur dictis apostoli,& cano
num. † No.2.q illud,quod prohibetur ad tempus,potest di
ci prohibitum;& illud,quod simpliciter conceditur,videtur
concessum sine temporis præfinitione.Et per istam rationē
quæ ponitur in fine literæ,dicit hic no.Io. An. quod omnes
2 leges ciuiles, [a] ex aliqua spirituali causa prohibent matrimo
nia contrahi;vt intra tempus luctus, propter turbationem
sanguinis,vt in l.liberorum,ff.de his qui no.infa. vel ne suspi
cio ex festinatione oriatur marito, vt in Auth.de restit. & ea
quæ pa.in 11.mense.§.verum. Item in matrimonio interdi
cto inter pupillam,& tutorem,seu curatorem,& liberos eo
rum,vt C.de interd.ma.inter tutorem,& pup per totum.Itē
inter rectorem prouinciæ,& prouincialem,vt C. si rec. pro
uin.l.1.recipiunt correctionem à lege canonica.Et no.bene
hoc dictum,& tenebis super menti,quod hodie licitè con
trahitur matrimoniū inter pupillam,& tutorem,seu curato
rem,seu eorum liberos,vel alias personas supra numeratas.
Item,quod lex secularium non potest prohibere matrimo
nium ad tempus,vel etiam inter certas personas,& idem per
3 omnia sequitur Fed.consi.35.† In gl.2.ibi.C.de secun. nup.
l.1.pro euidentia scias, quod multæ pœnæ inferuntur mu
lieri transeunti ad secundas nuptias intra annum luctus, i.
intra annum à die mortis mariti computandum: nam effi
ciebatur infamis ram ipsa,q̄ secundus matrius; & non pote
rat dare marito secundo in dotem vltra tertiam partem bo
norum suorum;nec sibi relinquere in testamento.Item mu
lier non poterat capere hæreditatem,legata, fideicommiss
sa,& donationes causa mortis; & perdebat omnia sibi do
nata,& relicta à marito primo.istæ pœnæ habentur in l.1. &
2.de sec.nup.Aliæ etiā pœnæ inferuntur mulieri transeun
ti ad secundas nuptias post annum, si habet liberos ex pri
mo matrimonio,de quib.in l.fœminæ,& in l.hac edictali, &
in l.fin.& in auth.ijsdem pœnis.C.eod.& in Auth.de restit. &
eā,quæ pa.in 11.mense,& in Auth.de nup.§.quia vero hacte
nus,& in l.omnem matri.C.ad Tert. Vnde nunc dubitatur,
b vtrum per hoc c.sint sublatæ omnes pœnę? [b] glossa variat,vt
hic vides Inn.& cōiter alij Doc.sic distinguunt, quod pœnę
impositæ in odium secundi matrimonij,seu pp festinatio
nem,vt quia voluit contrahere intra annū luctus, sint subla
tæ,nam ex quo mulier licite contrahit,non debet ex contra
ctu licito,& permisso sustinere iacturam; & sic hodie sunt
sublatæ pœnæ, de quibus in l.1.& 2. C. de sec.nup.sed pœ
c næ appositæ fauore filiorum,[c] vt sunt illæ,quæ apponuntur
mulieri transeunti ad secudas nup.post annum,nō sunt ho
die sublatæ:quia non sunt appositæ in odium matrimonij,
sed fauore ipsorum filiorum.& cum hac opin. videntur trā
sire Bar.& glossa,in d.l.liberorum, & in l.1. C. de sec. nup. li
cet aliud senserit gl.in l.decreto.C.ex qui.cau. irr. inf. Repe
rio Bal.in l.decreto,referentem,q̄ Rayn.de Forl.solennis le
gum Doc.Pau.de Leaza.Doc. decr. satis famosus tempore
suo consuluerunt.quod si oritur incertitudo prolis,habent
locum omnes pœnæ legales,vt quia mulier perperit in vn
decimo mense post mortem mariti, nam potest attribui pri
mo & secundo;quia in nono,& septimo potest mulier pro
ducere fœtum completum,vt in l.septimo mense, & quod
ibi no.ff.de sta. ho. & sic mulier volens euitare illas pœnas,
debet saltem differre per tes menses, & licet Bald. hanc opi.
simpliciter non approbat in d.l.decreto, sed sola recitatio-
ne sit contentus,tamen in d.l.liberorum,eam approbat, &
eam sequitur Pe.de Anch.in repe.ca.canonum statuta, de
const.Et videtur prima frōte hæc opi. multum probabilis,
nam ex causa interdicitur ad tempus vsus matrimonij con
tracti.5.di.c, ad eius vero,& no.30.q.4.in summa. fortius ex
causa potest matrimonium contrahendum ad tempus im
pediri.Sed iudicio meo ista litera multū obstat, dum dicit,
q̄ intra tempus luctus liberè potest mulier contrahere; vi
de pondera illam dictionem,intra,quæ aperte denotat li cō
tiam concessam in qualibet parte anni.Si ergo mulier licte
à principio nupsit,nō debet deludi authoritate legis; vt li
exincertitudine,quæ postmodum oritur, debeat incurrere
pœnas legales.& q̄q̄ ista litera loquatur de infamia; tamen
ratio literæ est vniuersalis quoad omnes pœnas, probatur
hoc satis in antiqua,dum Papa prohibuit, ne ad iacturam,
vel infamiam allegaretur iste transitus ad secundas nup. cō
tra istam mulierem.& si audacia concederetur,tenerē con
tra communem opi.q̄ etiam pœnas inflictas fauore filioru
mulier non deberet incurrere.primo, quia fauore filiorum
non debet esse causa puniendi mulieris, vel impediēdi ma
trimonium à Deo cōcessum.Item ex defectu potestatis stā
tuentis;nam Imperator non habet potestatem interdicen
di matrimonium ad tempus,vel apponendi pœnam, per q̄
tollitur indirectè libera facultas contrahendi, facit q̄ no
Io.An.in c.statutum,de hær lib.6. nec lex tollit hoc casū ho
rum,quod ipsamet impenderit, sed tollit relicta vxori ab
ipso marito;& sic sumus extra glo.c.cum secūdum leges, de
hær.lib.6.Non.n.negari potest, quin ex istis pœnis etiam in
flictis fauore filiorum intimidetur matrimonium, & tollit
libera contrahendi facultas; & sic posset mulier incurrere
peccatum fornicationis,abstinendo se à secundo matrimo
nio,ne incurrat pœnas iuris. Admitterē tamen illas pœnas,
quas incurrit ex facto suo,vt puta,quia obligauit se ad tui
lam filiorum,& postmodum nō reddita ratione, nec petito
tutore filijs, transiuit ad secundas nuptias,vt in d.l. omnem
matri.& in d.auth.eisdem pœnis. nam tunc non punitur,
4 quia contraxit;sed quia non licite administrauit, sicut tene
batur administrare.† In iudicando tamen, vel consulendo
graue esset recedere à communi op. Doc. quam non repe
rio in hoc per aliquem violatum; & ideo non attentarem
venire contra opi. Doc. tantorum. Et ista sufficiant quoad
finem libri.Ad laudem Dei omnipotentis, nec non sanctæ
& indiuiduæ trinitatis,patrjs,& filij,& spirituſsanctj, ac glo
riosæ Mariæ virginis, & beati Sebastiani, totiusque curiæ
triumphantis. Amen.

ADDITIONES.

a ¶Leges ciuiles.Nunquid huiusmodi pœnæ cessent,si testator dedit licen
tiam nubendi,vide Ias.in l.filium quem habentem,in 2.no. C. fam. ercis.
aliquid per eundem in l.2.col.vlt.C.de indi.vidui. Seb.Sap.

b ¶Omnes pœnæ.Adde, quod pater in suo testamento potest ordinare, q̄
vxor nubendo intra tempora luctus,non incurrat pœnas impositas ad
fauorē filiorū,B.in l.filiū quē habentē, C.fa.erc. & ibi Pa. de Ca. melius
loquitur Bal.in l.1.§.correctionem,C.de sec.nup.per Ro.in consil.219.
idem est,q̄si nubit de consensu filiorum,gl.in Auth.de non eli.sec. nup.
quā sequuntur Bal.& Ang.in l.mater,C.ad Ter.Et pœna secundo nubē
tium intra annum luctus,non habet locum in masculis; secus in pœnis
inductis in fauorem filiorum,secundum gl.& Bal.in l.fœminæ,C. de sec.
cun.nup.licet Bal.in auth.vnde si parens,teneat ɔrium ; C.de inof.test.

c ¶Fauore filiorum.Vide Pet.de Anch.in consi.xcv.& xcvij.incip.ex prædi
themate,in prin.cū multis alleg. per Fel.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.
19.ver.prima declaratio,supra de constit.Seb.Sap.

Finis commentariorum Panormit. in Quartum Decretalium, in Ciuitate Senarum traditorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ABBATIS PANORMITANI IN QVINTVM LIBRVM DECRETALIVM Commentaria.

Cum Apostillis, & Summarijs hactenus apponi solitis, Adiectis nouiter Apostillis egregij vtriusque censuræ Doctoris Sebastiani Sapiæ Genuensis, fœliciter incipiunt.

a *De accusationibus, [a] inquisitionibus, & denunciationibus. Rubrica.*

Hæc rubr. continuari potest duobus modis. primò ad p̄cedentia,secundo ad sequentia.Et primo.supra visum est de accusationibus ciuilibus; sequitur videre de criminalib. vel sic, & secundo ad sequentia. Tractaturus auctor in quinto de criminib.& pœnis eorum, quia super eis quandoque pro ceditur per accusationem,quandoq; per inquisitionē,quādoq; per denunciationem, ideo primo de his præmittit.

ADDITIO.

a ¶De accusationibus.Ista rub.de accusationibus est prima rubr. quinti libri ideo cum omnibus suis rub.vsque ad fin.debet poni ti.de sponsal.And.Bar.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio personarum,ante omnia discutitur in iudicio.*
2 *Exceptio de illegitimatione personæ est dilatoria; & idem in exceptione, tua non interest; & ideo debent proponi ante litem contestatam, aliàs secus;nisi postea venerit in notitiam.*
3 *Accusatus si quam exceptionem habet contra accusatorem, debet illā opponere ante contestationem litis;aliàs secus,nisi de nouo venerit in sui notitiam.*
4 *Accusator non debet esse criminosus,nec malæ famæ, nec inimicus.*
c an potuerit prouocare animum ad inimicitiam, [c] de quo dixi in c.repellantur,& in c.cum P.ℑ.eod.intelligit Hoſti. hoc procedere,quãdo ſe obtulit teſtimonio ſine coactione, ſeu ſponte venit.ſecus ſi requiſitus:quia tunc mandato iudicis paruit & bonum obedientię excuſat ab omni calumnia , & ſuſceptione.23.q1.quid. culpatur.ℑ. de tẽp. ord. c.ad aures. §.1.& in hoc non repellitur.& idem tenuit.in c.cum P.ℑ.eo. & tenet menti hoc dictum Hoſt. † Extra gl.op. & vſ ꝙ pẽden te accuſatione ſeu denunciatione criminis nõ debeat abbatiſſa benedici,per c.omnipotẽs;ℑ.eo.Sol.dic ꝙ illud c.omnipotens,loquitur,quando pẽdebat accuſatio , ſeu denunciatio ſeu accuſatio;imo tanquam inimicus fuit repulſus. Vnde nulla infamia fuit inde orta.facit.c.cum in iuuentute , de præſum.& glo.in c.qualiter,in verſi.maleuolis,ℑ.c. Secundo opp. & videtur quod ex quo iſte epiſcopus detulit appellationi,non debeat ſe amplius de negotio impedire, vt in cap. cum appellationibus,de app.li.6.Sol.dicunt Doct. ꝙ iſte nõ detulit:ſed videbatur deferre nõ impedendo munus benedictionis,vel ẽt poſito ꝙ detuliſſet;tñ ex quo iniuſte; potuit iudex ad quem, remittere cãm ad priorem iudicẽ, ſicut fecit hic Papa,ad hoc ꝑallegatũ.c.cũ allegationib. & qđ ibi nota.

ADDITIONES.

a ¶Iuncto tex.ad hoc iſtum tex.alle.Abb.in c.j.in 2.no.vbi late dixi,ſupra de iu.Seb.Sap.

b ¶Inimicus.Adde Ale.conſ.91.li.

c ¶Ad inimicitiam.An.ex ſolo teſtimonio contra aliquem quis præſumatur eius inimicus,ſuper quo vide Io.An.in addi.Spe.in rub.de teſti. circa fi. & An.in c.1.de iud.adde tex.& glo.in §.j.item tenendo,quod cauſa appellationis ſit diuerſa à cauſa principali, eſt bonus tex. in c. fraternitatis , de teſt. probans quod quis non poteſt repelli à ; teſtimonio; ideo quod teſtificatus eſt contra eundem in alia cauſa.Et ibi vide glo.2. Ant.ſed vide hoc latius Spec.de teſte.§. 1. ver. Item quod in alia cauſa criminali,vide Bar.in l.poſt legatum. §.is vero, circa fi.vbi alleg.iſtud.& c.cum P.ſupra eod.& vide tex.in l.produci.ff.de teſti.& Io. de Imo. in l. 2.in prin.ff.ſol.ma.vbi dicit quod ex ſola accuſatione,vel teſtimonio criminali contra aliquem,quis dicitur effici eius inimicus , ita quod per hæc ad alia accuſatione vel teſtimonio cõtra eum, repellit.& alle.c.cum P.ſupra eo.ſed ſecus dicit eſſe in eadem met.cauſa Bar.Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator poteſt ante deſcriptionem ab accuſa. deſiſtere ; tamen ſuper hoc vlterius non auditur. 4.*
2 *Accuſatio non poteſt fieri per literas,ſed denunciatio ſic.*
Citatio inquiſiti,an poſſit fieri ante inſcriptionem.
3 *Inquiſitus qñ citatur, an debeat in citatione poni tenor inquiſitionis.*
5 *Accuſator ſi non proſequeretur accuſationem intra terminum ſibi, vel à iudice, vel ab accuſato datum , poſt illum terminum non audietur.*
6 *Accuſator,an,& quando poteſt deſiſtere ab accuſatione ſine metu Turpiliani.*
7 *Inquiſitio ſuper fama,poteſt formari, etiam non præcedentibus legitimis indicijs.*
8 *Citatus à iudice ſi ille moreretur, & venit alter , debet iterum citari; aliàs comparens non eſt contumax.*
9 *Citatio facta alicui ſub nomine dignitatis , illo remoto,an liget alium qui in eadem dignitate ſucceſſit.*

CAP. XIIII.

Licet [a] in beato. † Ante inſcriptionẽ,poteſt accuſator ab accuſatione deſiſtere ſine pęna:& ſi ad terminum nõ venerit,ſilẽtium imponitur.h.d.Vel aliter ; & ſic dices ſe aliquẽ accuſaturũ corã iudice,ante inſcriptionẽ, põt ſine pœna deſiſtere;& nõ accuſare,ſed ei deſiſtẽti ſilẽtiũ imponitur in perpetuũ.& ſm hoc ſummariũ iſte tex.eſt notabilis.Diuiditur;nã primo narrat factũ,ſecundo ibi,nos igitur: duo definit,& tertiũ cõmittit.ſm ibi,quia vero. tertiũ ibi: ne aũt.Caſus literalis.Quidã canonici eccleſiæ Piſuntinæ p ſuas literas ſuper crimine periurij,ſimoniæ, & inceſtus, Archiepiſcopũ ſuum denunciauerunt domino papæ Clẽ. ipſe iuris ordine ſeruato,Archiepiſcopo Biſontino mandauit,vt ad certũ terminũ ad præſentiam ſuã accederet reſponſurus obiectis.Archiepiſcopus ad terminũ ſibi præfixũ acceſſit. Inn.C.le.interim ſublato de medio , cũ nullus apparuiſſet q diceret aliqd ℑ ipſum,q̃ſiuit ab I.& O.Archidiaconis ꝑſtitutis in ꝑſentia ſua,ſi aliqd ℑ ipſum ſup præmiſſis vellent proponere.& legitimè oſtẽdere,ꝙ ſcripſerãt ℑ ipſum.Ipſi reſpõderũt,ꝙ nõ ꝓpoſito accuſandi illa ſcripſerãt, ſed qa ſup q-buſdã icorrigibilis videbat denũciauerãt illa d.Pa.& nũtius, q pro literis acceſſerat impetrandis , mandati formã exceſſit.vnde Pa.illis ſilẽtium duxit imponendũ ; ne de cætero ſuper his accuſarẽt,vel infamarẽt eundẽ.& qa citra inſcriptionẽ deſiſtere voluerũt,nõ imputatur eiſdẽ, Ne ergo Pa.min' canonice in ipſi' Archiepiſcopi abſolutione ꝓcedere videatur inquiſitionem ſuper fama ipſius cõmittit faciendam.
2 B † No.1.ꝙ licet accuſatio nõ poſſit fieri p literas [b] vt 2.q.
b 8.per ſcripta tamen denunciatio criminum poteſt fieri per literas.Item põt peti,vt reus citetur, vt veniat reſponſurus libello,nam prima citatio de facili conceditur. ideo etiã hoc per nuncium fieri poteſt , ſecundum Inn. ꝙ eſt notandum. Huic tñ dicto Inn.& literæ,obſtat.l. 2.C.de exhi. & introdu. re.vbi dicitur ꝙ qñ reus eſt citandus de longinquo,non debet fieri citatio ante inſcriptionẽ:ergo ille qui vult accuſare debet eſſe præſens,& per ſe petere citationẽ, & facere inſcriptionẽ ad pœnam talionis. Doct.non tangunt,ſed põt dici, ꝙ illa lex procedat de iure, ſed de conſuetudine nõ ſeruatur
c in aliquibus locis, ꝙ fiat citatio, inſcriptione ꝓmiſſa. [c] & ita
d vult hic tex. [d] aliàs autem Pa.non ſeruaſſet iudiciariã grauitatẽ,ſicut in principio teſtatur ſe ſeruaſſe , & poteſt allegari iſta litera ꝙ valeat talis conſuetudo.& hoc no.No.ſecũdo ꝙ canonici,& ſic inferiores,poſſunt accuſare proprium præla
3 tum,& eius crimina denunciare. † Item no.tex.& tene mẽti perpetuo,ꝙ in citatione faciẽda in cauſa criminali,nõ eſt ne
e ceſſe ꝙ inſeratur tenor libelli. [e] vnde iſte fuit citatus,vt veniret reſponſurus obiectis,libello nondũ oblato. & ad hoc alleg. [f] Bar.hanc decretalẽ in l.inter accuſatorẽ. ff.de publ.iud. Sed huic dicto vehementer ob.c.ſi primates. 5. q.2. vbi non debent citari in criminali,niſi in citatione exprimatur cauſa citationis,vt ſic paratus veniat ad reſpondendũ.& idẽ no.gl.
g in c.2.de dila.& ꝓ hoc ꝙ not.3.q.2.in ſumma,ſ.ꝙ dilatoriæ [g] non ſunt dandæ;quare puto ſic dicendum , qꝫ aut citatio fit de longinquo : & tũc non eſt opus ꝙ inſeratur tenor libelli de neceſſitate.ſic loquit iſtud c. & dictum Bar. ſed debet exprimi in citatione in effectu ꝙ opponitur reo,ꝙ paratus veniat,vt in d.c.ſi primates.& ideo dictũ Bar. non eſt ſimpliciter verum,dũ dicit ſufficere ꝙ citetur,vt veniat reſponſur' , accuſatus,vel inquiſitus. aut citatio fit de propinquo;& maxime ſi eſt in eodẽ loco;& tunc procedit dictũ Bar.quia citatus poterit ſcire, & cito ſeparare , ex quo eſt quaſi præſens. vnde iſtũ tex.intelligo,ꝙ hæc crimina fuerũt expreſſa in citatione,vt probat tex.ibi,ſuper periurio, & crimine ſimonię ,
4 iuncto verſi,ibi,reſponſurus.† No.vlterius,ꝙ deſiſtens ab accuſatione , non põt aliquis de illo crimine accuſare reũ ; & iudicio meo plus ꝑbat litera iſta ꝙ nedũ accuſans,& deſiſtẽs repeliatur:ſed etiã ille, qui dicit ſe accuſaturũ corã iudice,& poſtea deſiſtit. nã iſti non poterant accuſare per literas,nec per nunciũ;ſed dicebat nuncius ꝙ volebat accuſare; & nihilo minus iſtis nõ perſequentib.imponitur ſilentiũ in perpetuum , ꝙ eſt valde notandũ.& ad hoc nemo allegat iſtũ tex. licet Bar.faciat magnũ feſtũ,in l.miles.ff. ſocer. ff.de adul. de illo tex.ſed iſte tex.longe melius probat inducẽdo, vt ℑ. Vltimo põt colligi ꝙ ad denunciationẽ alieuius perſonæ , ꝑbe cõmittitur inquiſitio ſuper fama denunciati, non ſuper cri
5 minis veritate.& de hoc. ℑ.† In gl.1.ibi,qa accuſator monẽh dus eſt,no.gl.& vide ꝙ no.4.q.5.qſquis.& Hoſt.dicit [h] ꝙ ideo fuerunt

ADDITIONES.

a ¶Licet.Adde hic Arch.in c.Steph.circa fi.5.q.6.vbi dicit quod accuſator nõ poteſt deſiſtere,quando inſcriptio ſecularis eſt poſt libelli oblationẽ,niſi ex cauſa vt l.2.C.de abolit.& 2.q.2.c.Paulus.& dicit ꝙ etiam tunc licet petere abolitionem, dummodo non ſit paſſus aliquam iniuriã carceris ſeu membrorum,vt Iſſiciter.ff.de abo. Ita dicit tenere Guſſ.in ſumma, de lib.obl.§.ſed libellus accuſatorius.item adde hic tex.in l. qui accuſare.C.qui accu.non poſſ.Bar.Bellen.

b ¶Per literas.Vide tex.in c.cum dilectus,infra eo.And.Barb.

c ¶Inſcriptione ſmiſſa.Adde an hodie ſit neceſſaria inſcriptio , Io. de An a. conſi.11.& Old.conſi.45.

d Tex.Imo dicit Bar.in l.ſi cui.ff.de accu.ꝙ inſcriptio non eſt in vſu,præter quam in Rom.curia,de quo etiam per doct.ℑ.e.ſuper his,vbi etiam dicũt doc.Nunquid ſi eſt conſuetudo,quod non fiat inſcriptio, an habeat locum pœna talionis,de quo dic vt ibi per doct.Ale. de Ne.

e ¶Tenor libelli.Vide quæ plene dixi in c.2.de dila.& la te notaui ad Bar. in d.l.inter accuſatorem.And.Barb.
¶Tenor libelli.Verum in citatione in cauſa criminali debeat inſeri tenor accuſatoris,vide quod de hoc plene notaui in meis recollectis,in c.2.de dila.in 1.gl.& 2.Bar.de Bellen.

f ¶Alle.Bar.ad hoc etiam iſtum tex.all.Bar.in auth.offeratur.C.de li.cõte.& in extrauag.ad reprimendum.in verbo,de dicto crimine Sal.l.2.C.de exhib.reis.vbi late de hac materia.Seb.Sap.

g ¶Dilatoriæ.Adde an accuſato ſit danda dilatio ad componendum.R.o.finſuis .

h ¶Hoſt.dicit.Adde Arch.in c.quiſquis.4.q.5.quod accuſator abſens eſt citãdus ,antequam accuſatus abſoluatur.ar.l.qui crimen.C.qui accuſ.& ca. Epyphanium.5.q.6.& dicit quod non ob.textus huius.c.quia erant præſentes illi, à quorum accuſatione abſoluebatur , & ita dicit hic notare Inn.Bellen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerunt requisiti, quia ante inscriptionē desistebant, & non per modū accusationis, sed denunciationis crimina propo fuerūt. tu dic clarius, & melius, q̄ q̄nque statuitur terminus accusatori, vt dēat accusare, seu accusationē prosequi; & tūc
a si hoc non fecit intra terminū, imponitur sibi silentium, [a] vt l. diffamari. C. deinge. ma. in præal. c. quisquis, & in l. si ea. C. qui accu. non poss. Quandoque terminus statuitur accusatori ad instantiam accusati: & tunc si accusator non cōparet in termino, non debet incōtinenti imponi silentiū accusatori; sed debet iterum citari; saltē quoad hoc, vt accusatus absoluatur ab instantia iudicij. ad hoc. l. qui crimen. C. qui accu. non pos. & vide q̄ no. in c. consuluit, de offi. dele. & si non cōparuit post istam citationē, imponitur sibi silentiū, vt hic. & ista requisitio, de qua in tex. fuit necessaria ad hoc, vt imponeretur absentib. silentiū in perpetuū: & sic potest reduci ad concordiam opi. gl. In ea. gl. ibi, sed excusantur per nunciū, Opponit fortiter, si. n. nuncius excessit fines mandati, nō debebāt isti haberi p̄ accusatorib. & p cōsequens nō dēbat eis imponi silentiū in perpetuū, tanq̄ desistentibus. Item vana vr̄ ratio literæ, dum dicit, q̄ eo q̄ desiterūt citra vinculū inscriptionis, non imputatur eis; si enim accusauerūt, nec accusare intendebant; ergo non dicuntur desistere; ga p̄suppo nitur q̄ inchoassent. Item & fortius, si nuncius iste habebat potestatē faciendi citare archiepiscopū, & p̄ponendi accusationē, quare Papa adhibuit sibi fidem, cum tñ dicatur in li tera, Papam seruasse grauitatem iudiciariam. & p̄ hæc cōtraria specifice non tacta per doct. hæc litera mihi valde est, visa intricata; maxime præsupponendo id, q̄ dr̄ hic in gl. q̄ parcitur eis, ga nuncius excessit fines. & certe tenendo glo. hæc contraria vidētur insolubilia; ideo in hac materia puto sic dicendum, q̄ ista fuit allegatio canonicorum, q̄ nuncius excessit fines mādati, cui Papa noluit stare. vnde processit ꝯ istos tanq̄ ꝯ accusatores, seu professos se velle accusare: & ideo in litera imponitur eis silentium, quia destiterunt; nec imputatur eis, ga hoc fecerunt ante inscriptionem, vt in litera. sed in expensis non fuerunt condemnati; vel quia forte hic non fuit petitū; vel quia illa citatio non fuit omnino frustratoria; nam habuit effectum respectu denunciationis. vnde in fine commissa fuit inquisitio famæ respectu illius denunciationis, posset etiam dici q̄ ideo eis imponitur silētiū, præsupposito q̄ non accusassent sed denunciassent; quia ex quo aliquis alium infamat de crimine, pōt sibi terminus p̄fi gi ad accusandū: q̄ si non vult facere, imponitur sibi silētiū. vt præal. l. diffamari. & licet hæc sol. sit vera in se; tñ hæc litera nō patitur, quia silentiū imponitur eis tanquam desistēti bus, vt in litera, ideo tene primam so. & per hoc satis declaratur ista litera. In gl. in ver. formam excessit, ibi, nec præiudicat eis, sed contra hoc militant contraria, quæ formaui. ꝫ: in præcedenti gl. ideo dic melius, vt ibi dixi. In gl. in ver. de cętero, in fi. dic, q̄ de hoc est tex. hic, nam tantū imponitur istis silentium super criminibus contentis in tex. non autem su-
6 per aliis, & facit quod no. in c. aduersario, de exce. † In glo. in
b vers. citra vinculum inscriptionis. No. ex gl. q̄ accusator [b] posrest. ante lit. contest. desistere, nec incidit in Turpilianum. & hanc opi. quidam tenent, vt refert Io. An. & nihil vltra dicit. sed tamen aduerte latius. nam legistæ & maxime Bar. prosequuntur hāc materiam in l. quæsitum. ff. ad Tur. & dicendū, q̄ quoddam est tempus post li. cont. & ſm omnes post istud
c tēpus nō licet desistere impune, vt l. senatus. ff. eo. [c] quoddā est tēpus ante li. cont. sed post datos fideiussores de lite prosequenda; & adhuc non licet desistere impune, vt in l. 1. ad Turp. quoddā est tempus ante li. con. & ante datos fideiussores, sed post datum libellū; & tunc non licet desistere, si citatio est facta, vt in l. absentē. ff. de pę. cū auth. qui semel. C. quo. & quan. iu. quoddā est tempus ante datū libellū, & tūc licet fuerit professus se velle accusare; tñ impune potest desistere, etiam si citatio sit facta, & ita loquitur proprie hoc. c. ad idē. l. miles. §. soror. ff. de adul. & per hoc restringe istum tex. sed ideo iste tex. facit meutionē de inscriptione, quia inscriptio solet fieri ad pœnam talionis cōiter in libello, vt in l. libellorū. ff. de acc. canonizata. 2. q. 8. per scripta. ff. libellorū. ideo q
d desistit post libellum oblatum, videtur desistere post inscriptionē p̄missam, & eā no. [d] † In gl. fi. ibi priuilegiū bonæ fa-
7 mæ, &c. sed opp. ꝯ gl. & tex. si em̄ Papa magis delectatur in fama bona, q̄ in fama mala, quare hic p̄misit istā inquisitionē faciēdā ꝯ Archiepiscopū, cū non appareat q̄ infamia p̄esse rit, & sic ꝯ. cum oporteat, & c. qualiter & quando, j. e. sed ſm doc. dic, q̄ quædam est inquisitio famæ; & nō sup verita te criminis. & ista cū non sit multum præiudicialis, potest
e fieri modica infamia [e] p̄cedente, vel ad denunciationē p̄bæ persone, vt hic probatur. Quędam est inquisitio super veritate criminis: & ista nō debet fieri, nisi p̄cedat infamia. & ita loquitur contrarium: hic enim non fuit commissa inquisitio super veritate, sed super infamia. Et ex hoc no. singulare modum procedendi quando denunciantur crimina nō in famati. si enim denuncians est persona idonea, non debet cōmitti, sed debet fieri inquisitio super infamia, prius quam sup veritate. Si vero persona denuncians nō est idonea, nulla fit inquisitio, nisi ad cautelā. ad hoc c. cum in iuuentute, & quod ibi no. ꝫ. de præsum. & si constiterit de infamia por
8 ditur postea super veritate, vt in c. qualiter, & q̄n. j. e. † Opp
f 2. contra tex. videtur q̄ cum citatio [f] fuerit facta per Celestinum, q̄ decessit antequā reus compareret, q̄ nō tenebatur comparere nisi de nouo citaretur, vt in l. edictum. ff. de mu. licet enim successor in dignitate succedat in causa, vt in c. q̄n abbas, de of. del. & in l. mortuo. ff. de iudi. tamen non succedit respectu edicti, sed iterum debet citari, vt inprælle. edictum, & facit l. post edictum. ff. de iudi. Solu. dicit Host. q̄ iste cōparuit sponte; non cūm tenebatur cōparere sine noua citatione per iura p̄dicta. Sed contra hoc facit cle. ne Romani, in fi. de ele. vbi dr̄ q̄ illi qui tenentur venire ad curiam debent venire, nō obstante vacantia; quia de proximo fieratur reformatio. Io. dicit, q̄ debet attēdi forma citationis, argu. c. gratiose, de reſcri. li. 6. dic plenius, vt no. in prælle. l. edictum, q̄ aut numerus citationum non fuit completus per prædecessorem; & tunc successor debet complere, aut
g fuit completus; & tunc debet saltem semel citare: maxime si mutauit tribunal. g facit l. oratione, in fi. ff. de fer. vbi si cessatio passiue facta est à prædecessore, non transit in successo
h rem, sed debet iterum citari, [h] & hoc puto indistincte procedere, qualitercunq; sit facta citatio, siue sub nomine dignitatis, siue non; ga ista citatio fit ex humanitate iuris, ne succes sor, possit prætendere ignorantiā, vt in cle. ne. Roma. prædicit etiam Ant. q̄ procedit in curia. Romana. quia cum ci
i tatio fit de longinquo, debet iterari, tene menti. [i]

ADDITIONES.

a ¶Silentium. Adde Old. consi. 3.

b ¶Accusator. An autem desistens ab accusatione per oblatum libellum reli. contesta. incidat in pœnam Senatus. Turpil. vide Ang. in ru. de in jus voc. tenentē quod non. & ita tenere Iac. de Are. in l. denunciasse, in fi. ff. de adult. de quo etiam vide Bal. in l. j. C. vt iuramen. cert. tempo. & Salpost Cy. in l. j. C. ad Turp. Bar. Bellen.

c ¶ff. eo. Hoc intellige, nisi in casibus in quibus licet desistere ex qualitate personæ accusationis, vt ff. ad Turpil. j. §. accusatorem, & in l. senatus. §. vel ex qualitate delicti, vt in l. Athletas ff. de fals. nam tunc non incipiret in Turp. dato; quod desisteret post litem contestatam, vel post inscriptionem, vt dicit Bar. in l. quæsitum. Alex. de Ne.

d ¶No. Item dic, quod si ex libello orta est infamia, libellans tenetur actione iniuriarum reo quem diffamauit, dato q̄ non fuerit reus citatus, vel item apud Labeonem. §. si quis libellos. ff. de iniur. & hoc dicunt Bal. & Sal. procedere, etiam ante inscriptionem. Spe. autem in tit. de lib. concep. an actor. dicit quod potest accusator desistere ante inscriptionem, etiam post citationem rei, sine pœna Turpiliani, licet teneatur iniuriarū, qui infamauit eum contra quem porrexit libellum. & hoc videtur probari in l. senatus. §. qui poss. ff. ad Turp. licet Bar. in d. l. quæsitum. aliud dixerit de hoc art. etiam tractatur in l. j. C. ad Turp. & per Spe. & Io. And. in addit. de accus. §. quinto tractandum, ver. l. sed leges, & vide Ioan. And. in addit. mag. & hæc procedunt in manifesto delatore, secus si occulto, quia tunc compellitur accusare, vt in l. j. C. de fam. li. 5. q. j. quidam. & q. vlt. episcopium. & no. gl. 4. q. 5. si quis. & Butr. hic in fine commenti. Secundo literata in denunciatione. nam denunciator potest recedere à denunciatione absque pœna, etiam si non impetrata solutione desistat, vt dicit Host. & doct. in c. 2. infra tit. seq.

e ¶Modica infamia. Adde etiam habente ortum à maleuolis personis, vt per Ro. in sing. suis.

f ¶Citatio. An citatus à prædecessore teneatur comparere coram successore sine noua citatione, adde Ant. in c. dudum. el 1. de ele. & vide omnino Io. de Imo. in d. cle. ne Ro. & ad hoc facit quod no. Bal. in l. fi. de interpretatione. ff. de legi. vbi dicit quod si iudex mandauit nuncio, vt daret terminum aliquorum bonorum tuorum, antequam nuncius exequeretur citationem fuit officiū illius iudicis, poterit nuncius dare tenutam absque alia noua licentia. de quo scripsi late post An. in c. fi. de of. leg. & quod iudex iudicis teneatur mittere vnam citationem, quando mandauit per preceptorium, tenet Ar. in c. de illicita. 27. q. 3. & c. caueant. 3. q. 9. semper allegando Lu. de quo vide Arch. 2. q. 2. c. fi episcopus ægrotans, circa prin. & pro hoc vide quod notanter scribit Ant. post Arc. in c. qualiter, de elec. non resi. Barth. Bellen.

g ¶Mutauit tribunal. Adde quæ in facto consuluit Arch. consi. 407.

h ¶Citari. Vnde Arch. 5. q. 3. si ægrotans, dicit quod si delegatus qui ignorauit de cā, citauit peremptorie ad sententiam audiendam, & postea alteri committat sententiæ prolationem, is cui committit, iterato citare debet, & idem no. per gl. & Bar. in l. consentaneum. C. quomo. & quando iudex. & hoc sequitur Io. de Imo. in d. cle. ne Romani, de elect. quod intellige nisi iudex citasset ad sententiam ferēdam per se, vel eum cui commisit, vt dicit Io. And. in Spec. de citat. §. edictis vers. item quæritur ecce & hoc sequitur. But. hic. Alex. de Ne.

i ¶Tene menti. Sed D. Car. in secunda oppositione dicit q̄ debet distingui forma verborum citationis, vt dicitur in c. fi gratiose, de exce. in 6. & hoc tenet opi. Io. An. quę fuit etiam opinio Host. idem dicit Butr. & Io. de Imo. in cle. ne Roma. in fi. de ele. Quid autem si nomen proprium, & appellatiuum fuit expressum. dic, vt no. in c. quoniam abbas, sup. de of. deleg. & sic quicquid dicat Butr. & Abb. Sicu. hic, etiam in citatione Papæ, debet considerari forma verborum, si an citatio fiat sub nomine proprio, aut sub nomine dignitatis. Alex. de Ne.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iurans non accusare aliquem repellitur ab accusatione, si ipsum accusauerit. vide late. infra nu. 25.*
Procurator non admittitur in criminalibus, nisi ad allegandum absentiam inquisiti, vel alias exceptiones ipsum crimen non tangentes. 15. & 21.
2 *Prælatus potest accusari ab vno canonico suæ ecclesiæ.*
3 *Præstans homagium siue tributum alicui, censetur illum in superiorem recognoscere.*
4 *Ecclesia feudataria, recognoscit vigore temporalium aliquem dominum temporalem in superiorem; alias si non sit feudataria, & possideat temporalia secus.*
5 *Citatio ad diem feriatam, an valeat.*
6 *Viæ si non sint tutæ, vigore inimicorum, est legitima causa non comparendi; secus si sunt lutosæ & huiusmodi.*
7 *Contumax reputatur ille qui cum sit personaliter citatus, mittit procuratorem.*
8 *Procurator in criminalibus potest comparere ad allegandum inhabilitatem accusatoris; & idem forte ad allegandum quod inquisitio est formata sine iudicijs.*
9 *Citatus debet comparere ad instantiam illegitimi accusatoris, ad allegandum priuilegium.*
Citatus punitur tanquam contumax. si non comparet; licet postea appareat quod non fuit legitime citatus. 26.
10 *Contumax non mulctatur incontinenti, sed debet in ipsa mulcta imponenda de nouo citari.*
11 *Procurator in actionibus popularibus non interuenit ex parte actoris, nisi post litem contestatam, ex parte vero rei quandocunque, idem in publicis iudicijs.*
Tutor vel curator ante li. contest. non constituunt procuratorem; postea vero sic.
12 *Procurator admittitur in causa suspecti tutoris, vt remoueatur, sed vt puniatur non.*
13 *In causa criminali admittitur procurator comparens pro interesse tertij non autem pro interesse inquisiti.*
Superior siue per se, siue per procuratorem, admittitur ad defendendum suum subditum, ratione iuris quod habet in eum.
Negociorum gestor, vel factor alicuius, si fuerit condemnatus, potest dominus per se, vel procuratorem comparere, vt differatur executio, donec reddat rationes.
14 *Procurator potest interuenire in criminalibus, quando inquisita est vniuersitas, quæ per se comparere non potest.*
15 *Procurator in criminalibus, admittitur pro persona, quæ impedimento iuris non potest comparere, prout est monialis.*
16 *Procurator excipiens contra crimen notoria exceptione, admittitur; alias secus.*
17 *Procurator non admittitur quando pro crimine venit imponenda pœna capitalis, vt mortis, vel amissionis libertatis, vel ciuitatis.*
18 *Procurotor in criminalibus non admittitur, quando pro eis imponitur alia pœna, quam pecuniaria.*
19 *Procurator quare non potest interuenire in casu, vbi venit imponenda alia pœna quam pecuniaria.*
Intellectus ad l. seruum quoque. §. publice. ff. de proc.
20 *Iudex potest ex officio inuestigare innocētiam ipsius rei inquisiti. nu. 2.*
Procurator admittitur in criminali, quando reus est in vinculis, vel quando est conclusum in causa.
21 *Excusator admittitur, etiam sine mandato, ad excusandum inquisitum qui non potest comparere.*
Excusator non admittitur allegando impedimentum rei, quod non possit comparere propter inimicitias, vel allegando incompetentiam iudicis.
22 *Innocentia inquisiti, potest per quemcunque.*
A sententia condemnatoria in criminalibus, appellare potest tertius etiam condemnato inuito.
23 *Procurator vbi non debet interuenire, & interuenerit, iudicium est nullum.*
24 *Frustra, ista dictio denotat quandam annihilationem, & nullitatem actus.*
25 *Impropriet ates sunt excusandæ & fugiendæ.*
26 *Contumax an puniatur habens legitimam causam non comparendi.*
27 *Infamia prouenies ex calumniosa accusatione, an sit purganda.*

CAP. XV.

a VEniens. [a] † Qui iurat aliquem non accusare, repellitur ab eius accusatione. h. d. Sed quia hoc capitulum ad aliud solet allegari, & in hoc est valde vulgatum, ideo aliter sum
1 mo & sic. ad prosequendam accusationem criminalem nō admittitur proc. licet posset allegare causam absentiæ, seu alias exceptiones non tangentes crimen propositum, & qui iuratit stare mandato alicuius, non admittitur ad accusandum illum, si virtute iuramenti sibi fuit iniunctum, vt non accusaret diuiditur, nam prima pars narrat factum. Secunda pronunciationem, citationem, & purgationem. secunda ibi, cum igitur. Casus literalis. Quidam canonicus Pragensis. A. nomine, in præsentia Papæ proposuit, contra episcopum Pragensem, q̄ cum esset filius sacerdotis in Pragensem ecclesiam non fuerat canonice ingressus, & contra priuilegium ecclesiæ Pragensis, duci Boemiæ homagium præstitisset, sic subijciendo ecclesiam seruituti; vnde Papa citauit eū vt ad certum terminum compareret coram ipso. Ipse vero ad suam excusationem, per nuncios allegauit viarum discrimina, consecrationem chrismatis imminentem, & quod filius ducis baptizandus erat tunc temporis per eundem. Papa audiens huiusmodi allegationes, eas friuolas reputauit, & ipsum habuit contumacem: & licet procuratores eius in causa criminali recipi nō possent; tamen eis concessit auditores, vt si possent ipsum aliquatenus excusarent, corā quibus prædictus A. obiecit prędicta contra episcopum. Sed ex aduerso fuit responsum, quod cum olim super hoc literæ impetratæ fuissent ad Archiepiscopum Magdeburgæ. idem A. in probatione deficiēs ad pedes episcopi se prostrauit, veniam postulans ab eodem, & confessus fuit quod calumnio se processerat contra ipsum, propter quod iurauit stare mādatis ipsius, & ipse præcepit ei sub debito iuramenti, vt ꝯ ipsum de cętero proponere talia non auderet, quod totum in præsentia domini Papæ fuit confessus, vnde imposuit ei silētium super impetitione episcopi. Tamen quia contumax
2 fuit, citauit ipsum ad præsentiam suam, & propter infamiā induxit ei purgationem. † No. 1. ex tex. quod solus canonicus potest accusare proprium prælatum; & maxime si dicat eum intrusum: cum eius interfit talem in prælatum non habere. fac. cap. ex parte. & quod ibi dixi, & cap. cum P. supra e.
3 † No. 2. quod præstare homagium [b] alicui, est quasi quędam
b species seruitutis; nam recognoscit eum in dominum, & de homagio hodie vide tex. cum glo. in clemen. pastoralis, de
4 re iudi. † Et no. quia dicit litera quod contra priuilegium ecclesiæ, hoc iuramentum præstiterit, ex quo infertur secundum quosdam quod princeps sęculi habet intentionē fundatam de iure communi super temporalibus, etiam ab ecclesia concessis, & tenentur prælati præstare homagium ratione horum temporalium; nisi eximantur priuilegio. sed ego intelligo quando hæc, bona fuerunt concessa ecclesiæ in feudum: tunc enim domino feudi, licet sęculari præstatur iuramentum. ad hoc cap. verum, de foro competen. & cap. solitę, de maior. & obedien. secus si hæc bona temporalia simpliciter essent concessa ecclesijs, & non in feudū; quia tunc dominus temporalis in aliquo non recognoscitur. facit cap. nouerint. 10. quæst. 1. & l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccle. quod no. Inn. in ca. solitæ, prælleg. & secundū
5 hanc distinct. intelligo istum tex. & dicta doct. † No. ibi ad
c festum resurrectionis, quod valet citatio ad diem feriatam, [c] de quo tamen dic, vt no. Inn. in cap. fin. de fer. & Hostien. exponit tex. ad festum, idest, vsq; ad festum, & credo quod fuerit mens literæ, apponere illum terminum, non vt in eo procedat, sed ad designandum quo tempore debeat procedi, quasi immediate post festum illud sit procedendū vnde
6 in festo dēat esse in curia non tamen ad procedendū. † Nota. quod discrimina viarum, non inducunt iustam excusationem non comparendi; sed intellige hoc sane quādo est allegatio generalis, puta propter frigora, vel quia viæ erant
d lutosæ, [d] ista enim non excusant, vt in cap. cum diligenti, de dolo, & contuma. secus si allegatur discrimen viarum, propter legitimum timorem hostium, seu inimicorum, vt in capitu. accedens, sup. vt lit. contest. & in clemen. pastoralis. §. nos. circa versic. pisana, de re iudic. & sic intellige istum tex.
7 † No. contumacem reputandū q̄ personaliter citatus comparet per procuratorem, etiam si alleget excusationes friuolas. † No. singu. quod licet procurator non admittatur, in causa criminali ad disputandum super crimine; tamen ad mittitur ad proponendum exceptiones contra accusatorē, de ipsius indignitate, quod nota. & nescio alibi ita bonum text. vt non solum admittatur procurator ad allegandum causam absentiæ domini sui, quæ consistit in facto, sed etiā causam absentiæ, quæ consistit in iure ad proponendum exceptiones exclusiuas indigni accusatoris; & sic concorda istum tex. qui videtur sibi contrarius; quia primo dicit, quod non poterat admitti procurator, & postea tamen
e admisit. [e] † Item no. quod citatus ad inst antiam legitimi ac-
9 cusatoris, tenetur comparere saltem ad allegandum priuilegium suum; & si non comparet potest puniri pro contumacia sua; licet postea constet, quod accusator fuerit illegitimus. nam ex quo constabat tempore citationis debebat comparere; vnde in fine propter contumaciam Papa istum denuo citat; & sic procedit. l. 2. ff. si quis in ius vocan. non ierit. & l. circa. ff. si quis ius di. non obtem. vt possit iudex punire' contemnentem præceptum suum, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

solum quando adhuc, non constat de indignitate actoris seu acculatoris; sed etiam postquam constiterit, quia iam
10 contumacia per prius erat commissa,& hoc no.† Item colligè optimum argum.ex ſi.literæ,& tex. ibi, contumacia, ꝙ non debet quis mulctari in continenti;sed debet in ipsa mulcta infligenda de nouo citari, ad hoc quod no. in d. l.2. ſi qs
11 in ius voca.non ierit,dixi plene in c.1.de iud.† In gl.1. [f] hæc
f glo.procedit in hac difficilima materia, ponendo regulam, excipiendo casus : & comprehendendo omnia contenta in glo.& alibi scripta tam per legistas,quam per canonistas, sic
g potest distingui,quod aut quæritur, nunquid in criminali[g]
16 possit interuenire procurator , aut nunquid possit intercedere excusator,qui scilicet nullum habuit mandatum ; primo casu in procuratore dic, comprehendendo etiam easũ ciuilem, quod in ciuilib. regulariter interuenit procurator, vt in l.1.§.vſus.ff.de procur.& supra de procu.per tot. Sed in accusatione popularí,licet interueniat procurator ex parte rei,non tamen ex parte actoris, vt in l. licet. ff. de proc. & in hoc casu procedit dictum huius glo.nam illa lex proprie loquitur in ciuili,vnde,puto,quod non recte iste casus excipitur à regula formata.in prin.glo.& est ratio,quia ex parte agentis non interuenit procurator, quoniam non potest dici causa ista propria, cum sit popularis: ergo non habet locum constitutio procuratoris , quia procurator constituitur à domino,vt in præalle.l.1.item non magis interest constituentis,quam cõstituti,ex quo popularis est actio;frustra ergo dicetur procurator alterius. l.neq; tutores. C. de procu.& hoc procedit ante lit.contesta. sed postea cum sit effectus dominus ex lit.contest. l.ſi cui. ff. de verbo. significa. & in d.c.2.de procur.lib. 6.poterit iste constituere procuratorem; licet actio sit popularis;quia tenet Bar.in præalleg.l.licet, simile in tutoribus & curatoribus qui ante li. contesta. non constituunt procuratorem, quia non sunt domini;sed post li.contest.sic,vt in præalleg.l.neque tutores.& ex hac ratione infertur,quod in publicis iudicijs ante li.conte.
nullo casu potest interuenire procurator, quod etiã voluit. Bar.in præall.l.licet.& sic limita,& intellige istam glo.quoad
12 istam partem. † In criminalibus vero nunquid possit interuenire procurator,dic,ꝙ aut agitur de crimine ciuiliter , & potest interuenire vt in c.tuę,de proc.& j.c.prox.in fi.&sub isto casu comprehenditur casus exceptus in gl. videlicet in crimine suspecti tutoris (nam ille casus proprie non excipitur à regula; quia aut agitur contra suspectum tutorem ad hoc,vt remoueatur,& ista est causa ciuilis; quia tendit ad cõmodum priuatum , ideo interuenit procurator) aut agitur vt suspectus tutor puniatur;& tũc quicquid dicat ista gl. non intcruenit procurator,sicut nec in actione iniuriarum cum pena sit arbitraria.ita dicit Bar.in l.pe.§.ad crimen.ff.de publ.iud. Item sub illo casu potest comprehendi alius casus exceptus in glo.ſ.cum quis accusatur de ingratitudine; illa. enim causa est ciuilis cum agatur ad commodum priuatũ , vt libertus redigatur in seruitutem, vt etiam voluit Bar.in p̃
13 alle.§.ad crimen.& ideo non recte excipitur à regula. † Quã
h doque agitur de crimine criminaliter, [h] & tunc aut quis cõparet vt tertius pro interesse suo, aut tanquam principalis ; ſi tanquam tertius, tunc potest interuenire procurator , qa quo ad eum,non potest dici causa criminalis;& sub isto potest intelligi casus exceptus in gl.dũ dicit ꝙ dominus defendit seruum in crimine; nã dominus venit pro interesse suo : & sic non recte excipitur iste casus à regula. Idem secũdum Bar.in præal.§.ad crimen,ſi abbas venit ad defendendũ monachum suum,episcopus pro clerico; omnes.n.isti, & consimiles admittũtur,& per se,& per procuratorem.l.ſi seruus. ff.de pub.iud.& ideo ſi factor alicuius esset condemnatusad mortem,potest dominus petere,vt differatur executio , do-
i nec administrationem rediderit, [i] vt no.per Cy. in l.1.C.de
14 bo.dam.† Si vero venit tanquam principalis;& tunc,aut nõ potest comparere per se , propter impossibilitatẽ facti, quia
K est vniuersitas; [k] & tunc potest interuenire procurator , vt no.in c.dilectus,de simo.& in l.aut facta.ff.de pęn.&dixi in c.
1. supra eo. vel ſi non potest impedimento iuris , vt quia est monialis, quæ pro nulla causa debet egredi monasterium, vt in c.1.de sta.mo. lib. 6. & tunc potest interuenire procur. In monialibus tamen potest distingui , quia ſi iudex potest accedere ad monasterium,debet ibi causam agitare, sed ſi esset talis iudex quem non decet ire, vt episcopus,& tunc potest interuenire procurator,vt in simili dicitur de teste.in ca
15 pi.2.de iud.lib.6. † Si vero potest per se interuenire ; & tunc
l ad exceptionem [l] proponendam , non concernentem crimen, potest procur. interuenire, vt puta ad proponendam exceptionem dilatoriam contra accusatorem,vel contra iudicem,vel similem;nam cum non dispute tur de crimine, nihil ob.quod nõ possit interuenire procu. & ita vult glo.dum dicit;quod ad excipiendum potest interuenire procurator. Inn.vult idem supra c.proxi.& clarius Bar.in præal. §.ad crimen. & probatur optime hoc in isto tex. vbi proposita fuit exceptio contra accusatorem per procuratorem & admissa.& secundum eum fuit pronunciatum ; & ideo non puto esse verum dictum Io.And. scilicet quod exuberauit iudicis officium in eo quod Papa imposuit silentium accusatori, absente contumaciter accusato,& quod in alio suppleuit ex officio, qui admisit excusationem super principali,hoc puto non bene dictum quia hic potuit proc.interuenire , cum
16 non disputaretur de crimine. † Si vero exceptio concernit crimen; & tunc ſi opponitur in vim dilatoriæ , vt quia videtur quod aliàs fuit absolutus;& tunc ſi notoria est hæc exceptio , potest interuenire procur. quia iudex debet ex officio suo absoluere accusatum,ſi notorie sibi competit exceptio. l.qui cum maior.ff.de bo.libe.secus ſi est dubium,vt no. Bar. in præalleg.§.ad crimen.ſi vero exceptio est talis, quæ separatim à crimine discuteretur;tunc communiter tenetur, ꝙ aut infertur ad decisionem criminis,& non potest interuenire.Exemplum,accusatur Lucius de homicidio, excipitur, quod occisus erat bannitus,& sic poterat impune occidi,replicater quod bannum erat cancellatum , triplicatur quod cancellatio non valuit; & de hac triplicatione seu exceptione tantum nunc discutitur; sed certe non potest interuenire procu. quia infertur ad decisionem criminis;quia si cancellatio fuit iuste facta,tenetur de homicidio;secus ſi non infertur ad decisionem criminis, vt l. præses . C. de plag. & sic fuit consultum per Bar.& multos;licet quidam contra.Si vero est exceptio peremptoria ; & tunc idem dicendum ac ſi constitueretur in tota causa criminali ; quia à quocunque remouetur genus,& eius quælibet species, vt in l. 1.ff. de suis & legi. & capi. pastoralis . §. item cum in totum. ff. de officio deleg.& etiam maxime, quia super accessorio non pronunciatur,sed super principali,vt in capi.1.infra,de ord. cog. &
17 ideo dic, vt in sequenti membro . † Si vero procur. institui-
m tur ad totam causam, [m] & tunc ſi venit imponenda pœna capitalis, vt mortis, vel amissionis libertatis, vel ciuitatis, secundum omnes,non interuenit procurator,vt in l. 1. ff. an per alium in cau.appel.& in l.absentem. ff.de pœ. & in præ-
18 alleg.§.ad crimen . † Si vero venit imponenda pœna relega-
n tionis , glo. hic tenet quod potest interuenire proc. [n] & ide dicit in qualibet pœna citrà relegationem,& fuit hęc cõmunis opi.glo.1.iuris ciuilis,in l. seruum quoque.ff. de proc. & in præalleg.§. ad crimen. quod tenuerunt Iacob. Butri. Guliel. de Cu. Franc. Accur. & communiter omnes. sed Iacob de Are. Pet.& Cyn. sentiunt contrarium,in l.reos.C.de accusa.Bartol.in præalleg.§.ad crimen. dicit,quod consuleret secundum primam opi. quæ est satis communis,sed disputatione,alia videtur verior. Vnde conclude post illos,ꝙ in nullo crimine publico,vel priuato ,pc. regulariter interuenire põt;nisi veniat imponenda pœna pecuniaria,arg.in l.2.C.de procura.vbi permittitur in pecuniaria,ad idem tex. in l.fina ſi.C.de iniur.iuncta l.fina ff.cod.nam in crimine iniuriarum non interuenit procurator,nisi persona sit illustris; & tamẽ venit imponenda pœna relegationis , non autem ictus fustium,ex quo esset illustris.ad hoc l.fina.C.de iniur.& multa alia ad hoc inducunt,sed primam opi.tenet Hostien.& Fede. de Se.consil.94.& (vt dixi) secundum eam est consulendũ: quia est communis,sed veritate suspecta,potius est tenenda ꝓtraria opi. vt nullo in crimine regulariter interueniat pro
19 curator;nisi veniat imponenda pœna pecuniaria. † Et inter alias rationes, placent mihi duæ vrgentes. prima quod procurator non potest defendere alium, nisi legitimet personã suam,per satisdationem de iudicato soluẽdo. l.qui propriofi.de procura. & Instit. de satisda.§. ſi vero.& hoc est clarissimum. Sed vbi non venit imponenda pœna pecuniaria , sed alia,non potest procurator in se suscipere iudiciũ;quia non potest soluere condemnationem, nam ſi condẽnetur quis, vt sit relegatus in certa prouincia,quomodo potest procurator hanc pœnam soluere; nam relegatio , etiam hoc modo fieri non potest.l.relegatorum.ff.de interdict. & rele. Ite ſi ictus fustium venit imponendus,vel alia similis pœna, sed quando venit imponenda pœna pecuniaria , optime potest procurator legitimare personam suam;quia potest soluere illam pœnam ; & ideo non sine misterio, iura aperte dixerunt,quod vbi imminet pœna pecuniaria , potest procurator interuenire,non sic dixerunt de alijs pœnis. Secunda ratio , licet non ita efficax,est, quia vbi venit imponenda alia pœna, quam pecuniaria , tractatur de magno præiudicio, quia quælibet pœna corporalis , maior est qualibet alia pecuniaria . l. in seruorum. ff. de pœ. sed per procuratorem quis non ita diligenter prosequitur factum suum, sicut per seipsum . &cęt. vnde interest reipubl. ne quis damne-
tur

tur innocens, vel nocens absoluatur; quare vt homines inducantur ad insistendum in iudicio per se ipsos, voluerũt iura ꝙ in istis grauibus non interueniret procu.sed tota difficultas stat in respondendo ad l. absentem , & ad l. seruum quoque,præal.in quibus cõiter dicunt gl. & est communis opi.ꝙ vbicunq; absens potest damnari,ꝙ ibi potest procurator interuenire;quia melius est ꝙ defendatur per aliquẽ, quam à nemine,vt in d.l.seruum quoque. Sed in absentem, clare probatur quod pena relegationis potest imponi, etiã absenti;ergo potest interuenire procurator,vt in d. l. seruũ quoque.sed ad hoc respondẽdo,ꝙ licet absens cõtumaciter possit relegari,tamen non potest interuenire proc. quia nõ potest legitimari personam suam,vt ẽ.dixi.& sic nõ põt iudicium,recta via,in se suscipere.Item homines consili ꝙ potest interuenire procurator,de facili eos constituerent , & quandoque per negligentiã procuratorisdamnarentur;cui fuit obuiandum.Non ob.§.publice,quia ille. §. vt notantur dicit Bar.non loquitur in procuratore,sed in excusatore, vt patet;quia dicit,à quibuscũque,&c.& vtitur similibus verbis,quæ clare dicunt quemlibet admittendum , siue sit fœmina,siue minor siue sit alia persona legitima ; vnde nõ potest intelligi in procuratore.Nec ob.ꝙ tex.ibi dicit ꝙ admitatur ad excusandum innocentiam ; quia excusator debet admitti,etiam ad excusandum super crimine, vt infra dicã; quia ex quo iudex potest procedere in illo casu contra absentem,debet ex officio suo supplere præsentiam absentis , & inuestigare etiam de eius innocentia,ad hoc.l. properandum,C.de iud.& in aut.qui semel . C. quomodo & quando iud.facit.c.2.de arb.ſi per se hoc debet facere, fortius debet admittere quemlibet volentem ostendere innocentiam accusati;quia excusator qualiscunq; fit,põt prodesse, sed non
20 obesse, cum non habeat mandatum:sed procurator etiam
o potest † obesse sed hæc omnia intelligo procedere, nisi reus
p sit in vinculis: [o] quia tũc communiter tenetur,& obseruat ꝙ admittat procu. [p] ꝙ tenet Bar.in d.§.ad crimen.quia iudicium non potest esse delusorium;cum reus sit in vinculis,& certe,licet hodie sit æquũ, tamen de subtilitate iuris potest
21 dici oppositum;quia(vt dixi)licet cesset ratio , quia iudiciũ non erit delusorium ; non tamen cessant aliæ opiniones ,p-
hibituæ,quia non potest procurator legitimare personam suam per satisdationem . Item melius quis agit causam suã per se, quam per alium ; & hoc videtur probari in lege prima ff.an per alium causæ appellatio . vbi dicitur, quod reus debet interesse in auditorio iudicis . & ideo in aliquibus locis obseruatur , quod reus ducatur vinculatus ad iudicium & per se ipsum se defendat . item hæc limita vera , vt procu.non possit interuenire ante conclusionem in causa;
q sed post sic; [q] nam tunc ex parte actoris,ſi crimen est proba
25 tum,potest interuenire procurator , quia nihil ob.vt l.quãdo , & quod ibi no. C. de adulte. & hæc procedunt quoad
22 procuratorem. † Si vero quæratur de excusatore, qui non habens mandatum,venit ad excusandum, nunquid iste debeat admitti, & quid possit proponere.Inn.hic tractat ; sed clarius,& latius Bar.qui etiam assumpsit hæc dicta Inn. dicit quod quædam sunt excusationes necessariæ, vt quia reus
r est infirmus, vel tenetur in vinculis, seu alio impedimento
s ineuitabili, [r] & secundum eum has omnes excusationes potest proponere excusator;licet non habeat mãdatum , vt in d.l.reos.C.de accusa.canonizata .§.q.3.c.ſi episcopus ægrotans .§. reos. nam velit vel nolit reus, factum sic se habet , & ideo non est mirum si quilibet admittitur etiam sine mandato . Quædam sunt exceptiones probabiles : non tamen necessariæ; vt puta quia reus non potest venire , propter inimicitias ; & tunc excusator non admittitur , quia ignorat voluntatem rei. Quædam sunt exceptiones omnino voluntariæ , puta tu non es iudex rei , & fortius non admittitur excusator ; quia reus posset prorogare iurisdi-
23 ctionem istius ; & iste excusator cum non habeat mandatũ, non debet interpretari voluntatem alterius. † Item ad allegandum causas causæ,solet dici quod non admittitur excusator,ad disputandum super crimine,sed dic quod in veritate etiam ad excusandam innocentiam super crimine debet admitti excusator:ex quo potest procedi in absentia , vt est
t casus singularis in d.§.publice,& sentit ibi Bar.nam cum iu-
t dex ad hoc teneatur ex officio suo,vt dixi supra fortius debet admittere quemcunque.item tex.ibi dicit quod admittitur ad excusandum innocentiam;& sic loquitur, quando excusat de crimine,ostendendo eum innocentem . & facit optime tex.in ar.in l.non tamen . ff. de appe. vbi in crimine
23 quis appellat pro alio,etiam inuito.de quo.2.q.6.in summa.
f † Vltimo circa prædicta quæritur, quid ſi procurator [f] in-
t terueniens vbi non debeat interuenire,nunquid tenet iudi-
t cium. [t] glo.in c.1.de iud.li.6.tenet quod sic.idem glossa in l.
u quamuis. [u] C. de adul. aliquis contra Barto. mutauit opin. in d.§.ad crimen . & tenuit ipse finaliter quod iudicium sit nullum, siue interueniat ex parte actoris , siue ex parte rei;& mouetur per tex.ibi dicentem , quod frustra interuenit procurator;ergo ſi iudicium esset aliquod,non interueniret frustra,quia saltem posset mandari executioni, quãdo cunque caperetur reus,ſi non potest haberi pro præsenti,sicut dicimus in iudicio incepto contra cedentem bonis , vt infra de solu. Odoardus . Item quia ille procurator non ita prouide promouet causam , vt principalis . fallit in casu. l. quamuis.C.de adult.vt supra dixi.Aduertendum tamen , ꝙ in multis casibus potest interuenire valide procurator, vt supra dixi.& in illis non est dubium,quod valet iudicium , sed vbi dixi,procuratorem non posse interuenire,ibi est dubiũ. D.An hic distinguit , quod aut sumus in casibus vbi potest absens condemnari;& tunc tenet iudicium,quia ibi est defectus in solennitate,quia non potuit præstare cautionem de iudicato soluendo,quæ cautio non potest peti lite contesta. imo defectus tollitur per contestationem litis , vt in l. filiusfa.§.veterani.ff.de procur.ſi vero summus in casibus, in quibus absens non potuit condemnari ; tunc non valet iudicium,quia est hic defectus in solennitate;sed cum absens nõ poterat condemnari,contestatio videtur nulla. & quanquã in veritate hæc videaturoptima consideratio , tamen tutius credo tenendum esse opi.vt indistincte iudicium sit nullum quia aut interuenit procurator ex parte actoris, & reus fuit absolutus,forte ex negligentia procuratoris,quod non fuisset præsens,quia diligenter tractasset causam suam. Aut interuenit ex parte rei: & tunc forte ex negligentia procuratoris , innocens fuit condemnatus , ita quod ſi fuisset reus præsens,euitasset condemnationem; & interest reipublicæ, ne innocens condemnetur,vel nocens absoluatur, & in fauorem publicum hoc statutum fuit,cui partes etiam expresse rennnciare non possunt.l.ius publicum. ff. de pact. item tex.in d.§.ad crimen dicit simpliciter indistincte , quod fru-
24 stra interuenit procurator . † Et de propria significatione
x huius verbi,frustra; [x] est denotare quandam annihilationẽ, & actus nullitatem; licet quandocunque improprie, aliud importet,& ita loquitur.c.quia frustra,infra de vsur.sed improprietates excusandæ,& fugiendæ , non autem in consequentiam trahendæ,vt no.in c.intelligentia, & capitulo ex parte, de ver. sig. & hoc dico , quia quidam & minus bene mouebantur in contrariam sententiam,per d. c. frustra. Et intellige quod non valet iudicium ante conclusionem in causa.sed post conclusionem serua. l. quamuis. C. de adulte.vt supra dixi.In glossa.in versi.silentium.ibi.de iureiur. quemadmodum.& dic de hoc,vt dixi plene ibi, supra in notabili. † In eadem glossa ibi,dixit se velle accusare;dic melius,qđ aut quis renunciat accusationi propositæ , aut proponendæ:si propositæ,dic , vt dixi in capitu. præcedenti ; si proponendæ,aut renunciauit in casu , quo licitum est transigere, vt super iniurijs & similibus.& non auditur amplius. & hoc casu procedit ista glossa.aut non erat licitum transigere ; & tunc , aut fuit præuentus ab alio,& non auditur;secus ſi nõ fuit præuentus , quia tunc auditur,vt in l.3. §.is qui.ff. de sepu.vio.de quo Bar.in l.ſi maritus,§.ſi negauerit.ff.de adul. & in final.glossa.sed iste non fuit absolutus à crimine ; sed propter illegitimatem accusatoris.ideo alius audiri debet , vt in c.cum P̃.supra.eodem.& no.2.q.1.prohibetur. In glossa fin. no.bene per glossã quando citatur debeat comparere , &
26 quando non,& dic, vt dixi , vt in c. 2. de fer. † In ea glossa in fin.no.glos.quia semper allegatur.& vide no.2.q.3.ca. ſi episcopus.& plene per Inn.& alios,in cap.præterea, de dilat. per Ioan.An in regula scienti , de reg.iur.li. 6. in Mercu. vbi disputat,nunquid valeat processus contumaciæ punitus contra non comparentem;habentem tamen legitimam causã
27 non comparendi . † Vltimo oppo. contra hanc literam , & videtur quod purgatio non erat indicenda huic episcopo,propter infamiam insurgentem ex calumnioso accusatore,argu.c.qualiter,& quando,el.2. infra eodem, & in c. cum iuuentute, de præsum. Sol dicit Gof. quod non propter talem accusatorem , sed propter infamiam , quæ forte prius insurrexerat,fuit indicta purgatio ; vel forte potest dici,quod infamia transiuerat ad bonos,& graues viros , vnde propter eos hæc purgatio erat indicenda . & ad hoc quod no.in c.cum dilectus,de pur.can. & per glossã in d.ca. qualiter,& quando,infra eodem,& ex his dicit glo. no. bene dicere.2.q.5.omnibus,quæ dicit quod propter infamiam ortam ex calumniosa accusatione,est indicenda purgatio sed tu vt supra dixi & forte posset attentari , quod ſi certum esset infamiam peruenisse ad graues personas ex facto tantum calũnioſi accusatoris,quod purgatio non esset indicẽ-
y da,iuxta no.per Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de q̃stio. [y]

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIONES.

a ¶Veniens. Vide Bal. in l. exigendæ, de proc. vbi alleg. Inn. hic, item vide Spe. de acc. §. 1. verſ. item quod facit pactum, vt non accuſet. Bart. Bellen.

b ¶Hon agrum. Vide late Iac. de S. Georg. in tract. de homag.

c ¶Ad diem feriatam. Adde Lanf. de Oria in c. quoniam contra. §. ſtatuimus, verſ. citationes. nu. 14. ver. tandem, ſup. de prob. Zac.

d ¶Lutoſæ. Vide Deci. in l. 2. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. Seb. Sap.

e Admiſit. Sed videtur quod iſti allegauerint cauſas cauſæ, quia exceptio, de qua hic, eſt peremptoria. Hoſt. ſol. tit. quod exceptio peremptoria cauſę, poteſt proponi in modum excuſationis, & habere virtutē cauſæ abſentiæ, ſicut etiam peremptoria in modum dilatoriæ proponitur, vt in c. veniens, el 2. de teſtib. & de re iud. cum l. & A. Sed Ioan. And. dicit quod hic exuberauit officium iudicis. Butr. autem tenet opinionem, quam tenet Abbas Sic. & dicit, quod ſi conceſſio concernens cauſam principalē, eſt connexa excuſationi contumaciæ, & ea probata iudex poterit imponere ſilentium accuſatori, ex quo cōſtat de eius inhabilitate, & ſic intelligit iſtū rex. ſed quantū ad iſtū tex. mihi magis placet opi. Ioan. And. Nam iſti vt ſimplices accuſatores, fuerunt admiſſi per Papam, & ideo non debuiſſet attenta forma iuris ciuilis, imponere ſilentium accuſatori, ſed ſolum pronunciare quod non erat obligatus ad comparendum, quia accuſator non erat legitimus. Nam excuſatio ſolum fuit, vt ea probata iudex in cauſa non procedat, vt nota. in l. quæſitum. ff. de re iu. & in cap. 2. de procura. Vnde non debuit imponere perpetuum ſilentium accuſationi. Nam hoc debuiſſet, ſi per procuratorem fuiſſet peritum. Itē ſi Papa non proceſiſſet ex officio, nō debuiſſet iudicere purgationem canonicam. & ideo die eōcordando opiniones, quod aliquis comparet, vt ſimplex accuſator, & tunc non poteſt exceptionem peremptoriam proponere, per quam imponatur ſilentium accuſatori, niſi exuberet officium ſuperioris, licet poſsit ad excuſandum reum, quaſi in futurum nō teneatur, comparere, aut comparet, vt procurator, & tunc poteſt opponere talem exceptionem, ex quo non tangit crimen, vt dicit Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de public. iud. Alex. de Ne.

f ¶In glo. 1. Hæc gl. tangit materiā, an procurator interueniat in cauſa criminali, quæ eſt difficilima. Sed comprehendendo omnia diſcurre per caſus. Primus eſt quando ſumus in cauſis mere ciuilibus, non deſcendenti bus ex delicto, & in hoc caſu regulariter procurator poteſt interuenire, vt in l. 1. §. viſus. ff. de proc. & ſup. de proc. per totum. Nunquid aūt poſsit iudex compellere principalem, vt compareat perſonaliter, vel vt per ſe iuret, vel vt reſpondeat poſitionibus per ſe, & non per procuratorem, dic, vt in c. 1. de iud. in vi. & in l. ſi. C. de procur. & in c. in perſtractandis, ſup. de iuram. calum. Et nunquid quis poſsit compelli ad comparendum per procuratorem, ſi nō poteſt comparere perſonaliter, dic, vt in c. querelam, de proc. Secundus caſus eſt in populari actione quæ deſcendit ex delicto, vel quaſi, & in hoc caſu dicit quod ex parte rei poteſt interueni re procurator, vt in l. qui popularī. ff. de po. act. Ex actoris aūt parte, aut agit ratione priuati damni, vel proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuria, & pōt dare procuratorem, vt in l. licet, de proc. aut non agit rōne priuati damni, nec proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam, & tunc non poteſt conſtituere proc. vt in d. l. licet. nam proſequitur intereſſe pupilli, cum iſtud ita pertineat ad illum quem vult dare proc. ſicut ad illum qui vult conſtituere. nam procurator conſtituitur à dño, ſed ante litem conteſt. conſtituens non eſt magis dñs, quam ille, quem conſtituit, ergo non pōt conſtituere, ſed poſt litem conteſt. cum ſit effectus dñs litis, bene poteſt dare proc. indiſtincte, licet excuſatio ſit popularis, vt in l. ſi cui. ff. de ver. ſignifica. & hoc tenet Bar. in d. l. licet, in prin. facit cap. 2. de proc. in 6. Simile in tutorib. qui ante litem conteſt. non poſſunt dare proc. ſed bene poſt, vt l. neque. C. de proc. Quid autem in prælato, dic, vt per gl. 5. q. 3. q. a epiſcopi. Tertius caſus eſt, quando ſumus in criminalibus in quibus agi tur ciuiliter de crimine, & hoc caſu poteſt proc. interuenire, vt in cap. tua, de proc. & cap. ſeq. & ſub iſto caſu comprehenditur caſus exceptus in gl. ſcilicet crimen ſuſpecti tutoris, nam ille caſus proprie non excipi tur a regula. Nam aut agitur contra ſuſpectum tutorem, vt remoueatur ab adminiſtratione, & iſta cauſa eſt ciuilis, quia tendit ad priuatum cōmodum, & ideo tunc interuenit procurator, hoc modo loquitur l. non ſolum. §. fi. ff. de proc. alleg. per gl. Aut agitur, vt tutor ſuſpectus puniat, & tunc eſt cauſa criminalis, quia agitur ad vindictam, vt in l. 1. & l. ſeq. ff. de ſuſpect. tut. vnde in hoc caſu non admitteretur procurator, ſicut nec in actione iniuriarum, ita dicit Bar. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iu. in prima oppoſitione, & ſequuntur doct. hic. ſub iſto caſu comprehendit alius caſus exceptus in gl. ſcilicet quando libertus accuſatur de ingratitudine, vt propter ingratitudine redigatur in ſeruitutem. Nam iſta cauſa eſt ciuilis, quia ad commodum partis redigitur in ſeruitutem & hoc tenet Bar. in d. §. ad crimen. in 2. oppoſitione, & ſequitur doct. hic. Quartus caſus eſt quando criminaliter agitur de crimine, & tunc, aut tertius comparet pro ſuo intereſſe, & tūc poteſt interuenire, quia quoad eum non dicitur cauſa criminalis. ſit ſub iſto caſu comprehenditur caſus exceptus in gl. dum dicit quod dñs poteſt defendere ſeruum pro crimine, quia comparet, pro ſuo intereſſe, vnde iſte caſus non recte excipitur, idē dicendum ſi comparet Abbas pro monacho, vel pater pro filio, vel ſuperior pro ſubdito, de hoc Bart in d. §. ad crimen. in 5. col. arg. l. 1. ff. de hib. ho. exhi. & dicit Bar. hoc eſſe notādum propter ſtatuta quarundam ciuitatum, quæ dicunt, quod ſi quis accuſatus, vel inquiſitus declinaue rit iuriſdictionem poteſtatis, vel capitanei, poſsit impune offendi. Nam cautela eſt quod clericus, vel monachus inquiſitus non decliner, ſed abbas, vel ſuperior. Eodem modo declinabit pater pro filio, & ſic pœnam euitabit. Et ex his ſequitur quod ſi factor, vel procurator alicuius, eſſet cōdemnatus ad mortem, poteſt dominus petere, vt differatur executio, donec adminiſtrationem reddat, & hoc tenet Cyn. in l. 1. C. de bon. dam. Not. bene hæc verba Bar. quæ ſequuntur doct. hic. Nam per ipſa habes, quod quantumcunque ſit cauſa capitalis, tamen admittitur pro ſuo intereſſe ad defenſionem rei, pater pro filio, vel abbas pro monacho, & hoc tene mente, præſertim in eo quod dicitur de patre, ideo ſis cautus, quod facias ſic ſcribi vel dici, talis pater pro ſuo intereſſe comparet ad defenſionem filij, quia ſi tanquam ſimplex procurator, poſſet repelli per iudicem, ſi cauſa eſt talis, in qua procurator non poteſt interuenire. Quintus caſus eſt quando cauſa eſt criminalis, in qua tertius non poteſt comparere pro ſuo intereſſe, ſed tamen reus contra quem proceſſitur non poteſt perſonaliter, propter impoſsibilitatē facti, quia eſt nouerſitas, & tunc poteſt interuenire procurator, vt in cap. dilectus, cum ibi no. infra de ſimo. in l. aut facta. §. fina ff. de pœn. Sextus caſus eſt quando non poteſt comparere perſonaliter propter impoſsibilitatem, vt quia eſt monialis, quæ pro nulla cauſa debet egredi monaſterium, vt in cap. 1. de ſtatu reg. lib. 6. & in hoc doctor. videntur dicere, quod poteſt interuenire procurator. Sed Abbas Sic. diſtinguit, quod, aut eſt talis iudex qui poteſt accedere ad monaſterium, vt ſi eſt epiſcopus, & tunc procurator poteſt interuenire, vt in ſimili dicitur in teſte, in cap. 2. in fi. ind. in 6. Mihi videtur quod indiſtincte poſsit dare procuratorem, cum non poſsit recedere de monaſterio, quemadmodum dicimus, quando reus eſt in carcere, de quo infra dicam. Vnde videtur, quod in quibus caſibus reus exiſtens in vinculis, poteſt dare procuratorem ad cauſam criminalem, in eiſdem caſibus poſsit monialis dare procuratorem, etiam ſi ſit ſuperior, ad quem ſpectat punire de crimine contra monialem. Septimus caſus eſt, quando reus per ſe comparere, & ſecundus in caſu in quo vult conſtituere procuratorem ad proponendum exceptionem dilatoriam contra accuſatorem, vel contra iudicem, vel ſimilem, & tunc poteſt interuenire procurator, cum non diſputetur de crimine, & hoc vult hæc gloſſ. in prin. cum dicit quod ad excipiendum, poteſt procurator interuenire. Idem tenet gloſſ. fin. 1. q. 3. reos. & Innoc. ſupra cap. proxim. & Barto. in d. §. ad crimen, in 7. colum. & hoc probatur in hoc capit. vbi propoſita fuit exceptio contra accuſatorem per procuratorem, & fuit admiſſa, & ſecundum eam fuit pronunciatum, quia Papa impoſuit perpetuum ſilentium ſuper accuſatione epiſcopi, & ſic fuit repulſus tanquam non idoneus accuſator, & ideo Butr. & Abbas Sic. dicunt Ioan. Andr. non bene dixiſſe, quod hic exuberauit officium iudicis, in eo quod Papa impoſuit ſilentium accuſationi, accuſato abſente contumaciter, & in eo quod ſuppleuit in alio, quia admiſit excuſationem ſuper principali. Nam hoc non eſt bene dictum, quia potuit procurator, interuenire, cum non diſputaretur de crimine, tamen quantum ad iſtum tex. Ioan. And. videtur dicere verius, vt xi in apoſtilla, quam feci in quarto notabili, tenet etiam Ioan. And. tenet quod admittatur procurator ad excipiendum, quando exceptio eſt dilatoria, & dicit quod aduocati ciuilis fori ſi poſſunt peremptorias adapiare declinatorijs, volunt ipſas per procuratores proponi, & per hoc dicit Ioan. Andr. quod per procuratorem poteſt opponi accuſatori, quod eſt excommunicatus, quia non tangit principale, nec poteſt dici cauſa cauſæ, nec defenſio criminis. ſed hoc intelligo niſi dilatoria eſſet talis quæ concerneret crimen, puta ſi dicitur, quod accuſator non poteſt accuſare reum, quia aliās fuit abſolutus, vel quod non poteſt accuſari, quia interfectus poterat occidi impune ex forma ſtatuti, vt refert Bartol. in d. §. ad crimen. Diſputauit Iac. Butr. & finaliter determinauit, quod aut eſt notorium illam exceptionem eſſe veram, & procurator admittitur, aliās ſecus. Idem etiam tenet Cy. in l. reos. C. de accu. & idem diſputando tenuit Iac. del Beluſio, & conſuluit Franciſcus Tigrini in ciuitate, vt refert Barto. qui idem tenet, & dicit ita ſe conſuliſſe, & addidit rationes: Nam quando eſt notorium debet iudex abſtinere reum, etiam nemine petente, vt in l. qui maior. §. ſi libertus, ff. de bon. li. & quod no. in l. vbi pactum. C. de tranſ. Sed quando eſt dubium tunc procurator non poteſt admitti, ne factum procuratoris nocet reo. hoc tamen videtur limitari Ioan. And. inquantum Bart. loquitur de illa exceptione, quod accuſator non poteſt accuſari, quia occiſus erat bannitus. Nam dicit Ioan. Andr. quod ſi ſtatutum diceret quod querelæ bannitorum, non audiantur, quod tunc talis exceptio poſſet opponi per procuratorem. & iſtud ſequitur dom. Cardi. in 4. q. Idem tenet Barto. in 12. col. Ego puto mentem Ioan. Andr. & doctor. eſſe, quod, aut exceptio banni opponitur contra accuſatorem, & tunc talis exceptio poteſt per procuratorem opponi, quia quod repellatur accuſator ab accuſando, iſta eſt mere dilatoria, & poteſt per procuratorem opponi, aut dicitur reum, non poſſe accuſari, quia rite occiſus erat bannitus, & ſtatutum diſponit quod querelæ bannitorum non audiantur, & hoc eſt ſu non putarem iſtam exceptionem poſſe opponi per procuratorem, niſi eſſet notoria, nam iſta exceptio tangit crimen, quia per illam exceptionem declaratur reum iuſte potuiſſe occidi. Vtrum autem ſi ſtatutum dicit quod querelæ bannitorum non audiantur, an hoc caſu, ſi quis occidat bannitum, poſsit accuſari, vel an ſalrem iudex poſsit ex officio procedere contra occiſores, vide notabilia verba Barto. in l. non ſolum. §. quanquam. ff. de iniur. & Bartol. ibi format quæſtionem in dubio diſponente, quod non ſoluen. collectas non audiatur, nec in ciuili, nec in criminali, & dicit quod nedum non poteſt accuſari interfectus ipſum, ſed nec etiam iudex ex officio poteſt inquirere, quia cum ipſi non poſſit conqueri, nec etiam Reſp. poterit, & dicit quod diſputando ita determinauit Iacob. Butrig. Octauus caſus eſt, quando eſt exceptio peremptoria mere, quæ in vim peremptoriæ proponitur, ſcilicet poſt litem conteſta. ad perimendum crimen, & tunc ſine dubio non poteſt ad eam proponendam, procurator interuenire, quia diſcutitur crimen, & pronunciatur ſuper crimine, & non ſuper exceptione, vt in l. 1. C. de ordin. iud. & in cap. 1. de ordine. cog. vnde videtur conſtitui procurator ad cauſam criminalem, perinde ac ſi conſtitutus eſſet ad totam cauſam, quia cum iudex procedat ſuper illa exceptione, & ſuper crimine, & ea ſententia lata ſuper crimine, videatur facta pronunciatio ſuper exceptione peremptoria ſaltem incidenter, non poteſt negari quin procurator intelligatur datus ad cauſam criminalem, & hoc tenet Bar. in d. §. ad crimen. in fi. 7. coll. ſeu in principio octauæ, & idem tenet Abba. Sic. & Butr. qui dicit, quod ſi exceptio propoſita in vim peremptoriæ ſic notoria non poteſt ſuper ea procurator interuenire, vt procurator, ſed tenetur ſimpliciter allegator, non aſſumens in ſe iudicium. Nam dato, quod peremptoria ſit notoria. ſi venit, vt procurator, non excuſatur a modo proponendi, licet excuſetur a probando, vt in c. accedeos, el 1. vt lite non cont. teſt. fi. no. gl. in cle. appellanti, de appellat. Sed ſi dubium eſt de illa exceptione propter ius, non propter factum, puta, certum eſt quod occiſus fuit bannitus, ſed dubium eſt an ſit bānitus de iure, an ſuper iſto dubio iuris, examinādo. ſ. an fuerit bānitus, de iure poſsit procurator interuenire. Bar. in d. §. ad crimeo, in 2. col. tenet qđ non, quia dubium iuris non paratur dubietati facti, vt in l. an prolatis, de re iud. & in l. non ſine. ff. de leg. & in prima conſti. Cod. §. quibus iuncta gl. & iſtud procedit qñ ex ceptio peremptoria non examinatur ſeparatim à crimine. Sed quid ſi examinatur ſeparatim puta, excipitur coram iudice, coram quo fuit perfecta accuſatio, quod occiſus fuerat bannitus, accuſator replicat quod fuerat cancellatus de banno. iterum replicat accuſatus quod cancellatio non valuit, iudex cōmiſit alteri cognitionem iſtius exceptionis, an poſsit procurator interuenire. Bar. in d. §. crimen, in pen. col. determinat quod non, quia tendit ad deciſionem criminis: aut. n. cancellatio tenuit, & occiſor venit puniendus, aut non tenuit, & venit abſoluēdus, non poteſt ergo dari procurator, cum hæc exceptio concernat crimen, ſecus ſi exceptio non concerneret deciſionem criminis, ſed ad aliū finem opponeretur. nam tunc procurator poſſet interuenire, vt in l. j. §. & ſi præſes. C. ad l. Fla. de pla. & Bar. dicit quod ita fuit obtentū, & quod pro iſta parte venerunt multa conſilia. Idem ſequuntur doc. hic. Sed intellige ſupradicta quod non poteſt interuenire procurator ſuper exceptione, quando non poteſt conſtitui ad totam cauſam, eadem ratione poſſet conſtitui ad proponendas, & probandas quaslibet exceptiones, quia ſi admittitur ad totam cauſam fortius ad actus particulares ipſius cauſæ. Nonus caſus eſt, quando conſtituitur ad totam cauſam; & tunc, aut venit imponenda pœna capitalis, vel mortis vel amiſsionis ciuitatis, vel libertatis, vel ciuitatis; & tunc non poteſt procurator interuenire, vt in l. j. ff. an per al. cau. app. & in l. abſente. ff. de pę. & in præal. §. ad crimen. poteſt tamen dari procurator ad appellationem interponendam, licet cauſa ſit capitalis, vt in l. non tantum. ff. de app. & hoc tenet Spec. in 2. par. Spe. in ti. de ac. §. j. in 6. col. ver. ſi vero crimen. Item in caſibus in quibus poteſt damnari abſens, poteſt interuenire accuſator, vt dicā ſtatim, aut venit imponenda pœna relegationis, vel minor, & tunc glo. iſta tenet, quod poteſt interuenire procurator, & idē tenuit gl. iuris ciuilis, in præal. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procu. & hanc opi. tenuerunt Franc. Acc. Ia. Butr. & Gul. de Cu. Sed Ia. de Ar. Pe. & Cyn. in l. reos. C. de accu. tenent contrarium. ſed Bar. in d. §. ad crimen, in 3. col. dicit quod opi. glo. communiter tenetur, & quod minime ſint mutanda, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt, & ſic dicit ſe iudicaturum, dicit tamen quod in puncto iuris, opi. Iac. de Ar. Pe. & Cy. eſt verior. Præmittit tenet, vnum videlicet, An in caſibus, in quibus poteſt abſens damnari, poſsit procurator interuenire. Nam de iure communi in tribus criminibus capitalibus poteſt abſens damnari. Primus, quando aliquis facit aliquem ſpadonem, ſeu amputauit ei teſticulos, ad hoc, vt ſit eunuchus, nam talis tenetur lege Cornelia de ſic. & tamen poteſt abſens damnari, vt in l. lex Cornelia. §. item diuus Adrianus, verſ. & qui crimen. ff. ad l. Corne. de ſic. Secundus eſt quando proceditur contra aliquem apparitorem de crimine capitali nam & hoc caſu poteſt abſens damnari, vt in l. ne diu. C. de pœn. Tertius eſt in crimine læſæ Maieſtatis, nam & hoc caſu poteſt abſens damnari, vt patet in quadam conſtitutione Henrici Imp. quam ipſe fecit in ciuitate Piſarum. Modo dubium eſt an in iſtis caſibus poſsit procurator interuenire, & videtur quod ſic, vt in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procur. Sed Bar. in d. §. ad crimen dicit quod quando poteſt quis damnari abſens, admittitur quilibet qui vult allegare pro eo cauſas innocentiæ, vt in d. §. publice. imo ſi nemo alleget, iudex deberet quærere de eius innocentia, vt in l. ſi. ff. de quæſt. & in l. ſi non defendantur. & iſta eſt regula q⁹ vbicunque ſierī poteſt ſententia diffinitiua contra abſentem, tunc poteſt iudex ſupplere de facto, & quærere defenſiones abſentis, vt in auth. qui ſemel. C. quomo. & quan. iud. & in l. ampliorem. C. de app. it cet. gl. ibi dicat, quod ibi eſt ſpeciale in cauſa appellationis. Sed male dicit, & communiter reprobatur, & iſtud etiam ſentit Ino. hic, de quo Bar. quod hoc, ſe remittit ad l. quartam. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. inf. dicit tamen Bar. quod licet quilibet admittatur ad allegandum cauſas innocentiæ, tamen iſte non eſt procurator qui hoc facit. ſicut etiam dicitur in caſu l. non tantum. ff. de appel. vnde ſi vellet facere aliquē actū in preiudiciū rei abſentis non admitteretur, quia ei non pōt prēiudicare, & mouebatur Bar. per d. l. pen. §. ad crimen, vbi ad literam ſic dicitur. Ad crimen publici iudicij proſequendūm fruſtra procurator interuenit, multoque magis ad defendendum. Sed excuſationes abſentium ex Sena tuſconſulto, iudicibus allegantur, & ſi iuſtam rationem habeant ſententia differtur, & pondera illum tex. quia vult quod non poſsit conſtitui procurator, nec per accuſatorem, nec per eum, ſed vult quod debeat ad mitti excuſator. Item pondera illum tex. dum dicit. Et ſi iuſtam rationē habere videatur, ſententia differtur. Nam per hoc innuit, quod erat cauſus in quo abſens poterat damnari, nam ſententia non poſſet differri propter excuſationes, ſi abſens damnari non poſſet, & ſic fruſtra excuſaret le excuſator, quando abſens damnari non poſſet. vnde ille tex. aperte probat, quod licet abſens damnari non poteſt interuenire procurator, nec ex parte accuſatoris, nec ex parte accuſati, ſed bene accuſator poteſt interuenire, vt ibi dicitur, & dicit Bar. de ho ceſſe caſum in l. j. ff. an per al. cau. app. Nam in cauſa appellationis, ſententia poteſt ferri, contra abſentem, vt in l. ſi. §. illud. C. de temp. app. & tamen non poteſt procurator interuenire ſi cauſa eſt capitalis, vt in d. l. j. ff. an per al. cau. app. Vnde concludit Bar. quod quando abſens poteſt damnari, non admittitur, vt procurator, quia poſſet domino prodeſſe, & obeſſe, ſed bene admittitur vt excuſator ad allegandum cauſas innocentiæ, vt in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procurato. vbi ad literam dicitur publice vtile eſt abſentes a quibuſcunque defendi. Nam in capitalibus iudicijs defenſio datur, vbicunque, ergo ita damnari poteſt, vbi, quamuis verba facientem pro eo, & innocentiam excuſantem, audiri, æquum eſt, & ordinarium admittere. Et aduerte, quis ſit verus, & communis intellectus illius tex. Nam ille tex. intelligitur, quod vbi ſententia fertur in abſentem, quæcunque ſit cā, quilibet admittitur, ēt ſine mādato, ad oſtēdendū de eius innocētia. & ad verba illa quāuis verba facientē. q̄ ſunt po ſita in d. §. publice, dēc ſubaudiri, ſiue cū mādato, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina, ſeruus, vel liber cōuenta pœna velnō cōuēta. Idē tenet. Io. An. in ti. de procu. §. j. verſ. ité q̄ cā eſt criminalis. & Io. Cald. & doct. hic. quod perpetuo notabis. hoc præmiſſo, dicit Bar. quod Vltramontani, verius dicunt, quam gloſ. iſta, & quam gl. iuris ciuilis, ſcilicet quod in criminibus non poſsit interuenire procurator, niſi vbi proponitur pœna pecuniaria, & dicit probari in d. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. vbi dicitur quod ad crimē publici iudicij non interuenit procurator, & hoc modo deber intelligi. l. j. ff. an per al. cau app. quia dictio, vſque ibi ponitur inclusiue, & ad literam, in illa l. dicitur in verſi. ſin autem, non ſit cauſa pecuniaria, ſed capitalis, per procuratorem agi non licet, ſed & ſi ea cauſa ſit, ex qua ſequi ſolet pœna, vſque ad religionem, non oportet per alium cauſas agi, ſed ipſum adeſſe auditorio debere. ſciendum eſt plane ſi pecuniaria cauſa eſt, ex qua ignominia ſequitur, poteſt & per procuratorem hoc agi, & ſic ille tex. diſtinguit triplicem cauſam. Nam quædā eſt capitalis, & in iſta non poteſt interuenire procurator. Quædam eſt non capitalis, in qua imponitur pœna, vſque ad relegationem, & in iſta ſimiliter non poteſt procurator interuenire, vnde dictio, vſque, ſtat inclusiue, ſecundum Bar. quia etiam vbi imponitur pœna relegationis, nō poteſt procurator interuenire. Quædam, & tertia eſt cauſa pecuniaria, & in iſta poteſt procurator interuenire, etiam ſi ex tali cauſa reus debeat effici infamis, & dicit Bar. eſſe caſum in l. ſi. ff. de iniur. coniuncta l. ſi. C. eo. tit. Nam in crimine iniuriarum imponitur pœna relegationis, vt in l. ſi. ff. de iniu. & tamen non poteſt procurator interuenire in tali cauſa, niſi in perſonis illuſtribus. Nec obſtat ſi diceretur, quod in crimine in iuriarum poteſt imponi maior pœna, ſcilicet fuſtigationis, vt d. l. ſi. ff. de iniur. vnde propter dubiū non debet admitti procurator, quia ſecundū Bar. in illuſtribus non poteſt imponi talis pœna, vt in l. mortis. §. iſte fere. ff. de pę. Et iſta eſt concluſio Bar. d. l. pe. ad crimen. ff. de pub. iud. & in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procu. Sed primam opinionem, ſcilicet quod in criminalibus poſsit interuenire procurator, quando ex eo ſequitur pœna relegationis, vel minor, tenuit Hoſt. hic, & in c. tua. de procur. q⁹ idem conſuluit Fede. de Se. ſuo conſi. 198. & ſecundum omnes doct. ſecundum iſtam opinionem eſt conſulendum, & hanc opinionē tenendo dicendum eſt, quod dictio, vſque, quę eſt in d. l. ff. an per al. cau. app. ſtet excluſiue. Nec obſtat argumentum dicentium, quod ſi ſtaret excluſiue, non eſſet dare caſum, in quo non poſſet interuenire procurator, ſi cauſa non eſt capitalis. Nam ille tex. dicit, quod triplex eſt cauſa, ſcilicet capitalis: & in iſta non poteſt interuenire procurator. Item non capitalis, ſcilicet, vſque ad relegationem: & in iſta ſimiliter non poteſt interuenire procurator, vt dicit ille tex. Item pecuniaria, & in iſta pōt procurator interuenire, etiam ſi ex cauſa ſequatur infamia. modo dicunt ipſi ſi tu intelligis, quod dictio, vſque, ſtet excluſiue, ſcilicet quod vbi cauſa eſt non capitalis vſque ad relegationem, non poſsit interueni re procurator, & ſic quod poſsit procurator interuenire in cauſa relegationis, ſequereſ quod poterit procurator interuenire in quacunq; cā non capitali, quia non eſt dare cauſam non capitalem maiorem relegatione, quod dicunt eſſe contra illam. l. Sed profecto, iſti male ſentiunt in hoc, quia eſt dare pœnam non capitalem maiorem relegatione, vt ſi eſt corporis afflictiua, pura amputationis membri. Tamen mihi videtur quod opinio Vltramontanorum, & Bar. ſit verior in puncto iuris, & ipſam etiam tenet Abb. Sic. hic. dicit enim quod licet ſit communis opinio, quod vbi imponitur pœna relegationis, vel minor, poſsit procurator interuenire, tamen in pecta veritate potius eſt tenenda opinio contraria. ſcilicet vt in nullo crimine poſsit interuenire procurator, niſi vbi imponitur pœna pecuniaria, inter alias rationes dic, quod ſibi placent duæ vrgentes. Prima quia procurator non poteſt defendere alium niſi legitimer perſonam ſuam per factiōnem, de iudicato ſoluēdo, vt in l. qui proprio. ff. de proc. & Inſt. de iatiſ. §. ſi vero. & dicit hoc eſſe clariſſimum. ſed vbi non venit imponenda pœna pecuniaria, ſed alia, non poteſt procurator ſuſcipere in ſe iudicium. Nam ſi quis eſt condemnatus, vt ſit relegatus in certa prouincia, procurator non poteſt ſoluere hanc pœnam, nam ex relegatione hoc fieri poteſt, vt in l. relegatorum. ff. de interd. & releg. Idem dicendum eſt, ſi ictus fuſtium, vel alia ſimilis pœna venit imponenda pro hoc facit l. 4. ff. de cuſt. reo. vbi eſt caſus ſingularis, ſcilicet quod fideliſſor, qui promiſit repræſentare reum, qui erat accuſatus, non punitur ſimilitudine ſupplicij, dato quod dolo non repræſentauerit ipſum, ſed punitur pœna arbitraria, vnde qñ venit imponenda corporis pœna afflictiua, non poteſt imponi procuratori pro delicto domini, ſicut non imponitur fideiuſſori, vt in l. 4. ff. de cuſt. reo. & hoc probatur etiam in l. furti. ff. de his qui no. infa. & in l. nihil. cum ibi no. C. de procur. Sed quando venit imponenda pœna pecuniaria, dicit Abb. Sic. quod tunc poteſt procurator optime legitimare perſonam ſuam, quia poteſt ſoluere illam pœnam. Et ideo non fine myſterio iura aperte dixerunt, quod vbi imminet pœna pecuniaria, poteſt procurator interuenire, & non ſic dixerunt de aliis pœnis. Secunda ratio eſt ſecundum Abb. Sic. licet non ſit ita efficax. nam vbi venit imponenda alia pœna quā pecuniaria, tractatur de magno prejudicio, quia quælibet pœna corporalis maior eſt qualibet pecuniaria, vt in l. in terrorum ff. de pœ. Sed per procuratorem quis non ita diligenter proſequitur factum ſuum, ſicut per ſe ipſum, ergo &c. vnde intereſt rei, ne quis damnetur innocens, vel nocens abſoluatur, quare vt homines inducantur ad perſiſtendum in iudicio per ſe ipſos, noluerunt quod in iſtis grauibus interueniret procurator, & dicit Abb. Sic. quod tota difficultas conſiſtit in reſpondendo ad l. abſentem. ff. de pœ. & ad l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de proc. Ex quib. communiter dixerunt gl. & eſt cōmunis opi. quod vbicunque abiens poteſt damnari, poteſt interueaire procurator, quia melius eſt quod defendatur per aliquem, quam a nemine, vt in d. §. publice. ſed in l. abſentem, clare probatur, quod pœna relegationis poteſt infligi contra abſentem: ergo debet poſſe interuenire procurator, vt in d. §. publice. Sed ad hoc reſpon. Abb. Sicu. quia licet abſens contumaciter, poſsit relegari, tamen non poteſt procurator interuenire, quia non poteſt legitimate perſonam ſuam, & ſic non poteſt iudicium recta via in ſe ſuſcipere. Item homines conſiſi quod procurator poſsit interuenire, de facili eos conſtituerent, & quandoque per negligentiam procuratorum damnarentur, cui eſt obuiandum. Ad §. publice, reſp. ſecundum quod Bar. reſpondet, quia non loquitur in procuratore. Nec ob. quod ille tex. dicat quod admittatur ad offendendum innocentiam, & ſic ſuper crimine, quia excuſator admittitur etiam ſuper crimine, vt dicitur in d. §. publice. & inferius dicam. & hoc procedit in illo caſu, quando iudex contra abſentem poteſt procedere ad ſententiā, quia ex officio ſupplere poteſt præſentiam abſentis, & inueſtigare de eius innocentia, quod dic, vt ſupra latius dixi referendo Bar. Ad idem facit l. inter acculatorem. ff. de publ. iud. vbi admittitur excuſator, quando contra abſentem poteſt ferri ſententia, & eſt caſus in l. pen. §. ad crime.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff.eo.ti.vbi non admittitur procurator ad crimen publici iudicij, sed si absens potest damnari,admittitur excusator,& si excusatio habet iustã rationem,sententia differtur, quia non proceditur contra absentem, vt ibi dicit.Tamen concludendo quid debetis tenere,dic quod quædam est pœna capitalis,videlicet,quæ imponit mortem,vel aufert libertatem,& ciuitatem,vel ciuitatem tantum,quod quando sit,vide Inst. de cap.diminut.in prin.§.1.& 2. & per Inn ꝛ e.c.qualiter,&quando,el 2.& hoc casu secundum omnes,non potest procurator interuenire. Quædam, & secundo, est pœna non capitalis maior relegatione, vt puta, abscisionis membri,& tunc ét,secundum omnes, non potest interuenire procurator.& hæc probatur in l.1.ff.an per al.cau.app.Quædam & tertio,est pœna non capitalis, s.relegationis, vel æqualis, & in hoc sunt opiniones, vt supra vidistis.Sed potes dicere pro concordia, quod, aut talis pœna est exequibilis in absentem,vt puta, quod relegatus non possit amplius stare in tali ciuitate,& hoc casu,quia illa pœna est exequibilis in absentem potest procurator interuenire,& hoc modo procedat cõis opi.Aut quis est relegatus,vt stet in certo loco,& quod de illo non possit recedere,& hoc casu non potest interuenire procurator,quia ista pœna non est exequibilis in absentem, nec procurator potest interuenire , quia non põt satisdare de iudicato soluendo , & ista fuit opinio Guil. de Cunio. cum qua videtur transire hic Butr.& illud videtur tenere Pau.de Cast.in d.l. seruum quoque. §.publice. ff.de proc. Et ex hoc infertur ꝙ si reus venit puniendus pœna fustigationis, quod non possit procurator interuenire,quia talis pœna nõ est exequibilis in absentem,& hoc ét tenet Guil. de Cunio.Plus dicit Pau.de Cast.in d.§.publice, quod ét si pœna non est corporis afflictiua,si tamen exigit præsentiam personæ,non potest procurator interuenire.Quædam,& quarto,est pœna minor relegatione,& hoc casu videtur quod procurator possit interuenire.hoc videtur probari in d.l.1.ff.an per al.cau.app.quod tamen intelligas,si sententia potest exequi in absentem,alias non posset procurator interuenire,vt pro xime dixi.Quædam & quinto est pœna abdicatiua alicuius honoris, puta priuatio dignitatis,vel alicuius commodi inhærentis personæ,puta si priuatur,vt non sit amplius de consi.ciuitatis,& ista pœna est exequibilis in absentem, quia trahit secum executionẽ, vnde potest procurator interuenire , vt dicit Pau.de Cast.in d.§.publice. Sed contra hoc vꝫ tex. in c.super his,j.eo.Nam ibi dꝫ quod quando agitur ad depositionẽ, per viam accusationis, non põt procurator interuenire , & tñ potest ferri ꝯ absentem ini,vt no.in c.veritas,de dolo,&contum.But.in hoc multum se inuoluit.Non curo referre,sed mihi vꝫ,quod si ageretur ad solam depositionem ab officio,vel beneficio, quod posset procurator interuenire,quia talis sententia,est exequibilis in absentem. Sed quia quando ali quis accusatur vltra depositionem,potest condemnati ad perpetuos carceres,vt in c.tuæ,de pœ.& isto respectu procurator non potest interuenire,& sic intelligo c.super his,j.e.Quædam, & sexto est pœna pecuniaria,& hoc casu ét si ex ea sequatur infamia,potest procurator interuenire,vt in l.1.ff.an per al.cau. app. Sed aduerte ꝙ in omnibus casibus in quibus dixi non posse interuenire procuratorem , eo quia sententia nõ est exequibilis contra absentem, tamen potest excusator interuenire. Et aduerte ne erres ꝙ aliud est dicere oꝺ sententia possit ferri contra absentem,aliud est quod possit mandari executioni . Nam in multis casibus põt ferri contra absentem,sed non potest executioni mãdari.vbi ergo potest ferri contra absentem,sed non põt executioni mandari, non potest procurator interuenire, sed excusator, & sic intelligo contra dicta.Ex prædictis infertur,ꝙ si reus est in vinculis,possit procurator interuenire,& Bar.in d.l.pe.§.ad crimen,dicit quod potest constitui procurator ad omnes actus,præterquam ad sententiam, & ita dicit prãcticari,quia cessant rationes prohibitiuę,quia iudicium nõ potest esse delusorium,cum reus sit in vinculis.& hoc tenet Butr.Sed Abbas Sic.dicit quod,licet obseruetur opi. Bar. & ét sit æqua,tamen ipse dicit, quod de subtilitate iuris,potest dici oppositum, quia licet cesset ratio,quod iudicium non erit delusorium,non tamen cessant rationes aliæ prohibitiuæ.nam non potest procurator legitimare personam suam per satisdationem.Item melius quis agit causam suam per se quã per alium,& dicit quod hoc vꝫ probari in l.1 ff.an per aliũ cau. app. vbi dꝫ quod reus debet interesse in auditorio iudicis. & dicit quod ideo in aliquibus locis obseruatur, oꝺ reus ducatur vinculatus ad iudiciũ , & per se ipsum se defendit.Sed Ang.& Pau.de Ca.in d.l.seruum.§ publice.ff.de proc.dicunt,quod ad respondendum inquisitioni,aut accusationi,vel positionibus, non potest reus procuratorẽ constituere, sed debet personaliter duci ab bancum,& per se ipsum respondere.Nã procurator,vel confitedo,inferret grauissimum præiudiciũ carcerato,vel negãdo inferret difficultatẽ curiæ in probando. Nã si reus esset præsens, forte non auderet negare.ideo iudex debet videre,qua trepidatione &c.vt in l.de minore. §.tormenta,ff.de quæstio.ad alios vero actus,vt ad producendos testes, ad dandum articulos,procedit dictum Bar. & istud mihi placet,qꝺ tenementi.Itẽ prædicta sunt vera ante cõclusionem in cã, sed post potest interuenire procurator in causis criminalibus , vt no. in l.quamuis. C.de adul.& hoc tenet Bar.in d.l.pe.§.ad crimen.& Abb.Sic.hic,qui dicit,qꝺ si crimen est probatum,nihil obstat,quin ex parte acculatoris procurator possit interuenire post conclusionem in cã.& sic tenit quod ex parte rei,non possit procurator interuenire,quia ex quo constat reum esse condemnandum non põt procurator satisdare de iudicato soluendo,si ista non est exequibilis in absentem,vt supra dictum est.sed de hoc articulo latius vide in d.l.quamuis.Sed vlterius pro declaratione prædictorum,quæro de aliquibus.Primo,quid si pro delicto capitali per statutũ imponatur pœna pecuniaria,an possit procurator interuenire,Guid.de Suza,vt refert Io. And.in Spec.de proc.§.1.vers.Item quod causa est ciuilis, tenet quod nõ admittatur procurator, quia subrogatum sortitur naturam principalis,vt lite penden.Ecclesia.el 2. Sed cõtra tenetur contrarium per l.2.C.de proc.vbi dꝫ, ꝙ in cã, quæ est pecuniaria, indistincte potest interuenire procurator,& hoc ét probatur.s.de procur.tuæ. Item in hoc casu cessant rationes propter quas in causa criminali non põt procurator interuenire,& cum hoc trãsit d.Car.hic in 6.q.Sed Bar. in d.§.ad crimen,in 6.col.dicit qꝺ hoc procedit ex parte rei,quia ex genere pœnæ iudicatur crimen capitale,vel non capitale, de quo plene per eum in l.2.ff.de pub. iud. Sed ex parte acculatoris dicit esse distinguendum,an crimen sit publ.cum.Nam si est publicum non potest procurator interuenire,nisi secundum distinctionem.l.licet,in prin.ff.de procurat.quod declara,vt dixi in prin.huius art. In secundo casu, quæ dicantur crimina publica,vel non,dic vt plene per Bart.in l.j ff.de pub. iud. Ex hoc sequitur hic Butr.in 8.col. & dicit, quod idem tenet Fed.de Senis. cons.199.Secundo quæro circa hoc,quid si pro delicto imponitur pœna mille lib.& si non soluitur infra mensem reo, debeat manus amputari, an possit procurator interuenire?Bar.in d.l.pen.§.ad crimen,remittit se ad l.2.eo.ti. & ibi tenet, quod procurator non põt interuenire , & fuit originaliter opinio Dyni.quam tenet Io.And.in Spe.de procur. §.1.ver. Item si est cã capitalis criminalis.Nam sufficit,quod causa possit esse capitalis,reo non soluente.Non obl.j ff.de in lit.iur.vbi dicitur quod non debet inspici,quod obligatio possit excrescere,quia ibi loquitur de augmento,quod venit extrinsecus,non ex natura obligationis , sed iudicis officio,l.centũ Capuæ.ff.de eo quod cer.lo. & hoc sequitur hic do. Car. in 8.q.Dicit tamen quod si deberet fieri cõmutatio ex officio iudicis tlic prima causa nõ esset capitalis, & sic in ea procurator admitteretur , sed cum per officium iudicis debebit fieri cõmutatio,tunc tanquam causa sit capitalis procurator non potest interuenire,sed optime declarat Bar. in d.l.2.ff.de pub.iud.de quo dic,vt ibi per eum, & in l.quicunque. C. de seruis fug.vbi per doc.Tertio quæro, quid si pro crimine imponitur pœna capitalis,& pecuniaria alternatiue?Bar.in l.2.ff.de publi.iud.videtur tenere.quod procurator non possit interuenire,dicit enim Bar.quod ralis causa videtur capitalis . Nam sicut legatum dicitur conditionale , qñ vna pars alternatiue contenta in legato,est conditionalis,vt in l.cum tra.qñ dies legat.ced.Ita hoc crimen erat totum capitale,cum vna pars sit capitalis.l.si ex toto, in fi.ff.de leg j.& licet Bar. non dicat expresse quod non possit procurator interuenire,tamen satis colligitur ex eius verbis, quia in causis capitalibus procurator non debet admitti,vt in l.j ff.an pal.cau.app.Sed do.Car.in 8.q.nullam facit mentionem. Bar dicit , quod si electio est iudicis,non admittitur procurator, quia sufficit quod põt eligere capitalem. Est autem electio iudicis,quando verba referuntur ad iudicem, vt in l.j. §.expilatores, ff.de effract.& expil.C.de seruis fugit.l. quicunq; postea dicit quod etiam si electio esset iudicis, deberet eligere minorem pœnam.mouetur per gl.fi.in c.sicut,de homic.& quando electio sit iudicis,remittit se ad no.in c.sicut , de iud. in gl.fi. Sed si electio est rei,dicit,quod procurator potest interuenire,quodtamen intelligit quando electa pœna pecuniaria,nõ sit transitus ad corporalem.mihi magis placet opi.Bar. scilicet, quod non possit interuenire procurator indistincte, quia tota censetur causa sanguinis , vnde siue sit electio iudicis,siue rei, non potest procurator interuenire . Nam quando electio spectat ad iudicem,iudex potest imponere pœnam quam vult,siue minorem,siue maiorem,ex quo datur ei electio,dicit Bar. in §.expilatores.ff. de effractor.& in l.quicunque.C.de ser.fug. Bal.in l.fi fugitiui,eo.ti.Si ergo cũ causæ cognitione potest eligere,quia pœnam vult , potest eligere maiorem,si ex circunstantijs apparet reum dignum maiori pœna . facit c.quoniam frequenter,in fi.supra, vt lite non contest. fateor tamen ꝙ vbi circunstantiæ non valerent maiorem pœnam imponere , quod tunc iudex debet eligere minorem , quia in pœnis est eligenda via mitior , vt in reg.in pœnis,de reg.iu. in 6.& hoc modo dẽt intelligi gl.in fi.in d.c.ficut dignum.de homic. Quarto quæro, quia supra dixi , procuratorem interuenire posse in criminalibus,in quibus imponitur pœna relegationis,vel minor , si talis pœna est exequibilis in absentem, an iudex teneat admittere procuratorem interuenientem;Bar.in d.l.seruum quoque,§. publice.ff.de proc. dicit cõiter iudices volunt procuratores admitteres, & dicunt volumus,quod veniat principalis, qui melius nouit veritatẽ, vt in l.fi.C.de procura.sed dicit Bar.quod quod lac.Butrig.dabat talem medium , videlicet vt fiat instrumentum procuratorium limitate , ad sic respondendum.Nam tunc procurator, secundum eum,debet admitti,ex quo apparet apud instrumentum de veritate.Bar.tenet contrarium, s.quod procurator etiam cum tali procuratorio limitato ad sic respondendum,non debeat admitti,quia veritas colligitur ex aspectu, quia iudex perpendit,quo vultu,& qua trepidatione,& qua constantia quis loquatur,vt in d.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst. vnde in his iudex potest informari per procuratorẽ, quia alius est aspectus domini,alius procuratoris.& per hoc dicit, ꝙ est in arbitrio iudicis facere comparere per se,non per procuratorẽ.idem dicit Pau.de Cast. in d.l.seruũ quoque §.publice.ff.de procur.dicit enim, quod iudices seruant talem modum,quod nũquam admittitur procurator,etiam in casibus, in quibus de iure debet admitti.Nam citant, vt compareat formaliter ad informandum curiam de veritate,quæ sine sui præsentia non haberetur,quæ citatio permittitur iudici ex causa,vt in c.1.de iud.in 6.& in l.fi.C.de procu.& dicit,quod si hoc non fieret nunquã daretur aliqua snia in criminali.ub.quia mitteretur procurator,ꝙ cũ suis cauillationib.obuiaret. Sed Bal.in d.l.fi.de proc.distinguit, quod aut iudici sint ꝓbata indicia ꝑ reũ & tunc põt reum cõpellere personaliter,siue locus sit torturæ, siue simplici interrogationi,& quali quali districtioni,aut ꝑ reũ nõ sunt aliquæ indicia legitime probata,& tunc dic,quod nũquã põt sibi auferri beneficium legis , quod est in mittendo procuratoram legitime constitutũ, sed tu indistincte tene opinionẽ Bar. quæ communiter tenetur , & hoc bene probatur in isto c.vbi dicitur , ꝙ iudex causa legitime subsistente potest compellere reum ad comparendum personaliter coram se.sed in criminalibus sæpe datur causa legitima,quia iudex melius innemer vera tatem à reo,quam à procuratore,ergo,&c.Puto tamen, ꝙ admittitur procurator in omnibus, præterquam vbi erit responsio facienda per eum & sic restringo opinionem Bar.Nam rationes assignatæ per eum fo militant in relponsionib.faciendis,non autem in alijs actibus faciendis ita limita opinionem Bar.nisi cõpareret tertius pro suo interesse,vt pater pro filio, abbas pro monachosuam iudex tenetur talem admittere, quod declara , vt supra dixi,in princ. huius artic.in 4 casu.& hoc tenebis menti.Quinto quæro,quia supra dixi,quod excusator potest interuenire,quando sententia potest ferri contra absentem,& in causis capitalibus , quod sit officium ipsius excusatoris , & quas excusationes possit proponere Innocen. hic dicit , quod quidam est simplex accusator huic mandato,& iste non potest proponere excusationes,nisi circa tacta,puta ꝙ reus est infirmus,vel ꝙ fuit impeditus,& similia, & de tali excusatione loquitur l.inter accusatorem.ff.de pub.iud.& l.liberto. ꝙ si. in fi. de neg.gest.Excusationes vero circa ius puta,quod reus non venit,quia non tenebatur venire,quia accusator est excommunicatus,& similes excusationes circa ius,non possunt proponi,ſm Innoc. per simplicem excusatorem,sed oportet,ꝙ habeat mandatum,& hoc probatur secundũ eum in c.cum dilecti.de do.& contu.& hic,secundum Bar. in l.pe. §. ad crimen.ff.de pub.iudi. vbi dicit,quod quædam sunt excusationes necessariæ,quæ impediunt reum venire,velit, vel nolit, puta est infirmus, vel incarceratus ab alio,vel non potest transire per iter; & istę exceptiones possunt opponi per quemlibet , nec requiritur quod excusator habeat mandatum,vel quod caueat de rato; quia velit nolit, absens non potest comparere.Quædam sunt excusationes probabiles, quę excusant ream à veniendo,vt puta si in loco habet inimicitias; nam excusatur à veniendo,vt in capitu. accedens,vt lit. non contesta. & in clemen. pastoralis. de re iudic. posset tamen venire si vellet, & tunc secundum Barto. excusator non admittitur sine mandato ad allegandam talem excusationem,quia nescit quid ille absens velit. Quædam sunt excusationes mere voluntariæ,vt puta, tu non es meus index, & hoc casu dicit Barto.quod reus si vult potest prorogare iurisdictionem . Iste excusator non potest proponere sine mandato , cum hoc consistat in voluntate absentis, & istam dist.Barto.sequitur Butri.& Ab.Si.ex supra dictis infertur, quod si excusator habet mandatum,potest proponere exceptiones, seu excusationes,& probabiles,& voluntarias , & satis hoc etiam colligitur ex verbis Inno.& Bar. Sed si exceptiones , seu excusationes concernerent crimen,excusator non admitteretur, etiam cum mandato , vt supra dixi, nisi esset casus, in quo potest ferri contra absentem sententia, quia tunc admitteretur excusator ad allegandum causas causæ, vt est casus singu.in d.l.seruum quoque. §. reipublicę. ff. de procur. & hoc tenet ibi Barto in d. §.ad crimen . Nam tex.ibi dicit quod admittitur ad excusandum innocentiam; & sic loquitur , quando excusat de crimine , ostendendo reum innocentem,& fa.ad hoc secundum Abb.Sic.l. nõ tantum. ff.de appella. vbi in criminali quis appellat pro alio , de quo 2. quæst. 2. in fum. & dicit quod excusator absentiæ admittitur , quando non potest per procuratorem comparere , vel propter naturam causæ , vel quia citatus fuit , vt personaliter compareret , sed si poterat procuratorem mittere , tunc excusator absentiæ non admittitur , quia impunatur ei quare non miserit procuratorem , sicut excusatorem , vt est casus in c.cum dilecti. de do.& contuma. talis autem excusator absentiæ , non tenetur cauere de rato , nec de præsentando absentem , vt est tex.cum glos.in l.in eo.§.j. ff.de reg.iur. Sed contrarium sensit glos.in l.j. ff.in ins voca.vt erant, vel satisdent.Sed Pau.de Cast. in d.l.seruum quoque. §.publice.de procu. soluit, & dicit,quod si excusator vult probare impedimentum absentis, non compellitur promittere de rato , nec de reo præsentando.Sed si solum allegat impedimentum,& non probat,iudex non tenetur admittere,sed si vult admittere,potest,dum tamen excusator caueat de repræsentãdo.& sic loquitur l.j.& 2. ff. in ius voca.vt erant,vel satisf.Et sic intellige Io.An.in addi.Spe.in rub. de defensore,qui dicit quod excusator nõ tenet de præsentando reo , finita absentia , & alleg. Tho. de Pipe. & Gui.de Su. hoc tenuisse : nam debent intelligi secundum quod dicit Pau. de Cast. Item excusator allegans causas absentiæ,vel aliud iustũ impedimentum debet iurare,quod non animo calumniandi allegat, seu excusat reum , vel accusatorem absentem , vt dicit Gui.de Su.in d.l.seruum quoque.§.publice. & istud sequitur Io. And.in addi.Spe.in ti.de iur.cal.§ sequitur videre. ver.quid de quæstionib.incidentib. in addi. mag.in fi.Vlt.quæro circa prædicta, quid si procurator interuenit vbi non debet interuenire , an teneat iudicium, glo.in c.j.de iud.in 6.tenet quod sic.Idem tenuit gl.in l.quamuis. C. de adult.Sed Bar. in d.§.ad crimen.ad fi.commenti, tenet quod iudicium sit nullum , siue procurator interueniat ex parte accusatoris,siue ex parte rei.& mouetur per tex.ibi dicentem, quod frustra procurator interuenit,ergo iudicium est nullum , alioquin non esset frustra , quia si iudicium esset aliquid,procurator non interueniret frustra,quia sententia saltem posset mandari executioni,quandocunq; caperetur reus , si non posset haberi de præsenti, sicut dicimus in iudicio cpto contra cẽ sentem bonis , vt supra de sol.O doardus.Item vna de rationibus, quare procurator non potest interuenire, est, quia principalis diligentius ageret causam ipse, quam per procuratorem.Est enim detrimentum Reip. quod procuratore interueniente ex parte accusatoris, reus absoluatur ex facto procuratoris.Item esset indignum quod reus condemnaretur ex negligentia sui procuratoris.Io.de Lig.tenet primam opi. Scilicet quod iudicũ teneat, & ad prædictum.§.ad crimen.respondet,quod dictio, frustra , non reddit iudicium nullum,vt in c.quia frustra.de vsur. & istam etiam partem tenet d.Car. quod talis dictio inducat nullitatem ipso iure , debet ergo secundum ipsum intelligi præd.l.pen.§ ad crimen,dum dicit quod frustra procurator interuenit , scilicet opposita exceptione , vt in l.rescripta.C.de diuer.rescrip.Butr. autem dicit,quod in casibus , in quibus dictum est procuratorem posse interuenire,clarum est quod tenet processus.In casibus vero vbi dictum est procuratorem non posse interuenire, dicit distinguendum , quod ante sumus in casibus,in quib.absens potest condemnari,& tunc tenet iudicium,quoniam tantum est defectus in solennitate, videlicet quia non potuit præstare cautionem de iudicato solvendo , quæ cautio non potest peti post contest.litis , imo eius defectus per litis contest.tollitur,vt in l.Pomponius.§.rati.ff.de proc. Aut sumus in criminalib. in quibus absens non potest damnari,& tunc dicit quod procedit opi.Bar.scilicet quod processus sit nullus,Abb.Sic.dicit, quod licet consideratio Butr. videatur optima , tamen tutius est tenere opi. Bar.s.vt iudicium sit nullum, quia, aut interuenit procurator ex parte accusatoris,& forte reus fuit absolutus,quod non interuenisset,si accusator fuisset præsens,quia diligencius tractasset causam suam;aut interuenit ex parte rei , & tunc forte ex negligentia procuratoris innocens fuit condemnatus, & si fuisset præsens cuitasset condemnationem, vnde interest Reip.ne innocens condemnetur,vel nocens absoluatur,& hoc in fauorem publicum statutum fuit , vnde partes renunciare non possunt,vt in l.ius publicum.ff.de pac. Item quia tex.in d.§.ad crimẽ.dicit, frustra interuenit procurator,& de propria significatione huius est denotare quando annihilationem,& actus nullitatem,licet quãdoq; aliud importet, & ita loquitur c.quia frustra, de vsur.& improprietates sunt euitandæ,& fugiendæ, non autem ad cõsequentiam trahẽdæ,vt in c.intelligentia,& in c.ex parte.de ver.sig.Sed Io.de Imo.& d.Domi.sup ver-

bo, criminalis, aliter dicunt.sed me non extendo vlterius, & hæc sufficiant de isto art. Alex.de Ne.

b uersantur. Calũniari [b] est falsa crimina intendere, & pœna regularis calumniantium, est similitudo supplicij. Prævaricari est colludere eum eo, admittendo falsas probationes, & veras simulando, & dicuntur isti prævaricatores, q a consistũt ex vtraque parte, nam videntur esse contra reum: & tñ eius partẽ fouent tacite, & isti puniuntur arbitrio iudicis, vt l. 1. & ff. de prævari. Tergiuersari est in totũ recedere sine licentia iudicis ab accusatione, & isti tergiuersatores puniuntur in quinque libris auri. l. 3. ff. de præua. ꝓ prædictis vide bonũ tex. 2. q. 3. capi. si quẽ pœnituerit. 2. nota. & in l. 1. ff. ad Turpi.

ADDITIONES.

a ¶De calumniatoribus. Adde hic, quod calumniator vocatur græce sycophanta, tex. est in §. porro. 2. q. 7. & quod sic vocetur ponit Archidia. dicens, quod cum esset contentio inter duos seruos, quia vnus dicebatur comedisse ficus, & dominus fecit eos bibere aquam calidam, & statim ille, qui culpabat alium, & calumniabatur euomit ficus. Et an calumniator sit infamis ipso iure. vel per sententiam. vide tex. & glo. & Archid. in capitu. 1. 2. q. 3. Item ad intellectum huius vide omnino quædam pulchra, quæ scribit Barto. in l. athelas. §. calumniator, ff. de his qui no. infa. Barth. Bellen.
b ¶Calumniari. Calumniator est, qui sciens se ius non habere, litem mouet iniuste, siue agendo, siue defendẽdo, vel contradicendo etiam ciuiliter, vt l. 1. in prin. & per totum, ff. de calumnia. ita dicit Arch. 10. q. 1. in summa, & de quo vide Bart. in l. athletas, §. calumniator. in prin. ff. de his, qui no. infa. & tex. 2. q. 3. §. in omnibus. Barth. Bell.

SVMMARIVM.

1 *Accusans aliquem calumniose debet offendere iudicis puniri, & iudex ipsum non puniens est redargutione dignus.* 2.
2 *Pœna exilij, & verberum citra tamen sanguinis effusionem, reperitur de iure canonico etiam in personis clericorum.*
3 *Calumniator à quibus, & quando potest puniri, & intra quantũ tẽpus.*
4 *Calumniator si non potest puniri similitudine supplicij, puniatur alio modo.*

CAP. PRIMVM.

2 VM fortius. [a] Subdiacon[9] calũniose accusans diaconũ, suo subdiaconatu priuatur, & publice verberibus castigatur, & in exiliũ mittitur. duo facit, primo punit, & agrauat culpã iudicis, secundo ponit calumniatoris pœnã, ibi, qa. Casus literalis: Hilarius subdiaconus, accusauit Ioannẽ diaconũ, cã cuius accusationis commissa fuit Antonio subdiacono, & quibusdã alijs. Iudices in negotio ꝓcedẽtes, cũ ille Hilarius nihil ꝓbasset õ Ioannẽ diaconũ, absoluerunt eundẽ nullã pœnã imponentes Hilario subdiacono pro calumnia, peruenit hoc ad notitiam Papæ vnde ipse scribit Antonio subdiacono, dicẽs, q illa crimina fortius sunt punienda, q̃ inferuntur illis q culpabiles nõ fuerunt. & ꝓcipue facratis hominibus: vnde reprehendit iudices illos, q in cã illius Ioannis diaconi, resederunt ꝓ eo, qđ nullã pœnã dicto Hilario calumniatori imposuerunt. vnde mandat dicto Antonio, quatenus cũ tũ malũ nõ debeat trãsire impunitũ, prædictũ Hilariũ priuet officio subdiaconatus, & verberib. castigatũ publice, in exiliũ faciat deportari. B. No. 1. ex tex. q constitutus in ordine sacro, vr homo sacratus. vnde Inn. exponit tex. ibi, sacratis hominibus. id est homi-
1 nibus cõstitutis in sacris. † No. 2. iudicem debere ex officio suo punire accusatorẽ calũniosum; & si non facit, est maxima redargutione dignus. & pondera tex. ibi, ex diffinitione vestra &c. q calũniator dẽt puniri ex officio iudicis in ipsa
2 cã in gl. fi. † No. 3. q si calũniator non est punitus tempore suo, & reus fuit absolutus põt post ea puniri ex nobili officio iudicis, & vr hic tex. fm hunc intellectum, & quod no. in l. 1. ff. ad Turp. No. 4. quem posse accusare clericum maioris ordinis, qa licet nõ possit ex toto puniri similitudine suppli-
cij, qa non habet illũ ordinẽ, põt tamen pœna commutari,
3 vt hic. † Vltimo collige ex tex. duo. [b] Primo q ecclesia hẽt
b pœnã verberũ, ẽt respectu clericorũ; ita tamen q non tendat ad effusionẽ sanguinis, [c] vt in c. in archiepiscopatu, inf.
c de rap. Secundo, q habet pœnam exilij, [d] põt ergo ecclesia
d clericum delinquentẽ, publice verberare, & in exiliũ mittere. quod no. & concor. iura. alleg. in gl. & vide Inn. in c. qualiter. 2. sup. ti. prox. In gl. in ver. priuari. & ista gl. hoc intẽdit, q si calumniator non puniatur in ipsa snia, qua reus fuit absolutus, non põt postea puniri, nisi per viã accusationis, & tũc ille qui accusat, debet se inscribere ad pœnam talionis, hoc verum, nisi iudex pronunciauerit accusatorẽ fuisse calũniatũ. nã tunc põt ex interuallo pœnã calũniæ infligere, qa satis est iudicẽ ꝓnũciare sup delicto, qa statim venit imponenda pœna iuris. 2. q. 3. c. fi quẽ. §. notandũ. & l. 1. ff. ad Turp. Vin. extra gl. dicit, q forte hoc crimẽ erat notoriũ: vel fm Host. iste
4 diaconus accusatus, appellauit; & iõ in cã appellationis potuit infligi ista pœna, & cã fuit remissa ad eos iudices de cõsensu appellãtis. & sic nõ õb. c. accepta. de app. Et ex his hẽs
4 duas limitationes ad l. 1. C. de calũ. all. ꝓ õrio. † Et ꝓhẽdẽ do clarius materiã, aduerte post Bar. in l. 1. §. 1. ff. ad Turp. & adde l. athletas. §. itẽ ꝓuaricator. ff. de his qui no. infa. q de ca-
e lũnia [e] põt qs puniri multis modis. [f] Primo ex officio iudi-
f cis mercenario; & tũc pœna dẽt inferi in ipsa snia, & ita intel ligat l. 1. C. de calum. vel saltẽ ꝓ illã diẽ, qua lata est snia absolutoria, qa tãto tpe durat iudicis officiũ in accessorijs, vt in c. cũ appellationib. de ap. li. 6. & l. Paulus. ff. de re iu. postea puniri nõ ꝓt ex officio iudicis mercenario, qa expirat, ex quo lata est snia sup principali. venit. n. accessorie ad ipsum factũ principale. ꝓ hoc, l. 4. C. de po. Scdo mõ calũniator põt puniri ex officio iudicis nobili: & sic põt intelligi tex. in ꝓal. l. 1. §. 1. ad Turpil. & no. ꝓ hic, fm vnũ intellectũ: & ex tali officio põt ꝓcedere ẽt longe post snĩam absolutoriã. Ex quo. n. cõmisit delictũ in præsentia iudicis, põt iudex etiã fæcularis ex offi. suo nobili postea inquirere, & punire. arg. l. nullũ. C. de testi. & q no. Bar. in l. 2. §. fi publico. ff. de adult. Et fm hãc opi. non oportet dicere q istud processit hic ex speciali dispositione principis, vt qa idẽ est in quocunque iudicio vt õ. dixi. Tertio modo põt puniri calumniator per viã accusationis, vt si nõ fuit punitus in ipsa snia absolutoria, potest de nouo accusari, sicut de quolibet alio delicto, vt hic in glo. & in præal. l. 1. Et si qrit intra quãtũ tps põt accusari, vel ex officio nobili puniri, sunt opi. quidã dicũt, q statim absoluto reo. ar. ꝓal. §. 1. Bar. ibi dicit, q intra tñ tps potest inquiri, vel accusari, quãto tpe durat accusatio delicti in quo fuit calũniatus, quia punitur calũnia ad instar illius delicti, q videtur satis rationabile, & notãdum. Põt etiam & quarto puniri, secũdum modum hic traditum in gl. vt primo pronũcietur super calumnia, postea ex interuallo fiat executio pœnæ iuris, q̃ statim venit imponenda ex ipsa pronunciatione, vt õ.
5 dixi. pro hoc habes declarationẽ huius glo. & materiæ. † In
g glo. in ver. verberibus. [g] Opp. & videtur q iste subdiaconus accusa-

ADDITIONES.

a ¶Cum fortius. An incontinenti lata absolutoria sententia pro reo, possit accusator de calumnia accusari. vide late Sal. in l. j. in fine. C. de calũ. mo. plus dicit Bar. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa. quod etiã in eadem sententia, qua reus absoluitur, potest accusator condemnari de calumnia. Barth. Bellen.
b ¶Ex textu duo. Schola potest vti pœna fustigationis, dum tamen fiat sine sanguinis effusione. & ad idẽ est tex. in cap. 1. q. 1. Similiter ecclesia vtit pœna cauterizationis, seu bullationis, dum tamen fiat sine læsione curis. Textus est notabilis, in c. ad audientiam. infra de crimine. fal. Barth. Bellen.
c ¶Effusionem sanguinis. Adde quod etiam imo cum sanguinis effusione potest enim Papa statuendo, pœnam mortis imponere, licet nõ exequẽdo. ita no. posuit Feli. in ca. fi quando, versi. vnde dicit Bald. ff. de resci. Zac.
d ¶Exilij. Ecclesia imponit pœnam exilij. Et ad idem est textus in capi. fœlicis circa princ. de pœnis. libr. 6. & in capi. pro humani, de homi. li. 6. & in cap. quod vinum. 12. q. 1. in c. hi qui. 3. q. 3. tex. cũ glo. 63. distin. c. in synodo. Et de multiplici genere exilij, vide omnino Do. in ca. cum beatus circa medium. versicu. quæro quid fit. 45. dist. Barth. Bellen.
e ¶De calumnia. Qualiter possit consuli contra accusatorem, quando accusatus fuit tortus, ac repertus inculpabilis, vide Alexan. in consi. 2. in primo volu. Seb. Sap.
f ¶Multis modis. Et not. istam distinctionem. Nam eandem distinctionem debes facere in statuto imponenti pœnam accusatori non probanti, vt notabiliter dicit Barto. in l. atheletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa. Ale. de Ne.
g ¶Verberibus. Vide de hoc optimum tex. in capi. quia iusta, 5. q. 7. quẽ tex. etiam allegat hic quædam glo. parua. & quando nobilis accusat ignobilẽ de quo alias de iure mitius punitur nobilis, quã ignobilis, vtrum si nobilis deficiat in accusatione, debeat proprie puniri eadem pœna, qua punitus fuisset ignobilis. distinguitur, nam lex dicit quod deficiens in ꝓbatione punitur eadem pœna, quæ debebat imponi accusatori; secus si dicit eadem pœna puniatur. ibi est glos. notabilis, & ordinaria. in l. ad cõmentarienses. ff. de custo. reor. quam commendat multum Bald. in l. fi veteris, in fine. C. de fide instr. Barth. Bellen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accusator non debeat ꝓpter calumnia subiici verberibus, nec in exilium deportari, quia calumniator tantum punitur similitudine supplicij; & sic sustinere debet illam pœnã tantum, quã sustinuisset accusatus conuictus. 2.q.3. qui non probauerit. sed accusatus de crimine, fuit depositus. vt in c. tuæ, ĩ. de pœnis. non autem verberatus; ergo nec iste calumniator debebat verberari. Solu. hoc factum fuit in supplemẽ tũ, pœnæ, secundum gl.q.d. accusator non poterat puniri similitudine supplicij, quia nõ habebat ordinem diaconatus, quem habebat accusatus quapropter priuatur ordine quẽ habet, & in supplementũ imponitur alia pœna, quod no. ex quo habes modum puniẽdi laicum criminatorẽ clerici, vt si conuincetur de calumniosa accusatione cum non possit puniri similitudine supplicij; quia non habet ordinem, puniatur alia pœna ad arbitrium iudicis: sicut obseruatur, qũ pro delicto de quo quis accusatur, non reperitur certa pœna, vt no. in ꝑalle. §. item prævaricator. & in d.l. 1. ad Turpi.

SVMMARIVM.

1 *Ad denunciationem vnius potest inquiri, etiam contra prælatum.*
2 *Causa si est commissa examini alicuius, non censetur cõmissa eius diffinitioni; sed diffinitio debet reseruari. & remitti ad delegantem.*
3 *Denuncians aliquod crimen, punitur, si deficiat in probando.*
4 *Iuramentum in defectum probationis plenæ, non datur denunciatoribus. vel accusatoribus.*
5 *Calumniosus dicitur accusator, vel denunciator eo ipso quod non probat regulariter.*
6 *Quod aliquis sit calumniator, non est præsumptio iuris, & de iure.*
7 *Purgatio infamiæ, vel calumniæ quomodo fieri debeat.*
8 *Denunciator, siue agat ad pœnam siue ad denunciationem, & nõ probet, est puniendus de calumnia.*
9 *Infamare aliquem est grauissimum delictum.*

CAP. II.

Vm dilectus. Denunciator in probatio ne criminũ deficiẽs, ab officio, & beneficio suspenditur, donec innocentiã suã purget Et in prima denunciatio & causæ commissio. in secunda ꝓcessus examinatio, & absolutuio denũciantis. In tertia pena calumniose denũciantis. secunda ibi, cũ aũt, tertia ibi, vobis. Casus literalis. Magister scholę Palestinus ad apo. sc. accedens, de suo ẽpo excessus varios denũciauit. Pa. examinationẽ eorũ cõmisit quibusdã inquisitorib. faciẽdã, & vt examinationẽ factã sub sigillis suis sibi destinarẽt inclusam. quo facto Pa. examinauit, ꝓcessum negotij diligẽter, nec inuenit aliqd de ꝓdictis sufficienter esse probatũ; vnde absoluit eꝝm ab obiectis. Mandans quibusdã quatenus di ctũ magꝝm suspendãt ab officio, & beneficio, donec se purgauerit ꝙ calumniandi animo nõ processit ad huiusmodi crimina proponenda, vt cæteri simili pœna perterriti, ad infamandos prælatos suos de facili procedere non præsumant. Ber. † No. 1. ex tex. ꝙ ad denunciationem vnius tantũ, potest committi inquisitio etiam contra episcopum denũciatum, ad hoc ꝙ dixi post Io. An. in c. licet, ĩ. ti. proxi. † No. 2. ꝙ commissa examinatione alicuius causæ, nõ videtur cõmissa diffinitio, sed dẽt diffinitio reseruari, & remitti ad delegãtem. de quo in c. 1. de se. pos. & fru. † Itẽ no. ꝙ licet denunciator nõ se inscribat ad aliquã pẽnã; tñ puniri debet, si deficiat in probando. ª † Item collige denunciatũ absoluẽdũ, si sufficiẽter crimina denũciata ꝓbata nõ sunt; & sic nõ est locus delationi iuramẽti in supplementũ ꝓbationis, pro hoc vide bonũ tex. cũ gl. in c. tam literis. ĩ. de test. In gl. 1. in fi. no. gl. ꝙ licet in accusatione, vel in pura inqsitione, nõ regratur admonitio, vt no. in c. licet Heli. ĩ. de simo. secus qñ inquisitio cõmittitur ad denũciationẽ alicuius. no. gl. qa cõtrariũ sentit in c. qualiter & qñ. ĩ. ti. ꝑx. & ibi dixi. † In gl. 2. ibi calũniari præsumit, sicut in accusatione. no. bene gl. iũcto tex. ꝙ de calũnia cõuincit accusator seu denũciator, eo ipso ꝙ nõ ꝓbat. & idẽ tenet Bar. in l. 1. ff. ad Turpil. & in l. athletas. §. itẽ ꝑuaricator. ff. de his q no. infa. & ibi est gl. fin. de hac materia ponens casus exceptos, in quibus non statim præsumitur calũnia, qa deficit in ꝓbãdo. Primus casus est, qñ quis accusat ex necessitate officij, ᵇ vt est in tutore, vt in c. 2. C. qui acc. non pos. Secundus casus est, quando ex necessitate hoc facit, vt qa hæres, ꝙ tenet vindicare necẽ defuncti. l. cum fratrẽ. C. de his q. vt indi. Tertius rõne immensi doloris, vt qñ maritus accusat vxorẽ de adulterio, vt in l. quamuis. C. de adult. Quartus, quando ꝑ impunitatem delicti, vt quando accusat de moneta, nã vt facilius reperiatur accusator, ius non vult vt deficiens incontinenti præsumatur calumniari, vt l. 1. C. de fal. mo. Item fallit fm Bar. ibi, ratione infamiæ, vt si accusatus erat infamatus de delicto, ꝑ hoc bonus tex. in l. miles. §. mulier. ff. de adul. Itẽ si audiuit illũ criminosum à fide dignis pſonis; secus si à vilib. facit. c. inquisitionis. ĩ. de sent. excom. Item fallit si testes decepcrunt accusatorẽ vt quia promiserunt testificari, & defecerunt. pro hoc vide bonam gl. 2. q. 3. Paulum. Itẽ fallit si semiplene accusator ꝓbauit fm Vin. & facit ꝙ no. Io. An. in c. cũ dilecti, de elect. & Spe. in ti. de accu. ad fin. In his ergo, & similib. casib. licet qs deficiat in ꝓbãdo, nõ ꝑsumit tñ statim calũniari; sed iudex ex officio suo dẽt inquirere, vtrũ fuerit calũniatus, & si reperiet euidẽter calũniã, puniet calũniatorẽ, ẽt in istis casib. vt in ꝑal. l. 1. §. 1. ad Turp. & no. gl. in præal. §. itẽ ꝑuaricator. Regulariter ergo extra hos casus, & similes, communis est opi. ꝙ eo ipso ꝙ qs deficit in ꝓbãdo, ꝑsumitur calũniari. & sine aliis indiciis põt puniri de calũnia, ꝙ euidẽter ꝓbatur hic, vbi Papa se tñ fundat ꝙ nõ reperit aliqd delictũ, ꝓbatũ, & facit 2. q. 3. ꝙ nõ ꝓbat. & 2. q. 3. §fin. † Dicit tñ Bar. in d. §. ꝑuaricator ꝙ ista non est præsumptio iuris, & de iure imo admittitur ꝓbatio innocẽtiæ; & ideo dicit se putare ꝙ anteꝙ iudex puniat calũniatorẽ, dẽt sibi statuere terminũ ad ꝓbãdũ innocẽtiã suã. Sed hoc dictũ videt prima fr̃ õte ꝑ istũ tex. vbi Papa nõ statuit terminũ ad se excusandũ; imo incõtinẽti mãdauit eũ puniri, §. suspẽdi, donec ꝓbaret innocẽtiã suã. & vt in hoc iste tex. mirabilis, vt primo puniat calũniator de calũnia, & postea recipiat ꝓbationes sup innocẽtia; cũ deberet esse totũ oppositũ; maxime fm illã theoricã Bar. & sentit hic Host. & ideo admittitur ista ꝓbatio innocẽtiæ qa si nõ plene tñ aliqualiter ꝓbauerat, vt in te. alias. n. fm eũ, non admittitur purgatio innocẽtiæ. alle. ꝙ hẽtur in Auth. de in. §. porro. & sic sentit aperte, ꝙ ex toto deficiens in probando, venit, puniendus pœna calũniæ, nec admittitur probatio innocẽtiæ, ꝙ est cõtra Bar. in loco præal. nec doct. hic hãc cõtrarietatem tãgunt. satis putarem posse æquæ distingui, vt accusatore ex toto deficiẽte, iudex nõ debeat imponere pẽnã mẽtaneã accusatori, nisi prius admittat suas ꝓbationes super innocẽtia; nam satis esset inhumanũ, & acerbũ, non admittere ꝓbationes; cũ possit ex cã calũnia excusari. & pro hoc bonus tex. hic in fi. & in c. 1. de elect. li. 6. sed pẽnã succedẽs suã ꝑ ꝓsumptionẽ ortã ex deficiẽtia, põt imponere, cũ illa limitatione, donec se purgauerit. & ita potest intelligi iste tex. & sic nõ procederet opi. Host hic, ꝙ purgatio nõ admittitur, si ex toto defeciſſet in probãdo: potest tamen saluari, dictũ suum quãdo vellet se purgare ꝑ iuramẽtum, tñ pronunciat. & hoc no. † In ea. gl. ibi per sacramentũ suum, &c. Sed prope fi. gl. cõcludit ꝙ istud arbitratũ erit, qa purgationes hodie sunt arbitrariæ, quasi velit ꝙ isti commissarij poterãt indicere purgationem per suum sacramentum, vel adiungere duos, vel tres compurgatores fm ꝙ eis videbit. Host. dicit sufficere solũ iuramẽtũ, qa nõ hẽtur. tex. de purgatione. Sed certe opi. gl. mihi plus placet, quia tex. dicit, ꝙ canonicæ debet se purgare, & purgatio canonica est arbitraria, vt ĩ. de pur. ca. ꝑ totũ. 2. q. 4 omnibus. & c. cõsuluisti. Item poterit canonice purgare innocẽtiam suã, ꝓbãdo aliquẽ modũ delictũ prædictis, vel cõsimiles, † In ea. gl. ibi, pœna illius qui denunciat agit pœnitentiã; & ideo non tenetur se inscribere ad aliquã pẽnam, etiam extraordinariã, vt dicit tex. in c. super his, ĩ. ti. prox. Itẽ pœna calumniæ est, vt pœna puniatur similiter dine supplicij. sed iste denunciator non agebat ad aliquam pẽnam; ergo deficiẽs hic nõ debebat puniri. Inn. hic nõ respõdet ad cõtrariũ. sed dicit no. ꝙ grauiori pẽna afficit denunciator calumniosus, quã denũciatus cõuictus. qa denũciatus conuictus, fuisset cõpulsus tantum agere pniam; sed denunciator calũniosus hic suspẽditur ab officio, & beneficio, Car. dicebat ꝙ oportebat intelligere istũ tex. ꝙ agebatur ad certã pẽnã, quasi velit, ꝙ hic loquatur de denũciatione canonica, & finis erat ad certã pẽnã imponẽdã. Ista est magna restricto ad istũ tex. & ĩ opi. oĩm doct. & hoc c. hactenus ꝑ oẽs intellectũ est, vt procedat ẽt cum agitur ad pœnitentiã, & minime sunt mutanda & c. ff. de legi. l. minime. & ad hoc adduco istũ tex. in fi. dũ dr̃ istũ debere susꝑdi, ne de facili ad infamiã ꝑlatorũ prosiliatur, ponderatur ergo fama quę orit ex denũciatione, nõ pœna. Itẽ si fuisset actum ad certã pẽnã fuisset facta inscriptio ad pẽnã extraordinariã, vt in c. super his, præallc. & iõ intelligo istũ tex. vt procedat, ẽt in denũciatione q̃ sit ad pœnitentiã. Et ad contraria resp. & 1. ad c. super his, fat eor. n. ꝙ denuncians nõ hẽt se inscribere, quia nõ agit ad pẽnã. sed si deficit, tũc propter infamiã, quã conatus est inferre denunciato, dẽt puniri prout dr̃ hic. † Nã infamare aliũ, est graue delictũ. de pœn. di. 1. homicidiũ. & 6. q. j. deteriores, & c. ex merito. & 5. q. 1. c. 1. & 2. & hoc apertissime voluit litera in fi. hic. nã si aliqualiter nõ punirẽt denũciator, de facili quisq; prosiliret ad denunciandũ aliũ. Nec valet argumẽtum, non se inscribit, ergo nõ dẽt puniri. tolle instantiã. Obij tum, non se inscribit, ergo nõ dẽt puniri. tolle instantiã. Obijciens contra electũ non confirmãtũ, non se inscribit, quia non tendit ad pẽnã, vt dicit tex. in c. super iuis, ĩ. tit. proxi. deficiens tamen in probatione, punitur, vt in c. 1. de elec. lib. 6. Nec ob. secundum contrariũ, qa in odium calumniosi, indultum est, vt puniatur similitudine supplicij, sed nõ reperit cõ similis pœna, qa ad pœnã nõ agebat, debet tñ puniri alio modo, quia non dẽt calumniose prosilire ad infamiã alterius, & crimina non debẽt remanere impunita. Et per hoc habes intellectum huius capituli, & rationem ipius tene menti.

De simonia. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Simonia, respectu aliorum criminum, obtinet principatum.*
2 *Simonia quid sit, & vnde dicatur, quot modis contrahatur, & quis admittatur in eo ad accusandum vel testificandum.*

Continuari põt ista rub. ad præcedẽtes hoc ordine ĩ. visũ est de accusatoribus, & calumniatoribus. nunc restat vide de his criminib. & † qa ĩter cętera simonia obtinet primũ locũ, (nam cętera respectu huius pro nihilo ꝛputantur. 1. q. vit. c. fi.) iõ tractaturus auctor de criminibus, præmittit de simonia. & † quid sit simonia, ª vnde dicatur, quot modis cõ trahat, qs admittatur in eo ad accusandũ, vel testificandũ, & quot modis dicatur quid spirituale, vide plene. 1. q. 1. in sum. & in gl. seq. Et proprie simonia, ᵇ est voluntas studiosa, vel cupiditas emendi, vel vendendi aliqd spirituale, vel spirituali annexum, & dixi voluntas, vel cupiditas, quia spiritualia vendi non possunt, sed ex voluntate sola vendendi vel emẽdi egressa tamen ad actum committitur simonia.

ADDITIONES.

a ¶Simonia. Quid autem sit simonia, late ponit hea. Th in 2.2.q.100.art.j. vbi omnino vide, vbi quam plurima ponit ad declarationem huius rub. Itẽ vide Tho. in 4. sen. dist 25.q.3.art.j. vbi ponit quid sit simonia, & an simonia sit hęresis, & vtrũ simoniace ordinatus perdat executionem ordinis. Et in ea. dist. & q.art.2. ponit vtrum sacramenta possint emi, vel vendi sine simonia, & vtrum emptione, & venditione aliorum committatur simonia, & vtrum committatur simonia in emptione eorũ, quæ spiritualibus sunt annexa in ea. dist. & q.ar.3. vbi ponit vtrum committatur in aliis tribus modis assignatis ab Vrbano, an autem aliquando sit licitũ dare pecuniam ꝓsequendo dignitatem ꝛcularem, an vero in illo ẽr committatur simonia, vide multum eleganter per Bar. in l. Barbarius. ff. de off. prætor. Bellen.
b ¶Simonia. Vide Car. in c. nemo, iuf. eo. vbi aliter definit simoniam. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Simoniam committit episcopus, vel eius ministri, accipiendo aliquid tẽporale pro conferendis ordinibus. 2. & 4.*
3 *Notarius episcopi, an licite accipiat aliquid temporale, citra peccatum simoniæ.*
5 *Scriptores bullarum in curia Romana pretium recipientes, an idcirco incurrant simoniam.*
Simonia, an habeat locum in curia Romana.
Curia Romana si aliquid obseruat, debemus etiam nos obseruare: nisi apud nos sit statutum contrarium.
6 *Papa, an insoluatur crimine simoniæ.*
7 *Ordinarius, habet potestatem ligandi, & soluendi in habitu, nõ in actu.*
Presbyter non potest nec absoluere, nec ligare parochianum alterius, nec aliquem, nisi sit sub parochia sua.
8 *Dans pecuniam Papæ ex pacto pro beneficio obtinendo, non est tutus apud Deum.*
9 *Ludentes si ex constitutione episcopi sunt excommunicati, incurrunt excommunicationem.*

CAP. PRIMVM.

In ordinando. †Breue est, vel potest sic summari. Episcopus pro ordine ab eo conferendo, vel ministri, vel notarij, nihil temporale exigere debent. Et duo sunt dicta, secundum ibi, pro ordinatione. Casus liter. Propositum fuit in sinodo gñali, vtrum pro ordinatione aliquid accipi posset. Et respondetur, ꝙ pro ordinatione, nullus aliqd
2 accipiat, nec ordinatus aliquid det. B. † Not: 1. ex tex. qđ vbi principale dẽt esse gratuitum, oĩa accessoria, & circunferentia debent ẽt esse gratuita, quia accessorium sequitur suum principale: vnde non solum prohibetur eꝝ qui ordinẽ conferunt, aliquid pro ordine recipere, sed ẽt alij ministri qui sunt accessorij, & coadiuuant ipsum eꝝm in celebratione. In gl. 2. ibi, archidiaconatus. & si intelligatur de eo: loquitur textus de voce, qua vocantur promouentes, vel forte de illa voce, qua respondet in scrutinio secundum formã. c. vnici. de scrutinio. vel intelligi potest, secundum Odof. de diacono, qui cãtat euãgelium: & hoc magis consonat lecturæ antiquæ. Sed põt dici, ꝙ in vtroque ipsorum, & quibuscunque administrantibus hoc c. vendicat sibi locum: quia ordo dẽt gratis
3 conferri. † In gl. in vers. vendere, in fi. duo sunt hic examinanda. Primum, nunquid notarius possit licite pro suo labore ª aliquid capere: secundum, nunquid datio alicuius temporalitatis. sponte oblatæ, possit licite sine peccato recipi. Ad primum conclude breuiter post gl. & doct. ꝙ aut notarius ᵇ hẽt salarium de publico, puta ab epo: & nihil debet exigere: aut non hẽt salarium: & tunc, aut suum officium est adeo necessarium in ordinatione, vt nisi ipse scribat, ordo non dicatur recte collatus: & tunc cũ officium suum sit de conferentibus administrationem, nihil põt exigere. Ego tñ nõ video, ꝙ officium scriptorũ possit esse tale, vt necessario requiratur ad ordinem legitime conferendum: & ideo simpliciter põt dici, ꝙ ex quo non hẽt salarium de publico, recte põt pro labore suo pecuniam exigere. & istud c. voluit secundum Inn. tollere cõsuetudinem quorundam locorum, in quibus oẽs
4 officiales & ministri petebant pecuniam. † Quoad secundũ conclude, ꝙ pro ipsis spiritualibus, non dẽt aliquid conferri, ẽt gratis: pro hoc iste tex. in fi. vbi ordinandus prohibetur dare: sed si non pro ipsis spiritualib. principaliter, sed ex charitate quadam aliquid sponte confertur, licite recipi põt, vt
c in c. & si quęstiones, ĩ. e. ti. ᶜ † Op. extra gl. ĩ. tex. & vꝰ ꝙ notarius indistincte recipere possit: nam in curia Romana, nota rij exigũt pecunias, & Pa. scit, & tolerat: imo est facta taxatio quantum solui debeat pro qualibet bulla: ergo, & in alijs locis notarij licite recipere põt, ar. c. in causis, ĩ. de re iudi. nam ipsius curiæ actio, nostra dẽt esse instructio, sicut dicimus in actione Christi, in c. significasti, de elect. Solu. dicunt doct. qđ in curia Romana notarij nõ habent salarium, ideo licite exi
d gunt. vel in curia Romana non habet locum ᵈ ti. de simo. sicut nec in curia principis habet locum lex Iulia de ambitu. quod est verum secundum Host. in his, quæ sunt simoniaca, quia prohibita, secus in prohibitis, quia simoniaca, vt dicit gl. in c. ex parte, de offic. deleg. dicit Host. quod licet Pa. non ligetur propria constitutione in his, quæ sunt simoniaca: quia prohibita, tamen deberet ipse præ cæteris abstinere: quia & si in se hoc non sit malum, est tamen species mali, à qua præcepit apostolus abstinendum. vt in c. cum ab omni specie mali. de vi. & hone. cler. Item decoloratur status ecclesiæ, ergo debet abstinere. 1. q. 8. & si illa. ᵉ † Et hæc faciunt ad quæ-

ADDITIONES.

a Pro suo labore. Vide Dec. in c. 1. vers. restringitur hæc prima limitatio. sup. de prob. vbi ponit, quando notarius possit percipere salarium. Seb. Sap.
¶Pro suo labore. Vide omnino bonam glo. in d. c. sicut episcopum. 1. q. 2. hic allegato in gl. Bar. de Bel.
b ¶Notarius. Adde, ꝙ quando ecclesia alienat bona sua, an teneatur dare salarium tabellioni, qui fuit rogatus. gl. est in c. casellas. §. hoc ius porrectum. vers. absque dispendio. 10. q. 2. item ad quæstionem, quando sede vacante fit inuentarium per ecclesiam de bonis ecclesiæ, nihil percipi debet pro labore confectionis. Tex. est in c. charitatem. 12. q. 2. Item scias ꝙ notario debentur duo salaria. s. protocolli, & confectionis instrumenti. ita dicit Bar. in l. argentarius, in prin. ff. de eden. & ibi etiam dicit, ꝙ licet notario non competat actio pro mercede cõfectionis, tamen poterit tenere instrumentum, donec sibi satisfiat pro labore, quicquid dicat ibi gl. & pro ipso facit bona gl. quę loquitur de rescriptore, vt possit retinere quinternos, donec sibi soluatur merces. in l. si non tortem. §. si certũ. ff. de cond. ind. Dicit tamen Bar. in d. l. argentarius, qui propter communem consuetudinem notariorum hodie eis competit vilis actio ex locato. Et ad hoc vide Bar. in l. 1. §. dioi. ff. si extra. crim. Et vide hic tex. cum gl. in vers. officio. in fi. & in c. tuarum. §. notarium. de rescr. lib. 6. adde hic Bar. in l. metus. quæ est prope fin. ff. de re iud. quod no. Io. An. in c. vt offi cium. §. 1. super verbo, personam. in Nouella. de hær. lib. 6. Nam Dom ibi posit Io. An. ponit vtrum inquisitus in causa hæresis, teneatur soluere notario, qui scripsit acta in causa.
c ¶Eo. tit. idem probatur in c. dilectus, el 2. & in c. tuã, ĩ. eo. Alex. de Ne.
d ¶Locum. In curia Romana non habet locum. Adde illud dixisse, & notat Bar. in l. 1. in prin. ff. ad leg. Iul. de ambi. Zach.
e ¶Illa. Ad hoc optime quod not. Host. & doc. in c. constitutus, de reli. do. vbi dicit, quod sicut omne indecens, est Deo impossibile, ita & Papæ, qui est Dei vicarius, quia non est amplior potestas vicarij, quam constituentis vicarium. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 ad quæſtionem notabilẽ, nunquid Papa [a] inuoluatur crimi-
a ne ſimoniæ, ſi de facto recipit pecuniam pro collatione ali
cuius prælaturæ ſeu beneficij, & expreſſe non reperi hanc q̃-
ſtio. examinatam per doct. niſi quia Card. hic ſimpliciter di-
cit, q̃ non cõmittatur ſimonia, quaſi inferendo hoc ex præ-
dictis: cũ titulus beneficij videat̃ de iure poſitiuo, & Papa vti
tur eo iure, & in iſtis non ligatur, vt in c. propoſuit, de cõceſſ.
præben. Ego ſp tenui oppoſitũ, & ita repetendo. §. qui vero,
in cap. extirpandæ, de preb. poſui ſuper hoc concluſionẽ, qđ
ſi beneficium hẽt adminiſtrationẽ ordinis, vel executionem
clauium, ẽt Papa inuoluitur vitio, & peccato ſimoniæ, ſecus
ſi non hẽt adminiſtrationem ordinis, vel executionẽ clauiũ,
vt ſunt iſta hoſpitalia, vel aliæ adminiſtrationes temporales.
primũ, pbo rõne, nã licet ipſe ti. beneficij ſit de iure poſitiuo
tñ executio ordinis, ſeu poteſtatis clauiũ, eſt de iure diuino:
nam, & ordo erat in veteri teſtõ, vt vendens executionem or
dinis, videretur vendere ipſum ordinem, & gratiã Dei, & iſta
7 ſunt ſimoniaca in ſe. & ideo prohibita. 1. q. 1. qui ſtudet. † Vn
de debes ſcire, q̃ qñ aliquis ordinatur, recipit tantum pote-
ſtatem ſoluendi, & ligandi in habitu, non aũt in actu. 12. q. 1.
ecce ſufficienter, cum c. ſeq. hinc eſt, q̃ non põt quis abſol-
uere, vel ligare parochianum alterius, quantumcunque ſit ſa
cerdos: ſi tñ ſibi cõfertur beneficium, tunc datur ſibi aliqua
executio ordinis, quę quidẽ executio eſt in ſe mere ſpiritua-
lis, & de iure diuino, & pro hoc vide bo. gl. in c. licet, ℣. de pœ-
nis, & tex. cum gl. in c. ex diligenti, ℣. eo. & ſic intelligo. 1 q. 1.
presbyter, & 1. q. 3. altare. & in collatione epiſcopatus nulli
dubium eſt, q̃ Pa. committeret ſimoniã. 1. q. 1. reperiunt, qa
epiſcopatus eſt ordo, & cum iſta ſint connexa, non excuſat̃,
dicẽdo ſe recipere pecuniam pro temporalibus: quia vendi-
to vno ex connexis, neutrum inuẽditum relinquitur. 1. q. 3.
ſi quis obiecerit. Sed in alijs beneficijs non habẽtibus execu-
tionẽ ordinis Pa. non cõmitteret ſimoniam, quia prohibi-
tum eſt in illis tñ de iure poſitiuo: quo Pa. non ligatur; dẽt
8 tñ abſtinere rõnibus prædictis. † Et in oĩbus caſibus puto, q̃
b ille qui dedit ex pacto pecuniã Pa. nõ ſit tutus quoad Deũ [b]
9 nec põt ſine peccato adminiſtrare in beneficio, † ẽt in caſu
in quo Pa. non cõmitteret ſimoniã, nã ex quo extabat cõſti-
c tutio prohibitiua, ſubditus incidit in pœnam, [c] ſicut in ſimili
diſputat Io. An. quæſtionem. Cauetur ſtatuto epi, qđ ludens
ad hazardum ſit excõicatus: an ludẽs cum epo, qui fecit ex-
cõicationem incidat in excõicationẽ, & concludit, q̃ ſic: li-
cet ipſe eps non ſit excõicatus, quia nõ potuit ipſe ligari ſua
conſtitutione. ita diſputat in reg. cui licet, de reg. iu. lib. 6. in
mercu. ita ẽt ad propoſitum, vbi Pa. non committeret ſimo
niam, ex quo recipiendo pecuniam ex pacto, non ſuſpendit
conſtitutionẽ prohibitiuam, dans pecuniam committit vi-
tium ſimoniæ, & ſic non põt agere pœnitẽtiam, retentio be-
neficio, vt in c. inquiſitionis, in prin. ſupra, de accu. & pleniſſi
d me hunc articulum proſequor in d. repetitione. [d]

ADDITIONES.

a ¶Nunquid Papa. An Papa recipiens pecuniam pro collatione beneficij, inuoluatur crimine ſimoniæ. Adde, quod no. Per. de Anch. in rep. c. canonum ſtatura, de conſt. in 2. oppo. in verſ. quid ſi pro obtinenda. & vide Bar. in l. i. in prin. ff. ad leg. iul. vbi dicit, quod Papa non inuoluitur crimine ſimoniæ, ſed bene adhærẽtes. multum eſt in vſu illud vitium. & propterea dicit ipſe, q̃ Decretiſtæ in iuribus nouis non poſuerunt aliquem titulum, de ſimo. Vide tamen ad hoc gl. notabilem in ver. actionem. in c. cum pridem, de pac. vbi dicitur nunquid authoritas Papæ excuſet à ſimonia. Et adde quod contra Dy. qui hoc ponit, videtur caſus ſingularis, in c. ex multis. ibi, ſic per nũmularios eccleſiaſtici beneficij &c. & in eo. c. in fi. ibi, & ſi aliud detur tollatori diuinorum. 1. q. 3. vbi apertè probatur, & quod ſimonia committitur in beneficialibus iure diuino, ergo pa pa committit in his ſimoniam contra ea quæ hic dicuntur. Et de hoc an Papa inuoluatur crimine ſimonię, vide Io. An. in Nouella in c. pro humanis, ſuper verſ. tribuatur, de hom. lib. 6. vbi videtur concludere qđ non. Et an Papa poſſit accuſari de vitio ſimoniæ, vide tex. cum gl. in c. ſi quis pecunia. 89. diſt. & quod no. d. Abb. in c. quoties, ℣. e. Et de iſto art. vtrum Papa recipiens pecuniam pro collatione beneficij, inuoluatur crimine ſimoniæ, vide pleniſſime, & melius quam alibi, per Abb. in repe. §. qui ve ro. & in c. extirpandæ. de preb. verſ. vtrum. tertium eſt per beneficiũ ſpeciale. de hom. lib. 6. Adde hic beatum Thomã in 2. 2. q. 100. art. 1. in fi. vbi dicit, quod Papa poteſt committere vitium ſimoniæ, quia peccatum tan to eſt grauius in aliqua perſona, quanto maiorem obtinet locũ. Et ideo ſi reciperet aliquam pecuniam de reditibus alicuius eccleſiæ, incurreret vitium ſimoniæ. Et ſimiliter dicit, quod committeret ſimoniam, reci piendo pecuniam ab aliquo laico, non de bonis eccleſiæ. Item vide glo. in ver. Denarium. in cap. presbyter. 82. diſt. quæ dicit, quod lex Iulia de ambitu non habet locum in ciuitate Romana. Item de iſto articulo an Papa inuoluatur crimine ſimoniæ, vide multum elegãter, & melius quã alibi per Dom. in c. 1. 12. di. Item adde quod de hoc no. Domin. in c. in no mine domini. 13. di. Bar. de B.

b ¶Non ſit tutus quoad Deum. Adde hoc tenuiſſe iſtum, in c. extipandæ. §. q vero. in fi. in rep. §. de præben. contra gl. in c. ex parte, il 1. de offic. deleg. Arch. & Gem. in c. 1. 12. di. & Io. de Ana. hic. Opi. iſtius ſequitur Fel. in c. de cætero. verſ. de ſimonia vero commiſſa. §. de re iud. vbi dicit, q̃ licet Papa non ligetur in aliquibus: ligatur tamen qui cõtrahit cum eo. quib. adde Bal. in l. Barbarius, ff. de offi. præto. Zach.

c ¶In pœnam. Vide Fel. ponentem in ca. de cætero, in fi. ff. de re iud. Et de iſta quæſtione quam refert Abb. hic, vide omnes in c. vt animarum, de conſti. in 6. Bal. in auth. quibuſcunque. C. de ſacroſ. eccl. & in l. digna vox. C. de legib. & Ale. in l. 1. ff. quod quiſque iur. in prin. Seb. Sap.

d ¶Repetitione. Si opinio Abb. Sicu. eſſet vera, Papa cum tota curia eſſet inuolutus ſimonia, quod non eſt dicendum, quia eſſet ponere os in cęlũ. Vnde aduertendum, qđ curia non exigit medietatem fructuũ primi anni, pro ordine epiſcopatus, vel pro alio ordine, ſed exigit pro collatore eccleſiæ cathedralis, quæ eſt ſeparata ab ordine, quia poſt collationẽ eccleſiæ cathedralis, dẽt poſtea conſecrari, vt in c. cum in cunctis, de elect. cum ſimilib. Illa ergo collatio, eſt collatio beneficij, & non ordinis. Nec obſt. quod ſit connexa dignitas epiſcopalis ordini, quia non eſt connexa, quin poſſit fieri ſeparatio. Extremum, ſi is cui collata eſt dignitas epiſcopalis ex diſpenſatione, non ordinatur, ſeu conſecratur, vel ſi priuatur, vel cedit. nam habet ordinem ſine beneficio, vt in c. 1. & 2. de ord. ab epiſc. qui renunc. epiſcopa. Dicendum eſt ergo, quod in beneficio habẽte annexum ordinem, ſeu exercitium curæ animarum, cõmittatur ſimonia, de iure poſitiuo, quia datur & recipitur pro collatione beneficij, non autem pro habẽdo ordine, vel exercicio curæ. Nec obſtat, quod qñ datur pro beneficio habente ordines vel exercitium curæ annexum cẽſeatur datum pro ipſo ordine, vel exercitio curæ, quia iſtã præſumptionem facit poſitiuum, quod non habet imponere legem Papæ. Vnde ſi. Car. hic, in ſi. commenti dicit, quod Papa poteſt ex cauſa, illa quæ ſunt ſpiritualia de iure poſitiuo, ſicut ſunt rituli beneficiales, facere certo ea ſu non ſpiritualia, ſed indiſtincte, & ſine cauſa rationabili hoc non põt, ſicut nec poteſt ſtatum eccleſiæ ſubuertere, & iſta eſt cõis opinio. a qua non eſt recedendum. In eo autem, quod dicit Abb. Sic. de dante pecuniã proprie, q̃ non eſt tutus quoad Deum, & quod committit vitium ſimoniæ, &c. Contrarium tenet Hoſt. Io. And. & communiter doct. dicunt, quod in ſimoniacis, quia prohibita authoritas eſt, ſcientia Papæ excuſat vitium ſimoniæ, nec eſt bonum ſimile adductum per Abb. Sic. quia Io. And. in d. reg. cui licet. loquitur in eo, quod etiam erat delictũ in epiſcopo, ſicut in ſe cum delinquente. Nam ludere prohibitũ eſt ita epiſcopo, ſicut cæteris, vt in c. clerici, de vi. & ho. cle. & in c. inter dilectos, de exceſſ. prælato. Item ſcientia Papæ magis operatur ad delendum vinculum iuris poſitiui, quam ſcientia epiſcopi, reſpectu ſui ſtatus, vt not. in c. 1. de treuga, & pace, & in d. c. propoſuit. de conceſſ. præben. Alex. de Neu.

SVMMARIVM.

1 *Tanquam ſimoniacus deponitur ille, qui pecunia accepta, eiecit aliquem de eccleſia ſua, ſe poſtea intrudendo.*

CAP. II.

1 OVi alium. Breue eſt, ſed põt ſic ſummariniã aliquẽ eiecit de eccleſia ſua, ſe poſtea intrudendo. No. 1. ex tex. vnũ caſum in quo ſit depoſitio, licet procedatur per viam inquiſitionis. in doct. volũt intelligere hoc c. qñ fuit proceſſum p viã accuſationis, ſed primũ verius, qa tex. loquit̃ indiſtincte, & cõmittiſte duo peccata: nã ſuccedit̃ locũ viuẽtis, & cõmiſit crimẽ ſimoniæ, de quo dic, vt in c. inq̃ſitionis, in prin. ſup. de accuſ.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus poteſt per quemlibet chriſtianum acuſari, per alium vero non.* 2. 4.

3 *Teſtis exoratus per partem, vt ferat teſtimonium, non poteſt tanquam ſuſpectus accuſari.*

5 *Teſtes, an, & quando poſſint compelli teſtificari in criminibus.*

CAP. III.

1 SI dominus. † Quilibet catholicus admittitur ad accuſandum de crimine ſimoniæ. & ſecunda pars ibi, non igitur &c. Caſus literalis. Quærebatur vtrum quilibet catholicus admittendus ſit in accuſationẽ ſimoniacorũ, reſp. Pa. qđ quilibet admittẽdus eſt ar. à minori. Si. n. dñs, qui fuit ſine peccato, licentiã accuſandi dedit vni. ſ. Iudæo ſceleratiſſimo, cũ dixit. Si male locutus ſum &c. multo fortius nullus catholicus repellẽdus eſt, imo potius exhortandus, vt veritatem aſſecueret ad repellẽdum ſimoniacam prauitatem. Ber. No. 1. ex tex. ar. ℣ ſuperior põt accuſari per inferiorem, ad hoc c. licet, & c. veniens,
2 ſupra, de accu. † No. 2. vnam regulam, q̃ non catholicus, nõ
3 admittitur ad accuſandum etiã de crimine ſimoniæ. † Nota. 3. ex tex. bonum arg. q̃ teſtis exoratus precibus per partem
a vt ferat teſtimonium, non dicitur ſuſpectus. [a] In glo. 1. ibi, inde, melius diceret Iudæo, ſecundum Ioan. And. quia iſta verba quæ

ADDITIO.

a ¶Suſpectus. Vide Bar. qui in hoc optime diſtinguit, in l. poſt legatum. §. his vero. ff. de his quib. vt ind. dic tamen, quod non licet teſti ſe offerre iudici, quia per hoc eſſet ſuſpectus, vt in l. quæ omnia. ff. de procur. quod intellige, niſi eſſet cauſa in qua nutriatur pactũ, vt matrimoniali, quia tũc poſſet teſtis ſe ſponte offerre, vt in c. iurauit, & ibi per But. ſ. de prob. & in c. præterea, el 2. ſ. de ſponſal. tamen quando teſtis exoratur, & producitur per partem. licet valeat eius teſtimonium, non dicitur inuitus deponere, vt dicit Bar. in d. §. his vero. Sed ſi aliud non apparet, præſumitur depoſuiſſe inuitus, & ideo cautela eſt, quod in actis ſcribatur, q̃ noleres depoſuerunt, vt dicit Cy. & Bar. in auth. presbyteros. C. de epi. & cle. & hoc no. quia ſunt aliqui teſtes, qui non debent teſtificari niſi volentes, de quib. in l. Iulia. & de his vide per But. in ca. de iud. vbi etiam videtur an teſtes præſumantur citati, & requiſiti. Alex. de Ne.

ba quæ ſequuntur, non fuerunt dicta de Iuda: ſed illi Iudæo miniſtro, qui dedit alapam Ieſu, dicens. ſic rñdes Pontifici? & Chriſtus reſpondit. Si male locutus ſum, &c. & ſic ẽt deberet corrigi gl. ſequens. Gof. dicit, q̃ põt intelligi textus de illa authoritate. quis ex vobis arguet me de peccato &c. Nam iſta authoritas loquitur proprie de accuſatore, ſed prima de teſte. Sed tu dic, q̃ vtraq; authoritas poteſt applicari ad literã, ſecunda põt applicari ad tex. ibi accuſandi. prima poteſt applicari ad literam, ibi, vt veritatem aſſerat, &c. Iſtæ authoritates, faciunt tñ quoad ſuperficiem: quia in veritate ſenſus illius authoritatis eſt, q̃ à nemine poterat Chriſtus accuſari,
4 ſiue redargui. † In gl. in ver. catholicus admittitur in teſtimonium, &c. hoc non eſt verũ ſimpliciter, ideo dic, q̃ aut quæritur nunquid quilibet admittatur. & dic, vt leg. & no. in c. per tuas, ℣. eo. vbi dicam, aut quæritur vtrum quilibet admittatur ad accuſandũ, & dic, vt plene dixi, in c. cum P. ſupra, de ac
5 cuſatio. † In gl. ſi. in fi. de hoc, an, & quando teſtes poſſint cõpelli in criminalibus, dic vt in c. dilectorum, alle. in gl. & iſte tex. poſſet intelligi ſm Ioan. And. q̃ primo ſit exorandus per partem ſed compellẽdus per iudicem. & no. primum, quod poteſt licite exorari per partem, vt ſupra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus, pendente accuſatione ſuper ſimonia, prohibetur ab adminiſtratione diuinorum.*

2 *Papa debet ordinem iudiciarium ſeruare, de potentia ordinaria. ſecus de abſoluta.*

3 *Lite pendente, reus non priuatur re ſua: puta beneficio, niſi pendeat lis ſuper aliquo graui crimine.*

4 *Simoniacus, licet occultus, an, & quando ſit ſuſpenſus tam quoad ſe, quam quoad alios, adeo vt alij audientes diuina ab eo, peccent.*

Simoniacus non dicitur ille, qui habet beneficium, pro quo conſequendo alter dedit pecuniam, & ipſe ignoret, quando autem ſciret, tenetur dimittere.

5 *Simoniacus, an, & quando poſſit prohiberi celebrare.*

Excommunicatus à iure, an poterit excommunicari ab homine.

Excommunicatus à iure poterit iterum ab homine ſuſpendi.

CAP. IIII.

a 1 ACcuſatum. [a] † Simoniacus, pendente ac-
2 cuſatione, ab adminiſtratione diuinorum prohibetur. h. d. cum ſe. † Not. 1. ex tex. q̃ Papa neceſſitatur ad ſeruandum ordinẽ iu-
b diciarium, [b] & intellige de ordinaria potentia, & non de ab-
3 ſoluta, vt in c. propoſuit, de conceſ. præben. † No. 2. caſum in quo lit. penden. quis priuatur quaſi poſſeſſione beneficij, & officij; & intellige hunc tex. qñ accuſatus erat infamatus de ſimonia, vt in gl. nã per attrocitatẽ peccati, concurrente infamia, ſit ſuſpenſio, donec cã finiatur, vt in c. inter, de purg. can. & idẽ in alijs magnis criminibus, concurrente infamia. & vide quod no. Io. And. in c. inter, ℣. de purg. can. & in d. c. 1.
4 de accu. lib. 6. † In gl. 1. ibi, quantumcunq; ſit occultus, pondera: quia gl. vr ſibi cõtraria: quia hic dicit, q̃ ſimoniacus in ordine quantumcunque ſit occultus, eſt ſuſpenſus: infra in ver. ſi vero, dicit, q̃ ſi ẽ occultus, nõ eſt ſuſpẽſus, quoad alios. Et (vt clare habeas hunc articulum) aduerte ad duo. Primũ, nunquid ſimoniacus ſit ſuſpenſus. Secundũ, nunquid poſſit
c prohiberi ne miſſam celebret. Ad primum dic, quod aut eſt ſimoniacus in ordine, [c] & quantumcunq; ſit occultus, eſt ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios: quia & alij peccant, audiendo diuina ab eo. 32. di. præter. §. verum. & no. Inn. in c. tanta, ℣. eo. & ita intellige hanc particulã gl. Si vero eſt ſimoniacus, quoad beneficiũ, ſi eſt manifeſtus, & notorius, ſuſpenſus eſt quoad ſe, & quoad alios, arg. præal. §. verum. & no. Innoc. in præalle. c. tãta. niſi delictum ſimoniæ fuiſſet commiſſum, eo ignorante: vt quia pater, vel alius dediſſet pecuniam eo ignorante, arg. 1. q. 7. præſentium: ſed cum hoc ſciuerit debet dimittere beneficiũ, ſi vero eſt occultus: & tunc eſt ſuſpenſus quoad ſe, nõ quo ad alios, ſicut quilibet peccator. i. ipſe peccat celebrando: ſed alij non peccant eũ audiendo. & ſic lo-
5 quitur gl. in fi. & ſentiũt hic doc. † Quoad ſm dic, q̃ aut notoriũ eſt, eũ eſſe ſimoniacũ, & nedũ dẽt prohiberi, imo depoſitio gl. in fi. & ſentiũt hic doc. † Quoad ſm dic, q̃ aut notoriũ eſt, eũ eſſe ſimoniacũ, & nedũ dẽt prohiberi, imo deponi, ſm ea, quæ le. & no. in c. inquiſitionis. ſ. de accu. Aut hoc non eſt notorium, nec infamatus eſt; & non debet prohiberi, vt ſupra dixi, aut infamatus, & dẽt prohiberi, vt hic. nec ob. oppoſitio gl. quod iã iſte eſt ſuſpẽſus ipſo iure: qa in tex. nõ dr̃, q̃ dẽat ſuſpẽdi: ſed q̃ dẽat ꝓhiberi. nã, & ſuſpẽſus nõ poſſet de facto celebrare, iõ dẽt ꝓhiberi, quaſi ꝓhibitio ꝓferat̃ ad factũ, ſuſpẽſio ad ius. Itẽ (vt dicit Io. An.) põt ꝓprie ſuſpẽdi, licet ſit ſuſpenſus. nã ſicut excõicatus à canone, poſſet excõicari ab hoĩe, vt in c. ita quorũdã, ℣. de Iudæ. & quod ibi
d no. gl. ita ſuſpenſus à iure, poteſt etiam ſuſpẽdi ab homine. [d]

ADDITIONES.

a ¶Accuſatum. Qualiter puniri debeat ſimoniacus, eſt tex. in c. 2. de conſ. & latiſſime ponit Bea. Tho. in 2. 2. q. 100. arti. vlt. Bar. de Bel.

b ¶Ordinem iudiciarium. Adde Bal. in c. 1. in verſi. obſeruetur, ſi inter do. & vaſ. lis oriat. in vſib. feu. Inn. & Io. And. in c. in cauſis. ſupra de re iud. Läf. in cle. ſæpe. nu. 16. & ibi in apoſt. Celſi. in ver. ſine figura, de ver. ſig. & dixi aliquid in apoſt. ad iſtum in c. cum olim. nu. 25. in apo. in ver. non tamen citationem, de re iud. Zach.

c ¶In ordine. Verum ſimoniacus ſit ipſo iure ſuſpenſus, adde, q̃ Abb. non vidit extraua. Boniſacij, quæ incipit, excommunicamus. quæ dicit, q̃ dantes, vel promittentes aliquid magnum vel paruum, aut recipientes promiſſionem pro gratia, vel iuſtitia pro ſe, vel alijs, à ſede apoſtolica obtinenda, ſunt excõicati. Sed illam extraua. limitat Car. in c. tuã, de æta. & quali. vt non habeat locũ in pretio, quod dat impetrans procuratori exiſtẽti in curia, vt ſolicitet gratiam ſuam. Itẽ de quæſtione hic poſita per Abb. vide in terminis hic gl. in c. nullus. 33. di. Item vide ſanctum Tho. in 4. Sen. diſt. 25. q. 4. nu. 1. circa fi. vbi dicit, q̃ ſimoniacus occultus eſt ipſo iure ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios. Et ſi cõſequitur beneficium per ſimoniam, debet fructus perceptos reſtituere, & beneficio renunciare. Et vide omnino, quod ſcribit de hoc in c. tanta, circa fi. infra eo. & elegantiſſime per Dominic. in c. ad hæc no. verſ. ad primum dictum. 32. di. Et aliquid per Arch. in c. his, el 2. 50. diſt. Bar. de Bel.

d ¶Homine. De hoc art. vide Inno. & doct. in c. tanta. & c. per tuas, el 2. infra eo. & infra de ſchiſmat. c. 1 & de hær. c. 3. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simonia, propter immanitatem criminis dicitur hæreſis, quid autem ſit hæreſis, vide infra prox. c.*

2 *Papa de hæreſi accuſatur, nõ aũt de ſimonia, niſi cõcurrentibus tribus.*

CAP. V.

QVoties. Idem dicit, q̃ præcedens: niſi q̃ illud c. loquitur in accuſatione. & c. iſtud loquitur de ſimoniaco in genere, iſtud declarat de ordine. Et ex his colliguntur oppoſitiones, quæ
1 põt formari de ſuperfluitate. † No. primo ex tex. q̃ ſimonia
a dr̃ hæreſis. [a] Nunquid aũt quilibet ſimoniacus ſit hęreticus, dic ſm Inno. q̃ non, ſed ille eſſet hæreticus, qui crederet gratiã ſancti ſpiritus poſſe pretio acquiri. Alij vero hoc nõ credentes, ſed dantes pecuniam pro auiditate habendi beneficium, vel conſequẽdi ordinẽ nõ ſunt hęretici, ſed ſimoniaci: ſed pp immanitatẽ criminis appellatur hæreſis: & ex his in-
2 fero ad id, qđ no. glo. in c. ſi quis pecunia. 79. diſt. † Nunquid
b Papa poſſit accuſari de ſimonia, [b] cũ poſſit accuſari de hæſi.
40. diſt. ſi Papa. & dicendũ, q̃ non põt accuſari, niſi concur-
c rant tria, quæ no. gl. in illo c. ſi Papa præalleg. & tene menti. [c]

ADDITIONES.

a ¶Simonia dicitur hæreſis. Adde Fel. in rub. ſupra iſto ti. quem omnino vide, quia multa ponit ibi circa hoc. Zach.

b ¶De Simonia. Vide de hoc etiam gl. in c. 1. 79. Bar. de Bel.

c ¶Tene menti. Et de hoc vide gl. in d. c. ſi quis pecuniam. 79 diſt. vbi tractatur, an Cardinales, qui Papam eligerent, poſſint de ſimonia accuſari, & ſi fuerit probata ſimonia, nunquid Papa poſsit deponi, & concludit, quod non, vide ipſam. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus deponitur, ſi eſt ſacerdos.*

2 *Simonia eſt peſtis inficiens hominem.*

3 *Simonia & hæreſis puniũtur per ſola ſigna, & præſumptiones, propter atrocitatẽ tanti criminis, & idem eſſet in aliis grauibus criminibus.*

4 *Homicidium, an ſit horribilius crimen, quam ſimonia.*

CAP. VI.

1 SIcut ſimoniacus. † Simoniacus eſt de
ponẽdus. h. d. Caſus literalis. Quærebat̃ de pœna iniungẽda ſimoniaco. Et rñ. Pa. q̃ ſicut ſimoniaca peſtis, ſua magnitudine alios morbos vincit: ita ſine aliqua dilatione cũ de ipſa cõ
2 ſtiterit, de eccleſia dẽt eliminari, atque expelli. Ber. † No. 1. ex tex. q̃ ſimonia appellat̃ hic peſtis: ſicut n. peſtis inficit hominẽ, & multos: ita ſimonia inficit: quia reddit ipſum inhabilẽ
a ad executionẽ officij; tanta eſt cupiditas conſequendi bene
3 ficia, vt multos inficiat, ſicut peſtis. [a] † No. 2. caſum ſpecialẽ vbi

ADDITIO

a ¶Peſtis. Sed Goff. & Hoſt. ſentiunt, quod exigatur plena probatio ad probandam ſimoniam, nam in verbo, ſigna, ſubaudiunt. ſ. euidentia, & reũ conuincentia. 11. q. 3. eorum. & C. de prob. l. ſi. & iſtud eſt verius ſecundum D. Card. & videtur etiam tranſire But. & probatur infra eo. licet Hoſt. vt propter ſimoniam non procedatur ad condemnationem, ſed ad inquiſitionem tantum. ad idem de præſump. literas. vbi propter vehemẽtem præſumptionem, quis non condemnatur de hæreſi. Nõ ob. l. 2. C. de hæret. nam ibi dicitur, q̃ ſi quis deuiat a fide, leui argumento cenſetur hæreticus, tamen illud debet plene probari. Non ob. c. cum contumacia, de hæret. in 6. quia ibi erat violenta præſumptio de hæreſi, quod declara, vt per gl. ibi. & in d. c literas, de præſump. ſic ẽt dici debet in crimine ſimoniæ, quod non ſufficiat infamia, niſi deficiat in purgatione. & de hoc eſt caſus infra eo. in ſinuatum. Vnde dic, quod aut crimen ſimoniæ eſt publicum, & notorium, vel poteſt plene probari, & tunc debet deponi, vt infra eo. in ſinuatum. i. reſp. Aut non poteſt probari, ſed laboſat publica infamia, & tunc poteſt prohiberi à celebratione miſſarum, & ſic ſuſpendi ab officio, vt in duob. cc. præced. Sed non poterit imponi pœna ordinaria, niſi deficiat in purgatione, vt in c. in ſinuatum, in cuncta gl. ſi. infra eo. & iſte tex. ideo vitur verbo, ſigna. quia de mente alterius non poteſt conſtare, niſi per ſigna, vt dicit D. Car. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 vbi in crimine graui, & grauissimo proceditur p̄ sola signa. i. per verisimiles probationes: nam rīr in criminibus, debēt esse probationes luce clariores, vt in l. sciant cūcti. C. de ꝓb. canonizata. 2. q. 8. c. sciant cūcti. & 5. q. 6. Epiphanium. Sed in isto crimine simoniæ, in odium sui, admittunt̄ præsumptiones: & ita in crimine hæresis, de quo in ca. cū contumacia, de hær. li. 6. & in l. 2. de hær. † In gl. 1. in fi. vel dic secundū Host. ꝙ homicidiū est horribilius: sed crimē simoniæ est grauius. vel simonia est grauius delictū, quoad inficiendū characterē: vn de puto sic dicendū, ꝙ aut qs credit, ꝙ possit acqrere mediā tē pecunia gratiā Dei: & tūc cū iste sit hæreticus, grauius peccat, vt dixi in cap. præcedēti: sed vbi cuitat̄ hæresis, tūc homicidium est grauius delictū, respectu committentis, & illius, in quem commissum est; sed quoad inficiendum characterem, simonia in ordine est grauius delictum. quod bene no.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus potest accusari per quantumcunque criminosos, et aliàs inhabiles. puta per meretricem, vel seruum proprium. 2.*
3 *Criminosi, si ad aliquem actum vocentur, contra regulas iuris communis, non venit meretrix.*
4 *Simoniacus in ordine, etiam occultus, est vitandus, & sine peccato non audiuntur diuina ab eo.*
Excommunicatus toleratus, non est vitandus in diuinis, sed in occulto sic, vt erubescat.
5 *Simoniacus in ordine est suspensus, & quo ad se, & quo ad alios, & non dispensatur nisi per solum Papam.*
Simoniacus in beneficio, an, & quando sit suspensus.

CAP. VII.

a 1 Tanta. [a] †Simoniacum accusare pōt seruus, meretrix, & criminosus. h.d. & duas habet partes, sicut duas reddit rōnes. secunda ibi, itē oīs. Casus literalis, dubitabatur circa crimen simoniæ, quæ personę in ipsius probatione essent recipiendæ. Et resp. Pa. ꝙ pp magnitudinem criminis simoniæ serui aduersus dn̄m, & quilibet criminosi admittuntur ad accusationem ꝫ simoniacos. Item oīs peccator potest cantare missam præter simoniacū, quem quilibet accusare potest, ēt meretrix,
2 vt ab ordine male accepto remoueatur. Ber. † Not. 1. ex tex. casum in quo seruus pōt esse in iudicio, ēt accusando dn̄m, & est speciale in crimine simoniæ. rīr aūt serui non stant in iudicio. de quo. ff. de iudi. l. vix certis. 3. q. 11. c. pen. § fi. in fi. &
3 c. fi. in prin. † Secundo collige, ꝙ sub dispositione gn̄ali, qua criminosi admittuntur ad aliquos actus, non cōprehendit
b meretrix. [b] nisi specialiter de ea cauetur; ꝙ clare innuit hæc litera. nam primo dixerat quoslibet admitti ēt criminosos, & postea subiungit meretrices. licet enim & ipsa criminosa sit: tn̄ propter eius vilitatem, repellitur gn̄aliter à legitimis actibus. & specialis prouisio requiritur circa ipsius habilitat em. ar. l. qm̄ Alexandrum. C. de adul. & l. quæ adulterium. & facit hoc c. ad statuta loquētia de criminosis. In gl. 1. ibi, si accusatus fuerit infamatus. hoc limita qn̄ clericus accusat̄ à laico criminoso, tūc enim requiritur, vt accusatus clericus sit malæ famę. secus vbi laicus à laico, vel clericus à clerico. de quo
4 plene dixi. c. cum p. all. in gl. & in c. per tuas, ꝯ. eo. ti. † In gl. 2. in prin. hęc solu. licet prima fronte videatur vera: tn̄ in veritate non procedit. nam & simoniacus in ordine, est præcisus ab ecclesia. ergo nullum speciale poneret iste tex. in simoniaco & ēt sequens sol. gl. posset impugnari. ideo conclude breuiter post Inn. ꝙ alios peccatores, ēt præcisos ab ecclesia, tolerатos non tenemur vitare, ēt in diuinis. nā licite audimus diuina, ēt ab excōicato tolerato. & facit c. cum nō ab hoīe. ꝯ. de senten excomm. licet possimus in occulto eos vitare, vt erubescentes agant pœnitentiā, arg. c. vestra, de cohab. cler. & mulie. Sed simoniacū in ordine, quantumcunque occult̄ū
c tenemur vitare in diuinis, ꝙvt in c. pter. §. verū. 32. di. sic intelligе tex. quod peccator ēt si præcisus, toleratus tn̄ in ecclesia, pōt quo ad alios celebrare, licet peccet celebrādo. Sed simoniacus in ordine, quantumcunque toleratus, nec quo ad se,
d nec quo ad alios, potest missam cantare. [d] † In ea gl. ibi, nisi
5 renunciet beneficio, &c. Conclude latius, assumendo aliqua dicta Inn. ꝙ aut quis est simoniacus in ordine, aut in beneficio. Primo casu, suspensus est quoad se, & quoad alios, nec ꝓ dest renunciare beneficio, nec dispensatur cum eo, nisi per solum Papam. 1. q. 1. in c. gratiam. Si vero est simoniacus in beneficio. & tunc si est occultus, non est suspensus quoad alios: sed quoad se tn̄; & si renunciat beneficio; pōt ordinē suum exequi post peractam pœnitentiā. sed illo beneficio retento, in quo fuit simonia commissa, non potest agere pœnitentiam, vt in c. inquisitionis, in prin. supra de accu. Si vero est manifestus, & tunc est suspensus ēt quoad alios, & licet renunciet beneficio, eget tn̄ dispensatione, sicut quilibet notorius criminosus, vt in c. fi. de tempo. ord. Sed potest cum isto dispensari per eūm, dummodo non sit ille eūs, qui commisit simoniam, vt not. 3. q. 5. præsentium. Itē, quod dixi notorius simoniacus in beneficio est suspensus quoad alios, est verū: qn̄ simonia fuit commissa, eo sciente: secus si eo ignorante, puta per patrem, vel amicum: tunc enim non est suspensus quoad alios, sed non potest illud beneficium licite retinere, sine dispensatione, vt præalleg. c. præsentium, & quod no. in
c c. sicut. & c. nobis, ꝯ. eo. [c]

ADDITIONES.

a ¶Tanta. Ad materiam huius decretalis, vide no. per doct. in c. veniens, il. 1. supra, de testi. Seb. Sap.
¶Tanta. An sit indistincte verum, ꝙ quilibet criminosus, vel alius admitta tur ad accusandum, vel testificādum in crimine simoniæ, vide tex. & gl. in c. sane. 12. q. 3. in c. quæro. §. porro. 6. q. 1. & gl. 6. q. 1. in summa; & 2. q. 4. in sum. Et vide quod late habetur de hoc in c. licet Heli, & in c. per tuas, el 1. ꝯ. eo. & elegantissime per d. meum Fran. de Are. in c. veniens, el 1. de test. in suis recollectis. Bar. de Bel.
b ¶Meretrix. Ex hoc videtur posse inferri, ꝙ meretrices nō admittuntur ad testificandum in crimine simoniæ, quia nulla iura specialiter dicunt meretrices admittendas, sed criminosos tantum. Et licet tex. iste velit, ꝙ meretrices admittantur ad accusandum, non tamen sequitur, ergo ēt ad testificandū, quia maior idoneitas requiritur in testificādo, propter maius periculum. c. licet Heli, in fi. ꝯ. eo. Contrarium tamen tenet gl. hic, in fi. & Alex. in cons. 11. inc. circa primum dubium, quo quæritur. in 1. vol.
¶Meretrix. Quando in dispositione generali fit mentio de criminosis, ex aliquid permittendo, non comprehenditur meretrix. Et no. quia est vtile in practica, & adde, ꝙ meretrix non est infamis. Gl. est in l. Pantonius. ff. si quis à paren. manu. fue. & Domina lupanarij est infamis. Gl. est in c. 1. 32. q. 5. Quæ autem proprie dicatur meretrix, vide tex. & gl. in c. meretrices. 32. q. 4. & in c. viduæ. 34. dist. Et vide qd̄ de istis meretricibus scribit d. Ab. in c. inter opera, & quod ibi notaut. de spon. & vide opti. tenen. in l. palam. in prin. ff. de rit. nup. Item vide, quod singulariter scripsit post Dom. in c. mulieres. §. 1. in prin. de iud. lib. 6. Item vide pulchrum tex. in l. per adulterium, C. de adul. Et adde, ꝙ illud, quod dicitur de meretrice, habet etiam locum in illa, quæ fuit meretrix. Tex. est notabilis in l. palam. § non solum. ff. de ri. nup. Et bene facit tex. in l. prætor. §. his etiam. ff. de eden. & quod scribit d. Ant. in procemio Gregoria. in 1. char. Sed forte illud est verum, solum quoad pœnam infamiæ. Tex. tamen ibi reddit rationem generalem. Et pro hoc facit, quod no. Bar. in l. 1. in prin. ff. de ædil. edic. Et dic, ꝙ vsurarius dicitur etiam ille, qui desiit ſenerari. De quo vide Bar. in d. l. palam. §. nō solum. Item adde, ꝙ priuilegio, quo gaudent mulieres, vt non possint capi pro debito ciuili, iuxta l. 1. C. de oth. di. iud. & auth. nouo iure. C. de cust. reo. non gaudet mulier meretrix, secundum Bal. in l. constantinum. vers. in gl. ad cogendum. C. quomo. & ibi iu. argum. tex. in auth. resti. & ea quæ par. §. fi. quod limitat Lud. Rom. in l. si vero, §. de viro, in 2. fallen. ff. sol. mat. nisi mulier esset nupta, & Iuniores viueret. Et alleg. in simili, no. per Ioan. And. in rub. de iniur. arg. l. si vxor. §. 1. ff. de adul. Sed dictum Bal. in d. l. consentaneum amplio esse verum, etiam in muliere, quæ desijt esse meretrix per tex. in d. l. palā. §. non solum. ff. de ritu nup. Et ista tene menti, ad ea, quę habētur per gl. & doc. in l. plerique, cum l. seq. de in ius voc. Bar. de Bel.
c ¶Tenetur vitare in diuinis. Adde Fel. pulchre in c. accusatum, in fin. ſ. eod. titu. Zach.
d ¶Cantare. Et ideo gl. in prędicto §. verum, dicit, ꝙ si quis scit aliquem simoniacum, licet sit omnino occultus, nō debet audire eius officium, & ita dicit hic Inn. pro hoc ergo, quod no. gl. 1. q. 1. si qui à simoniacis, quæ ibi cit, qd̄ si aliquis scit eūm suum simoniacum, licet sit occultus, potius debet pati excommunicationem, quā ab eo ordinem recipere. & inquantū Ab. Sic. dicit, quod alij criminosi tolerati, non sunt vitandi, & ab eis sunt recipienda diuina, intellige, nisi sint per sententiam suspensi, vel depositi, quia tunc toleratio non prodesset, vt dicit Inn. Alex. de Ne.
e ¶Infra eo. Et adde remissiones, quas dedi in fin. c. accusatum, supra eod. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simonia, in quibus rebus committatur.*
2 *Quicquid datur, vt quis recipiatur in aliquam religionem, simoniacum est.*
3 *Simonia committitur, siue detur aliquid, quando beneficium confertur, siue detur postea in progressu temporis.*
4 *Simoniam incurrunt recipientes, dantes, & mediatores.*
5 *Consuetudo tolerans simoniam, vel inducens, est nulla.*
6 *Moniales quando recipiunt aliquam in sororem, non debent ab ea, vel eius consanguineis aliquid petere, sed ipsi consanguinei aliquid spontè offerant monasterio, vel dicant volenti intrare, vt aliquid portet pro victu, non autem pacisc antur, quia esset simonia.*
7 *Simonia non committitur eo, quod beneficiati recipiunt beneficia, regulata eis annua pensione, dantes residuum fructuum alteri.*
8 *Cardinales locātes beneficia eis cōmēdata sub certa pensione, nō cōmittūt simoniā, secus si renunciat titulo cōmendæ, accepta certa pecunia.*
Simonia non committitur, si institutus in beneficio, soluit certam pensionem alicui Cardinali, quæ pensio fuit imposita beneficio vacanti soluenda per instituendum.

CAP. VIII.

a 1 Non satis. [a] †Simoniacum est, pretium recipere pro ingressu religionis, & ꝓ prioratibus, vel in capellis ꝓcedēdis, ꝓ p̄latis instituēdis, pro ꝓcedēda sepultura, ꝓ chrismate, ꝓ oleo sancto, pro

ADDITIO.

a ¶Non satis. Extende hunc tex. vt per Abb. in c. ad nostram, ꝯ. eo. & in c. ea quæ, ꝯ. eod. Seb. Sap.

pro benedictionibus nubentium, vel alij sacramentis, nec valet consuetudo in contrariū. h. d. cum seq. Diuiditur, nā primo ponit consiliū tripliciter prohibituum diuisim, cuius transgressores, & confessores dicit simoniacos, secundo cōiunctim ponit aliā tripliciē prohibitionē, damnans contraria consuetudinē, & causam reddit, secunda, ibi, pro sepultura. Casus liter. In casu isto prohibetur, ne ab his, qui transeūt ad religionē, aliqua pecunia recipiatur, nec prioratus, vel capellania pro aliquo pretio alicui concedatur, & qui cōtra fecerit, tā ille, qui dedit, quā qui recipit, vel consensit, simoniam committit. nec pro aliquo spirituali vlla exactio attenetur, non ob. aliqua consuetudine, quia diuturnitas tempo
2 Ber. † No. 1. ex tex. ꝙ ingressus [a] religionis est quid spirituale;
a vnde pro eo non dēt aliquid temporale exigi, alias commit titur simonia, vt hic, de quo plene dicetur in c. qm̄, ꝯ. eo. vbi
3 habetur de istis monialibus. † No. 2. ꝙ pariter simonia committitur, siue à prin. tpe institutionis aliquid temporale ex pacto detur, siue annua pars reditуum constituatur, nam vt conferre beneficium ꝓp illum annuum reditum, qui est
4 quid tēporale, de quo aliquid ꝯ. tangā † No. 3. ꝙ tam recipiēs tpale pro spirituali, quā dans; & cōscientes, siue mediatores,
5 inuoluuntur vitio simoniæ, ad hoc, c. per inquisitionem, ſ. de elec. & c. 2. de consef. † Vlt. no. ꝙ consuetudo non excusat in illis; imo aggrauat peccatum. quod intellige qn̄ diu perseuerauit in peccato, prætextu consuetudinis, de quo. 6. q. 1. c.
6 imitare. c. fi. de consuc. & ꝯ. c. prox. † In glo. 1. in fi. no. ex glo. duas bonas theoricas, & practicas cōficiendi instrumentū,
b qn̄ aliqua puella recipitur in monialem, [b] vt nō detur aliqd ex pacto, sed pure pro deuotione sua, ipsa puella, vel eius pater offerat monasterio aliquid. Secunda practica est, vt si hoc contingat ex defectu facultatis reditуum monasterij, ꝙ ꝓ via ctiuisdam protestationis, siue intimationis dicatur volē ti intrare, vt secū aliquid apportet, vnde possit viuere, nō aūt dēt deduci in pactum. & ita intelligo Inn. in c. tua, ꝯ. eo. vbi vt sentire contra istā gl. de quo ēt per Io. And. in c. qm̄, ꝯ. eo.
7 † Sed quæro extra gl. dr̄ hic, ꝙ non debent concedi ecclesiæ, seu capellaniæ sub annuo reditu, nunquid religiosi, quibus sunt cōcessæ aliquæ ecclesiæ ad vsum proprium, possint licite concedendo oēs fructus, retinere sibi annuam pensionē? & concludunt hic do. ꝙ sic. nec ob. c. prohibemus, nec c. significauit, ſ. de censi. quia verum est, ꝙ census nō dēt imponi ecclesijs, sed fructus, qui debentur alicui, bene pōt vendi,
2 vel locari, vt in c. vestra, de lo. & facit, quod no. in c. de monachis, & in c. auaritiæ, de præb. & in cle. 1. de iu. pa. † Et hæc faciunt ad q. quotidianam. nunquid Card. possint concedere beneficia eis commendata sub annua pensione? Et circa hoc sic concludę, ꝙ aut volunt locare commendam existēti apud eos, & possunt, sicut quilibet beneficiatus vēdere, & locare fructus sui beneficij, vt in præall. c. vestra spiritualia tamen non debent locari, de quo dic, vt dicam in c. quoniā, & c. fi. ne præal. vic. sū. aut volunt renunciare tit. commendæ, vt beneficium conferatur alij per Papam; & tunc si prædedit pactū, vt habeāt certam pecuniā, non est dubium, ꝙ
c cōmittitur simonia, & magis committerēt ipsi Car. quam ille, qui confert, quia ipsi nihil conferūt, sed tātum renunciāt commēdæ, & recipiūt pecuniam ex pacto; est. n. illa renūciatio simoniaca. ad hoc, quod no. gl. in c. ex parte, ſ. de offi. delег. Sed cautela posset fic adhiberi, dumtamen [c] non præcedat prius priuata pactio, vt Pa. ex offi. suo induceret Cardinalem ad renunciandū, & postea apponeret certam pensionem beneficio vacanti soluendam Cardinali annuatim per instituendum, & hoc transiret sine vitio simoniæ. ar. op. in c. nisi, de præb. nā, & si pro vita religiosorum qn̄q; apponuntur istæ pensiones ecclesiæ, fortius pro sustentatione Cardinalium, quorum consilio regitur orbis. & absq; dubio cō sultius prouideretur vniuersali ecclesiæ, apponendo hmōi pētiones potius, quam cōcedēdo eis ecclesias in cōmēdas, quia destituuntur sic ecclesiæ proprio rectore, & male defer
a uitur ipsis ecclesijs in spiritualibus, & temporalibus. [a]

ADDITIONES.

a ¶Ingressus. Vide Abb. in capit. 2. in primo not. supra, de statu monacho. Seb. Sap.
b ¶Monialem. Quando puella recipitur in monialem. Adde ad dilucidationem huius dubij Bar. in l. 2. C. de iustit. & iubū. & ibi omnino Alex. in fi. eundem Bar. & melius, in l. Titio centum. § j. ff. de cōd. & dem. & in auth. res, quæ. C. comm. de leg. & fideicom. ver. quæro. an pro filia. Zach.
c ¶Dum tamen. Vide mirabilem decisionem ad verba Abb. hic, quam ponit Fel. in c. ad audientiam. supra, de reser. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo licet prava, & inhonesta, excusat à pœna temporali.*
2 *Simonia, an possit committi, circa sacramentum matrimonij.*
3 *Maritus ignobilis, si aliquid dat vxori nobili in recompensationem parentelæ, licite dat, & huiusmodi donatio valet.*
4 *Donatio remuneratoria inter virum, & vxorem, valet etiam non expectata morte alterius coniugum.*
5 *Presbyter si non vult baptizare aliquem sine pecunia, an debeat illi dare dictam pecuniam, an vero baptismum relinquere.*
Pro baptizato habetur, qui habet voluntatem baptizandi se.
Baptismus, etiam collatus à laico, tenet.
Simoniā nō cōmittit ille, q̄ ē necessitatus dare pecuniā pro spūalitate.
6 *Vsuram non cōmittit ille, qui necessitatur accipere pecunias sub vsuris.*
7 *Simonia non committitur si quis dat, vel pollicetur pecunias alicui pagano, vt faciat se christianum, nisi ille paganus efficeretur christianus ob illas pecunias.*
8 *Simonia committitur ex parte recipientis si accipit pecuniam ne conferat spiritualia simoniace.*

CAP. IX.

Vm in ecclesiæ. Summatum est supra, in c. præcedenti, & diuiditur, quia primo ponit factū horribile, & excusationem consuetudinis improbat. secundo illam
1 reprobat, quia simoniaca, ibi, ne igitur. † No. 1. ex tex. ꝙ prauа cōsuetudo pōt appellari lex mortis, appellatur enim lex, quia ab impijs, vt lex, & priuilegium obseruatur. ideo radicitus, & velociter est extirpanda, vt 8. dist. c. mala consuetudo. appellatur lex mortis, quia infert mortē æternam: sed quo
a ad pœnā temporalem multum excusat, [a] vt no. 4. dist. c. denique. & in c. cum venerabilis, de cōsue. Secūdo, ex eodem verbo colligo; ꝙ peccatū successiuum est granius, & grauiori pœna afficiendū, quā sit momentaneum. & ꝙ peccatum detinet temporaliter, & inuisibiliter animam vinculatā, seu alligatā, sicut vincula tenent corpus visibiliter. Vltimo not. qd̄ oīa spiritualia, largo modo, pōt appellari sacramenta, vt colligitur, ibi, seu alijs sacramentis, &c. proprie tn̄ sunt septē sacramenta, de quibus in c. veniēs, de trāsactionib. per gl. in gl. 2. in fi. vel dic fm Vincen. quod hoc procedit de iure ciuili, de iure vero canonico non valet cōsuetudo aliqua, vt pro spirituali aliquid detur temporale, & an, & quando possit aliqua consuetudo in hmōi introduci, dicam in c. ad sedem
b apostolicam, ꝯ. eo. [b] † In gl. in ver. benedictionib. nubētium, [c]
2 & c. ibi, gra non confertur. Io. And. hic, & in c. vnico, de sac.
c vnct. determinat contrariū, dicens, ꝙ ēt in matrimonio, gra confertur, & ad c. connubia, alleg. pro contrario, respond. quod in benedictionibus nubētium, & in alijs sacramētis, adest præsentia sancti spiritus, & gra, sed im matrimonio, in in actu, s. copulæ carnalis, licet non adsit præsentia sancti spiritus, propter horrorem, & quia hō efficitur totus carneus, pōt tamen ibi adesse gratia, puta si facit cā reddendi debitū, nam tūc coniunx meretur. 23. q. 5. c. j. 27. q. 2. c. si tu abstines. Nec ēt valet ar. gl. dum dicit, quod pro benedictionibus nubentiū, nō dēt aliquid exigi, quia confertur gratia spiritus sancti, & tunc prohibetur exactio pecuniæ, exemplum in
d electis. [d] Et an sit indistincte verum, ꝙ in matrimonio possit licite

ADDITIONES.

a ¶Quo ad pœnam temporalem multum excusat. Adde Lud. Ro. fin. 29. inci. an consuetudo. & Fran. de Cre. sing. 150 quod inci. nos puerorum alleget vterq; ad hoc gl. fi in c. cum venerabi. is. per istum hic alle. supra de consuet. quam diligenter vide, & quod ibi notaui in apost. ad istū. nu. 5. in apost. in ver. quod pœnam, dixi insuper in apo. ad eundē post alios, in c. quoniam, nu. 13 in apost. in ver. tex. cum gl. ſ. de const. Fel. in c. 1. ſ. de re iud. Alex. cons. 22. vol. j. & cons. 107. vol. 2. Bal. cons. 39 vol. 1. Ro. consil. 466. Car. cons. 132. & Per. de Anch. cons. 46. inci. consuetudo. & cons. 271. inci. ture scripto, & consuetudine. Zach.
b ¶Infra eo. Habetur etiam in c. suam, & in c. sicut pro certo, & in c. Iacob. infra eo. Alex. de Ne.
c ¶Nubentium. Adde hic bonam gl. 32. q. 2. in gl. 1. gl. in c. ad apostolicam, in verbo desponsata, infra eo. & gl. in c. licite. 32. q. 2. quæ manifeste sentit, ꝙ per sacramentum matrimonij non confertur gratia. Et vide omnino, d. Ant. in c. 1. de sacra vnctio. & vide omnino, quod ibi notaui. vt ibi late examinando concludit etiam ipse, ꝙ per sacramentum matrimonij cōfertur gratia. Item in quantum gl. dicit hic licere dare pecuniam pro matrimonio, intellige hoc prout eleganter dicit Bea. Tho 2 2. in fi. vbi dicit ꝙ matrimonium non solum est sacramentum ecclesiæ, sed etiam est officium naturæ, & ideo dicit, pro eo inquantum est naturæ officium, licite datur pecunia. Et de isto articulo, an liceat dare pecuniam pro sacramento matrimonij, vide gl. fi. in c. significante, qui matri. accu. post. & omnino per Dominic. in c. his ergo, circa fi. 23. di. post gl. & Bar. in l. fi. ad fi. C. de transl. Bar. de Bel.
d ¶Electis. Dominus Card. hic, in 2. oppositione dicit, quod quando copula est meritoria, non videtur sibi ratio, quare spiritus de dignetur adesse in opere diuinitus instituto, Mihi tamen magis placet illud quod dicit Abb. Sic. scilicet, quod præsentia spiritus sancti non adsit operi carnali, etiam si sit meritoria, quia de hoc est tex. apertus in præalleg. c. connubia, 32. q. 2. & quando copula sit meritoria, & quando incurratur peccatum mortale, vel veniale, ex ipsa, vide gl. in c. quicquid. 32. q. 2. & 5. di. ad eius vero concubitum, plene dixi post Bar. in rub. de spons. Nunquid autem gratia spiritus sancti maneat semper in sacramentis, donec sunt in corpore mortali, dic, quod sic, quo ad virtutes, sed quo ad miracula, & virtutem propherandi manet ad tempus, & recedit ad tempus, vt de pœ. di. 2. quærendum. & c. potest. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit licite interuenire pecunia, conclude, q̃ pro dote, & ꝑ donatione pp nuptias, licite pōt interuenire, quia proprie non datur pro matrimonio. i. vt ꝺhatur ipsum mat. sed pro onere matrimonij, vt in c. per vestras, sup. de do. post di. rest. Item ante matr. ꝺctū pōt interuenire donatio inter sponsos, dummodo conferatur in tps matrimonij. vt in l. 1. C. de do. ante nup. sed in matrimonio ꝺhendo, si inducatur alter ad matr.
a non valet donatio, seu promissio facta ab altero cōiugum, [a] quia vī fieri ob turp. cau. s. libidinis extorquēdæ, ita vult tex.
3 no. in l. si ita stipul. §. si tibi, & in l. si diuor. ff. de ver. obl. † Dicit
b tñ sing. Bar. in vtroque loco, qđ si puella [b] erat nobilis, & vir esset plebeius, tunc licite pōt aliquid donari, vt ꝺhatur matr. quia vī donatio remuneratiua, & in compensatione parentelæ, & non cā libidinis, qđ est valde notandum. † Et per hæc dicta Bar. audio Bar. de Sal. consuluisse, qđ valet donatio facta inter coniuges, qñ est remuneratiua seruitij recepti, vt si contra affectum coniugalem, maximum beneficium collatum est vxori per virum, & cō, ita, q̃ alter alteri sit obligatus ad antidora, tunc enim tenet donatio, & obligatio facta ēt non expectata morte alterius coniugum, quia simplex donatio prohibetur inter coniuges, vt in c. fi. de do. inter vir. & vxor. nō aūt donatio remuneratiua, illa enim proprie, & stricte non est donatio, cum nō procedat ex mera liberalitate, vt l. 1. ff. de do. sed procedit, vt satisfiat obligationi ad antidora. l. sed & §. §. cōsuluit. ff. de peti. hær. & in c. cum creatura, de
5 celeb. miss. & in c. cū in officijs, de testa. & hæc not. † Extra gl.
c quæro, nunquid possit licite dari pecunia [c] facerdoti, qui nō vult aliter baptizare, an potius sit sacramentū baptismatis reliquendū? de hoc vide bo. gl. in c. baptizandis. 1. q. 1. vbi vī cō cludere, q̃ aut iste baptizandus est adultus, & non dēt aliqd cōtribuere, sed potius baptisma relinquere; quia ex quo credit, & nō deficit per eū, quo minus baptizetur, habet pro baptizato, arg. in c. debitum, & qđ ibi no. sup. de bapt. & in c. 2. de presb. nō bap. & qđ ibi no. in gl. alias baptizet se ipsum, se cūdum illam gl. hoc tū vltimum parum prodesset, quia dīa dēt esse inter baptizātem, & baptizatum. in præall. c. debitū. Item dic, q̃ pōt se facere baptizari à laico, quia à quocūque coliatum fit, tenet, vt in c. 1. in vet. sacrm, sup. de sum. Tri. Si vero est infans, tunc sunt opi. Quidam enim dicunt, nihil esse tribuendum, sed potius infantem dimittendū sine baptismo, quia non dēt quis peccare, vt infans acquirat vitā æternā. 14. dist. c. quod ait Loth. & ibi glo. & 46. dist. c. sicut, alij dicunt, q̃ licet nō deberet dari, tñ potius, quā dimittere infantem sine baptismo, pecunia esset danda, & hoc intellige, qñ non reperitur alius, qui sciat baptizare, & putarem, q̃ licite posset hoc casu dari pecunia, licet illicite recipiatur, qa iste, qui donat, ductus necessitate donat, non vt emat spirituale, sed potius, vt tollat impedimētū illicite præstitū huic sacro.
6 † Sicut in fi. dicimus de recipiente pecuniam ad vsuram, vt si voluntarie hoc faciat, inducendo aliū ad vsurā committendam, peccet, secus si hoc faciat ex necessitate, vt not. in c. sup
7 eod. inf. de vsur. & facit quod no. sup. c. prox. † Scdo quæritˇ, nunquid licite detur pecunia pagano, vt se baptizet? de quo vide gl. in c. quā pio. 1. q. 2. & recitantur opi. & quidā dicunt, q̃ licite pōt dari, exemplo B. Syluestri, qui bona temporalia pollicebatur paganis, vt facerent se Christianos, alij ꝺ, mihi placet hæc opin. q̃ aut faciunt ꝑp paupertatem, qua pagani nolunt venire ad fidem Christianam, & tunc licite eis posset pecunia promitti, nam multi Iudæi, multas diuitias congesserunt ex vsuraria prauitate, & timent venire ad fidem, quia oportet eos oīa male ablata restituere: hoc. n. casu licite puto pecuniā eis posse promitti, vt veniant ad fidē, sed si nō habent propositum veniendi ad fidem, nisi ex cupiditate pecuniæ promissæ, tūc puto ꝺrium, quia in talibus parū prodest baptismus. 15. q. 1. c. non est. imo peccant, quia abutunt̃ bono, & dantes non euaderent peccatum. ar. 33. q. 5. c. ad fidē,
8 sed secundū primū membrū arbitror fecisse B. Syuest. † Vltimo quæritur, quid si pecunia datur episcopo, vt simoniace non conferat spiritualia? dicunt doct. quod simonia est ex parte recipientis, non autem ex parte dantis.

ADDITIONES.

a ¶Ab altero coniugum. In contrarium ponderat Abb. tex. in c. de illis, sup. de cond. app. vbi respondet duob. modis, vt ibi per eum. Seb. Sap.
¶Ab altero coniugum. Valet donatio, per quam alter coniugum inducitur ad cōtrahendum matrimonium, nisi sit remuneratoria. Et adde omnino, quod no. dom. Abb. in c. gemma. sup. de spon. & in c. fi. de dona. inter vir. & vxo. & quod ibi late notaui. Bar. de Bel.
b ¶Quod si puella. Vide tas. in l. si non fortem. vers. secundus effectus. ff. de cond. ind. & late in l. ex hoc iure, vers. tertius effectus. ff. de iu. & iu. vbi ad hoc plura alle.
c ¶Pecunia. Nunquid liceat dare pecuniam ei, qualitas non vult baptizare infantē moriētem determinat in terminis beatus Thomas. 2. 2. q. 100. ar. 2. circa med. vbi omnino vide. Sed tu de hoc omnino vide eleganter in terminis per sanctum Thomam. in 4. Sent. dist. 5. q. 2. art. 2. in fi. quantum ad adultum volentem baptizari, concludit illud idem, quod dicitur, sed quantum ad petentem infantem baptizari, dic, q̃ si sacerdos non vult illum baptizare, poterit ipse baptizare, & si nō habet aquam, poterit emere ob hoc, & etiam poterit emere aquam consecratam, quia emit eam, vt puram aquam, non vt cōsecratam, quia ipse non baptizat aquā illā, & nullam dicitur committere simoniam. Item vide sanctum Thomam. in 4. Sent. dist. 2. q. 2. art. 1. ante fi. vbi dicit, q̃ si baptizans intendit baptizare, vt lucrum ipse consequatur, baptisma verum est, quia cōformatur intentioni ecclesiæ. Et de hoc an possit pecunia dari pro baptismo, vide gl. & ibi omnino Dom. super ea, in cap. qui syncera. 45. di. Quare autem non est danda procuratio pro baptismo, sicut pro consecratione, declarat gl. in c. relatum. 4 q. 4. Bar. de Bel.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem non debet petere prælatus, nisi in casibus à iure expressis, vel his similibus.*
2 *Procuratio debetur episcopo, non solum si visitat, vel consecrat loca remota, sed etiam vicina.*

CAP. X.

1 GVm sit. Breue est, nec pōt summari. † No. primo casum, in quo præter visitationem debetur procuratio, qñ. ſ. epˢ, siue prælatus vadit ad
a consecrādū ecclesiā, & dicit hic Vin. & doc. cōiter
b post cū, q̃ in nullo casu prestabit, procuratio [b] prælato pro officio suo impendendo, nisi in casibus à iure expressis. & no. hoc dictum, tanquā singulare: quia quotidie allegatur. Exigens ergo procurationem, dēt allegare casum expressum secundum doct. Sed ego putarem, quod in similibus expressis, possit procuratio exigi ad hoc q̃ no. gl. & doct. in c. sicut, supra, de accusatio. & tex. iuncta gl. in simili, in l. 1. C. de cond. ind. & in c. statutum, post prin. de rescri. lib. 6. non enim ob iuris articuli, pñt lege complecti, sed est de similibus ad similia procedendum, vt l. non pñt. ff. de legib. & in c. cū dilecta,
c de confir. vti. vel inutili. [c] † In glo. prima, ibi, potius pro labore &c. hanc opi. tenuerunt quidam: sed non placet Host. q̃
2 sequeretur, q̃ data vicinitate locorū, nō deberetur ista procuratio. No. bene hoc dictum Host. ex hoc. n. sentit, q̃ quantumcunque ecclesia consecranda sit vicinia episcopatui, nihilominus pōt à consecratore exigi procuratio. qđ placet, tum, quia ista litera loquitur indistincte: tum quia idem videmus in procuratione debita rōne visitationis: quia debetur etiam ab ecclesijs, quæ sunt in propria ciuitate, vt in generabili, de censi. Est ego hæc procuratio annexa visitationi & consecrationi. & datur non pro labore sacramenti, quia daretur pro ipso sacramento: cum sit connexa. 1. q. 3. ibi. obiecerit. sed præstatur in signum cuiusdam superioritatis, & vt facilius prælati inducantur ad visitandum, & consecrandum, facit pro hoc no. Inn. in c. Romana. de censsib. li. 6. Quā
d re autem in consecratione, [d] & visitatione exigi pōt procuratio, & non sic à baptizandis. vide gl. 10. q. 3. relatum. quæ dicit hoc fieri, ne propter auaritiam, seu paupertatem homines subtraherentur, seu submouerentur à sacramento baptismatis. Et not. hanc gl. in quantum dicit, propter defectū facultatum ecclesiæ, debet episcopus proprijs sumptibus ecclesiam consecrare. tenementi.

ADDITIONES.

a ¶Consecrandum. Idem esset si episcopus iret ad reconciliandum ecclesiam solutam, vt dicit Ant. in c. proposuisti, de consecra. eccl. vel alta. Sed contrarium dicit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de salario. § 1. in fi. Bar. de Bel.
b ¶Procuratio. Episcopus, vel alius prælatus non debet habere procurationem à subditis, nisi in casibus à iure expressis. Et idem dicit Vinc. in c. querente. de of. ord. prout refert Ant. in d. c. proposuisti. Et idem dicit Vin. in c. cum ab omni. de vi. & ho. cle. prout late referē do dicit Arch. c. quærendum. 4 q. 3. Et ideo dicit, q̃ epi vocati ad depositionem clericorum debent venire sumptib. proprijs. Et idē dicit de epis, qui vocantur ad consecrationem eorum, de quib. dicit Arch. in c. si forte. 12. di. Et dicit notare Arch. in 5. c. cauendum, quod quando aliquis tenetur aliquid præstare, dēt illud præstare sumptib. proprijs, nisi iure reperiatur expressum. Sed in contrarium vī gl. & ibi Arch. in c. nos aūt. 16. q. 1. & gl. in l. liberi. C. de testi. Attamen illam gl. approbat ibi Bal. Et cum eo, quod dicti epos comprouinciales vocatos ad depositionem clericorum dicenire proprijs sumptib. vide qđ no. do. Abb. in c. quibusdam. circa prin. de pēn. & do. Ant. in c. cum veteri, de ele. Et vide c. cū pro causa. de prob. & quod no. gl. in c. cupientes. in fi. de elec. lib. 6. & omnino quæ plenius me notaui posī gl. in c. nos autem. 16. q. 1. Bar. de Bel.
c ¶Inutili. Sed ego tenerem indistincte dictum Vincentij, ex quo Doct. ipsum sequuntur simpliciter. nec est bonum argum. à similia, quia in crebitantibus, non procedit argumētum de similibus ad similia, vt in aliquas actiones. C. de sacrōl. eccl. & in l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. cum simi. & ideo cum sit contra regulas iuris, quòd episcopo debetur procuratio, non est facienda extensio. Nam est dicendum, quòd non debent habere, nisi vbi reperitur expressum. & ideo tene opinionem Vinc. quæ est communis. Alex. de Ne.
d ¶Consecratione. Et pro ista glo. facit tex. in c. statutum. §. insuper, de rescript. lib. 6. & ibi etiam glo. dicit, quòd ordinarius, à pauperib. diuinatibus non exigit sportulas, vt in Authen. de mand. prin. §. si tibi. Pro ista glo. etiam facit. l. vna. C. de sala. hospi. non præstan. lib. 12. Sed contra istam glo. facit tex. in c. procuratores, de censib. & pro ista glo. vide Ant. in. Bar. de Bel.

§ V Ad-

SVMMARIVM.

1 *Conuictus de simonia, vel infamatus, si se non purgauerit, est deponendus. 5.*
2 *Electus simoniace in prælatum, est deponendus.*
3 *Notorie simoniacus, punitur tanquam si foret, vel confessus, vel conuictus.*
4 *Simonia non punitur per solam famam.*
6 *Principes etiam laici, qui accepta pecunia consentiunt electioni alicuius in prælatum, committit simoniam, & tenentur illas pecunias restituere illi ecclesiæ, de cuius prælatura agebatur.*
7 *Confessio extraiudicialis, facit indicium ad torturam, & aliquando ad pœnam, & est sufficiens ad priuandum quem beneficijs suis.*
Glorians se commisisse tale crimen, punitur pro delicto gloriationis.
8 *Confessus in iudicio timore futuræ probationis, non dicitur sponte confessus.*
Confessio spontanea, quæ dicatur.
Confessus per viam inquisitionis, acrius punitur, quam conuictus.
9 *Simoniacus in ordine, debet deponi ab ordine male accepto.*
10 *Patronus laicus alicuius ecclesiæ collegiatæ, an habeat cōsentire in electionem prælati.*
Collatio beneficiorum, nō potest fieri per laicum, nec per ipsum acquiri: etiam ex consuetudine, de cuius initio non sit memoria.
11 *Pecunia simoniace accepta per regētes ecclesias, quomodo distribuatur, & qualiter accipientes puniantur.*

CAP. XI.

a
2 DE hoc. [a] † Conuictus de simonia, deponēdus est. Idem est in infamato, qui se purgare non pōt. 2. pars principalis ibi, regē. Casus liter. Epˢ Exon. ante suā electionē promisit Arch. quod dam beneficiū, & cuidam clerico quēdā prioratū, vt vterq; electioni suæ cōsentiret. Itē rex, & alij principes pecuniā receperunt, vt electioni consentirent: quæsiuit archiepˢ, qd esset ibi agendum super prædictis. Resp. Papa, q̃ si notorium est, dictum Archi. & clericū recepisse promissa ob cām illā, vel exinde confessi fuerint in iure, vel legitime conuicti, ab altaris ministerio perpetuo sunt deponendi. Si vero non est notorium, nec conuicti sunt, vel confessi, sed publica laborāt infamia indicēda est illis purgatio, in qua si defecerint, sunt puniendi. Rex aūt, & principes sunt inducendi, vt si quæ receperunt à dicto epo, vt electioni pñtarent assensum, ecclesiæ Exon. restituant, cū illa sine periculo aīæ retinere non possint. B. † No. 1. ex tex. q̃ pp vitiū simoniæ, ēt cōmissum in ele
3 ctione prælati, debet quis deponi ab officio, & beneficio. q̃ intellige, vt dixi in c. inquisitionis, ſ. de accu. † No. 2. q̃ pariter
4 punitur de simonia is, de cuius crimine notorie constat, vel confessus, seu conuictus. † No. 3. q̃ licet crimen simoniæ sit exceptū, & multa in ea sint spālia: sola tñ infamia non suffi
b cit ad puniendū de hoc crimine. [b] † Itē no. q̃ infamato ēt
5 de graui crimine pōt à principio indici purgatio, & deficiēs in ea pōt puniri, vt author sceleris. qđ limita fm ea, quæ dixi
6 in c. accedēs, ſ. de accu. † Vlt. No. q̃ reges, & principes, & alij laici recipientes pecuniam, vt consentiant electioni, seu promotioni ad aliquam prælaturā, tenentur illā pecuniam restituere ecclesiæ, de cuius prælatura agebatur, licet nō prouenerit ex bonis ecclesiæ. & hoc iō, qa in ignominiā illius ecc lesiæ fuit data pecunia, iō in recompensationē iniuriæ est
c illi ecclesiæ restituenda. [c] qđ bene no. in pract. nā cōfessores principū, vel ignorantia ducti, vel vt applaudant principib. negligūt eos ad pœnam inducere, & multi tales sunt hodie in orbe, de quorū salute diffidendum est. cū decedāt in tali pec-
7 cato. nā peccatum nō dimittitur, nisi restituatur ablatum, vt in reg. peccatum, de re. iu. li. 6. & in c. cū tu, ſ. de vsu. † In gl. in ver. confessi, ibi, extra iudicium nō præiudicat &c. intellige gl. q̃ confessio facta extra iudiciū super crīe nō præiudicat.
d ad plenū, producit tñ indiciū validū ad supponendū con fessum torturæ, [d] vt no. glos. & doct. in l. capite quinto. ff. de adul. Et quando transit in nomen specificum delicti, ēt plenē præiudicat: vt si quis extra iudicium gloriatur se cōmisisse tale crimen, nam tunc punitur pro delicto gloriationis, vt est tex. in c. quā sit, ſ. de excef. præla. & sentit Inno. in c. per inquisitionem, de ele. q̃ cōfessio extra iudicium de crimine, non est sufficiens ad priuandū quē beneficijs suis: cuius con
e trarium ipsemet sensit in præal. c. quā sit. De hac materia pleniſſime dico, in c. at si clerici, de iud. † In ea. gl. ibi, thesaurarius, [e] no. fin. gl. quia quotidie solet allegari, & idem no. gl. 15. q. vlt. in sum. & dicitur confiteri timore probationis, quando iam accersitus erat ad iudicium, secus aūt, quando non præcedente aliquo stimulo, sponte iuit ad iudicium, &
f confessus est crimen, quia tunc hæc confessio dicitur omnino spontanea, & per hanc gl. dico limitandum dictum Inn. [f] no. qualiter, & quando. 2. de accu. vbi dicit, q̃ si quis confitetur crimen, quantumcunq; graue, non præcedente directo ordine contra eū, poterit imponi pœna, quantumcunq; gra

uis statuta pro delicto cōfessato. intelligo. n. qñ iam vocatus erat ad iudicium, licet non per accusationē, secus si spōte accessisset. Host. tamen dicit hic, q̃ etiam si timore probationis quis cōfitetur, etiam in aliquo parcendum est sibi, licet non in totū, & erit arbitrarium, quanta pars pene indulgeatur, arg. in c. fi. de transſ. sed hoc dictum Host. nullo iure probatur, quinimo omnia iura parem pœnam infligunt cōuictis, & confessis, in iudicio, vt hic, & in l. si confessus. ff. de custo. reo. & c. 2. de confes. cum multis si. & facit illud notabile dictum Inn. in præalleg. c. qualiter, vbi vult acrius puniri cō
g fessum per viam inquisitionis, quam conuictum, vt ibi dixi. §
9 † In gl. in ver. deponēdi, ibi, si agatur in modum inquisitionis. & c. hoc procedit, vbi agitur contra simoniacum in ordine, & tunc etiam indistincte fit depositio, etiam ab ordine, quia retento ordine male accepto, non potest agere pœnitentiam. & ita intelligo. c. inquisitionis, al. in gl. & ibi dixi. sed si esset simoniacus in beneficio, tunc nō videtur, quòd per viam inquisitionis debeat fieri depositio. arg. ſ. eo. c. infinua
10 tum, & plene tetigi in præal. c. inquisitionis, & dic, vt ibi. † In glo. in ver. regem, ibi, non confirmatur electio, & c. pondera gl. quia aperte sentit, q̃ patronus, ēt laicus ecclesiæ collegiatæ, habet consentire in electione prælati; adeo q̃, nolente cō sentire, non firmatur electio. sed in veritate hoc est falsum de iure, si patronus non prætendit aliquam causam legitimam contradicendi, nisi hoc haberet de iure speciali, & à solo Pa. de quo vide bo. rex. cum glo. supra, de iu. pa. c. in nobis. facit tex. in c. cum in terra, sup. de elect. & forte iste Rex habebat in hoc priuilegium, sicut audio Regem Franc. & aliquos principes orbis, habere ex priuilegio potestatem
h conferendi certa beneficia: [h] de consuetudine tamen hoc non posset acquiri per laicum, etiam si esset tanti temporis, cuius initij memoria non esset, vt no. dicit Ioan. And. in c. 2. de præb.

ADDITIONES.

a ¶De hoc. Quando prælatus donat suo promotori, an hæc donatio censeatur simoniaca, vide Bal. in l. ab Anastasio, circa fi. C. manda. Bar. de Bel.
b ¶Crimine. Quod dic, vt plene dixi in apo. quam feci, in c. ficut, supra eod. Alex. de Ne.
c ¶Restituenda. Pro hoc facit, q̃ illi cui est facta restitutio, debet applicari pœna, vt dicit gl. magna, in fi. in c. sacrilegium. 17. q. 4. & in cap. si quis in actio. in tex. & glos. ea. causa. & q. & tex. in cap. presbyteri. infra de pœn. Bar. de Bel.
d ¶Ad supponendum confessum torturæ. Adde Bar. in l. quoniā. ff. de ijs, qui no. infa. Bal. in l. actus fustium. co. ti. An. in l. 1. ff. de confes. ifium, & Io. de Ana. in c. 2. §. e. & istū, in c. at si clerici. ver. sed quia supra facta est mentio. ff. de iud. Ro. deci. 180. inci. licet confessio extraiudicialis. & Ro. consi. 7. incip. visis necessarijs in facto proposito. Quod tamen dictum limita, vt notaui in apo. ad istum, in c. olim, nu. 6. in ver. subijci torturæ. vbi etiam Fel. ver. secundo, nisi reuocet. supra de resc. Zach.
¶Torturæ. Adde, q̃ huiusmodi confessio facit plenam probationem, quādo est verisimilis, vt concludit Tindarus in tract. de proba. vbi tractat de confessione. ver. nunc de criminalium, in prin. Et cuius sit effectus talis confessio, tradit Paris de Puteo in tract. syndicatus. col. 3. vbi dicit, quòd licet talis confessio non probet. Facit tamen, q̃ confessus possit extraordinarie puniri, quod gloriatus fuerit de delicto. Et de tali confessione, vide multa per Ang. de Are. in trac. malefi. in ver. fama publica. ver. quæro, an vnum iudicium, & in ver. necnon ad denunciationem. ver. quæro an confessio. Seb. Sap.
c ¶Probationis. Cum ista etiam concordat gl. in c. 1. 15. q. 8. & gl. in c. noua. 24. di. gl. in c. ex literarum, de temp. or. & gl. in c. presbyteri, 5. o. dist. Item an ille, qui semel negauit, si postea confitetur, gaudere beneficio debeat statuti, vel iuris canonici, vel canonis prementis confitentem, vide multum late Bal. in l. contra negantem. ver. quæritur circa hoc, nunquid. C. ad leg. Aqui. Et vide Bal. in l. 1. circa fi. C. de fur. Et an ille, qui confitetur factum, si negat qualitatem facti, gaudere debeat beneficio statuti, vide. per Bal. in c. 1. §. porro, in ti. quæ fue. pri. cau. benefi. amit. & plenissime Bar. in disp. tua, quæ incipit, per Italiam communiter sunt statuta. Item de prædicta quæstione, videlicet, an ille, qui primo negauit, & modo cōfitetur, gaudere debeat beneficio confitentis, concesso à iure cōi, vel statuto, vide omnino Bar. & Pau. de Cast. in l. eum qui, in prin. ff. de iureiu. Et de isto beneficio confessionis, vide omnino Bar. in d. disput. per Italiā. & per Bal. in l. ea quæ. C. de cond. ind. Et alias qōnes tangit Bar. in d. l. eum qui. in prin. Item si statutum pro certo maleficio imponit pœnam centū aureorum: & si confiteatur, dimittit quartam pœnæ, an fideiuſſ. in plici ter interecedens sit obligatus ad integra centū, die, q̃ sic. Ita elegāter. r. o. Pau. de Ca. in l. ſ. ff. de ei ius voc. Itē no. istā limi. & eius cōcor. & intellige, vt Pau. & elegāter tradit Domi. in d. c. fi. vltra medū, 24 dist. Bar. de Bel.
f ¶Dictum Inn. Vide ibi cum, in glo. magna. ver. sic. sed non magnus, & ibi d. Abbasem post eum. Et per illud dictū Inn. videtur probari q̃ mitius agitur cum confesso, quam cum conuicto. Quod etiam aliter probatur, nā condemnato in actione personali per sententiam diffinitiuam, dantur quatuor menses, vt in c. quod à consultationem. de re iud. Sed confesso non dantur nisi decem dies, vt no. gl. in l. si debitori. in fi. ff. de re iu. quod videtur esse contra doctrinam hic traditam. Bar. de Bel.
g ¶Dixi. Istud posset procedere, quando proceditur, vt infligatur pœna, secundum quod debet imponi inspecto iure cōmuni, vbi autem deberet procedi di penfatiue, potius esset dispensandum cum confesso, quam cum conuicto, ad hoc, quod no. Bar. in l. eum qui. in prin. ff. de iureiu. & hoc casu potest procedere opi. Host. Alex. de Ne.
h ¶Beneficia. Et hoc etiam priuilegium habet Rex Apuliæ, vt dicit gl. 16. q. 7. in summa. Alex. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de præb. lib. 6. in nou. † In gl. fi. in fi. Vel distingue clarius [a] secundum Host. & d. Ant. q aut quæritur de ecclesia sęculari, aut regulari. Primo casu, aut ille qui dedit pecuniã, non hẽt vnde viuat, & tunc restituetur isti, qui dedit, arg. in c. veniẽs, ỹ. eo. & arg. eorum, quæ no. in c. q te, de cler. coniug. Aut ha bẽt vnde viuat, & tunc, aut oẽs de ecclesia deliquerunt, aut particulares de ecclesia, primo casu oẽs de ecclesia debent deiici, & pecunia dẽt applicari illi ecclesiæ, quia non applicatur ipsis criminosis, cũ inde ejiciantur, secus si non ejicerentur, quia tunc dẽt applicari fisco principis. ſ. Papæ, secundũ Host. qui distribuat in pias causas, turpia. n. lucra à fisco extorquẽtur. l. fiscus. ff. de iur. fil. Si vero solus prælatus, seu particularis de ecclesia deliquit, tunc ipse solus punietur, & pecunia applicabitur ecclesiæ, in cuius ignominiam data fuit, vt hic. Secundo mẽbro principali, cum quæritur in ecclesia regulari, aut oẽs in ecclesia deliquerunt, & tunc datur pecunia ei, qui dedit, vt intret secundum monasterium, vt in c. veniens, ỹ. eo. Si vero particularis de ecclesia deliquit; tunc ne delictum suum noceat ecclesiæ, tenętur dare pecuniam secundo monast. quoad vsumfructum tantum; & mortuo ingresso redibit ad primum monast. & sic potest intelligi finis glo. vt limitet illud c. veniens.

ADDITIO.

[a] ¶Clarius. Tu de hoc articulo vide per B. Th. in 2.2. q. 62. ar. 5. circa mediũ, vbi concludit, quod ei, qui dedit per simoniam, non est facienda restitutio, licet is, qui accipit illam, non possit eam retinere, sed debet eam cõuertere in aliquos pios vsus. Sed vide de hoc latius p B. Th. 2.2. q. 100. ar. 1. in fi. vbi dicit, quod licet ille, qui recipit pecuniam, eam retinere non possit, tamen ille, qui dat, cum turpiter faciat, eam repetere non potest, Et si pro ecclesia consequenda datum est, debẽt pecunia, vel possessio, vel fructus simoniace percepti, restitui ecclesiæ, in cuius iniuriam data sunt, non obstante, quod prælatus, vel aliquis de collegio illius ecclesiæ fuerit in culpa, quia eorum pactum non debet nocere alijs, ita tamen, quod quantum fieri potest ipse, qui peccauerit inde commodum non consequatur. Si vero prælatus, & totum collegium fuit in culpa, debet tunc authoritate superioris, vel pauperibus, vel alteri ecclesiæ erogari. Item pro illo dicto D. Thomæ in q. 62. ar. 5. ad idem vide D. Tho. in 4. Sen. dist. 16. q. 2. art. 4. vltra medium. Bar. de Bel.

SVMMARIVM.

1 *Simonia est, quando pro aliquo obsequio, promittitur beneficium ecclesiasticum.*
2 *Clericus, in curia Papæ, vel in foro ecclesiastico, potest esse procurator laici, in curia vero sęculari non.*
3 *Excommunicati sunt ipso iure illi, qui recipiunt aliquid, ex eo, quod proponunt aliquod negocium pro alijs apud sedem apostolicam.*
4 *Familiaris alicuius prælati si inseruit ei pro beneficio obtinendo, committit simoniam.*
Beneficium collatum in aliquem ob seruitia temporalia recepta, est simoniacum.
5 *Prælatus habens aliquem ad sua seruitia sub certo salario, donec de beneficio prouideat sibi, an committat simoniam dando tale beneficium, retinendo maxime sibi salarium præteritum quod promiserat.*
Electus promittens dantibus vocem suæ electioni ad beneficium, committit simoniam.

CAP. XII.

VM essent. †Simoniacum est, pro temporali obsequio, beneficiũ ecclesiasticum promittere. primo ponit decisam controuersiã, & procuratoris dationẽ. sc̃do diffinitionem, & eius cãm, ibi, cumq;. Casus lit. R. clericus, & nobilis vir Guil. erant in præsentia dñi Papæ pro controuersia, quã inter se habebant, & qa nobilis ille in curia do. Papæ moram diutius trahere non poterat, pro se in cã illa constituit procuratorẽ, partibus in presentia Papæ constitutis, clericus ille confessus est, q miles ille promiserat ei dare ecclesiã, sup qua litigabat, si quoddã negociũ ipsius militis posset in presentia Papæ promouere, & qa promissio illa cõtinebat simoniacã prauitatẽ eidẽ R. Papa imposuit silentiũ sup ecclesia ipsa. B.

2 †No. ex tex. ar. clericũ posse esse procuratorẽ, siue solicitatorem in causa laici. qã dicit verum Abbas in curia Ro. siue in foro eccleſiastico, & pro hoc c. per venerabilem, iuncta su prascriptione, sup. qui fil. sint legi. secus sentit in foro sęculari. Sed dic, q ẽt in foro sęculari, nõ prohibetur clericus promouere vnum negocium laici. & iura, quæ prohibent clericum exercere negocium laici, debẽt intelligi gnaliter, qñ indistincte exercent procurationem, secus in vno negocio, &

a ita intellige in officio aduocationis, [a] & hoc est sin. dictũ Inn. & menti comẽdandum, in c. vnico, de obl. ad ratioc. & idem

b tacite sentit in cap. sed nec, ne cle. vel mona. [b] † Secundo no.

3 ex tex. q pro promouendo negocio apud sc. apost. non dẽt quis recipere promissionem, maxime alicuius spiritualitatis consequendæ; & hodie curialis, vel alius recipiens, vel faciẽs promissionem de aliqua vtilitate, vel re cõsequenda, vel obtinenda, de gratia, apud sc. apost. est ipso iure excõicatus de

c quo plene dic, vt in extrauag. Bonifacij, [c] quæ incipit excõicatus, & hodie multi incidunt in hanc excõicationem. † In

d gl. 1. in fi. no. duo sing. [d] in ista gl. primũ, q põt quis licite seruire alicui prælato, & sperare ab eo beneficiũ spirituale, nec ex hoc committit simoniam; licet sequatur collatio: nã hic gl. dicit, q non dẽt seruire principaliter, hac intentione: quasi dicat, q potest ab eo in genere sperare bonum temporale, & secundario ẽt beneficium spirituale. secus si nõ esset honestum. Ant. pro concordia dicit, q aut seruiens, & recipiens seruitium, ha bent respectum ad certum beneficium, & procedat ista gl. vt non liceat hac intentione principaliter ducere, aut tendunt ad beneficium incertũ, & procedit illa glo. Io. Andr. non video bonam rõnem diuersitatis, inter beneficium certum, & incertum; nec puto, q in aliquo casu licitum sit principaliter seruire pro spirituali beneficio consequendo: nec prælatus licite confert, si principaliter ducatur ad conferendum pro seruitio temporali recepto: quia id qđ in se debitum est, & honestum, non dẽt exerceri fauore humanæ gratiæ, sed recto iudicio, vt in c. nemo, ỹ. eo. & 11. q. 3. ca. episcopus. §. si ergo, & in c. graue, de præb. sed secundario bene potest haberi talis spes, & ita voluit gl. in c. quid proderit. 61. dist. & Innoc. in c. venerabilem, de elect. in fi. in vers. fiducia: & intelligo gl. in illo c. sunt nonnulli. 1. q. 1. secundum istam gl. & in

te aut horitate superioris, quod dicit Inn. forte procedere in
odium simoniæ, vel forte spectabat ad capitulū electio, & cō
firmatio. Si aūt electio spectaret ad capitulū, & confirmatio
3 ad episcopum, † tunc renunciatio debet fieri in manibus cō
firmatoris, & eligentiū alleg. 19. q. 3. statuimus. de hac mate
ria, in cuius manibus debeat fieri renūciatio beneficij, dic vt
plene no. in c. admonet, & c. quod in dubijs, de renun. & per
Pau. in cle. 1. eo. ti. & plene dixi, in repe. c. si quis contra cleri
b cum, de foro compe. [b] Et si intelligatur hic q̄ institutio ca
nonicorum, & destitutio spectabat ad ca. tūc in dubio potest
4 fieri renunciatio in manibus capituli, vt no. in iuribus. † No.
c tū vltimum dictum Inn. vt renunciatio nō possit fieri in ma
nibus solius cōfirmatoris: sed etiam requiritur assensus eli
gentium; nā eorū interest, & quasi quidā cōtractus geritur
d inter eligētes, & electum, [d] arg. in c. cum inter canonicos, de
ele. & in c. nisi cū pridē, de renun. vnde sicut in cōtrahēdo re
quiritur consensus eligentiū, ita & in destituendo. arg. reg. j.
e de reg. iur. in anti. & in l. nihil tam naturale. ff. eo. [e] Itē no. q̄ si
monia ignoranter commissa, in adeptione beneficij nō im
pedit dispēsationē superioris, ēt in illa vacatione, interueniē
te tū renunciatione, & q̄ beneficium sit simplex, de quo di
5 xi in c. de simoniace, ꝫ. eo. † In gl. in ver. elegerūt, intellige gl.
q̄ episcopus non potest dispensare cum simoniaco, scilicet
circa illud beneficium, ad quod obtinēdum cōmittit simo
niam, sed si habebat, bene potest dispensare. 1. q. 5. c. 1. plene
6 dixi, in c. de simoniace. † In gl. in ver. ratione primæ, in fi. Itē
secundum Hostiē. fuit hoc statutum, ad hoc, vt obuiaretur
fraudibus personarū interponendarū, ne de facili quisquam
interponeret alium, qui daret pecuniā, & simularet se igno
rare. Item de facili nō potest probari scientia, vel potest sol
ui contrarium iudicio meo, & melius, quod hic ille qui ade
ptus est beneficium, non proprie punitur ex facto alterius;
nā collatio fuit illegitime, & simoniace facta, & pecunia tū
dantis, ergo nullum ius, saltem legitimum fuit sibi acquisitū,
licet. n. persona cui facta est collatio, nō sit in culpa, ipsa ta
men collatio simoniaca est: & sic tanquam simoniaca debet
retractari, est tex. pro hoc, ꝫ. c. proxi. 1. respon. in fi. & quod
f ibi no. in versic. reprobanda. [f] In gl. fi. in fi. Io. And. remittit
ad ibi no. Et dic q̄ istud contrarium non multum restringit,
vt ibi dicit Io. And. & bene. ibi ius iam creatum extinguitur,
causa cessante, quia tollitur appellatio, renocato grauami
ne, & hoc ius extinctum per renunciationem non reuiuiscit
ex noua causa, se nō referente ad antiquam. Item ibi per ap
pellationem iurisdictio non est extincta, sed in pendenti, sed
hic per renunciationem totale ius primo acquisitum extin
guitur, & omnino ius de nouo acquiritur.

ADDITIONES.

a ¶Quod adeptus. Quid autem si commisit simoniam cum Papa, an sit secu
rus quoad Deum, vide Fel. in cap. de cætero, versic. commissa, sup. de re
iudica. Seb. Sap.

b ¶De foro compe. Sed dic quod melius examinatur in cap. cum cōtingat,
in antep. & præced. col. tene menti gl. in cle. 1. in verbo, manibus. de re.
nunc. quæ dicit quod renunciatio est faciendæ in manibus illius, qui po
test inuitum destituere. Alex. de Ne.

c ¶Renunciatio. Vtrum valeat renūciatio beneficij, & an sufficiat quod fiat
in manibus eligentium, & vide gl. in cle. 1. circa fin. de renuncia. & quod
ibi notaui super Abbatem, vbi vide. Barth. Bellen.

d ¶Et electum. Adde q̄ ideo Old. cons. 200. dicit, q̄ electus non potest præiu
dicare electoribus per aliquod factum suum.

e ff. eo. Requiritur etiam consensus patroni, qui habet ius præsentandi, vt
no. Doc. in præl. cle. vn. & idem dicēdum est in permutatione, vt sensit
gl. 1. in cle. vn. de renun. vbi Doc. hoc tenent. Alex. de Ne.

f ¶Reprobanda. Ista ratio fuit de mente D. Car. si eius verba rectè inspi
ciantur. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus ignoranter, debet beneficio priuari.*
2 *Simonia commissa per vnum, aliis ignorantibus, vitiat actum respectu omnium: ratio est forte de qua infra, c. prox. nu. 6.*
Excommunicatus si interueniat in actibus vniuersitatis, non vitiantur gesta respectu aliorum, nisi fuerit scienter admissus.
3 *Simonia, inducitur ex sola promissione dandi temporale pro spirituali.*
4 *Fraus, & dolus probantur per coniecturas.*
5 *Simonia, an, & quando committatur ob donationem pecuniæ electoribus, vel donatoribus, vel eorum amicis per ipsum eligendum, vel per alium, etiam si absque pecunia debeat eligi.*

CAP. XXVII.

1 NObis fuit. † Electio simoniaca, est cassanda,
si propter hoc, electoribus promissa fuit pecunia; quamuis electus ignoret, nisi
hoc factum fuerit in fraudem electi. h. d. primo.
Cum electore probato per vitium simoniæ nō dispēsat eps,
hoc secūdo. Et duæ sunt partes principales. secūda ibi, adul
terium. Casus literalis. Vacante quodam plebanatu, capitu
lum eiusdē plebis, dedit potestatem eligendi quatuor, qui ele
gerunt plebanum. Amici illius, de cuius electione sperabat
ur, promiserant vni de prædictis quatuor, vel omnibus pe
cuniam se soluturos, eo tū ignorāte, & sic interuenientе hu
iusmodi promissione, electus fuit. Quæritur, an talis electio,
si de hoc cōstiterit, sit reprobāda? R. fi. Papa, nisi constiterit il
los qui talē promissionē fecerunt, fraudulenter in dispēdit
illius qui fuerat eligendus id malitiosē fecisse, quāuis ipse ep
promissionis conscius nō fuit, eius tū electio tāquam simo
2 niaca prauitate præsumpta, est pēnitus reprobanda. secūdo
de alia quæstione quæritur. Ecce aliquis est electus in præla
tum alicuius ecclesiæ, illa electio reprobata est propter
prauitatem simoniacam, vt dictum, est, quæritur, vtrum
episcopus in talibus valeat dispēsare? & respondet quod nō.
B. † No. 1. ex tex. quod electio dicitur simoniaca, non solum
cum pecunia promissa est, seu data est omnibus electori
bus, sed etiam si data est seu promissa, vni ex eis, & sic praui
tas, vnius inficit totum actum: quod videtur mirabile, cum
interueniat excommunicatus in vniuersitate: & tamen non
a vitiat totum actum [a] nisi scienter fuerit admissus, vt in c. fin.
3 de proc. & no. in c. illa, de elect. † Secundo no. q̄ sola promis
sio dandi tēporale pro spirituali, inducit simoniam, concor.
4 c. veniens, ꝫ. eo. & in c. 2. de cōsec. † Itē no. casum sing. in quo
electio facta per simoniam nō vitiatur, quando. [b] simonia,
b cōmissa est in fraudē illius, qui sperabatur eligi. [b] Qualiter
aūt poterit apparere de fraude? dic q̄ per cōiecturas, vt puta
illi qui opponebant electioni, dederunt pecuniam, vt eligere
tur. fraus enim, & dolus per coniecturas probantur, in c. c.
de renū. li. 6. & in l. dolum. C. de dolo. Et pondera tex. quia pro
mo dicit q̄ amici dederunt pecuniam, & postea fabricit q̄si
in fraudē hoc fecerunt, nō nocet. nam si erāt amici, quo fe
cerūt in fraudem? fol. fm Io. And. videbantur amici, sed non
erāt, ex quo collige q̄ fraus probari pōt per coniecturas, &
5 cōtra cum qui videbatur amicus. † In gl. 2. ibi. § . vlt. vbi quali
vī expressum &c. nō enim debet nocere prauitas, & factū al
terius, ex quo alias iste erat electurus, sicut dicimus q̄ preces
nō inducūt simoniā, ex quo alias eligendus est idoneus, de
quo in c. tuam, de æta. & qualita. & hanc opi. tenuit hic Gol.
sed Vin. & Host. tenēt opi. cōtrariam, quę sequitur in gl. dice
bat tū Host. ꝫ. eo. tanta. q̄ aut pecunia data fuit alteri, quam
ordinatori, vel cōsecratori, vel electoribus, & procedat pri
ma opi. Aut fuit data istis electoribus, seu ordinatori; & tūc
procedat secunda opi. Io. And. videtur sequi secundam opi.
gl. nam nō videtur quo pacto possit probari illa intētio ēi
gentis, nisi p ipsum, cui vt solo criminoso, & deponenti in fa
cto suo, non creditur, & facile esset cuique, qui pro pecunia
elegisset, dicere, quod aliàs erat electurus. q̄ si diceres hoc
posse probari per alios, quibus dicit ipse prius se istum elec
turū. R fi. q̄ forte falsum dixerat, vel mutasset opi. si pecunia
non fuisset data, iuxta no. in simili, in c. tua, ꝫ. de spon. Sed ad
uerte, quia Io. And. clare nō exprimit, quando pecunia fuit
set data alteri, quam eligētibus. nā tūc rationes suæ cōclude
rēt; vnde cōcordando opi. potest sic æquæ distingui, q̄ aut
pecunia fuit data electoribus, & procedat secunda opi. gl. si
electio nō fuit libera. Item forte mutassent opi. nec posset p
bari intentio eorum, cū sint criminosi; & hoc casu conclu
dunt omnes rationes Io. And. Aut pecunia fuit data tertio,
forte cōsanguineo, vel amico debentiū eligere, & tūc si pe
cunia fuit data per ipsum, qui sperabatur eligi, omnino vitia
tur electio, etiam si fuissent alias electuri ipsum; quia pro iure
spirituali quærendo, non debet aliqui dari, vt no. in c. ad au
res, ꝫ. eo. & dicā, in c. prox. Itē quia locus religionis quæritur
bus, & ambiētibus, denegādus est, & tāquam ambitiosus in
esset reprobandus. 8. q. 1. c. in scripturis. aut fuit per alium da
ta; & tunc satis potest procedere prima opi. nam intentio ēi
gentium q̄ alias erant eū electuri, satis potest probari p eo
dem cum nō sint in crimine; & forte habendo tractatū ad
inuicem, decreuerunt vnanimiter eligere. Et hoc casu recte
procedat tex. in §. vlt. præalle. & cessant omnes considerationes

ADDITIONES.

a ¶Non vitiat totum actum. Amplio istud dictum, quod dicit, quod si aliqui
inhabiles admittātur, in aliquo actu vniuersitatis cum habilibus, quod
actus non vitiatur. Amplio ergo etiam si tales inhabiles admissi, fuit præ
sidentes, ex tex. meliori de corpore iuris, secundum istum in cap. fi. sup.
de procu. Pro quo facit, quod no. Bal. in cap. 1. §. si autem, ſ. de feu. Fac
contro. & Ang. cons. 1. R. refert, & sequitur Ant. Corse. fin. ſno in verſ. vni
uersitas. lo 2. quod incipit regula est, no. aliquid in fine. in verſ. vniuersi
tas. lo 1. & ibi limita hoc dictum. Zac.

b ¶Eligi. Alium casum habes infra eo. ſ. sicut tuis. Ale. de Ne.

a nes Io. An. [a] In gl. fi. in fi. no. ſ. secūdum intellectum gl. quia fa
cit pro opi. quam tetigi in c. de simoniace, ꝫ. c. expedias hanc
materiam prout ibi plene dixi, & ibi vide, &c.

ADDITIO.

a ¶Io. An. Istud est dictum Inn. & Host. in c. tanta, ꝫ. e. vbi dicit Inn. & q̄ obti
nuit beneficium, vel ordinem alio dante pecuniam, non tamen ordi
tori; quod non committitur simonia, si ille sine pecunia erat obtēturus
vt 1. q. vi. §. fi. secus si ipse dedit pecuniam, quia etiam si sine pecunia ha
bitурus erat ordinem, simonia committitur 1. q. 2. quam pio. & q. 3. §.
si quis obiecerit. & ca. vult. & q. 6. c. 1. & 3. q. 2. quæsitum. & dicit Host. idē
quando alius dedit pecuniam, si ille obtinuerit beneficium, vel ordinem
aliàs non erat obtenturus. Et cum Inn. & Host. transit ibi Io. & idē tenet
Butri. ibi, & Do. Card. ibi: & hic. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia si fuerit data alicui, ne dantem de facto molestaret si promissis stetur, pecunia de iure repeti potest, nisi turpitudo ex vtraque parte persetur. & nu. 2.*
3 *Simonia non committitur per dationem pecuniæ pro iure quæsito conseruando. ſ. eius pro quærendo.*
4 *Simonia, an, & quando committatur pro iuribus temporalibus, vel spiritualibus acquirendis, vel quæsitis conseruandis.*

CAP. XXVIII.

1 DIlectus filius. † Qui dat prælato pecuniā
ne ipsum in iure suo de fa
cto molestet, illā repetit si prælatus promissa non
seruat, h. d. fm vnum intellectum inhærēdo literę
vel generalius fm alium intellectum. dans pecuniam alicui
a ne in iure suo de facto molestetur [a] potest illam repetere Di
uiditur. in prima querela. in secunda dat iudicem, ibi, ideo
que. Casus literalis. Archidiaconus Eboracen. R. Præpositū
multis grauaminibus, & iniurijs affligebat, vt Archidiacon [a]
ab iniurijs desisteret Præpositus promisit ei certam quanti
tatē pecuniæ se daturū, & persoluit, sed post receptionē pe
cuniæ, Arch. super dignitatib. & beneficijs ab eius molestia
non quieuit. vnde Præpositus dño Papę fuit cōquestus, mā
dat Papa quibusdā, quatenus, si est ita, compellat Arch. resti
2 tuere q̄ accepit si ipsum cōtra promissionem suam veniſſe
cōstiterit. B. † No. 1. ex tex. casum no. & sing. q̄ sine aliquo vi
tio potest dari pecunia prælato ab eo, qui iniuste vexatur in
iure suo, vt sic redimat vexationē facti, ex quo infertur illud
generale, q̄ datio pecuniæ pro iure quæsito cōseruando cō
tra molestationē indebitā, non inducit simoniā nec turpitu
dinem; alias nō potuisset iste repetere, quia qñ turpitudo ver
b fatur ex vtraque parte, nō est locus repetitioni. [b] vt l. 3. ff. de
cond. ob turpē cau. & in reg. in pari delicto, de reg. iur. li. 6.
3 † In gl. in fi. Host. hic dicit q̄ pro iure spirituali quærendo,
non est licitum aliquid dare nec accipere, vt in c. Matthæus.
ꝫ. eo. Sed pro q̄sito cōseruādo sic, vt hic, sed dic melius, vt ibi
dixi. Et aduerte quia gl. prope fi. sequitur opi. fm, quā posui
in c. ad aures, ꝫ. e. vt p absolutione iniuste denegata, possit li
4 cite aliquid dari, sed tu dic melius, vt ibi dixi. † Et comprehē
dendo totam materiā, sic distingue, q̄ aut quærimus in tem
poralib. aut in spiritualib. primo casu, licite redimitur vexa
tio, tā pro iure quæsito, quā pro iure querēdo. Sed recipiēs
pecuniā indebite, tenetur ad restitutionē, vt l. 1. & l. generali
ter. ff. de calum. & l. 4. §. quoties, de cond. ob turp. caus. in spi
ritualib. vero pro iure querendo, non est licitum aliquid da
re, ēt vt cesset impedimētū facti, quia videtur iste ambitiosus
dādo pecuniā, vt facilius illud inquirat, & sic proprie loqui
tur c. Matthęus, ꝫ. e. nec proprie redimitur vexatio, sed datur
vt facilius acquiratur ius speciale. Pro iure aūt acquisito aut
est in possessione illius iuris & si molestetur de facto, licitum
c est aliquid dare, vt probatur hic, licet recipiens teneatur ad
restitutionē. Si vero iste vexatur, [c] vt quia episcopus vult eū
iuste deponere, vel alius iuste accusare, vel forte prætēdit ius
in beneficio; & tūc vexato non licet aliquid dare, quia nō re
dimitur tūc vexatio facti, vt no. ꝫ. c. nemo. facit c. nisi, cū ibi
not. de preb. & c. cū pridem, de renun. Aut nō est in possessio
ne illius iuris iam quæsiti, & tunc aut habet possessionē, etiā
illicite detentam, & nō licet aliquid dare, vt no. Inn. in ca. ad
aures, ꝫ. eo. & tenet gl. 16. q. 7. decimas. nā possessio est quid
spirituale, hinc est, q̄ non cadit in laicū, de prę sert. c. cautam.
vel saltē est connexa cum spiritualib. propter administratio
nem quæ inde sequitur. 1. q. 3. si quis obiecerit. Puto tamen
quod si propter potentiam aduersarij, vel impotentiam suā
non posset de facili ita consequi apud superiorē, quod tunc
vt euiter magnum præiudicium, licet dare, & accipere pe
cuniam, sicut in simili de absolutione ab excommunicatio
ne obtinenda, dicit Ioan. And. in cap. ad aures, supra eo. &
d secundum hoc, & ibi no. intellige materiam huius gl. quam
singulariter notabis. [d] In glo. fin. ibi supple maxime, hęc glo.
communiter tenetur, argu. l. 1. §. hoc autem iudicium. ff. de
calum. nam si dedi pecuniam, vt negotium calumnioſe mi
hi non faceres, possum repetere, etiam cum pęna quadru-

pli, quantumcunq; pacto recipiēs paruerit. Vel potest intel
ligi ista litera fm alium intellectū, quem sequitur Host. & Io.
And. q̄ hic interuenit compositio inter archidiaconum, &
præpositum illum, interueniēte authoritate superioris, quo
casu licite reperitur pecunia; nec recipiens tenetur ad resti
tutionem, si compositionē seruat, vt in c. nisi essent, de preb.
& c. 2. & c. de cætero, de transactio. & vterque intellectus est
bonus in se, & in fi. gl. solue hoc contrarium, vt no. in c. per
uenit alleg. in glo.

ADDITIONES.

a ¶De facto molestetur. Adde, ad quid teneatur qui promisit aliquem de fa
cto non molestare, vide Bart. in l. illa, la 2. ff. de verb. obli. vbi dicit mole
stiam de facto dici extraiudicialem. De quo Ale. in Lamplius. ff. rem rat.
hab. Et quid si non subdit de facto, sed promisit ei non inferre molestiā,
de qua intelligatur, an de molestia facti, vide late An. Corſ. hanc quæstio.
ponentem in suo sign. in ver. molestia, & ibi in apostil. ad ipsum & Alex.
plene consil. 52. volu. 2. Zac.

b ¶Repetitioni. Quid igitur si aliquis dedit pecuniam sponte pro iure con
seruando, an detur repetitio, vide Fed. de Sen. in consi. 23. vbi concludit
quod sic. Seb. Sap.

c ¶Vexatur. De hac materia, vide etiam Inn. in c. super eo, de transa. & gl. in
c. nullus episcopus, in ver. restituat. 1. q. 1. & Domi. in c. qui syncera, in gl.
45. di. Barth. Bellen.

d ¶Notabis. Sed Do. Card. non tenet opinionem Io. quoad illud, quod dicit
ibi Io. de absolutione ab excommunicatione, & Do. Card. ibi, in apostil
la secutus, fui. tamen quoad istud, quod dicitur, Do. Card. in præall. c. ad
aures, dicit, quod si quis de facto tantum vexetur, & hoc constat, tunc li
citum est redimere vexationem, etiam si redimens consequatur possessi
onem beneficij. Nam hoc casu, non potest dici, quod possessio sit quid
annexum spirituali, cum sit omnino nuda facti, & per hoc etiam dicit,
quod si vexans non contendit se habere ius, vel etiā si contendit, tamen
constat eum non habere, si ex donatione pecuniæ consequitur possessio
nem beneficij, non dicitur committere simoniam; secus si est dubium. &
sic debet intelligi Inn. in d. c. ad aures. & istud mihi placet, & hoc tenet
commmunis opinio, vt dicit Do. Card. in præal. c. ad aures. Sed hoc in
telligerem, quando iste, quem constat habere ius, non posset de facili re
cuperare possessionem beneficij corā superiore, aliàs si de facili posset
non diceretur redimere vexationem, sed cōsequi possessionem ex datio
ne temporalis. Vbi autem dubium esset de iure dantis pecuniam, puta
rem, q̄ ex datione pecuniæ, committatur simonia, etiam si coram supe
riore non posset de facili ipsam consequi; quia ex quo ius redimētis est
dubium, posset ex illa donatione consequi titulum beneficij, quem nō
habet. Vnde cautela est q̄ quando non potest consequi possessionē be
neficij propter potentiam aduersarij, quod prius faciat fidē de iure suo.
Nam post quam constiterit eum habere ius, tunc poterit dare pro redi
menda vexatione, & sic consequi possessionem. & ita intellige Inn. in ca
ad aures, supra eo. cit. & Abb. Sic. hic. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Pro benedicendis nubentib. & pro mortuis ad sepulturam deferēdis, nihil exigi potest.*
2 *Presbyter parochialis, debet gratis spiritualia parochianis suis administrare.*
3 *Simonia mentalis committitur, quando aliquis sacerdos vadit ad officium animo lucrandi aliquid, quæ remittitur sola pœnitentia, citra ali quam restitutionem, & an idem sit in simonia conuentionali.*
4 *Simonia an committatur si aliquid recipitur pro mortuorum exequijs, vel benedictionibus nubentium. Tante de hoc consuetudine.*
Consuetudo, quæ non habet vitium, nec fundamentum vitiosum, sed potius quæ ex mera liberalitate, & deuotione populi introducta est. sem per & vbique seruanda est.
5 *Consuetudo non inducitur per actus qui sunt meræ facultatis, nisi fauore ecclesiæ.*
6 *Consuetudo inducitur, si omnes de vniuersitate vliquid faciebant, & vnus postea à tali obseruatione desistens, fuit ab aliis redargutus, ne faceret qui postea obseruauit aliorum mores.*
7 *Continuata præstatio per aliquod tempus, de quo infra prox. relata ad certam obligationem, inducit consuetudinem.*
8 *Modus probandi consuetudinem in spiritualibus.*
9 *Consuetudo qua quis adstringitur ad aliquid dandum in casu licito, inducitur ſpatio 10 anno. & tribuit actionem volenti vigore dictæ cō suetudinis aliquid petere.*
Clericus habens tenue beneficium, debet sibi ipsi imputare, qui tale acce prauit. vnde debet ex aliqua laudabili industria victum sibi quærere.
11 *Sacerdos si non habet vnde viuat, nec potest aliunde honeste victū quæ rere, episcopus debet sibi prouidere, vel populus poterit cōpelli ad præ standum sibi necessaria; & nisi præstiterit, poterit de iure sibi subtra here spiritualia, aliàs secus.*
12 *Sacerdos siue pauper, siue non, potest suas operas spirituales extraneo locare, & quomodo hoc intelligatur.*

CAP. XXIX.

1 SVam nobis. † Pro benedictionibus nu
bentium, & exequijs mor
tuorum, nihil exigi debet. h. d. Primo ponitur que
rela. Secundo iudicis datio. secunda ibi, discre
tioni, &c. Casus literalis Capellanus de Villafranca pro exe
quijs mortuorum, & benedictionibus nubētium, exigebat
pecuniam à parochianis suis, & iniuste extorquebat, paro-

chiani

Universidad de Deusto
Biblioteca

chiani illi conquesti sunt Papæ. Vñ mandat quibusdam, quatenus Capellanum illum moneant, vt à tanta præsumptione desistat, & pro excessu satisfaciat cõpetenter, si aũt obedire noluerit, ipsum puniãt pœna canonica. B. † No. 1. ex tex. ꝙ
2 proprius sacerdos, dẽt sacramenta, & alia spiritualia suis parochianis gratis impendere. † Secundo colligẽ, ꝙ presbyter,
3 qui tenetur gratis spiritualia impendere, si aliquid recipit ex pacto, tenetur illud restituere, ꝙ intellige in simonia cõuentionali, secus in mentali, vbi nõ præcessit pactũ, sed intentio deprauata. tũc. n. per solam pniam aboletur peccatum, vt in c. vlt. ℣. eo. vbi de hoc. & vide gl. in c. vnico, de cle. nõ resi. li. 6. quæ ponit qnem in canonico, qui vadit ad diuina, sola intentione, vt percipiat distributiones quotidianas: est. n. illa simonia mẽtalis, nõ cõuentionalis. vñ per solã pœnitentiã, absque restitutione, aboletur peccatum. de quo dic, vt plene ibi
4 notatur. † In gl. ibi licet sacerdoti nõ detur actio, &c. Host. dicit ẽt ꝙ actio cõpetit, vbi est talis consuetudo. Sed cõtra hęc ob. tex. in c. cum in ecclesia, ℣. eod. vbi tex. specifice loquitur de exequijs mortuorũ, & de benedictionibus nubentium, & damnat cõsuetudinẽ cõtrariam. Ant. breuiter, & succincte dicit, ꝙ forte pro ipsis spiritualibus imponendis, non põt induci cõsuetudo, vt aliquid detur, secus pro labore, & sic põt intelligi ista gl. sed certe hæc sol. non vt posse procedere, qa vt dicut doct. cõiter, in c. cum sit Romana. ℣. eo. ẽt pro labore, nõ pot aliquid peti, quia pro ipsis spiritualibus vt exactũ, vnum namq; sine reliquo nõ procedit. & sic pro vtroq;, scilicet ꝓ labore, & spiritualibus vt exactum 1. q. 2. ſi quis obiecerit. vnde pro intellectu huius, facit c. ad apostolicã, ℣. eo. ex quo mouetur ista gl. ad cõsuetudinẽ approbandã, varij notãtur ibi intellectus, vt ibi plene dicã. Sed hãc opi. semper tenui, vt possit induci consuetudo, qñ non præcessit exactio, vt sic ex mera liberalitate, & deuotione populi & consuetudo talis sit introducta, tunc. n. non habet vitium, nec fundamentũ vitiosum, sed laudabile, quia non est magnũ, nec mirum si ab eo metuntur tpalia, qũi seminat spiritualia, vt in c. ii eps, de offi. ord. lib. & ℣. de offi. ord. c. quoniam, & hoc videtur velle litera illius c. ad apostolicam, dum dicit laicos cõpellendos ad obseruandũ laudabilem consuetudinem erga suam ecclesiam, pia deuotione fidelium introductã &c. Sed vbi exactio præcedens, dedit causam cõsuetudini, tunc talis cõsuetudo nõ valet, qa habuit initium vitiosum, & ita loquitur tex. si recte inspiciatur, & põderetur in præalleg. c.
5 cum in ecclesiæ. † Sed cõtra primũ huius distinctionis membrum fortissime opponitur: nam ex his quæ sunt meræ fa-
a cultatis,[a] non introducitur consuetudo, nec ex datione annua gratis facta, vt legitur, & no. in l. j. C. de seruis. & aqua. per Bar. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. per Cy. in l. 1. & 2. C. quæ sit lon. consue. & per Io. And. in c. Ioannes, de cle. coniug. & Inn. in c. bonæ. 2. de postu. præla. vbi dicit ꝙ licet recipiamus in domum nostram amicum à longe venientem, non tamen per hoc acquiritur illi quasi possessio, licet pluries receptus fuerit, nec aliqua consuetudo inducitur, vt dicit Bar. in præal. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & licet rusticus per decennium detulerit alicui annuatim vnum par caponum ſpõnte ex liberalitate, non tamen ex hoc inducitur aliqua consuetudo, vt in posterũ inuitus astringatur. Item vt dicit Cy. in locis præalleg. quod licet quis per decennium continuauerit ire ad molendinũ, vel furnũ alicuius, & sic lucrũ attulerit illi: nõ rũ p hoc introducitur ꝓ ductudo aliqua, vt in futurũ iste astringatur ire & continuare, quia isti sunt actus meræ facultatis. Ad propositũ ergo, si populus aliquid gratis offerebat ecclesiæ, quando recipiebat sacramentũ, nõ vt introducta consuetudo, vt in futurũ ad idẽ astringatur in
b uitus, puto contrariũ hoc posse tribus modis solui.[b] † Pri
6 mo modo intelligendo, ꝙ aliquis ex populo, desistens ab obseruatione aliorum, redargutus à reliquis, obseruauit aliorũ morem; ex hoc enim actu, satis apparet de consensu populi volentis introducere illam laudabilem cõsuetudinem, sicut
7 in simili no. in iuribus superius alleg. in contrarium. † Secũdo potest solui, ꝙ contraria procedunt, vbi donatio est pura, non relata ad certũ qd. Sed in hoc casu, cũ tpe sacramenti, seu adhibitæ rei spiritualis aliquid cõferebatur, videbatur populus longo tpe obseruando, se ad hoc velle obligare, & constituere illam spontaneã obligationẽ in recompensatio nem spiritualem, recognoscendo Deum in muneribus suis, & redimendo peccatum elecmosynis. de pẽi. dist. 1. medicinã. sicut in simili no. Bar. in præalle. loco, de rustico qui per
c longum tempus[c] soluit par caponum, aliqua causa prætens
8 la, quia tenebat aliqd à domino. † Tertio potest solui, ꝙ sit speciale fauore ecclesiæ, vt lõgo tpe populus, sic impendendo tpalia, videat velle inducere consuetudinẽ in futurũ. & facit c. ex parte, de censi. & quod ibi no. ℣. de concess. præb. c. ex
d parte Astensis.[d] & hæc bene no. per quæ elicitur modus pro bãdi cõsuetudinẽ laudabilẽ in istis spiritualibus, & in simili
9 aliquid tangã in c. Iacobus, ℣. eo. † Quantũ vero tps exigatur ad introducendũ hanc consuetudinẽ, puto sufficere tps 10. anno. tñ qa ista cõsuetudo, laicos astringit & nõ clericos, in ter quos indistincte procedit cõsuetudo ex cursu decennij, vt cõiter no. in l. de quibus. ff. de legi. tñ quia ista cõsuetudo non est cõtra ius, imo pia, & fauorabilis, vt in præal. c. ad apostolicã, vt ẽt de iure canonico ꝙ sufficiat tps. 10. anno. vt est gl. no. in c. fi. de cõsue. lib. 6. & puto ẽt ꝙ data hac cõsuetudine laudabili, cõpetat actio ipsi actori ad faciendũ obseruare hanc laudabilẽ consuetudinẽ, vt dicit Host. & hoc procedat
10 quoad primã partẽ gl. † Sed quoad primam partem, in eo ꝙ vt velle, ꝙ tã proprius sacerdos, quã alienus, nõ possit aliqd exigere, cessante ꝓsuetudine, nisi ei sumptus desint, distinguendum est. Aut proprius sacerdos hẽt vnde viuat, & tunc cessante cõsuetudine, nõ possit aliquid exigere, vt hic, & in c. cum in ecclesiæ, ℣. eo. sed gratis oblatum licite recipere põt, vt ℣. c. proxi. in fi. & c. tua. ℣. eo. & c. etsi quæstiones. ℣. eod. Si vero desunt ei sumptus necessarij, & tunc si põt honeste sibi aliunde acquirere victum, puta scribendo, pueros docẽdo, vel quid simile exercendo, & non potest aliquid exigere, imputetur, sibi si tale tenue beneficium acceptauit, quærat ergo sibi victum manibus, vel industria. 91. di. clericus victum, & ibi bona gl. nã & Paulus quærebat sibi victum manibus, tpe ꝓdicationis, vt in c. cũ Apostolus, de censi. sic ẽt videmus simile in patre, vt nõ teneatur alimenta præstare filio, si honeste filius potest seipsum regere, & nutrire, vt dicit tex. in li
11 à liberis. ff. de lib. ag. † Si vero non põt proprius sacerdos honeste sibi victũ aliter quærere, tunc vel cps sibi prouidebit, vel populus poterit cõpelli ad præstandũ sibi necessaria victui. pro hoc vide bo. gl. de consc. di. 1. in c. omnis Christianus. qui dicit sacerdotẽ indigẽtẽ posse subtrahere spiritualia populo, nisi faciant oblationẽ, vnde possit viuere, & vide qd no. in c. de his, ℣. de ecc. ædifi. † Si vero est sacerdos alienus ꝙ forte est inuitatus ad exequias faciẽdas, vel ad alia spiritualia impendenda, & tunc potest licite suas operas spirituales locare, non vt directe pro spiritualibus recipiat temporale, sed in compensatione damnorũ, quæ sustinet exhibẽdo præsentiam suam, & trahendo moram in spiritualibus impendendis, vt no. Inn. in c. qm, ℣. ne præla. vices suas, & sic restringe, gl. 1. q. 2. ꝑcipimus, q̃ simplr dicit, sacerdotẽ posse suas operas spirituales locare. Et amplia hanc gl. quæ vt hæc permittere, ẽt in extraneo sacerdotẽ, duntaxat qñ sumptus sibi desunt. nam etiam si abundat, põt exigere in recompensationẽ damnorũ, cũ ad hæc ex officio nõ teneatur, & per hoc re
c maneat declarata tota materia gl. [c] In gl. in ver. benedictionibus, in fi. dic ꝙ proprie, & stricte illa benedictio nuptialis nõ est sacramentũ, sed largo modo sic. vt nota. in rubr. de sacramen. non iteran. & quæ sunt sacramenta stricte sumpta, tam necessaria, quã volũtaria, vide bonam gl. in c. veniens, de tra. sa. Itẽ vt innuere ista gl. ꝙ si benedictio non esset sacramentum, posset aliquid peti, & die, vt in c. ad nostram, supra eod.

ADDITIONES.

a ¶Meræ facultatis. Vide ad hoc multa per Fel. in c. cum accessissent, supra, de consti. & 1 a. in l. ff. de constit. princip. Seb. Sap.

b ¶Solui. Ista solutio non placet mihi, quia potest esse, quod fuerit redargutus, non quod ex hoc voluerit populus inducere obligationem, sed quia ille non erat dominus, sicut alij, nisi intelligatur, quod communaliter rint illum compellere ad solutionem. nam tunc procederet ratio, Abb. Sic. Alex. de Ne.

c ¶Per lõgum tempus. Adde Bal. in apost. ad Spe. de resti. spo. ver. spoliatus, & ibi Spec. in §. nunc dicamus, ver. sed pone rusticus. Pau. de Cast. cons. 33. quod incip. in causa spectabilium. Alex. consi. 113. vol. j. & consi. 104. vol. 4. & quod dixi in apost. ad illum in c. querelam, num. 14. in apost. in ver. in futurũ. ℣. de elect. quod tamen limita, vt per Hipp. de Marsi. fing. 195. incip. præsatio diuturna. Zac.

d ¶Astensis. De ista materia, quando ex tempore aliquod ius quæratur, & quantum tempus exigatur in quacunque præscriptione, & an exigatur titulus, dic, vt plene per Butr. in c. peruenit, de censi. vbi istam materiam repetij. Alex. de Ne.

e ¶Gl. Sed dic, vt per Innoc. in d. c. quoniam, ne præl. vices suas. & plene per Doct. in c. significatum, de præben. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simoniace aliquem recipiens, & simoniace receptus deponuntur.*
2 *Conuictus per viam inquisitionis de simonia, non in ordine commissa, non deponitur ab officio, sed tantum priuatur beneficio, vel loco simoniace acquisito.*
3 *Archiepiscopus potest deponere subditos sui suffraganei.*
4 *Monachus simoniace receptus, est priuandus illo monasterio, & est in arctus detrudendus: sed in idem non, nisi dispensatiue.*
5 *Simonia nõ committitur in his quæ gratis dãtur, nisi præcesserit exactio.*
6 *Simonia non committitur, si receptus in canonicum aliquid soluit, vigore statuti hoc disponentis.*
7 *Simonia an committatur dando pecuniam infidelibus, vt conuertantur ad fidem.*

Exigen-

Exigendum nihil est ab illo, qui gratis inuitare debet.
Pecuniæ datio in quibus toleretur.
Priuatio præsupponit habitum.
3 *In simonia an mitius procedatur contra clericos seculares, quam contra regulares.*
9 *Ex delicto commisso per totum capitulum, an puniantur singuli.*
In delictis non præsumitur præsumpta scientia, sed vera.
Delictum si fuit commissum, non tamen capitulariter, puniuntur tantum maiores de capitulo.
Tacens in maleficio habetur pro consentiente.
Pœna debet sequi suum authorem.
10 *Vniuersitas, collegium, siue capitulum, an possit delinquere siue omittendo, siue committendo, siue mandando, siue ratum habendo, item an possint puniri.*
Innocens, in quibus casibus puniatur pro nocente.
11 *Vniuersitas est quædam persona ficta, & representata.*
12 *Vniuersitas non excommunicatur.*
13 *Vniuersitas quando dicatur tota delinquere.*
14 *Vniuersitas si fuit punita, an postea poterunt puniri illi de vniuersitate.*

CAP. XXX.

a 1 **Dilectus filius.** [a] † Si per accusationẽ cõstat monachũ simoniace fuisse receptum, receptus & recipiẽs deponẽtur. Si vero
b per inquisitionem, receptus[b] in arctius monasterium detruditur; recipienti vero & maioribus pœna condigna imponitur, & interim ab executione ordinũ sacrorũ suspẽdũtur. Diuiditur. nã in prima ponitur cõsultatio. in secũda distinguẽs respõsio, ibi, nos, in tertia mãdat ibi, iniũgẽs, in quarta instruit, ibi, illud tñ. Casus literalis, Archiepiscopus Cantuarien. dum ipse diœcesim suã visitaret in monasterijs, & alijs locis religiosis, inuenit pullulasse simoniacam prauitatẽ, ita ꝙ in eis multi pretio sunt recepti, qui gratis recipi debuerũt, sed qa multitudo erat in causa, quęsiuit à Papa, an seueritati sit aliquid detrahendum, & ipse respõdet, ꝙ si prędicti coram ipso fuerũt accusati postquam crimẽ ordine iudiciario fuerit comprobatum, tam dantes, q̃ recipiẽtes canonica pœnã puniat. Si autem per solam inquisitionẽ de hoc sibi cõstiterit, illos qui per simoniam in locis talibus sunt recepti inde remoueat, & ad monasteria dirigat arctiora, ad
2 poꝛ utentiã peragẽdam & abbatib. & prioribus, prælatis qui
3 bus libet, & officialibus eorum, iniungat pœnitentiã competentẽ, & donec illam peregerint, ab executione sacrorũ ordinũ suspendat eosdem, iniungẽs cpis suis, vt hãc formã per suas diœceses faciant obseruari, tñ, si gratis sine aliqua exac
4 tione fuerit aliquid eis oblatum, gratis illud recipi poterit.
2 ¶No. 1. ex text. ꝙ cõuictus per viam inquisitionis de simonia, non in ordine cõmissa, nõ deponitur, ab officio; sed tantũ remouet à beneficio, vel à loco simoniace acquisito. nã
3 potest talis post peractã pœnitẽtiã in suo ordine licite ministrare: ex quo trãsfertur ad aliud monasterium, seu ad aliud
c beneficiũ. c † No. 2. ꝙ Archiepiscopus potest deponere subditos suffraganei, ꝓpter crimẽ, quod videt cõtra. c. pastoralis. ℣. de offi. or. Sed doct. intelligunt speciale hic in Archiepiscopo Cantuariensi, qui non solum vtit iure metropolitico, sed ẽt legationis, vt in c. 1. sup. de offi. lega. Vel possumus dicere ꝙ crimina notoria erãt, q̃ archiepiscopus visitãdo, puin
4 cis punire põt, vt ℣. c. Ro. §. notoria. de cẽli. li. 6. † Tertio colligo, ꝙ receptus in monasteriũ ꝑ simoniã. seu simoniacã prauitatẽ, inde remotus, debet collocari in arctiori monasterio
d ad hoc, vt agat pœnitẽtiã de delicto commisso. Si vero non reperiuntur arctiora monasteria, tunc secundum doct. possint collocari in quolibet eiusdẽ ordinis; vel dispẽsatiue po
5 test remanere in eo, vt in ca. de regulari,[d] sup. eo. & ꝙ hæc remanet declarata tota materia glo. † Vlt. collige, ꝙ gratis ob
6 latũ, tẽpore receptionis alicuius spiritualitatis põt recipi, si nulla pcessit exactio. † Et ex hoc infero ad q̃stio.[e] ẽ statutũ in
e ecclesia, vt nouiter receptus in canonicũ vel in monachũ, teneat certũ qd soluere, qdã receptus, sine aliqua exactione
f soluit, nũqd licite hic recipiat, & dico ꝙ sic, p istũ text. qa ex quo pcessit exactio, illa oblatio videtur facta virtute illius ex
7 actionis, facit. 1. q. 3. ex multis.[f] † In gl. 1. ibi, bene põt dari pecunia &c. sed pondera, qa hoc dictũ, & sequẽtia prima frõte videtur cõtra tex. nec glo. soluit. sed in veritate ponũt diuersos casus; nã ab eo, q̃ inuitare dẽt gratis, nõ dẽt aliqd exigi, a loquitur iste tex. Sed in casib. positis in gl. pecunia dãt ab inuitatore, nõ ab inuitato. & dicit hic Host. ꝙ vt qs recipiat sacramẽta necessaria, possumus dare pecunia, qa sine eis saluari nõ põt. ideo toleratur pecuniæ datio, ut aliciatur quis ad fidẽ, & ad salutẽ. sed ꝓ alijs sacramẽtis volũtarijs recipiendis, nõ debet aliquid dari, vnde nõ debeo dare pecuniã vni, vt in
ter religionẽ, quia sine religione saluari põt, vt in c. 1. in fi. de sum. trí. & fi. ca. Item dicit Phi. ꝙ ẽt ꝓ sacramentis volun-
tarijs non debet aliquid dari ex pacto, & est verbum satis notabile, & limita secũdum eum, q̃ dixi in c. cum in ecclesię, ℣. e. nõ tñ dẽt infideli dari pecunia ex pacto, vt cõuertatur ad fi
g dẽ, sed gratia liberalitatis sic, vt ipsum ad fidem alliciãt. [g] In gl. in ver. dãtes ibi, de hoc accusantur. & hæc so. verior est, vt satis probatur in l. denunciasse, alleg. in glo. nã potuisset dans cõuinci per falsas probationes, vel iniuste cõdemnari per iudicis ẽt iniuriã; ideo non debet præiudicari alteri, q̃ dicitur recepisse. & ꝓ intellectu gl. facit tex. ibi ꝙ si aduersus eos &c. q̃ litera potest cõprehendere tam dantes, q̃ recipiẽtes. In gl. in ver. scieritas, sed tunc quæritur quid operabitur ista
h depositio à monasterio, dicunt Inn. & Host.[h] ꝙ non vocabitur ad capitulũ, nec alios tractatus, nec recipiet pbẽdã suã, nec victualia cũ alijs, sed erit in ergastulo. i. in loco stricto, seu carcere. hæc dicta doct. puto ꝓcere in monacho, q non est clericus, in talẽ enim non põt cadere depositio ab ordine, cũ priuatio psupponat habitũ, de desp. ō. impub. ad dissolutẽdũ, & xxxij. q. 2. ꝙ uero non formatũ. Sed in monacho clerico operatur depositio sicut in clerico sęculari, quia deponetur
8 ad ordinib. & nõ habebit amplius eorũ executionẽ. † In gl. in ver. amotos, in fi hæc glo. videtur innuere, ꝙ seculares clerici conuicti de simonia commissa, etiã in beneficijs debent deponi, ẽt si fuerit actũ p viã inquisitionis. & Doc. ad cõfirmationẽ huius dicti ducũt aliquas rões specialitatis, inter regulares, & seculares. Prima, quia inter regulares nõ seruatur ordo iudicij vsquequaque, vt in c. qualiter. el 2. sup. de accu. ideo cũ grauentur in isto, relcuẽtur in quãtitate pęne. l. eũ qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. & in c. 1. de parochijs. Secunda ratio, regulares uidẽtur hoc fecisse intuitu eleemosynæ, & ꝓ aĩa saluãda, nã dederũt pecuniam, vt possent in monasterio Deo seruire. Tertia ratio, qa fauore religionis mi-
tius

ADDITIONES.

a ¶Dilectus filius. Ex isto tex. in fi. notandum est, quod multi, & multitudo capitur pro eodem. Cuius contrarium tenent Ang. & Imo. in l. licet Imperator. ff. de leg. j. vbi Ale. reprobat. Seb. Sap.

¶Dilectus filius. Nota istum tex. tam in dantes, quam in recipientes, cum quo etiam concordat tex. in c. 2. §. qui vero, in fi. de statu mona. & quod no. Bald. in l. 1. ff. de calum. ubi dicit, qd si siactutum puniat iudicem accipientem pecuniã pro barataria, vbi decidit. tur etiam ex eo quod no. Bar. in l. fi. C. de indi. uidui. tollen. ubi dicit ꝙ pœna imposita uendenti frumentum in platea, intelligitur imposita illud emẽti propter naturã correlatiuorũ. Et pro eo, ꝙ dixi, de barataria optime facit text. & ꝙ ibi notat Bar. in l. libellorum. §. notatur. ff. de his qui notan. infa. Et vide ꝙ plene scripsi post Abba. in c. nonnulli. in fi. de Iudæ. Bart. Bellen.

b ¶Receptus. An valeat relictũ factũ monasterio, si receperit talẽ in monachũ, vide Barto. in l. 2. C. de institu. & substitutio. Dic ꝙ reijcitur talis cõditio, ranq̃ simoniaca, Per. de Anchara. in reg. nemo potest. li. 6. Post Bar. uidetur tenere cõtrariũ, ubi omnino de hoc disputatur. Sed omnino de hoc vide Bar. in l. Titio cẽtũ, de cõdit. & demonstra. Bart. Bellen.

c ¶Beneficiũ. Sed Abb. Sic. decipitur, quia receptio ad monachatũ, uel ad professionem non est ordo; & hoc est clarum, quia omnes numerantur xxj. di. clericos. & xxv. dist. perlectis. inter quas, non numeratur professio, & ꝙ sit beneficium, & non ordo, uide glo. in Cle. dispendiosam, in verbo, beneficijs. de iud. Ale. de Ne.

d ¶Regulari. Vbi gl. dicit idem quod Abb. Sic. Ale. de Ne.

e ¶Ad quæstionem. De hac quæstione, multa tradit in cap. cum M. Ferrar sup. de constitu. Seb. Sap.

f ¶Ex multis. Et de istis statutis plene tractatur per Abb. hic, & inf. eo. ad apostolicam. & plenius in c. Iacobus, inf. eo. Ale. de Ne.

g ¶Alliciant. De q uo dic, ut in c. cum in ecclesia. supra eo. ubi per Abb. Sic. Ale. de Ne.

h ¶Et Host. De hoc dicto, faciunt mentionem Doct. in c. quanto, de of. ord. Sed adde quod interdum, quando clerico pro delicto uenit imponenda pœna priuationis beneficij, si beneficium nõ habens delinquat, inhabilitatur ad futurum beneficium, tex. est in cle. quoniam, de uita & honestate. & fcl. ne in agr. §. si uero. de statu mon. & bene facit tex. in c. qa iuxta. v. q. vj. interdum vero qñ habẽti beneficiũ, imponitur pœna priuationis, monachus non habẽs beneficium, detruditur in monasterium ad pœnitentiam peragendam. Textus est in c. postulasti, in fi. de clerico excommunicato. & adde ꝙ istud dictum Inn. allegat, & dicit esse notandum Arc. ī c. abbatib. xii. q. ij. & quid operetur suspẽsio à beneficio, & officio in mãdato, tradit Arch. in cap. qa sæpe, de ele. li. vi. Itẽ adde Do. de Ro. de ci. eccl. v. Itẽ adde hic in simili de pœna clerici, & laici pro eodẽ delicto ꝙ scripsi post Abb. in c. prætereа, in prin. inf. de usu. Et adde quod illud dictum Innoc. allegat & sequitur Ioan. de Imo. in c. nouit, de his quæ fi. a ma. par. Ca. An autẽ syndicus alicuius uniuersitatis possit aliquem syndicario nomine accusare, uide late Salic. in l. ij. C. q. accu. nõ pos. Et Io. An. in addi. Spe. de accusatore. §. fi. in addi. quæ incipit, ad intellectum huius uer. an uniuersitas possit poni in bãno. Et qualiter debeat citari, & qualiter debeat litigare, vide Nellum de Florentia, in tractatu suo de bannitis. in ij. parte. in 2 q. adde quod uniuersitas poni potest in bãno, & dãnari de crimine, pro quo alius damnatus deportaretur, & efficitur seruus pœnæ secundum l. ij. in extraua. de pace Constan. in uerbo damna. Statutum exorbitans loquens per uerbum, si quis fecerit tale quid, &c. non comprehendit uniuersitatem tale quid facientem, cum uniuersitas non dicatur habere personam, nisi ficte, ut in c. fi uero. §. in uniuersitatẽ de sen. ex. li. vj. Secus si statutum non sit exorbitans à iure communi. sed sit præter ius, notanter decidit Ioan. de Imo. & Abbas post Per. de Anch. in c. nouit circa princi. de his, quæ fi. à præl. Bart. Bellen zi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius dicitur agi cum eis. Ant. coniungendo has rōnes, intricar hanc materiā. Vnde dic, vt dixi in c. inquisitionis, alleg. in gl. & dico q in hoc nulla est dria inter secularem, & regularem. nā secularis cōuictus de simonia cōmissa in beneficio, non dēt deponi, ex quo fuit actū per inquisitionem; secus si fuisset commissa in ordine, vt ibi plene dixi, & optime probat hoc. c. non inducendo specialitatē aliquā in regularibus. Sed vnum contrarium sorte elicitur ex tex. quia ex quo hic fuit actum per viam inquisitionis, abbas & abbatissa non remouētur ab administratione, cum pro graui peccato secularis remoueatur ab administratione, vt in c. qualiter, præal. & regulares facilius deponuntur ab administratione, vt ibi, dic q hodie seruari debet c qm, ī. eo. Sed ad istud. c. suo tpe, pōt dici q mitius agebatur cū istis, quia ipsi nō exigebāt pecuniam, vt ipsi eam lucrifacerēt, sed vt monasterium ipsum lucrifaceret: & sic non videntur tm peccasse, sicut alius prælatus secularis, qui ex propria cupiditate cōmittit simoniā.

9 †In gl. in ver. officialib. & ibi, oēs. de capitulo intelliguntur scire. Host. dicit, quod licet alij de capitulo præsumantur scire facta capituli, vel prælati, tñ non puniuntur nisi probentur consensisse, delictum enim requirit verum dolum, vnde non sufficit illa præsumptio scientiæ, & sic cū hoc dicto cōiter trāseunt Doc. sed p hoc articulus non vr dilucidatus, iō plenius in hoc distinguo, q aut delictū fuit cōmissum. prius cōicato toto capitulo; & tunc oēs puniendi sunt, qui cōsen

a serunt expresse, ēt qui tacuerunt, [a] quia debebāt expresse resistere maleficio cōmittendo, & dare vocem in cōtrarium, vt no. Inn. in c. j. de his quę fi. à ma. par. cap. Si vero aliqui expresse contradixerunt, ēt in capitulo, tunc isti non sunt puniendi, vt in l. j. ff. de magi. conue. vbi bo. tex. & in c. Romana. §. in vniuersitate. de sen. exc. lib. 6. in ver. culpabiles, nā pœna dēt tenere suos auctores, in c. quæsiuit, de his quæ fi. à ma. par. cap. & in l. sancimus. C. de pœnis. Si aūt non capitulariter delictū fuit commissum, tunc officiales & maiores de vniuersitate, puniri debent vna cū prælato, quia præsumptio est q prælatus cum consilio, & authoritate istorum facinus cōmisit, vel saltem præsumitur in eis scientia, & ideo debebant resistere, & sic potest intelligi, & restringi ista glo. quā sic intellectam no. diligenter, sed inferiores de vniuersitate, non debēt puniri, tū quia non ita præsumuntur scire: tum quia non habent tantā audaciam in resistendo. Vñ & ipsis maioribus & officialibus, dicendū puto, q si constiterit eos ignorasse, nō sunt puniendi, sed tm ipse prelatus, qui deliquit. ar. c. 1. de cō

10 stituti. & præalleg. c. quæsiuit. 16. q. 6. si episcopum. †In ea. gl. ibi, sed nunquid collegium, no. hanc gl. vsque ad fi. nam quo tidie ad eam fit remissio, cum quæritur, nunquid collegium

b vel vniuersitas possit accusari, vel puniri, [b] & est quasi similis gl. 12. q. 2. episcopus qui mancipium. Ista tamen gl. nihil boni concludit hic. In hoc c. & in c. graue. ī. de sen. excom. concludit, q criminaliter vniuersitas non possit accusari, quia in ea sunt infantes, furiosi, & similes personæ, q̄ non possunt delinquere. vnde si vniuersitas tota puniretur criminaliter, cōtingeret hoc absurdū, q puniērtur innocentes. Item eadem est vniuersitas tpe delicti, quæ erit istis mortuis, & alijs surrogatis. l. proponebatur. ff. de iu. vnde sequeretur inconueniēs, q̄ futuri, q non deliquerunt, punirentur. sed has rationes confutat Bar. in l. aut facta. §. nonnunquā. ver. hoc præmisso quæro. ff. de pę. nam in multis delictis innocens punitur pp nocentem, vt est videre in crimine læsæ maie. vbi filius punitur propter patrē, l. quisque. C. ad leg. Iul. ma. & 6. q. 1. si quis, cū fi. ità in sacrilegio, de quo in c. felicis, de pę. lib. 6. & ad idē tex. in l. vsusfructus. ff. quēad. vsufr. ami. vbi ciuitas q̄nq; subij-

c citur aratro. [c] Doctores nostri, parum boni hic dicunt, vnde cōcludo hanc materiā post Bar. hunc articulum elegāter examinantē in præall. l. aut facta. Et duo principaliter examinanda sunt. Primū nunquid vniuersitas, seu collegium, vel capitulū, quæ nomina idē significant, possint delinquere. Se-

11 cundo nunquid possint puniri. † Ad primum dicēdū, quod fm veritatē collegiū non est aliud à singulis de collegio, sed fm iuris fictionē, aliud est collegiū, aliud singuli, vt 12. q. 2. q manumittitur. & c. nouit. de his quæ fi. à præla. vñ collegiū,

d seu vniuersitas, est quædā persona ficta, [d] & representata l.

e mortuo. ff. de fideiuss. & præal. c. nouit, vbi dr, quod cēps. [e] & canonici faciunt vnum corpus. & certe hoc corpus nō est verum, sed fictum. ī fictione iuris representatum. proprie ergo vniuersitas non pōt delinquere, quia non hēt verū corpus,

f sed proprie delinquūt singuli, & singulares de vniuersitate [f] sed istud corpus habetur pro vero, quoad multos iuris effectus. vnde aduertendū quod quoddam delictum constitit in omittendo, & illud bene cadit in vniuersitatē, loquendo tm fm illam fictionē iuris, ad hoc l. iubemus. C. de sacrosc. eccl. & contra vniuersitatē præscribitur pp delictū negligentiæ, fa. quod not. in e. de illis, 3. de cond. ap. Quoddā vero delictum consistit in faciendo, & in tali delicto, est considerādū, quod proprie concernit ipsam vniuersitatē, ita q non singulos, vt facere statuta iniqua, & imponere collectas, seu datia illicita & similia. Ista enim non possunt adaptari ad singulos, licet ad ipsam vniuersitatē. vnde in istis ipsa vniuersitas delinquere pōt, vt in auth. nulla cōitas, & in auth. cassa. C. de sacrosc. ecl. & in c. grauē. & in c. nouerit, ī. de sent. excom. Quædam vero sunt delicta, quę proprie non cadunt in ipsam vniuersitatem, vt dolus, homicidium, & similia. & talia delicta possit vniuersitas alijs demandare, vel ex post facto rata hre, & illa intelligātur. l. metū. §. 2. & l. si ex dolo. alle. in gl. Et per hoc pōtet sol. primi dubij, an, & qñ vniuersitas propric, & improprie delinquere possit. Quoad fm, nunquid vniuersitas possit puniri, aduertendū, q quædā sunt delicta, in quibus innocens pōt puniri ob culpā alterius, vt in exemplis superius allegatis tunc vniuersitas, vbi tale delictū cōmisit, pōt puniri ēt realiter, & ciuiliter, & poterit decapitari destruēdo ipsā im-

g uersitatem, vt præal. l. vsusfructus. vnde & olim Imp. dedit sñam contra ciuitatem Brixiæ, quæ fuit sibi rebellis, subijceret aratro, & sic puniebat ciuitatē criminaliter; ex misericordia talem sñam postea reuocauerit. legit de ciuitate Bononiæ quod propter eius delictū ex

peratoris fuit prius destructa, & passa aratrum, sed post dulgentia reædificata, vt no. in procē Digest. Sic videm ipse Deus deleuit funditus Sodomam, & Gomorram, finitimas ciuitates, & tñ ibi erant multi infantes, & fu nō poterant delinquere. Ex atrocitate ergo delicti, saē poraliter vnus punitur pro alio, & vide pro hoc bo. g 3. in sum. & 1. q. 4. in summa & d. l. vsusfructus. ff. quēad amit. facit c. non est, 5. de spon. Et in huiusmodi delict sant rōnes Inn. vt patet ex prædictis. Et cōcluditur, gl. male dicere in c. cēps, qui mancipium. 12. q. 2. vbi Bar. B cit, q illa vniuersitas poterit criminaliter accusari, vb sunt infantes, & similes personæ. In alijs aūt delictis, vb non punitur pro alio, tunc in casibus in quibus dixi vt sitatem proprie delinquere, & non singulos, & tunc aut legium est paruum, vt est collegium priorū, seu Docto capitulū ecclesiasticum, aut est collegiū diffusum. vt ci primo casu qñ pœna à iure pro delicto statuta concer ipsam vniuersitatem, & non singulos: & tunc punitur vniuersitas. Exemplū, publicatur res ex certo delicto. si la res est vniuersitatis, & vniuersitas deliquit, ipsa punitur hoc tex. in l. iubemus, præal. ad idem tex. in simili, in c. cu lectus, de or. cognitio. si vero pœna pōt æque cadere in gulos, vt quia est pœna pecuniaria: & tunc debent puniri consentientes, vt præall. l. 1. ff. de magi. conue. & sic potc

h telligi præal. §. in vniuersitate, in vers. culpabiles. [h] Si vero legiū est diffusum, vt castrū vel ciuitas, tunc qa de facili pōt discerni delinquentes à non delinquentibus, punitur vniuersi

ADDITIONES.

a ¶Etiam qui tacuerunt. Vult isti inferre, quod tacens in maleficio, habet pro consentiente, quod an sit verū, necne, examinari, §. sed nunc nō mini loci. sed pro hac materia recurre ad An. Corf. fin. suo 14. in ver turnitas, in c. in onerosis. Ro. fin. 485. inci. inferior à Principe. Pe. de consi. 225. & Ge. c. fi. post no. 1. & ibi rem. in apost. Cel. etiam rem in ver. taciturnitas. de confes. lib. 6.

b ¶Vel puniri. Adde Ang. late conf. 167. & Fran. de Are. consi. 164. Anch fil. 157. Old. cons. 65.

5 q.2.† In gl.fi.in fi.Inn.dicit,q̄ in prohibitis:qa sola simoniaca intentio inducit simoniam , & illa dicuntur prohibita, quia simoniaca,quia sunt spūalia, & de iure diuino.vt vendere sacramenta,& similia.sed in simoniacis,quia prohibita sola intentio,non inducit simoniā,vt si qs renūciat beneficio suo, cū intentione habendi aliquid tpale.de quo vide,q̄ no.gl.in c.ex parte,de off.dele.Io.And.tenet indistinctē, q̄ nunq̄ sola intentio inducit simoniā,nisi mentalem. & bene loquit, qa dīa maxima est inter simoniam mentalē, & cōuentionalē. Nam in cōuentionali, tenet quis restituere talia spūalia, vel tpalia illicite recepta,nec pōt aliter pœnitere, vt in c.inquisitionis,in prin. ſ. de acc. sed in mētali pōt aboleri peccatū p solā pnīam,vt probat in c.ſi.co.tit.vbi tex. loquit indistinctē de oībus spūalib.procedit ergo, siue sint spūalia de iure diuino,siue ex cōstōne ecclesiæ ex quo aliter non distinguit 19. dist.si Romanorū. & 3 1.q.1.qđ si dormierit. & optime illud
c c.sic inductum,probat opi.Io.And.ᶜ† Extra gl.quæro, quid
6 si aliquis corruperit iudicem,vel testē in cā spūali,nunqd cōmittatur simonia.Host.cōcludit,q̄ sic,pp quādam connexitatē,q̄ hēt cū rebus spūalibus,vel erit quasi simonia,ar.c.nemo.ſ.cod.secus si datur pecunia in causa mere tpali. q̄ no.

ADDITIONES.

a ¶Simoniam.Vide ad hoc,quæ scribit Car.in c.tuam. ſ. de æta. & quasi.vbi ponit.an qui dat pecuniam familiari alicuius prælati, vt soliciter causā beneficij , committat simoniam . Et concludit, q̄ non,nisi ille familiaris sit talis,q̄ eius intuitu daretur beneficium. Seb.Sap.
b ¶De æta.& qua.Hoc dicit Inn.hic. in verbo,intentione. dicit enim, q̄ tex. debet intelligi, quando principaliter quis dat temporalia,vt per temporalia cōsequatur spiritualia . Nam vix est, quod quis hanc intentionem secundario non habeat,& hoc sequitur Host. & Io.And.& D.Car.hic,in 2.oppositione dicit esse signandum,quod secundaria intentio non inducat peccatum,& quia hic fit mentio de precibus,fi vis scire quando preces sunt licitæ,vel non.f.pro beneficio obtinēdo, dic vt per gl.magistrā, in c.tuam.de æta.& qua.& ibi Doct. Ale.de Ne.
c ¶Io.And.Cum ista opinione transit hic D.Car.& But. ambo in fi.sui commenti.Sed aliter dicit Butr.in c.fi. o.vbi dicam,quid sit tenendum.Nam ibi Abb.Sic non firmat pedem. Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Ordines sacri,non debent recipi à prælato simoniaco.*
2 *Prælatus simoniacus,non potest conferre ordines.*
3 *Contra suam conscientiam ei roneam,non debet quis venire, antequā ip-*

Universidad de Deusto Biblioteca

sam deponat; & aliter veniens præparat sedem ad ignem æternũ, 4.
5 *Simoniacus an sit ipso facto suspensus, siue sit simoniacus in beneficio, siue in ordine conferendo, siue in ordine recipiendo.*
Suspensus ab officio, an sit etiam suspensus à beneficio.
6 *Simoniacus ignoranter tantum, deponitur à simoniace receptis, & ab alijs non legitime receptis, vel recipiendis.*
7 *Simoniace conferens ordines, est perpetuo, & ipso facto ab ordinibus suspensus; nec ab eo licite recipiũtur sacramenta, nisi in casu necessitatis.*
8 *Simoniacus in beneficio, notorius, est suspensus ipso iure, si vero occultus, est suspendendus.*
Episcopus qui simoniace emit episcopatum, non potest valide clericos, ordinare, & ab eo ordinati non habent executionem.
9 *Intelligere legem, vel canonem male, non est peccatum, nisi ex hoc male intellecto committatur aliquod peccatum.*
10 *Ordines sacri, non sunt recipiendi à simoniaco prælato, vel excommunicato, aut deposito, & suspenso.*
11 *Clerici an possint licite propria authoritate recedere à prælato notorie criminoso.*

CAP. XXXV.

1 PEr tuas. †Non debet quis ordinem recipere ab eo quẽ credit simoniacũ, sed ministrare põt in illis, quos prius ab isto recepit. Communis diuisio. secũda, ibi, nos igitur. Casus literalis Quidã B. nomine monachus ordinis Chartusiensis, à diece. episcopo susscepit ordinẽ subdiaconatus: postmodũ intellexit q episcopus ille multoties cõmiserat vitiũ simoniæ; propter q idẽ monachus timebat in susceptо ordine ministrare: nolens etiã ab eo. episcopo promoueri ad maiores. super quæ consultus Papa respon. vt secure in ordine susceptо ministret, sed cõtra conscientiam ad superiores ordines nõ ascẽdat: ne forte ædificet ad geennam. & licet in hmõi difficultatem sit collapsus ex eo, q cõscientiam habuit nimis scrupulosam: eam tamen nõ etiadet, nisi deponat errorem. B. †No.
2 1. ex tex. ar. simoniacũ non posse ordinis executionem conferre: cũ. n. ipse nõ habeat tanquã suspensus, non potest, alij conferre: quia nemo dat, q non habet. 1. q. 7. Daibertum. &
3 dicã j. latius. †No. 2. q vbi non subest peccatum in credẽdo, vel nõ potest quis informare conscientiam suam, vt libet, nõ tamen debet venire contra cõscientiam, ẽt erroneã, nisi prius
4 eã deponat, & ad hoc quotidie alleg. iste tex. † Vlt. collige, q veniẽs cõtra cõscientiam scrupulosam ædificat ad gehẽnã. i. committit peccatum mortale, propter q punietur pena gehene. i. ignis, ẽterni. Et dicit ędificare ad gehenã. qavſ cõsti tuere sibi ædificũ ad mortẽ ætернã. & no. cõtra habẽtes cõ
a scientiam nimis scrupulosam, & erroneã. [a] In gl. 1. in fi. die, vt dixi in c. licet Heli. ſ. e. videtur, q in ꝑiudiciũ alterius, & infamiã, nõ debet quis alij facile credere, & ita loquitur hic. Sed vbi cessat alterius præiudiciũ, nõ vituperatur facilitas in credẽdo. 20. q. 4. c. innocẽs. Iste ergo monachus, non debuit de facili credere litis relatorib. in ꝑiudiciũ, & infamiã episcopi;
b & ideo inducitur in errorẽde quo ſ. [b] †In gl. 2. in fi. q intelle
5 ctu huius gl. &c. prius quærẽdũ est, nũquid simoniacus sit ipso facto suspensus. & hic multa inuoluunt per Doc. Sed breuiter, & clare expedio per tria mẽbra. Aut eñ est simoniac⁹ in ordine recipiẽdo: aut simoniacus in ordine cõferẽdo, aut in beneficio. Primo mẽbro, cũ est simoniacus in ordine recipiẽdo, dic: q iste est suspẽsus nedũ ab isto ordine simoniace recepto: sed etiã ab omnib. alijs ordinib. ẽt licite receptis, & per cõsequẽs, est etiã remotus ab administratione tpaliũ beneficiorũ suorum, quãquã. n. multi sint ordines; vnũ tamẽ est sacramẽtum ordinis. ideo si cõmittit simoniã in vno vulnerat totum sacrm ordinis. ideo est suspẽsus ab executio ne oĩum: & per consequẽs ab administratione bonorum. hoc voluit Inn. hic, & in c. tãta, ſ. e. facit tex. in c. ꝑter. §. verũ. 32. dist. & 1. q. 1. reperiũtur. & in c. eos etiam, 81. dist. vide gl. in' cle. cupiẽtes. in ver. non nouam, de pœnis, & ibi generaliter tractat, an suspẽsus ab officio, sit suspẽsus ẽt à beneficio, & fa
6 ciũt no. in simili 32. di. c. nullus, & c. ꝑter. †Et hæc intelligo vera in eo qui cõmisit simoniã: secus in eo qui recepit ordinẽ alio simoniam committẽte, eo ignorãte; tũc. n. iste est tm̃ suspẽsus ab ordine simoniace recepto, nõ autem ab alijs quos prius licite recepit, nec à beneficijs prius licite adeptis, vel adipiscẽdis. ad hoc c. de simoniace, ſ. e. & ibi hoc voluit. Inn. idẽ puto in eo, qui recepit ordinẽ ignorãter à simoniaco su
c spẽso, vt 1. q. 1. si quis à simoniacis. [c] † Sedo mẽbro princi-
7 pali, qſ quis est simoniacus in ordine conferendo, Doc. vñr varij, vñ tenuit Gof. talem nõ esse suspensum quoad alios, & sentit ẽt hic Inn. nisi per triennium tm̃, vt in c. pe. inf. e. & sic puniat recipiens ordinẽ simoniace, q̃ sic conferens, qa recipiens hẽt ordine vitiosum. nõ sic cõferens, licet peccet indigne cõferendo. Sed ipsemet Inn. sentit oppositũ, in ꝑal. c. pe. & illud credit verũ, cõcludo ergo, qđ cõferẽs ordinẽ p simoniã, ipse est ipso facto suspensus ꝑpetuo ab ordinibus, p hoc tex. iũcta gl. in ꝑal. c. si qui à simoniacis, facit ẽt iste tex. & melius, 31. di. c. ꝑter. §. verũ. & ibi bo. gl. vnde à tali simoniaco q. tũcunq; occulto, nõ dẽmus recipere aliqua sacra, nisi baptismum, & corpus Christi tpe necessitatis tm̃, vt in præal. §. ve-
d rum. [d] † Tertio membro principali, quando qs est simonia
8 cus in beneficio, aut est notorius simoniacus, & est suspẽsus ipso iure, vt no. in ꝑal. §. verũ. & no. Inn. hic. & in ca. tãta, ſ. e. aut occultus, & non suspẽsus sed suspendẽdus, ar. 1. q. 3. in c. 1. & 2. dicit tamen notabiliter Inn. hic, q respectu illius beneficij, q simoniace acquisiuit, est suspensus ab oĩb. ordinibus. vnde si quis emit epatũ, licet non ordinẽ, nõ põt valide clericos ordinare quia illa collatio ꝑcedit ex illa emptione beneficij. & ideo ordinati ab eo, nõ habẽt executionẽ, q est valde no. alle. 1. q. 3. eã q̃. Et ex his nũc infertur ad intellectũ illius. c. & ad declarationẽ primæ partis huius gl. Nã põt primo hoc c. intelligi, q iste monach⁹ errabat in iure, vt qa credebat simoniacũ occultũ in beneficio cõferẽdo esse suspẽ-
9 sum: & ideo dicit Papa hũc esse in errore. † Sed non placet hoc Inn. dicẽti, q licet prius non sit peccatũ, male intelligere canonẽ, cũ sit de iure positiuo; tñ postq̃ est doct⁹, & instructus per ſuperiorem, grauiter peccat, nõ recedere ab errore, ar. 29. di. nulli. & no. hoc dictũ, qa solet allegari, q male intelligere legẽ, vel canonẽ, nõ est peccatũ, q intellige, nisi ex hoc

ADDITIONES.

a ¶Erroneam. De quo dic, vt ipse Abb. Sic. in c. & si quæstione. ſ. eo. in 2. no. & quod ibi addidi. Sed Io. Cal. hic tractat, an erronea conscientia obliget, ita quod faciens contra ipsam, peccet, & arguit pro, & contra & finaliter concludit, q sic, quia causatur à ratione, quia credit illud honẽ & ideo faciendo contra, manente tali ratione cõtemnit, ad hoc c. de homine, de cel. mſſ. & c. fignificauerit, de corp. vit. cũ ſi. dicit tamen, q iudicũ rationis errantis bene est contra legem diuinam, sed non secundũ credulitatem habentis illam, qui credit secundum illam legem facere, ideo ligatur, & ita debet intelligi c. nemo. 32. q. 4. & c. ſi. de conſue. Nam illud q est contra conscientiam erroneam, non est in se malum, sed fit, sub ratione malitiquia ille, qui eam habet, & contra facit, credit se facere contra Deum. Et ex hoc Infert Io. Cal. an faciens secundũ conſcientiã erroneã peccet, & arguit pro, & contra, & determinat, q talis conſcientia nõ excusat, quia iste incidit in eã, vel voluntarie, vel ex negligẽtia, qui iure diuino, vel canonib. vel doctorib. & magistris nõ credit, cũ ad hoc teneatur, vt hic, & de fen. excom. inquiſitioni, cũ ergo hoc ex voluntaria ignorantia pr ocedat, ſequitur q nõ excuſat. 15. q. 1. in prin. & 32. diſt. ſ. vt ra qne. vnde tali imputatur ex eo, q non deponit erroneã conſcientiam nec potest dici perplexus, niſi quia non deponit erroneã conſcientiam ponere debet, & hæc dicta refert, & ſequitur do. Card. in pen. & ſic. Ex præmiſsis facias duas concluſiones. Prima est. q faciens ſecundũ conſcientiam erroneã, non excuſatur à peccato, etiam ſi ipſam deponere, non poteſt, quia ex eſt imputandum, q non credit iuri diuino, vel canonib. vel doctorib. & magiſtris. hoc intelligo, niſi ſibi deeſſent magiſtri, à quibus poſſet informari, quia tũc ex quo non poteſt inuenire à quo, inſtruatur, excuſatur à peccato 37. diſt. §. vt itaq; vnde q ait Auguſtinus & Cal. debet intelligi, quando erronea conſcientia eſt contra ius naturale, vel contra ius diuinum; ſecus ſi eſſet contra ius poſitiuũ. Nam non inuoluitur peccato mortali, qui male intelligit ius poſitiuũ, vt dicit notabiliter hic Inn. nã debet intelligi, niſi poſtquã eſſet inſtructus, vt ſ. dicetur. eſt tn differentia inter ius diuinum, & naturale, quia eius ignorantia nõ excuſat à peccato, niſi vbi nõ põt inuenire qui eũ informet. vtſ. dixi. Sed ignorãtia iuris poſitiui excuſat à peccato mortali, ẽt ſi poſſet inuenire qui eũ inſtruat, dũ tñ poſtquã inſtructus eſt, non ſit pertinax, & ita intelligo Cal. & Inn. facit q dicã ſupplendo Abb. Sic. Secunda cõcluſio, vbi nõ põt cõſcientiã erronea deponere, debet omnino eam ſequi quia licet nõ excuſet à peccato, tamen minus peccatũ eſt ſequi erroneã cõſcientiã, qua facere cõtra ipſam, vnde debet eligere minus malũ. 13. d. merui. Alc. de Ne-
b ¶De quo inf. Hoſt. dicit plenius quam Abb. Sic. dicit enim, quod iſte non debuit credere in infamiam, vel præiudicium alterius. ff. de pact. emp. l. Iulianus. §. quod autem diximus, aliàs autem dicimur ſcire, quod ab alij audimus 22. q. 5. hoc videtur. vbi de hoc. Item quantum ad literam, ita relatione quorundam, dicit quod alij habent, relatione multorum. & ſic videtur habuiſſe Hoſt. in hoc tamen ſecundum Do. Car. non eſt facienda differentia, an dicat, quorundam, an dicat, multorum, facit quod dicit hic Inn. qui dicit, quod hæc dec. deber intelligi, quod iſte credebat ex relatione multorum, quod ordinator ſuus eſſet ſimoniacus, & quod ex hoc non haberet ordinis executionem, & quod vlterius non deberet ab eo ordinari. Sed ſi in tex. eſt verbum quorundam, ſubaudit Hoſt. puta vicinorum, ſeu ẽt collateralium, quantumcunque ſecretorum, dummodo tales ſint, quorum ſuperior denunciaret ipſum eſſe talem, & enitandum mandaret. tunc enim ſecundum Hoſt. prima facie eſſet ei credendum, & parendũ, de pba. poſt ceſſionẽ, de treu. & pace. c. 1. 11. q. 3. curæ. nõ est ne hæc verba Hoſt. q licet multi dicant aliquod delictũ, de aliquo, nõ eſt credendũ, imo plus ẽt ſi familiares, vel collaterale, ſeu ſecretarij alicuius referãt malũ de ipſo, non eſt ipſis credendũ. Sed ſi ſuperior denũciet prima facie eſt credendũ, & parendum ei, hoc etiam tenet Io. An. & D. Car. in prima oppoſitione, & Butr. ſuper hac gl. & hæc notabilis. Al. de Ne-
c ¶Simoniacis. Idem dicendum eſt in eo qui coactus recepit ordinem, ſimonia interueniẽte. Nã, & cũ tali eſt diſpẽſandũ, vt miniſtret in ordine, quẽ recepit, coactus, vt in c. coſſat. q j. & hoc dicit Inn. & Doct. Alex. de Ne-
d ¶§. Verum. Vide omnino gl. ibi quæ incipit, ab hoc loco, quæ ponit tres differentias inter ſimoniacum, & notorium fornicatorem ex vna parte, & hæreticum, & ſciſmaticum ex alia parte, & quod quis non debet audire miſſam ſimoniaci quantumcunque, occulti, nec recipere aliqua ſacramenta, præter baptiſmum, & corpus Chriſti, ſed tempore neceſsitatis tantum, tenet gl. in eo. §. quæ incipit. Hugo. iſtud intelligit. Alex. de Ne-

hoc committatur aliquod delictũ: quia ignorantia nõ excu
a sat in delictis, de pœ. di. 2. ſciendũ. & in c. per tuas, j. eo. [a] Secũ do, põt intelligi, q ille errabat in facto, qa credebat ex aliqua ſtumptione illũ eſſe ſimoniacũ in ordine, ſed eũ de hoc ñ eſſet certus, nõ debat abſtinere ab ordine recipiendo, vnde habebat conſcientiam nimis ſcrupuloſam. Sed contra prædicta, nã ſicut non dẽt venire cõtra conſcietiã quo ad ordines ſuſcipiẽdos, ita nec ad ordines ſuſceptos, cuius contrarium innuit iſta litera. Sol. dicit Inn. q ordines ſuſcipere est liberum, ſed in ſuſceptis miniſtrare, eſt neceſſariũ, vt in c. quæris, de æta. & quali. vnde ille debuit conſcientiam ſuam informare ſecũdum ius quoad ordines ſuſceptos: ſed in ſuſcipiẽdis, non debuit cõpelli ratione ꝑdicta. Itẽ ſecundum Hoſt. facilius frangitur conſcientia in ſuſceptis, quã in ſuſcipiendis, qa multa impediuntur facienda, & c. vt in capit. 1. & capi
b tur. rurſus, qui cleri. vo. & in ca. quemadmodum, de iureiur [b] vel (vt ſentit hic Inno.) Papa diſpenſauit hic in ſuſceptis: qa
c tunc ignorabat, argumen. in præallega. c. qui à ſimoniacis. [c]
10 † Ex prædictis declaratur vltim. q. gl. an poſſem recipere ord
d dinẽ ab eo, quẽ ſcio ſimoniacũ, [d] nam in caſibus in quibus dixi eũ eſſe ſuſpenſum, procedit deciſio gl. ſecus in alijs: quia
e tunc ceſſat eius ratio, [e] q dixi de ſimoniaco ſuſpenſo, idem dicit Inno. & bene de excõmunicato. idẽ de depoſito, vel ſuſpenſo, vt iſti quantumcunque ſint occulti, non cõſerãt exe
f cutionem ordinum. [f] † Ex his deciditur alia quæſtio, nunqd
11 ꝑpria authoritate ſit licitũ recedere à prælato notorie criminoſo, & dicunt quidã, quod non, niſi in duobus caſibus, vt ſi ſit notorius fornicator, vel ſimoniacus in ordine. vt præalle. §. verum. ſed Inn. concludit hic, idem eſſe in quolibet peccato q impedit executionẽ ordinis, etiam poſt peractam pœnitentiã, qa eadẽ eſt rõ in iſtis. & q̃ ſint illa delicta, no. in præalle. c. niſi, in §. propter conſcientiam, de renun. & hunc articũlum examinaui latius in c. cum non liceat, de præſcri.

ADDITIONES.

a ¶Infra eo. Butr. aurem dicit, quod error iuris excuſat à peccato, ſed non à pœna temporali, de quo videbimus in c. per tuas, infra eo. Alex. de Ne.
b ¶De iureiu. Do. Car. in tertia oppoſitione dicit, quod ſi iſte non habuiſſet conſcientiam contrariam, potuiſſet etiam ad ſuperiores ordines aſcendere, & mouetur per literam, ibi, contra conſcientiam ad ſuperiores nõ aſcendat, & iſtud etiam eſt de mente Docto Dic tamen, quod magis tenerunt conſcientiam erroneam deponere, reſpectu ordinis ſuſcepti, quã recipiendi, per rationes Inn. & Hoſtien. Alex. de Ne.
c ¶Simoniacis. Cum literalia Papæ non diſpenſauit, nunc apparet de aliqua diſpenſatione: ſed ideo debet miniſtrare in ordine ſuſcepto, quia non conſtabat ſibi ordinatorẽ eſſe ſimoniacũ, & hoc eſt de mente Doct.
d ¶Quem ſcio ſimoniacum. Adde quod ſi à tali receperim an ſim ſolum ab illis ab eo receptis ſuſpenſus, an vero ab omnibus, etiam quos à non ſimoniaco ſuſcepi, & quis mecum diſpenſabit. adde iſtum in c. de ſimoniace, ver. circa hanc. ſupra eo. & ibi Fel. ver. in glo. fi. gl. Archi. & Ge. 32. diſt. c. præter. §. verum. vbi tenent talem eſſe ſuſpenſum etiam ab ordinibus bene ſuſceptis, & cum quo Papa ſolus diſpenſat. Zach.
e ¶Ratio. Imo etiam ſi ſimonia eſſet omnino occulta, ille qui ſcit ſimoniacum, potius debet pati excommunicationem, quam ad ordinem recipere, vt dicit hic glo. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis, facit quod dicit glo. 32. d. §. verum. quæ dicit, quod quis non debet audire miſſam nec recipere ſacramenta ab eo, quem ſcit ſimoniacum, licet ſit occultus. Alex. de Ne-
f ¶Ordinum. Eridem dicendum eſt ſecundum Hoſt. in quocunque peccato, quod poſt pœnitentiam impedit executionem ordinis, de quib. in c. niſi cum pridem. §. propter conſcientiam, de renun. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus licet non habeat iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, poteſt tamen tollere prauam conſuetudinem totius prouincie.*

CAP. XXXVI.

1 NTantum. Pro chriſmate, vel inueſtitura eccleſiarum, nil exigi dẽt, nec excuſat conſuetudo, vel nominis variatio. h. d. Et prouidet circa duo. ſecunda ibi: prauam. Et 2. ſubdiuidit. nã primo narrat factum, ſecũdo corrigi mãdat, & puniri, ibi: cum vero. Caſus literalis. Quidã ſuffraganei Cãtuarien. Archiepi recipere conſueuerũt certã quantitatẽ pecuniæ pro chriſmate. Iſti timẽtes pœnã canonicã, & correctionẽ eludere cupientes, tps faciendæ ſolutionis anticipabant, recipientes in media quadrageſima, qđ recipere conſueuerant in paſchate, & nomen denariorum variabant. Denarios quos primo dicebant chriſmales, ſecũdo appellabant paſchales, ꝑ ſuetudinẽ medię quadrageſimæ nuncupantes; peruenit hoc ad notitiam do. Pa. qui reſpõ. q gratia ſit gratis conferenda, & qui primo recipit præ-
1 tium quàm rem conferat pretioſam, & expreſſius ſpeciem exprimat vẽditionis, Mandat Papa Archiepiſcopo, quatenꝰ hmõi exceſſus corrigat, & ſuffraganeos ſuos, & corũ officiales taliter puniat, q aliorũ culpa ſibi pp ſuã negligentiã non imputetur ad pœnã. In fi. dicit, q illã prauã cõſuetudinẽ de ſua ꝓuincia ſtudeat extirpare, cm quã inueſtiturã eccleſiarũ Archi. marcã argenti exigebãt. alij vero prælati vaccã albam vel certam quantitatem pro vacca. Ber. Not. 1. ex tex. ex prin
cipio, quod ex vno peccato quandoque generatur aliud,
a & peccata inducunt peccatorẽ ad peccandũ. [a] Not. 2. q va-
b riatio tẽporis in ſoluendo, vel mutatio nominis [b] non excuſat contractum aliàs illicitũ. Et ex hoc collige. q ab cõſiderãdum ſpeciem contractus, non ſolũ ſunt attendenda verba, ſed ẽt natura contractus, facit l. ſi vno. ff. loca. No. 3. q ſorti⁹ declarat vẽditio, qñ pretiũ ꝓcedit traditionẽ rei, q̃ qñ ſequtur: qa traditio rei, põt ſehre ad multos ℈ctus, nõ ſic traditio ꝑ-
c tij. [c] Itẽ no. ſolũ Archiepiſcopum poſſe punire ſuffraganeos ſuos. de quo 1 c. vt litigãtes, de off. or. li. 6. & in c. ſacro, de ſen. excom. & ẽt officiales ſuffraganeorum, quando delinquunt vt officiales. de quo dic, vt no. in c. 1. de offi. vic. li. 6. & in c. Ro
1 mana, de of. ord. eo lib. † Vltimo no. & tene mẽti Archiepiſcopũ poſſe tollere prauã cõſuetudinẽ totius prouinciæ ſuę. con. c. c. ex frequentibus, de inſt. licet. n. non habeat iuriſdictionẽ in ſubditos ſuffraganeorũ. vt in c. paſtoralis, de of. or. tamen prauã conſuetudinẽ tollere poteſt, cũ cõcernat totã prouinciã, & peccatũ ſit notoriũ. facit c. Romana. §. noto-
d ria, de cenſi. lib. 6. In gl. in verbo, qui prius, [d] in fi. vel fm Ho. caueatur de re tradenda, ſi pretiũ fuerit intra certũ tempus ſolutum. ff. de ædil. edi. l. ediles. §. fi. cũ l. ſeq. & idẽ no. in l. ſi traditio. C. de act. emp. In gl. fi. no. ergo. ex glo. iuncto tex. q eriã pro inueſtitura facta. i. pro inductione in corporalem poſſeſſionem, non poteſt aliquid exigi. Archi. enim habet inueſtituram facti, & non iuris, vt in c. ad hæc, de of. Archi. & ſic pro poſſeſſione habenda, non debet aliquid tradi, vbi etiam ſubeſt conſuetudo, vt hic. quod tene menti.

ADDITIONES.

a ¶Peccandum. Ad hoc de pœ. diſt. 5. conſideres. & infra de reg. iur. deſeat. in quibus dic. quod qui in vno delinquit, factus eſt omnium reus, & inter alias rationes amore huius peccati deſe. ic peccator omnes virtutes, & conuertit ipſas ad vitia, vt d. c. conſideres. Alex. de Ne.
b ¶Mutatio nominis. De illa mutatione nominis, vide exemplum in l. nemini. C. de aduoc. diuer. iu. vbi dicit Bar. quod ſi ſtatuto cauetur, quod qui fuit aſſeſſor, non poſsit ad ſ. ſedere hic ad quinque dies, non poterit Poteſtas illum, quem retinebat ſub nomine aſſeſſoris, retinere ſub nomine conſiliarij. nam fm Bald. ibi eſt fraus de noie ad nomen. Seb Sap.
c ¶Precij. Vnde dicit Butr. quod clarius arguitur contractus venditionis, qñ principaliter à principio proprię ſuę naturæ tantum proportionatur, quam quando proportionatur à principio alterius ſpeciei contractus communicabilis. Alex. de Ne.
d ¶Qui prius. de quæſtione huius gl. vide Antonium. in c. 2. in fi. de ſequeſtra. poſ. & fruct. Bart. de Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ad titulum eccleſiæ alterius clerici, cum conſenſu tamen ſuo debet viuere de reditibus ipſius eccleſiæ 2. dummodo ibi in diuinis ſeruiat, aliàs ſecus, vel facultates eccleſiæ non ſufficerent. 4.*
3 *Ignorantia iuris non excuſat quem à delicto, licet mitius puniatur quã ſi ex propoſito peccaret.*
5 *Epiſcopus ſi ordinauerit aliquem qui non habet vnde poſſit viuere tenetur ad prouidendum ſibi.*
6 *Epiſcopus poteſt facere omnia quæ ſibi Papa ſpecialiter nõ reſeruauit,*
7 *Simonia cõmittitur ſi quis fuit ideo in ordine receptus, & aſſumptus, qui à taliter aſſumptus promiſit, nihil ab ordinatore vlterius petere.*

CAP. XXXVII.

1 PEr tuas. Ordinatus in ſubdiaconũ, q primo ſẽtarori ſuo ꝓmiſit, qđ nil ab eo peteret, in ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiores ordines aſcẽdere, ſine diſpẽſatione nõ poteſt, ẽt ſi peccare nõ crediderit. h. d. Secũda ibi: nos. Caſus literalis. Quidã clericus cũ vellet in ſubdiaconũ ordinari, & titulũ nõ haberet, rogauit quendã presbyterũ vt ipſũ ad titulũ eccleſiæ ſuæ ꝑſentaret; ſed cũ presbyter hoc facere nollet, ꝑ miſſit eidẽ, q nunq portionem aliquam peteret in eccleſia illa, ſi ꝑſentaret eũdẽ; & ſic ad eius ꝑſentationẽ fuit ordinat⁹: q̃rebat qd iuris eſſet de clerico, reſp. Papa. q niſi cũ eo fuerit miſericorditer diſpenſatũ, nec in eo ordine dẽt miniſtrare, nec ad ſuperiores poterit ꝓmoueri. B. No. 1. ex tex. q nõ ſolũ abbates, ſed ẽt inferiores ꝑlati, & rectores eccleſiarũ poſſunt ordinare alios, & in titulũ ſuarũ eccleſiarũ eos conſtituere, ſine ꝑiudicio tñ patronorũ ipſarũ eccleſiarũ: vt patet
1 in c. pẽ. ſ. de in. pat. † Et ex hoc ampliatur. c. epiſcopus ſi. & cõ licet, de prẽb. vt nõ poſſit qs ordinari ſine beneficio. ſ. ꝓprio, vel alterius: nã ſufficit, q ordinet ad titulũ eccleſiæ alterius. ex hoc. n. cõſequitur vt debeat habere ſuſtentationẽ ex fructib. illius eccleſiæ, quaſi cenſeatur ſibi conſtitutũ be-
2 neficiũ in reditibus illius eccleſiæ. † Secundo no. ibi: aliquã petere portionẽ. &c. q ordinatus ad titulũ eccleſiæ alterius, petit licite ibi portionẽ. Et intellige, q dixi, q dẽt ibi habere portionem, & ſuſtentationem vitæ: tamen non debet habere tantam partem: vt videatur facta ſectio beneficij, per c.
3 maioribus. ſup. de præb. ſed debet ſuſtentari tanquam clericus, arg. c. propoſuiſti, ſup. de temp. ord. † No. ibi: egiſſe illicitum, &c. quod ignorantia iuris, non excuſat à delicto: minus tamen peccat, quam ille qui peccat ex ſtudio, vel ſcienter.

de pę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 de pe. dist. 2. sciendum.[a] †Sed contra tex. opp. de c. conquerente. de cle. non resi. Sol. quando quis ordinatur ad titulū alterius ecclesiæ, & ecclesia sufficit ad prouidendū vtrique: potest iste ordinatus directe petere hāc portionem, & tenetur ibi residere, & deseruire in diuinis: si autem non faceret residentiam, tūc posset priuari hac portione, siue hoc titulo, secundum Ioan. And. in d. c. conquerente. idem si facultates ecclesiæ non sufficerent, sed posset dici secūdū eū, q illud c. nō loquitur in præsbytero presentāte: quia est qd sibi imputetur, quare presentauit: sed potest loqui in successore, qui nō fuit in culpa, & hoc no. pro intellectu illius c. cō
2 querente. †Sed caueat episcopus ordinator: quia si nullo modo p̄sentator posset illi subuenire, cōpellitur episcopus ordinator ad p̄uidendum, vt in c. episcopus. de preb. & in c. cū
b secūdū, eod. tit.[b] In gl. 2. in fi. dicit hic Innoc. q̄ per solū Pa. poterit cū isto dispēsari: & cū hoc dicto similiter transeunt alij Doc. sed ego puto, q̄ ēt per episcopū poterit dispēsari in
6 casu huius c. †. Primo, per theoricā Inn. in c. dilectus, de tēp. or. vbi sing. dicit q̄ quando in iure permissa est dispēsatio, ex quo eam sibi Papa non reseruauit, videtur episcopis indulsisse potestatē: & facit in simili. ca. nuper, inf. de sen. excom. nobis, in fi. sup. eo. Nec ob. si dicatur, q̄ per alia iura cauteatur, vt in ordine solus Papa dispensет: vt dixi in c. de simoniace. sup. e. quia dico, q̄ hic proprie, & strictē non committitur simonia: vel si est simonia, non tamen est peccatū, sicut q̄n̄ propriè interuenit donatio alicuius tēporalitatis. nā, & ille præsentatus in effectu nullum lucrum ex hoc consequebatur, & iste ordinatus nihil donat: quia si non fuisset ordinatus in effectu, nullam obligationem habuisset aduersus illū
c præsētat orē. vnde isti mitius puniūtur. vt patet in c. pen. inf. e. vbi dicam. & fatetur etiam Inn. ibi.[c] Ex prædictis, & ex tex. colligitur alia limitatio: vt licet in aliis casibus, simoniacus in ordine, nō solum sit suspensus ab illo ordine simoniace
d recepto: sed etiā ab alijs.[d] 1. q. 1. reperiuntur. & dixi in c. per tuas, sup. eo. tñ in casu huius c. tantum est suspēsus ad ordine illicite recepto, sed nō ab alijs: vt patet in tex. & hoc cōtingit ratione prædicta, sic, & tali pacto ordinans vel præsentās mi
e tius punitur, vt in c. pe. inf. vbi tangā.[e] † In gl. fi. in fi. Sed contrà gl. & tex. sic opponi potest, q̄ nulla interuenit hic simonia: nam non interuenit hic munus ab obsequio: quia nullū obsequium indebite impensum fuit. nec interuenit munus a lingua. j. fauor humanus, seu sordidę preces: imo humiles, & iustas emisit; nec interuenit munus a manu; quia nullum qd tēporale tradidit, nec remisit aliquā obligationē de præsenti. Sol. licet de presenti non esset orta aliqua obligatio; tamen post ordinationem, non obligatur præsentator ad dā dum isti certam portionem, quæ quidē portio consideratis fructibus, est quid temporale. remisit ergo istā obligationē rei temporalis, vt adipisceretur ius spirituale. & remittere in
f istis, idem est, quod dare, vt c. veniens,[f] el. 1. de testi. lib. 6.

ADDITIONES.

a ¶Sciendū. Est etiam bonus tex. in c. ii. ij. iarum. 32. q. 2 vbi dicitur, quantum pertinet ad hominis voluntatē, semper minus peccatū est falli quā mentiri, licet non excusет omnino ignorantia in his sine quibus non potest haberi notitia fidei: vel Deus coli non posset. Nam in his multū distat a vitio decipere, vel decipi, 22. q. 2. & fi. cupis. In hiswero quę nō sunt necessaria ad capiēdum regnum Dei, error, vel ignorantia eorum, nullū vel leuissimum peccatum est, vt in. c. in quibus. 22. q. 2. Vnde Inn. super c. per tuas. dixit q̄ ignorantia iuris positiui, non ligat peccato mortali. Sed Butr. & Abb. Sic. inducūt, q̄ excusat a peccato, sed non a pęna tēporali, si illa ignorantia cadat in delictū, quod intellige si potuit consulere peritiores, alii ās excusatur etiam a pęna temporali, vt in l. regula. ff. de iu. & fact. igno. & 37. dist. §. fi. Item debēt intelligi nisi essent personæ priuilegiatę, quæ excusantur ab ignorantia iuris, vt in c. 1. q. 4. & de hoc vide gl. magistram. ea. q. § notandum. Alex. de Ne.

b ¶Bod. tit. Ista sunt verba Host. hic, cum quibus transeunt Doct. qui dicit, quod si facultates ecclesiæ non sufficiunt imputet sibi præsentator, qui contenſit. Vnde si habet de patrimonio, vel altunde, coget eum episcopus ad assignandum titulum: aliās ille qui ordinauit, tenetur prouidere de præbenda. c. 2. & 4. & c. cum iecundum. de quo Do. Car. ie remittit ad c. accepimus. de æta. & qual. in. 7. q. Et hæc sunt vera in eo qui præsentauit, successor autem qui non fuit in culpa non tenetur, si facultates ecclesiasticæ non sufficiunt. secundum Io. And. qui ita intelligit c. cō querente, de cle. non resid. Alex. de Ne.

c ¶Ibi. Sed In. non fatetur ibi q̄ alius q̄ Papa possit dispensare, & cū opinione q̄ tenet hic Inn. trāsic Io. An. & Bar. & cōmuniter Do. & est casus in c. pe. in fi. j. e. q̄ alius q̄ Papa nō possit dispensare, & ideo non obstat theorica Inn. in c. dilectus, de tem. or. quia illa theorica habet locum, nisi in canone caueatur, quod alius quam Papa non possit dispēsare, prout caueatur in d. c. pe. in fi. & licet ille tex. nō exprimat, q̄ remittēs ius pertę dæ portionis, crederet illā remissionem licitam, tamen ille tex. debet in distinctē intelligi, cū loquat indistincte, præsertim cū ignorātia iuris cōparetur dolo, vt in l. q̄ Neruа. ff. de. & hic fateor tñ. q̄ p̄ sedē Apostolicā, facilius dēat dispēsari cū tali ignorante, quā cū ciente, sed tamen alius q̄ Papa nō poterit dispēsare, vt in c. apostolicę, de cle. excom. mini.

d ¶Sed etiam ab alijs. Adde quod potui in apostil. ad illum, in ca. per tuas. lo. 2. in fi. in apost. in verſi. quem ſcio ſimoniacum. S. eo titu. vbi tango materiam huius verſi. Zach.

e Tangam. Et hoc quod dicit Abb. Sic. tenet ibi Inn. & Doct. Ale. de Ne.
f Veniens. Sed an idem sit remittere, q̄ dare in debitis vide. in c. pen. 3. eod.

SVMMARIVM.

1 *Simoniam committit si quis det vel recipit pecuniam pro administratione rerum spiritualium. 2.*
3 *Spiritualia quibus modis capiantur in iure.*
4 *Ius patronatus, non potest vendi nisi cum vniuersitate, nec potest alienari in iudicio seculari.*
5 *Simonia conuentionalis, est detestabilior mentali.*

CAP. XXXVIII.

1 Onsulere. †Nō eger summario quia breuiter. Sed p alia verba potest sic sūmari. Simonia est dare pecuniā, p vicariatu, vel alia administratione rerū spiritualium, vel ecclesiasticarum habenda, & dantes, & recipientes, ab illa ecclesia sunt ejiciendi. h. d. casus literalis. Quærebatur a domino Papa, qui proprie dicerētur simoniaci. Papa respondet, quod quicunque per pecuniam, aliquam administrationem obtinerent, tam dantes, quam accipiētes cum Simone percelluntur & ab illa ecclesia repelluntur, in cuius ignominiam, dare, & accipere pecuniā voluerūt. Ber. No. 1. ex tex. q̄ contumelia q̄dā, & iniuria irrogatur illi ecclesiæ, q̄ acquiritur pecunia interueniente, & idem si administratio conceditur per pecuniā in illa ecclesia. & hoc quia cōstituit illā ecclesiā, seu eius
2 administrationes venales. cōcor. c. de hoc. sup. e. & c. audimus inf. e. †Secundo no. q̄ simonia. nō solum cōmittitur in beneficio spirituali obtinēdo, sed etiam in qualibet administratione rerum ecclesiasticarū. & tunc est hoc simoniacū, quia. phibitū. & de istis administrationibus late habetur. a q. saluator.[a] †Vnde aduerte,[b] post Io. An. q̄ q̄dam sunt spi-
3 ritualia, secundum essentiam suam; horum quædam incorporalia, quædam corporalia. prima. f. incorporalia, nō possunt, vendi, etiam de facto; quia non cadunt in cōuētiones, nec æstimātur, vt sūt virtutes, & dona Dei. & de his. 1. q. i. c. i. & ibi gl. 1. sed corporalia, de iure vendi non possunt, sed de facto venduntur; nō tamē sine vitio simoniæ. exēplū in reli-
b quijs Sanctorū, vt in c. 1. & 2. sup. de reli. & ve. san. Quędā sūt spiritualia per causam, vt sunt sacramenta stricte, & large sumpta; sacramēta enim sunt spiritualia, ratione causæ: quia per ea cōsequimur gratiā. ista 9a corporalia, cadunt in puo, sed nō sine vitio simoniæ, vt in c. nō satis, & in. c. cum ecclesiæ. sup. e. Quædam sunt spiritualia propter statū, vt est religio. & de istis dicēdū est, vt in c. dilectus. & in ca. veniēs. ī. e. Quędam sunt spiritualia quæ dependent a potestate spirituali, vt in c. ad aures. ī. e. Et quædā ratione officij. vt in c. ad nostrā. supra eo. & in istis nō potest interuenire aliqua vēditio. vt de quicquid competit clerico ratione ordinis, vt pulsare cāpanā, claudere ostia ecclesię & similia, vel si est administrator rerū ecclesiasticarū, vendi nō possunt, habēt enim dependentiā quandam a rebus spiritualib. vt prehenda, & beneficia, vt declarauimus. Quædā sunt annexa spiritualibus: quia
c sunt deputata ad vsum spiritualium, vt vasa sacra, vestes sacerdotales.[c] & fi. † Et de iure patronatus certum est, quod cū
4 sit annexum spiritualibus, vendi non potest, vt in c. 1. de iure
d patro. sed trasit cum vniuersitate[d] tēporali, vt in c. ex literis. e. tit. de iure pa. nec causam iuris patronatus per laicū illicite
5 cio diffiniri potest. e. quanto. de iudi. † In gl. fi. ibi sunt procedūm ad actum; & tunc aduertēdum, quia aut interuenit pactū, & committitur simonia cōuentionalis. quæ est valde detestabilis. Aut nullum pactum interuenit, sed prava intētio, & tunc est simonia mentalis, quæ non est tam execrabilis. quia per solam pœnitentiam, absque restitutione aboletur, vt dixi in cap. tua, supra. eo. & habetur in c. fin. infra eod.

ADDITIONES.

a ¶Saluator. Intellige de administratione ecclesiastica, habēre aliq̄d spirituale annexū. nō cōmitteretur simonia, vt dicit hic Inn. & Doct. Ale. de Ne.
b ¶ Vnde aduerte. Vide. Ab. an c. quanto. vbi mod. ī. de iud. vbi quot modis & quid dicatur spirituale. Seb. Sap.

Sacerdotales. Et ratio est, quia ea quæ sunt deputata ad diuinum cultū non debent conuerti ad humanos vsus, vt in dictus iuribus, & in regle. mel Deo dedicatum. Hinc est, quod de vestibus personatum sęcularium non est facienda vestis sacerdotalis, seu casula, nec aliquis ornatus ecclesiasticus, vt dicit gl. notabilis. de con. dist. 3. ad nuptiarum. Ale. de Ne.
d ¶Transic cum vniuersitate. Adde istum in c. quanto, num. 7. & quod ibi posui in apostil. ad ipsum in versi. est falsum ī. de iudic. & in cap. quæritā. nume. 4. & ibi item notaui in apostil. ad eundem post eum in apostilla ver. vt in iure patronatus. supra isto, & eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur, si aliquid accipitur ex confectione episcoporum vel ex benedictione abbatis, vel ordinatione clericorum, non obstante aliqua consuetudine.*
2 *Simonia non est, si ad ordines assumpti compelluntur aliquid pro fabrica dare, stante de hoc aliqua consuetudine.*
3 *Simonia non est, si tempore chrismatis, datur episcopo census alias sibi debitus, stante de hoc consuetudine.*

CAP.

CAP. XXXIX.

1 Sicut pro certo. †Simoniacum est, aliqd exigere, p̄ cōsecratione episcoporū, & benedictionibus abbatum, & ordinationibus clericorū; nec excusat consuetudo. h. d. Primo narrat excessum, & ipsius execusationē. Secūdo, excusationē reprobat, & excessum, phibet, & pœnā adijcit, ibi tantum. Cāsus literalis. In plerisque locis, à multis prælatis fiunt turpes exactiones pro consecrationibus episcoporū, benedictionibus nubentium, & consimilibus. & est taxatū, quantū debeat dari illi, vel illi & quantū, alteri, vel alij huiusmodi. prauitatē per cōsuetudinē defendentes. Concilium huiusmodi cōsuetudinē quæ dicenda est potius corruptela penitus reprobat, prohibendo expresse, ne pro talibus quocunque p̄textu, aliqs extorquere p̄sumat aliqd, vel exigere, alioquin, & qui dederit, & qui acceperit, cū Giezi, & Simone condemnetur. Ber. No. 1. ex tex. q̄ Episcopus dicitur consecrari. Abbas benedici, clericus ordinari, sed satis potest dici, qd etiam episcopus ordinatur, quia episcopatus est ordo,
2 vt no. in proœ. sexti. † No. ibi exactiones, & extorsiones, qd nec pro conferendo ordine, nec pro iam collato, potest introduci consuetudo, vta liquid detur, & vult tollere palliationem quorundam, qui exigebant ex postfacto, dicit tamē Hostien. consuetudine posse induci, vt ordinandus aliquid daret ad fabricam ecclesiæ, vel ad cultum diuinū, ita tamen vt ordo libere cōferatur, sed postea cōpellatur ordinatus ad obseruandam laudabilem consuetudinem, vt in c. ad Apostolicam, infra eo. & no. bene hoc dictū Hostien. vt non solū à laicis, sed etiam à clericis possit prætextu consuetudinis aliquid haberi ad cultum diuinum commertendum; non tamē
3 valeret pactum, vel statutum, etiam in fauorem ecclesiæ, vt
4 1. q. 1. ex multis, in fi. vbi bon. tex. in c. Iacob. ī. eo. vbi dicam
5 Valet etiam consuetudo secundum Doct. vt census aliās debitus episcopo, deferatur tempore chrismatis: quia non datur principaliter pro chrisma te. quod no. &c.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa vel priorissa, vel aliter prælata, non venit appellatione monialium.*
2 *Monialium appellatione, non veniunt monachi.*
3 *Constitutio antiqui iuris declaratoria addens pœnam, dicitur noua respectu pœnæ.*
4 *Iuris ignorantia excusat moniales, & etiam monachos, qui claustra nō exeunt.*
5 *Iuris ignorantia, an excuset clericos.*
Necessitas excusat quam à furto, tam respectu pœnæ, quam culpæ.
Committens peccatum propter paupertatem, quando excusetur.
Necessitatis tempore, omnia sunt communia.
Moniales etiam prætextu paupertatis, non debent recipere aliquid ab intrare volentibus monasteria.
6 *Simonia non impedit monachum adeo quod non possit sine damnatione redire ad seculum: sed bene impedit, quod non habet locum in illo monasterio.*

CAP. XL.

Voniam. Religiosi pretio recepti. vna cū recipientibus de monasterio repelluntur, & in arctioribus monasterijs ad agendum pœnitentiam detruduntur. Sed recepti ante istud concilium, ponebantur sic recepti in aliis locis eiusdē ordinis, nisi multitudo sit in cā; & ita tamē, q̄ renunciant primæ receptioni, & de nouo recipiuntur. hoc dicit. Et sunt quatuor partes. Primo, prouidet circa futura. Secūdo, circa præterita ibi: de his Tertio, progat, ibi, hoc ēt. Quarto publicationē fieri mandat ibi: verum. Casus literalis. Simoniaca prauitas apud multas moniales in tantū inualuit, q̄ vix recipere voluerūt aliquas in sorores sine p̄tio paupertatis prætextu. Præcipit cōcilium, ne de cætero istud fiat. statuens, vt quæcūque de cætero talē cōmiserit prauitatē, tā recipiens, quam recepta; siue subdita fuerit, siue p̄lata si ne spe restitutionis de monasterio expellatur in arctius monasteriū ad agendū perpetuā pœnitentiā detrudenda; de his vero, q̄ ante istud cōcilij taliter sunt reptę, statuit, vt de illis monasterijs q̄ perperā sunt ingressę, remoueātur, & cū alijs eiusdē ordinis collocentur, si forte pp multitudinē hoc fieri nō poterit, ne damnabiliter in sęculo euagentur, de nouo dispēsatiue in eisdē monasterijs recipiantur; mutatis locis priorib. & inferioribus assignatis. & hoc q̄ dictū est de monialibus, obseruandū est de monachis, & alijs regularib. ne p̄ simplicitatę vel ignorātiā aliq̄ se valeāt excusare, præcipit vt episcopi p̄ suas diœceses singulis annis hoc faciāt publicari.
1 Ber. † No. 1. ex tex. q̄ appellatione monialiū nō venit abbatissa, vel priorissa, vel aliter p̄lata. nā primo fecit mētionē de monialibus in genere, & postea subdit p̄lata. vt in c. fi. j. e. Secūdo no. q̄ receptio monialiū, spectat simul ad prælatū, &

a ad alias moniales. & vide q̄ no. in c. fin. de reg. li. 6.[a] † Tertio
2 no. in ver. hoc ēt, q̄ appellatione monialiū,[b] nō veniūt mo
b nachi: quia licet masculinū cōprehēdat femininū, nō tamen
3 eō, vt ff. de le. 2. l. si ita.† Vlti. not. q̄ cōstitutio iuris antiqui dēclaratoria, addens nouā pœnā, non extenditur respectu pœnæ ad p̄terita, & sic respectu illius pœnæ, censetur noua p̄stitutio, q̄ optime p̄batur hic, nā, licet ante cōciliū hoc, simonia cōmitteretur in huiusmodi receptione, tñ ista pœna nō erat sic statuta, Vnde aliter puniūtur receptāte hanc cōstitutionē, aliter recipiendi. & p cor. c. cū tu. j. de vsu. & no. Pau. de
c Lea. in proœ. cle. & no. in c. fi. de consti.[c] † Potest ēt colligi
4 ex fi. literæ, q̄ monachi, moniales, & alij regulares, excusant ab ignorantia iuris: de monialibus non est dubiū, qa, & alijs mulieribus permissum est ignorare iura. l. cū de indebito. ff. prob. l. si emancipati, C. de iu. & fac. ign. vide bo. gl. quæ generaliter hoc prosequitur. 1. q. 4. c. turbatur. §. notandū. & 38. di. in summ. & fortius dēnt excusari moniales, q̄ non exeunt claustra monasterij, vt in c. j de sta. re. li. 6. sed in monachis est est bene notanda hæc litera. Sed dicit Host. q̄ potest procedere in monachis, qui nūquam exeunt claustrū. Sed cū hodie vadūt ad audiendū iura, nō de facili eis permittitur hæc
d ignorātia.[d] posset ēt dubitari in clericis sęculatib. qa & militibus permissum est ignorare iura. l. 1. C. de iur. & fac. ign. & clericus gaudet priuilegio militis, vt no. glo. in l. miles. ff. de reg. iu. nam sicut miles armatæ militiæ debet intendere armis, ita, & miles cœlestis militiæ debet intendere diuinis. Sed tamen forte aliud posset in eis dici: quia & ipsi, si possunt debent mitti ad studia literarum, & eis suadetur, & præcipitur. vt in c. cum ex eo. de ele. lib. 6. & 38. di. c. ignorantia, & cū mulitis c. illius di. sed milites armatæ militiæ, nō debēt
5 studere. sed intendere circa salutē reipublicæ. † In glo. 1. ibi non dēt peccatū operari mortale, &c. Sed ī hoc op. de c. discipulos, de cōse. di. 5. & de ca. 3. j. de fur. vbi prætextu pauperis quis excusatur à furto. dicit hic Io. An. q̄ necessitas nō excusat à culpa, sed alleuiat pœnā. hæc so. mihi non placet quoad furtū, p c. discipulos. vbi ēt a culpa excusantur discipuli. secundo soluit, q̄ paupertas habēs in se necessitatē excusat. ista so. nō est generalis. & ob. c. sicut. 32. q. 4. vbi dī, potius qs dēt fame mori, quā idolothitis vesci. & vide ibi tex. cū gl. Et ideo concludo sic, qd quædā sunt in se mala, vt adulterari, occidere & peierare, & similia. & illa prætextu pauperis non sunt committenda: & habet locum istud dictum, potius omnia mala pati, quam malo consentire, vt in c. ita, & in c. faceris, alleg. in glo. Quædam sunt quæ licet in se sint mala, tamen tempore necessitatis desinunt esse mala, vt furtum, nam tempore necessitatis omnia debent esse cōia.[e] 47.
di. sicut. & ideo non committitur furtum illo tpe, quia non contra-

ADDITIONES.

a ¶Lib. 6. De hoc plene dixi, in c. ad apostolicam, de reg. Alex. de Ne.
b ¶Monialium. Vide Andr. Sic. moniter ponderantem hunc tex. in c. si quis. supra de rebus eccl. non alienan. Seb. Sap.
c ¶De constit. De hoc vide glo. notabilem, quæ hoc tenet in clem. 1. in verbo, de cætero, de vsur. Alia limitatio est, quando constitutio antiqui iuris declaratoria, habet in contrarium communem opinionem Doc. vel consuetudinem contrariam nō trahitur ad præterita, vt dicit glo. nota. in c. vn. in verbo, de cætero, de postu. prælat. in 6. quod intellige, nisi constitutio damnaret consuetudinem, quia tunc trahitur ad præterita, non obstante consuetudine contraria, vt dicit gl. pen. in cle. fi vna. de reb. eccle. non alie. quam tenebis menti. Sed de hac materia, quando constitutio trahat ad præterita, dic vt plene per Doct. in c. fi. de constitu. Al. de Ne.
d ¶Ignorantia. Ego puto quod hæc non sint indistincte vera. Nam licet præsumatur ignorantia iuris in muliere, tamen non excusatur ab ignorantia iuris, nisi in casibus in iure expressis, vt in l. fi. C. de in. & fact. igno. Et qui sint illi casus, dic vt ibi per gl. Hoc etiam tenuit gl. in d. §. notandum. & tenebis menti illam gl. quia ponit differentiam inter mulierem 25. an. militem, & rusticum, quoad executionem ab ignorantia iuris. Verum est tamen, quod mulier excusatur indistincte ab ignorantia iuris quando non habuit peritiores, quos posset consulere, imo etiam masculus hoc casu excusatur ab ignorantia iuris, vt in l. in bonorum. ff. de bō. possī. & in l. 2. §. fi. quis ordo in bon. poss. ſerue. & in l. regula. §. sed iuris ff. de iu. & fact. igno. & 27. dist. §. h. & per hoc ego infero, quod si moniales potuerunt consulere peritiores, licet claustrum non exeant, non excusantur ab ignorantia iuris, nisi in casibus, in quibus excusatur mulier, quia non est dare rationem diuersitatis, & iura loquuntur de muliere indistincte. Vnde debet intelligi indistincte de muliere, siue laica, siue religiosa, & idem puto dicendum in monachis eadem ratione, & dic, quod licet clericus teneatur esse literatus non tamen monachus, vt est tex. cū gl. 16. q. 1. legi. sed tamen non excusatur ab ignorantia iuris si potuit peritiores consulere. non obstat iste tex. in fi. quia non dicit, quod excusatio sit de iure admittenda, sed ad tollendam excusationem ignorantiæ, puta si diceret, quod non potuerunt consulere peritiores, vel quod in delictis requiritur dolus, & simplicitas excusat a dolo, vt in l. si quis id quod. de iurisd. om. iud. Vnde ad tollendas tales excusationes, Papa mā dat publicationem fieri, & sic intellige istum tex. Ale. de Ne.
e ¶Cōmunia. A qb. necessitas excusет, tradit Fel. in c. querelā, in fi. §. de iure iurā. And. Sic. in rub. ī. de fer. Ias. in l. principalibus. ff. si cert. petat. & nunqd excusет simonia, tradit Fel. in. post. Abba. in c. cū in ecclesia. ī. eod. §. §.

Universidad de Deusto Biblioteca

contractat rẽ alienã, Sed intellige q̃ qñ est tãta necessitas, q̃ fame periret, si nõ caperet, ex quo sibi ab alijs nõ daf, & tũc
a excusat ab omni culpa.[a] & ita intellige c. discipulos. licet qñ est necessitas, sed nõ tanta, tunc alleuiatur pena: culpa nõ tamẽ ex toto excusatur. & ita intellige c. 3. de fur. secũdũ vnã lec. Ad propositum dic, q̃ istæ moniales non possit excusari a vitio simoniæ prętextu paupertatis, quia debet receptiones abstinere; & tot debent recipi quot pñt viuere de reditibus monasterij; vt in c. vnico, de sta. re. li. 6. Et fi. gl. no. cõsimi ẽm gl. habes in c. non satis. ℣. e. & hãc gl. sequit Host. Inn. cõtra in c. tua. ℣. e. nã est remittere debitum a iure, vt sit monachus, & nõ habeat victũ a monasterio, contra. c. per tuas. 3.
b sup. e. Item paupertas nõ excusat [b] vt hic: sed dic, vt dixi in c. nõ satis. q̃ p viam pacti & cõditionis hõc nõ est licitũ, sed p viã cuiusdã protestationis simplicis, põt gl. satis sustineri q̃ ẽt voluit hic Ant. cautius tñ est, vt nullo modo hoc fiat. arg.
c illius. c. vnici, de sta. re. lib. 6. [c] In gl. 3. ibi, Credo, quod hodie standum sit, &c. vult ergo gl. q̃ hodie, regulares recepti per simoniam nunquã deponantur, siue agatur per viã inquisitionis, siue acc. & secundum hanc lec. erit sublata dispo. c. di lectus, sup. eo. sed Inno. & Host tenent primã lec. gl. vt distinguatur modus agendi, quòd mihi satis placet, in monialibus tñ, quæ nõ habent ordinem, vt in c. noua. de pę. & re. in distincte seruabit hoc. c. Nec ob. q̃ dicit gl. q̃ in effectu depo nũtur, ex quo detrudũtur sine executione ordinis; quia hoc esset verũ in monacho, nõ clerico, sed in monacho clerico fortius operatur depositio, q̃ simplex suspensio, saltem respectu dispensationis, ad hoc, quod nõ. in c. tuę, de cle. nõ re. Et in gl. vel secũdũ Host. detrudẽtur in ergastulo intra septa monasterij, & ibi agẽt duriorẽ vitã quã alij, arg. 50. dist. c. stu-
6 deat. † Et ad vltimũ pondera gl. cũ tex. maxime, ibi, Ne damnabiliter in sęculo euagẽtur, &c. vbi elegãter ꝓbatur, q̃ simonia nõ impedit monachatũ, licet impediat locũ habere in illo monasterio, nã si nõ essent moniales, impediẽte simonia, possent redire ad sæculũ sine damnatione, q̃ tenẽ mẽti.

ADDITIONES.

a ¶Ab omni culpa. Adde bonum tex. c. 2. de obserua, ieiu. & ibi Docto. Bart. in l. diuus. ff. de peti. hæred. & Feli. in c. querelam. in glo. in versi. ¶necessitate. sup. de. iureiur. & ibi habes, à quibus delictis excnset necessitas. Itẽ quod propter eam toleratur lex, & statutum. quod tamen intellige de necessitate ineuitabili, vt per Fel. vbi. supra. Zach.

b ¶Item paupertas non excusat. Aude quod licet paupertas non excuset à simonia, vt hic, necessitas tamẽ excusat etiam in spiritualibus, vt no. iste in c. cum in ecclesiæ. sup. eo. pro quo alle. gl. in c. baptizandis. 1. q. 1. quod tamen restringe, vt per Fel. in alleg. c. cum in ecclesiæ. in gl. fi. de bapt. & per sanctum Tho. in 4. dist. q. 2. art. 1. Zach.

c ¶Lib. 6. Butr. hic dicit, q̃ aut interuerit conuentio, seu pactũ, & tunc etiã si non fiat ad fraudem, sed ad releuamen paupertatis allegarę, committi tur simonia, aut fit protestatio sine pacto conditionaliter tamẽ, puta recipimus te si tecum apportaueris, cum simus pauperes, nec possimus te alere, & idem ℣. eo tua. Aut receptio fit simpliciter interueniente protestatione, q̃ debeat aliquid apportare pro te alendo, & tunc est licitũ, ar gu. d. c. tua. & hoc est, quod vult dicere Abb. Sic. hic. & dum dicit, quod cautius est, vt nullo modo fiat talis protestatio, arg. d. c. vn. de statu reg. in 6. vult dicere, q̃ in monasterijs monialium protestatio est superflua, quia in ipsis non tenet receptio vltra facultates monasterij: secus ẽt in monasterijs masculorum, quia licet non debeant recipere aliquid vltra facultates, cñ fi recipiãt. receptio tenet, & ẽt professio, vt dicit gl. in d. c. vn. in verbo. irritũ. & dic q̃ tot sunt recipiẽdæ in monasterijs monialiũ, quot possũt viuere absque penuria, & q. d importet vtrũque, victegl. i d. capitu. vnã verbo, absque penuria, q̃ singulariter allegatur. Al. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Simoniace receptum per extorsionem, restituitur duplicatum, si vero recipiatur ex communi concordia. secus.*
Pœne in foro animæ non sunt soluendæ.
2 *Simonia committitur, non solum in spiritualibus meris. sed etiam in annexis spiritualitati.*

CAP. XXXVI.

g ¶Clericor. Et Abb. Sicu. ibi dicit, quod in materia odiosa, appellatione clericorum, non comprehenditur episcopus, nec habeus dignitatē, nec canonicus. Idem ibi dicit de materia pœnali, mouetur per c. statutum. de electio. in 6. vbi dicunt, quod in materia pœnali appellatione ecclesiæ parochialis, non comprehenditur ecclesia parochialis collegiata. Sed cōtrarium videtur tenere Specu. in titu. de relcrip. præsen. §. Romanæ. aurē causæ. ver quod si in relcript. vbi dicit, quod appellatione clericorū simpliciter tacta, non includuntur episcopi, nisi forte sit constitutio, vel mādatum generale, vel edictum 17. q. 4. si quis suadente. & 21. distinct. cleros, & illud tenet Lapus, & Do. Dominicus. in c. anaritiæ. de election. in 6. & idem videtur sentire Ioan. Andr. ibi. Vult. ergo Specul. quod vbi est constitutio generalis, vel mandatum, vel edictum generale, tunc appellatione clericorū cōprehēdunt episcopi, & sentit, q̄ ēt in materia pœnali, dū allegat cap. si quis suadente. 17. q. 4. vbi textus loquitur de pœna ex cōmunicationis, & hoc tenet glo. in c. 9. a periculosum, de sentent. excōmu. in 6. in verbo. suspensionis, q̄ dicit, q̄d quo ad incurrendā pœnā excommunicationis sub generali vocabulo clericorū cōprehendit episcopus, licet nō cōprehendat in sententia suspensionis, vel interdicti, nisi specialiter exprimatur, vt dicit tex. i dicto c. 9. a periculosū. nō est. q̄ specialiter hoc exprimūtur in dicto c. 9. a periculosū. vbi ergo nil reperiret exprīsum de episcopo, sub appellatione generali clericorū cōprehēderetur. non obstat cap. statutū. iuncto cap. licet. canō. de electio. in 6. Nā est exorbitans, q̄a deuiat à regulis iuris antiq, vt patet. in cap. cū in cunctis. §. inferioris. de electi. ītē c. pœnale, ideo sub appellatione ecclesiæ parochialis nō cōprehendit ecclesia collegiata; secus si non esset exorbitās. ex quo cōcludo q̄ constitutio generalis, vel mandatū, vel edictum generale loquēs de clericis cōprehendit episcopos, & alios exilitetes in dignitate, vel canonicos, nisi sit constitutio exorbitās, & pœnalis. secus si esset pœnalis, nō aūt exorbitās, quia cōprehenderet. 11. q. 1. de piona.

bro sexto . & si defunctus habebat iurisdictionem à pluribus, deuoluitur tunc ad illos, prout ab illis tenebat, arg. c. relatum, il 2. de rest. Ex his ẽt infert Inn. quod cum epūs, & capitulum faciant vnum corpus, & inter eos ℨhatur cõiugium spirituale, mortuo epo, iurisdictio & ptās confirmandi præfatos, deuoluitur ad capitulum; sed si epūs exercebat aliqua cum alijs, tunc ptās deuoluitur ad alios, & non ad capitulũ, & quod supra dictum est de defuncto, idem intelligo in absente, vel negligente. Host. dicit, quod hæc gl Inn. nõ probatur p iura allegata, & de materia remittit ad no. 1 c. cũ olim, & cap. his qui, de maior. & obedien. Sed tu no. gl. Inn. quæ licet expresse non probetur iure, non tñ reprobatur, & multum valet in dubijs eius authoritas, & ghaliter, cum quæritur, in quibus capitulum succedat epo, vide in c. cum olim.

a sup. all. [a] In gl. in ver. ꝓgatiua. in fi. distingue melius, q aut quis deponitur verbaliter, aut actualiter. Primo casu, deposi tus tenet priuilegiũ clericale, respũ fori, & respectu canonis si qs fuadente, 17. q. 4. ut in c dictum, alle. in gl. & in c. cũ non ab hoīe. sup. de iud. nisi post depositionem sequatur incorrigibilitas; nam tunc fm verum intellectum. c. cum non ab hoīe, perdit oẽ priuilegium clericale, & absq; altera traditione comprimi pōt p iudicem sæcularem, & ibi plenius dicã. Secõ casu cum depositus est actualiter, incõtinẽti perdit oẽ priuilegium clericale, vt probatur de pœnis. c. degradatio, li. 6. & ibi plene, & an talis cõficiat corpus Christi, vide ibi, per

11 gl. melius per Io. An ibi in nouel. † In gl. in ver. relinquatur, in fi. no. istã gl. quia quotidie allegatur, q pro nullo crimine, quãtũcunq; grani, dẽt clericus tradi curiæ sæculari statim,

b sed dẽt deponi, & remanere sub ptāte ecclesiastica. [b] Sed fallit primo fm gl. in crimine hæresis, sed certe ista nõ est bona exceptio, qa si conuictus de hæresi, vult redire ad fidem, nõ traditur curiæ sæculari, vt hic traditur, ergo cum est incorri

c gibilis, & sic non rect. excipitur. [c] Seds casus est in crimine falsi, & intellige de falsificante literas apostolicas, sed hũc casum restringe p no. in c. nouimus, inf. de ver. sign. Tertius est in consitrante, seu cõiurãte sẽ epm proprių; & sic sentit gl. qđ in isto nõ expectat incorrigibilitas, sed statim deponi pt, & tradi curiæ sæculari. Sed gl. aliter sentit in præalle. c. nouimus, vbi dicit, q benignius est intelligere, vt ꝓcedat, si est incorrigibilis. Idẽ tenet Bart. Brix. 2. q. 7. in. c. si qui sunt, & gl. in c. si quis sacerdotã. alle. Gl. variauit, sed q requiratʳ incorrigibilitas, sentit gl. in c. fin. de testi. cog. & in c. cũ nõ ab hoīe, de

d iud. & ista tã quã benignior tenetʳ. [d] Remanet tñ ergo vnus casus

ADDITIONES.

a ¶All. Sed tu melius refers dicta hic per Doct. & facies quatuor casus. Primus est, qñ iurisdictionẽ recipit ab alio, vt est archidiaconus, qui est vicarius epi, vt in c. 1. & hoc casu dicit Inno. q epūs mortuo archidiacono iurisdictionem exercebit, arg. huius c. & c. his quæ, de ma. & obe. & h. d. procedere Inn. qñ est necesse, vel vtile expediri, antequam successor detur, alioquin successor dẽt expectari, vt ff. de iud. l. mortuo. & C. e. l. ppe rãdum. §. fin aũt. maxime si in proximo sit futurus successor, vt ff. de vac. mun. l. 2. §. fi. & dicit Host. qđ qñ est necesse, vel vtile expediri sede vacante, nedum successit epūs in iurisdictione, sed ẽt in alijs, arg 12. q. 2. hæc huius placiti. & c. si qua, dicit tñ, q p in iudicio non procedit, sede vacante, vt s. ne sede va c. fi. nisi instante necessitate deputetur actor authoritate superiorũ ad repetẽda alienata. 15. q. 2. vobis. & c. Vulterranæ. & argu. Inst. de auth. cui. § fi. Sed D. Card. dicit, qđ per hoc non tollitur, quo minus possit agere pro dignitate vacate, vt in c. si. de succeß ab intest. & sic dato, qđ capitulum ecclesiæ vacatis non possit agere nisi eps poterit, vt d. c. si. de succeß. ab intest. Sed D. Card. dicit, quoad dictũ Inn. q defuncto prælato, succedit ille in iurisdictione, a quo defunctus habet qñ defunctus habet tñ, vt vicarius, sicus Archidiaconus, qui est vicarius epi, vt in d. c. 1. de of. archi. secus si plene esset translata iurisdictio, vel ptās in aliquẽ rõne dignitatis, puta in archidiaconũ, rõne archidiaconatus, quia tunc ille qui dedit, non succederet defuncto, sed successor, vt in c. cum venissent, de inst. Sed aduerte, aut eps transtulit ptãem in aliquem recipientem nõe ecclesiæ suæ, vel dignitatis, & contulit ordinariã ptātẽ in his, in quib. pōt transferre, & tunc puto, qđ ꝓdat opinio D. Car. & q hoc bñ facit tex. in d. c. cum venisset. in fi. vbi si illa cõcessio fuit realis, archiepo nil iuris vel vtilitatis accedat. aut contulit potestatẽ, vt faciat vice, & nomine ipius epi scopi, & tunc est vera opinio Inn. Host. & Doct. & dic, quod episcopus pōt conferre alicui recipienti nomine suæ ecclesiæ, vel dignitatis in perpetuum, totam suam iurisdictionem in certa ecclesia, dum tñ recipiat tanqua vicarius, licet nõ possit a se abdicare totam suam iurisdictionem epalem, vt dñt Io. An. & doc. in c. cum venerabilis. de censi. & per Inn. & Doc. in c. 1. de capel. mon. & in c. pastoralis, de don. & per Arch. & Io. de Fã. 16. q. 1. in summa. & in c. 1. & 2. Sed q̃ro circa hunc casum, quid si epūs cõcesit epo electionem Archidiaconi. Inn. dicit, quod epūs vt capiculo concessisse, vt iura archidiaconalia cõferat archidiacono. Vñ ipso mortuo, deuoluitur ad capiculum prædicta ptās, s. exercendi iura archidiaconalia, & idem dicit Host. si electio canonicorum spectat ad capiculum vna cum archidiacono. Nam mortuo archidiacono, remanebit ptās capitulo, arg. in c. postulatis, de concess. præb. & h. d. Host. & est verum, fm D. Car. & doc. per c. vn. ne sed. vac. in 6. & per c. fi. de voto. eod. lib. Doc. cõiter tranſeunt cum Inn. Sed D. Car. dicit, quod per concessionem ptātis eligendi archidiaconum, vt concessa capiculo ptās transferendi iura archidiaconalia viciliter, non formaliter, videlicet, quod per se possit exercere, sicut qñ capiculum eligit epm. transmittit in electos ius epale, qđ tñ formaliter nõ erat penes capitulum sed virtualiter. & per hoc dicit, quod mortuo archidiacono non deuoluetur prædicta ptās in capitulum, sed expectabitur successor. Mihi vẽ verior opinio D. Car. quia ista sunt valde diuersa eligere archidiaconum, & exercere iura archidiaconalia. & iõ per dationem vnius, non vẽ datum aliud, cum separatorum, separata debeat esse rõ, vt in Lí maritus. C. de donatio. inter vir. & vxor. Secundus casus est, qñ prælatus hẽbat aliqua facere suo iure, quæ non sunt alijs collata, vt si archidiaconus fundauit ecclesiã de bonis archidiaconatus, non capituli, & tunc dicit Inn. quod hęc potestas non deuoluitur ad capitulum, sed ad successorem, vt in c. illa. ne sede vac. & quod no. in c. 2. de exceß. prælat. & in c. qñ Abbas. de off. deleg. sed vide bonum tex. in c. relatũ. el 2. §. noie, de testa. & ibi est bona gl. in quibus succedat capiculum archidiacono, & in quibus successor. Et idem dicas in canonico defuncto, & vide gl. in c. qđ sicut, in verbo, consentire. de elect. quæ sunt notanda. Tertius casus qñ prælatus, puta archidiaconus tenet aliqua, partim ab vno, partim ab alio, & tunc dicit Inn. quod ptās deuoluetur ad vtrumq; in his, q ab eo tenet. Sicut dẽ in simili de clerico habente partim bona hereditaria, partim ecclesiastica, quia in primis dẽt succedere hæres legitimus, in secundis ecclesia, vt in c. relatum, el 2. de testa. & 12. q. 3 & 4. Per totum, & præmiliter vbi quis est beneficiatus in pluribus ecclesijs, quia quælibet ecclesia succedat pro rata bonorum ac quisitorum ab ipsa, vt in d. c. relatũ. el 2. de testa. Et ex hoc pōt inferri, an mortuo epo succedat capitulũ in ptāte epi. Inn. dicit, qđ ea, quæ pertinent ad epm suo iure, sicut est in iurisdictio, & cõfirmatio prælatorum, quam habet eo ipso, q̃ est epūs, ad capitulum deuoluitur ipso iure, de maior. & obed. cum olim. Sed fit ex alijs aliqua exercebat, non deuoluitur ad capitulũ, nec ad superiorem, sed ad socios eius dem collegij, vt c. fin. 66. dist. & C. qñ nõ peccn. parte. Inn. & Doc. transeunt cum Inn. sed D. Car. dicit, qđ hoc procedit, qñ ptās competit epo cum alijs, tali mõ, quod inter eos est ius accrescendi, vt in Lyna prælleg. alias stat regula, quod qñ ptās competit pluribus, nõ in solidum, expectatur successor, si ptās erat collata dignitati, deduc. deleg. qñ Abbas. sed si personæ, extinguitur, de offi. deleg. c. pen. in hoc ego considero, quod aut eps facit aliquid cum capitulo iure ordinario, & tunc deuoluitur ad capitulum, vt in iuribus allega. per Inn. & in c. vn. ne sede vac. in 6. Item si faceret cum alio, puta epūs, & alius prælatus sunt iudices ordinarij in certa cã, vel ex consuetudine, vel ex priuilegio. Nam ambo sunt iudices in solidum, vt in c. prudentiam. & ibi per Doc. de offi. dele. secus si ambo essent delegati a sede apostolica, quia nõ habent iurisdictionem in solidum, vt dicit gl. in d. c. prudentiam. secus si essent delegati ad uniuersitatẽ cãrum, qui habent iurisdictionem in solidum, & cur plures ordinarij, & quilibet posset separatim audire, sicut quilibet de pluribus ordinarijs, vt dicit gl. & Bar. in l. Pomponius. §. si tut. ff. de re iud. ad hoc, qđ no. gl. pen. in c. cum cãm. in fi. de app. & pōdera ratiõnes Inn. dum dicit, qđ capitulum succedit in his, quæ spectant ad epm iure suo, sed alieno nõe, & hoc tenent Io. An. D. Car. But. & Abb. Sic. & dicit, qđ si epūs habet iurisdictionem delegatam a iure, ut est in aliquibus casibus expressis in c. irrefragabili. §. excessus. de off. ord. & in c. un. de fer. reg. in 6. & in cle. attendentes. eo. ti. qđ in tali ptāte non succedat capitulum, sede vacante. & hoc vẽ probari in c. pastoralis. §. præterea. de off. ordi. & idẽ consuluit Lapus & Abbas, dicens se audiuisse ab ore. Io. An. Idem sentit Feder. de Senis cõi. 19. ubi dicit, quod capitulum non succedit sede vacante, si epūs cognoscit iure deleg. uel alio iure speciali, & hoc tenet Abb. Sic. hic, & in ca. cũ olim. de maior. & obed. Nunquid ait epo mortuo, succedat capitulum in ptāte conferendi beneficia, vide per. q optime distinguit, in c. vn. ne se. vac. in 6. Item nũquid, si ad epm spectat solum institutio ex præsentatione patroni, poterit capitulum instituere, & dic, quod sic, & est text. in c. 1. de instit. in 6. Itẽ nũquid succedat capitulum in ptāte excõicandi, vel absoluendi ab excõicatione, text. & ibi c. un. de maior. & obed. in 6. Item nunquid succedat in ptāte visitandi. dic ut per gl. & Doct. in clem. j. in verbo, capituli, de hęr. & per Abb. Sic. in c. cum olim. de maior. & obedien. & dic, q vbi de iure non succedit capitulum vacante sede, non pōt hoc ius acquirere ex præscriptione, quia præscriptio non currit, vt in c. de quarta. de præscrip. & sic vbi non succedit de iure cõi, non pōt hoc ius ex consuetudine acquirere, & hoc tenent Dñi de Rota. & Abb. Sic. in d. c. cum olim. Et si uis scire oēs casus in quibus succedit, & non succedit capitulum sede vacante, vide per Doct. in c. his quæ. & in c. cũ olim. de maior. & obe. ubi per Abb. Sic. & Io. An. & Do. Dom. in c. un. de maior. & obed. Quartus casus est, qñ prælatus est absens ex iusta, uel iniusta cã, & Inn. dicit, quod idem dicendum est, quod in prælato mortuo, & cum ipso tranſit Io. And. But. & Abb. Sic. hic. Sed D. Card. hic tenet ℨrium, p c. 3. de iupp. neg. præl. in 6. vbi si epūs capitur a paganis, tunc est speciale, quod capitulum succedit, sicut si epūs esset mortuus, & illo casu mors ciuilis æquiparatur naturali. secus ergo esset in alio casu. & ille tex. probat, q si epūs liberaretʳ de captiuitate, dicto, quod remanere t absens, capitulum perderet iurisdictionẽ, & reuerteret ad epm. nam mors ciuilis nõ cõparatur naturali, nisi in casibus in re expressis, vt dicit gl. 16. q. 1. placuit, & in c. suscepturn. de reser. in 6. & hoc mihi placet. Quid aũt si epūs esset præsens, & negligens, an ad capitulum deuoluat ptās, facit tex. qđ sic, si c. nulla, de cõcel. pb. & in c. si clerici. §. fi. de ele. sed Inn. remittit ad c. cũ olim. de testi. ubi videas. Ale. de Ne.

b ¶Potestate ecclesiastica. Hoc est optimum ar. quod clericus ecta degradatus non prius est fori laici, quam sit post degradationem curiæ sæculari traditus, quod in terminis no. Spe. in ti. de comp. iud. adi. §. in ver. in quibusdam. de quo postea aliquid in apol. ad iitum, in cac si clerici. in in ver. retinet. supra de iudi. Zach.

c ¶Excipitur. Sed gl. habuit rectum sensum; nam non est necesse, quod postquam est damnatus de hæresi, moneatur, prout dẽt in c. cum nõ ab hoīe. de iudi. imo si est reprehensus & non reuertitur cõtinuo ad gremium ecclesiæ, punitur a iudice sæculari, vt hic dicitur. Ale. de Ne.

d ¶Tenetur. But. transit cum hac gl. r. sed tu tene opinionem Barth. Brixie. quia vbi sumus in materia pœnali, si opiniones Doctorum sint diuerſæ sequenda est opinio, quæ est mitior, vt dicit notabiliter Host. in cap. a. de cognat. spirit. & profecto ẽt in puncto iuris hæc opinio est verior. Nã durum esset; quod pp hoc crimen, clericus statim perderet priuilegium, quia reperiuntur multe alia crimina grauiora, & tamen clericus non perdit priuilegium, nisi postquam est incorrigibilis. Ale. de Ne.

casus exceptus in gl. qui ẽt recipit interpretationẽ, & restrictionẽ. Sed hãc materiã plenissime prosequor in c. at si clerici, de iud. vbi generaliter dico, quæ crimina sint digna depositione, & degradatione. & inter cætera alleg. capit. nouimus, de verb. significatio. ad probandũ, q omne crimẽ grauc, & dãnosum, est depositione dignũ, & incontinenti absq; alia incorrigibilitate dẽt tradi sęculari curiæ, & vide latissime in loco prælleg. to. In glo. in versi. sponte, ibi, postquam est condemnatus, dic larius, q ante cõdẽnationẽ, cõpellitur abiurare hæresim causatiue. scilicet per districtionẽ personę cõminationẽ pene personalis. & spoliationis bonorũ. Sed ex quo iste expectat condẽnationẽ, nõ pōt amplius cõpelli, a afficere: nec animũ potest mutare. 47. dist. c. sicut, §. necesse. [a]

12 In gl. in ver. laicus, in fi. dic clarius, vt supra dixi, q crimẽ hæresis est crimen ecclesiasticum mere. vnde de eo sęcularis iudex nõ pōt aliquo modo cognoscere, etiam ℨ laicũ, vt c. officium, §. prohibemus. eo. ti. li. 6. sed ad requisitionẽ ecclesiæ imponit pœnã. nã ecclesia declarat illũ hæreticũ, & priuat eũ omni priuilegio, & relinquit eũ iudici sęculari puniẽdũ. facit ẽt c. cũ secundum leges. eo. ti. lib. 6. In glo. in ver. audiẽtia, in fine, dic, vt hodie habetur in c. sup eo. ti. lib. 6. vbi conciditur, q relapsus in hæresim, auditur quoad sacramenta,

b sed non quo ad cuitationẽ pœnæ. Intellige ergo, q ecclesia nõ claudit gremiũ redeuntibus, scilicet quoad spiritualia. [b]

13 † Sed quæro circa prædicta, qua pœna debeãt puniri hæreticiʳ. [c] dicit Hostiens. & Ioan. And. q pœna ignis, debent ergo cremari, vt colligitur ex euangelio Ioan. 15. cap. vbi dicitur si qs in me non manet, mittent foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eũ, & in ignẽ mittent. Sed ius ciuile punit hæreticũ capitali pena, seu pena mortis, vt in l. Arriani. C. de hæreticis. coniuncta l. vltimũ supplicium. ff. de pœn. & hanc pœnam esse debitã interpretatur cõsuetudo. conuenit ergo

14 in hoc lex diuina, canonica, ciuilis, & consuetudinaria, vt eõ muniter puniãtur pœna ignis. † In gl. fi. ibi. q nõ est verũ: circa hoc vide bõ. tex. de priuile. c. 1. lib. 6. nã si exemptus delinquit in loco nõ exẽpto, pdit quoad delictũ priuilegii, vt ibi. Sed aduerte, qa illud c. loquitur ibi in priuilegiato, respectu certi loci, sed vbi priuilegiũ esset personale, & nõ restrictum ad certũ locũ, vt est priuilegiũ officialium Papæ, tunc pro-

15 pter delictũ non perdit priuilegiũ, & de hoc latius dico in c. fi. de fo. cõp. † In cad glo. ibi, non cognoscũt [d] episcopi iure

d ordinario. no. gl. & de simili materia habetur in c. irrefragabili. §. excessus, ℨ de offi. ordi. & Host. sentiebat hic, q in veritate isti sunt ordinarij, & nõ delegati: quia habent generalẽ iurisdictionẽ, nec extinguitur ista iurisdictio morte delegantis, vel delegati, sicut extinguitur iurisdictio delegata, vt in c. gratũ, ℨ. de offi. deleg. Nec obst. q litera dicit delegati, quia non est potestas, seu vis in verbo, lex. n. est imposita rebus, & non verbis, vt in c. cõmissa, de cle. lib. 6. Io. An. cõcludit, tenendo oppositum, q episcopi sunt in hoc casu delegati, vt in litera. Nec obst. q nõ extinguatur hæc iurisdictio p mortẽ qa delegatio non fit hic à Papa, sed à sed. apost. quæ nunquã moritʳ, vt in c. gratioſe, de rescrip. lib. 6. item non fit personæ, sed dignitati, q non moritur, vt in c. quoniã Abbas, de offic. deleg. ideo transit in successorẽ. Nec ob. q in effectu hẽt ordinariã; quia ẽt quoad effectũ iuris est differentia, an habeat dele

16 gata, vel ordinariã, videlicet respectu appellationis interpoſtãe. nã si habet ordinariã, appellabitur ad Archiepiscopũ, vt in cap. Romana, de app. lib. 6. † sed si hẽt delegatã; appella

c bit ad solũ Papã [e] delegantẽ, vt in ca. super quæstionũ, de offi. deleg. Et pro hoc infert Io. An. licet aliqui contra, q si cõtingit appellari ab istis episcopis; appellabitur ad Papã: nam episcopus tãquã delegatus est maior archiepiscopo quoad istum articulũ, vt in c. sane, de offi. dele. ergo non debet appellari ad minorẽ. Itẽ si appellaretur ad Archiepiscopum, detra

f heret priuilegio vltra quã sit expressum: quia vbi exẽpti [f] habent vnum iudicem. s. delegatũ, haberent tres, qa appellaret ad Archiepiscopũ, & ab ab Archiepiscopo ad Patriarchã, &

17 sic cognoscerent ille, qui nõ hãt iurisdictionẽ. [g] † Vlti. quærit Ioan. And. nũqd in hac potestate delegata, succedat capitulũ sede vacante. Et concludit q nõ: quia non succedit capitulum in his, quæ competunt episcopo iure speciali, vt not. de fo. comp. c. verũ. Io. Mo. tenuit contrarium, in cap. 1. de ma. & obe. in vi. dicens, q in casu huius c. & vbicunque episcopus habet iurisdictionem generalem, succedit capitulũ. Sed tamen tene primum, per no. in c. verum.

a ¶Necesse. Et dic, quod abiuratio debet fieri per scripturam, formam vide

b ¶spiritualia. Vnde no. bene illum tex. quod sacramenta ecclesiastica, hoc corpus Christi, & sepultura ecclesiastica, non denegatur illis, qui pa

ADDITIONES.

ℨ. fi. 8. quoties cordis oculos. & de conse. dist. 2. ergo Berengarius.

tentur vltimum supplicium propter delictum. de quo etiam vide bonum tex. in c. fi, 1 4. q. vlt. & in cle. vni. de pœn. & remiſ. sed dubium est, an si quis abiurauerit hæresim in vno articuio, & incidit postea in aliũ articulum, an dicatur relapsus, rex. in c. accusatus. §. cũ vero. eo. ti. in 6. dicit, q abiurans hæresim generaliter, vel simpliciter, si incidit in alium articulũ, vel speciẽ hæresis. dẽ relapsus. gl. ibi dicit, secus si abiurasset hæresim in vno articulo specifice, qa tunc si incideret in aliũ articulũ non dicere tur relapsus, & hoc videtur probari illo tex. a contrario. & hoc tenet ẽt Io. An. in nouella, in d. §. cũ vero. Sed Io. mona. Arch. & Do. Dom. tenẽt cõtrarium ibi, dicentes, q ibi non dẽt assumi argumentum à contrario sẽsu illius §. quia specialiter abiurans propter connexitatem, vt abiurasse omnes hæreses, cum omnes hæreses sint connexæ, & habeãt caudas in uicem colligaras; & sic talis dicitur in effectu generaliter abiurasse, licet quoad hæc verba specialiter abiurauerit quia quandoque inducitur effectus præter sonum verborum, & ad aliud, quam verba sonant, vt in c. 2. de despon. impub. in 6. Sed opinio Io. An. magis consonat literæ illius. §. & putarem illam seruandã in iudicando, cum propter authoritatem Io. And. tum ẽt, quia in pœnalibus, vbi est diuersitas opinionũ, debemus illam opinionem seqni, quæ est benignor, vt dicit Hostien. & Doct. in c. 2. de cogn. spiri. facit reg. in pœnis, & l. absentem, & l. fi de interpretatione. ff. de pœnis. Præterea non habemus alium tex. quam illũ. & ideo est intelligendus in terminis. s. qñ abiurat hæresim generaliter, seu simpliciter, præsertim cum sit pœnalis, & restringendus, vt in c. statutum, de elect. in 6. Item in odiosis non fit extensio, ẽt ad connexa, vt no. in reg. odia. & per Io. And. in addi. Spe. in rub. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. & per Host. in c. cum ex officij, de præscr. fup verbo, visitationẽ, & per Doct. ℨ. cũ ex iniuncto, in gl. fi. facit, quod no. Inn. in c. tua. ℨ. de decim. Interdum dicit ille tex. q præstans purgationem canonicam, si postea reincidit in hæresim, dicitur relapsus, intellige quando erat præsumptio vehemens, secus si erat modica, vel leuis, de quo vide tex. in c. accusatus. in prin. et ti. in 6.

c ¶Heretici. Pœna hæreticorum est, quod comburi debeant. Et vide tex. & gl. in cap. fi auditur. 23. q. 5. & quod no. Io. An. post Arch. in c. prædentes. in ver. iustitiam, de hæret. in 6. & ibi Dominic. Si tamen iudex ecclesiasticus qui non potest imponere pœnam mortis velit ipse in totum punire hæreticum, potest ei imponere pœnam incarcerationis perpetuæ. Tex. est singularis in c. 1. de hæreticis. in 6. Et adde hic gl. in c. excommunicamus. el 3. §. 1. infra eod. Aduerte tamen, quia procedit in inferioribus. Sed pœna hæresis in principe hæretico, est arbitraria, secundum Bal. in l. cũctos populos. in lec. C. de sum. Trin. Bar. de Bel.

d ¶Cognoscunt. Not. de isto delegato à lege, an eius iurisdictio sapiat potius naturam ordinarij, vel delegati. Et vide aliqua pulchra, quæ in istis delegatis scripsi in tex. in d. c. irrefragabili. §. cæterum. Et per istum tex. dicit Bal. in l. & quia ff. de iurisdicti. omn. iudic. quod lex potest dare delegato iurisdictionem. Bar. de Bel.

e ¶Ad solum Papam. Vide quæ scribit Ale. in l. 1. ff. de dam. infec. & in l. 1. in 3. no. ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdictio. & in l. more. ff. de iur. omn. iudic. Seb. Sap.

f ¶Exempti. Dic, quod ista ratio non militat in casu huius decr. quæ loquitur de causa hæresis, in qua non appellabitur, vt est tex. in c. vt inquisitionis, de hære. li. 6. nisi forte appellaretur in casu, de quo ibi per Arch. & Io. An. ibi narrat, quæ comperunt episcopo. In casibus, in quibus episcopus habet iurisdictionem delegatum à lege, non succedit ei capitulum, vacante sede. Et ad idem vide plenius in c. 1. de ma. & obe. li. 6.

g ¶Iurisdictionem. Et dicit Io. Andr. quod in his casibus in quibus episcopus procedit authoritate delegata, poterit coercere Archiepiscopum eum impedientem, quia quoad iurisdictionem delegatam, est maior Archiepiscopo. de offi deleg sane. Nunquid autem Archiepiscopus delinquens in diœcesi suffraganei, ligetur statuto facto per suffraganeum authoritate ordinaria, dic, vt per glo. 3. q. 6. c. 1. & per Innoc. & Doctor. in c. cum interior, de ma. & obed. & in c. 2. de constitut. in 6. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæreticorum confiscantur, & applicantur fisco, domini ciuitatis, vbi morantur.*

2 *Papa habet iurisdictionem in terris imperij, ratione delicti ecclesiastici, & eius vigore imponere potest pœnam confiscationis bonorum. 5. vide c prox. 3. no.*
V bi reperitur maius delictum, ibi maior vltio est exercenda.

3 *Bona hæreticorum publicantur post eorum mortem si tunc apparet ipsos in vita fuisse hæreticos.*
Filij aliquando puniuntur propter delicta parentum, scilicet temporaliter, non autem eternaliter.

4 *Filij hæreticorum si sint beneficiati, an propter delictum parentum priuentur beneficio.*
In confiscatione bonorum, an veniant feuda, vel ius patronatus.

CAP. VI.

1 VErgentis. † Bona hæreticorũ confiscantur & in terris ecclesiæ, applicantur fisco ecclesiæ, in terris imperij, iudicis sęcularis fisco. & p ꝓcedit ẽt si catholicos habet filios. Et sic diuidit. Primo præmittit decisum exordiũ. Scdo ponit statutũ de publicatione. q probatur per arg. à maiori. Tertio solluit obstaculũ. secunda ibi, in terris. tertia ibi, nec huiusmodi. Casus literalis; statuit Pa. q in terris suæ temporali iurisdictioni subiectis, bona hæreticorum publicentur, & in alijs idẽ præcipitur obseruari per rectores locorũ. & si ad hoc negligentes extiterint, p cẽsurã ecclesiasticã cõpellantur, nec ad eos vlterius bona illa reuertãtur, nisi redierint, & abnegauerint hereticã prauitatẽ, & ex sola misericordia aliqs ei voluerit misereri, vt tẽporalis saltẽ pœna corripiat, quẽ spiritualis nõ corrigit disciplina; nã ẽt p leges cũ reis læsæ maiestatis capite punitis, bona publicentur: eorum filijs, vita solum ex misericordia reseruatur; multo fortius illi, qui aberrãt à fide

Universidad de Deusto
Biblioteca

fide fidelium & Iesum Christũ offendunt,a capite nostro,ꝙ est Christus,ecclesiastica dẽnt restrictione præscindi, & bonis tpalibus spoliari,quia grauius est æternam, quam tpalẽ lædere maiestatem.nec exhæredatio filiorum catholicorũ, dẽt impedire censuram huius feueritatis,prætextu alicuius mĩæ;cum in multis casibus,filij pro patribus tpaliter puniãtur,& ſm canones qñq; non solum puniãtur authores scelerum,sed ẽt progenies damnatorum.B. † Not.1.ꝙ in terris subiectis ecclesię quoad tpalem iurisdictionem,ecclesia per oĩa vendicat sibi iura principum; vnde camera Papæ,tenet locum fisci.facit cle.2.eo.ti.ibi,in fiscum,& qđ no.gl.Io. An.
2 super c.quia diuersitatem.de concess.præben.† Not.secũdo, ꝙ in terris Imperij potest Papa ratione delicti ecclesiastici infligere pœnam publicationis bonorum: apprehensio bonorum tñ non fit per iudicem ecclesiasticum, sed per sæcularem,vt hic,& in c.cum ſm,co.ti.lib.6.Et aduerte,ꝙ tpe huius c.bona veniebant publicanda, sed hodie ipso facto sunt publicata,vt in d.c.cum ſm, vnde si dictus hæreticus in vita nõ fuit damnatus,ex quo post mortem põt probari, ꝙ fuit
a hæreticus,bona eius pñt capi,vt in c.2.de præscr.lib.6.[a] quia tunc fit executio : quia publicatio fuit inita ipso iure, & iõ transit in hæredes.facit,ꝙ no.Bart. in l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fis.& prout etiam dixi,in d.c.2. Not.3.ꝙ licet hæreticus velit sponte redire ad fidem , non tamẽ recuperat bona
b suа,[b] nisi ex mĩa quadã.[c] No.4.ꝙ de iure procedit,arg. a ma
c iori.ꝙ vbi reperitur maius delictum, ibi maior vltio est exer
d cenda.24.q.1.non afferamus.[d] facit in arg. c. cum in cũctis, in prin.de elect.& ca.cum sit ars artium, de æta. & qual. vbi in simili dr,ꝙ vbi maior imminet cura,ibi maior requiritur
3 idoneitas.† Vltimo no.ꝙ pp acerbitatem delicti,filius[e] põt
e tpaliter puniri pp delictum parentum tñ; quia ipsi parentes puniuntur in personis filiorum.Ilisti quidem. ff.qđ met. cau.quia exempla paterni criminis,metiuntur in filiis.Nam
f sæpè filius sequitur vestigia parentum,[f] vt l.quisquis.C.ad l. Iul.maiest.& ideo dicit tex.hic tpaliter,quia spiritualiter, & æternaliter,filius nunquam punitur pro parte, & ita dẽt intelligi scriptura.Filius non portabit iniquitatem patris, nec
g econuerso,vide de hoc 23.q.3.& 1.q.4. in sum.[g] † Sed circa
4 prædicta dubitatur, nunquid filius hæretici perdat beneficium ecclesiasticum, quod habet,glo. in c.satis peruersum. 56.dist.concludit,ꝙ non,sed circa ista beneficia filiorum, vi
h de gl.in c.quicunq;.c.ti.lib.6.[h] Et nunquid feuda[i] hæretico-
i rum confiscentur,vide in Spec.de feu.§.1.ver.40.[k] Nunquid K in publicatione bonorum ẽt in alijs delictis ab isto , veniat
l ius patronatus , vbi publicatio fit per iudicem sæcularem,
5 vide glo 16.q.7.c.filijs.† In gl.in ver.exhæredatio,in fi.no. gl. & hanc opin.tenet gl.23.q.7.in sum.& ibidẽ Arch. vide Cy. in l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.& vr tenere Host. in sum.cod. tit.§. qua pœna.licet posset dici,secũdũ eum,ꝙ de mĩa procedit lex ciuilis, sed de æquitate procedit hoc c. vel distinguatur,an hereticus fuit damnatus in vita , & procedat hoc ca. an post mortem, & procedat ius ciuile.Io.An.dicit,ꝙ in terris imperij potest seruari ius ciuile,cuius dispositio est benignior:sed in terris ecclesiæ prævalebit hoc c.& mirandũ de hac opi.Io.And.nam raro habet opi.ſaltem non probabilẽ. nam hæc opin.nullam habet in se probabilitatem.cum hoc c.expressius fecerit mentionem de terris imperii.& mandat principes sæculares ad hoc compelli.nec hoc casu curandũ est de lege,quia cum hoc casu crimẽ sit mere ecclesiasticũ, vt in c.vt officiũ.§.prohibemus.eo.ti.lib.6. pœnæ impositio spectat ad ecclesiasticum iudicem,& non ad sæcularem.33. q.2.c.siue.§.in hoc.Item litera hoc probat per arg.a maiori. & hãc opi.gl.sequitur hic Ant.& non video, ꝙ in aliquo sit hæsitandum,per rationem supradictam.maxime hodie per
m auth.gazaros.C.eo.tit.quæ vr ꝯcord. huic iuri canonico.[m]

ADDITIONES.

a ¶Lib.6. Vide etiã tex in c.accusatus.§.in eo vero casu.e.ti.nu.6.Ale.de Ne.
b ¶Non recuperat bona sua. Adde ꝙ gl.in sum.23.q.7.tenet indistincte, ꝙ recuperet.& Car.in cle.1.q. 1. de hære.cuius vr tenere 3tium gl.1.q.7. in c.qui maximum.quam tenet.per dictum istius Fel.hic.Sed aduerte,ꝙ nõ recuperat ius patronatus.Idem tenet Io.And. & Ant.de But. in c. quia. ubi etiam per istum, supra,de elect.de quo vide Feli.vbi supra,versi. no. casum in quo. Seb.Sap.
c ¶Quadam . Nunquid autem relapso possit fieri misericordia , vel pœna commutati,dicam in c excommunicamus.el 2. Ale.de Ne.
d ¶Afferamus. Istud est singulare,sed non est semper verum. Nam interdũ plus punitur minus delictum,quam delictum maius,vt patet 303. dist. 2.latorem.iuncto c.admonere,ead.q.Et ideo vide gl.circa hoc,in d.c.ad monere.in ver.existens.quæ incipit,videtur ergo. Alex.de Ne.
e ¶Filius.Regulariter tamen filius non tenetur pro patre, sed nunquid valeat consuetudo,vel statutum contrarium,vide Ias. latè,in l.de quibus, ver.iuxta prædictam regulam,ff. de leg.Dec.in consi. 38. Et quando filius puniri possit ex delicto patris,tradit Bal.in l.filiusfamilias.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iuris. Seb.Sap.
f ¶Parentum. Vtrum quandoque vnus possit puniri pro delicto alterius, vide Innocen.in capit.grauem.in fi.de sen.excomm. glo. & Dyn. in reg. non debet,de regu.iur.lib.6. Bart.de Bellentr.
g ¶In sum.Et dic,ꝙ licet Deus,qui habet nota præterita, præsentia, & futura,interdum puniat vnum pro alio,cum scriptura dicat,ꝙ iustus periit ſæpissime pro impio; vt dicit tex.de consec.dist.1.in sancta. constitutio tñ hoĩs non hẽt ptãtem puniendi corporaliter aliquem pro delicto alterius,vt dicit singulariter Inu.in c.grauem.ĩ.de sen.exc.quod dictum tenebis perpetuo menti pro limitatione illarum gl. Vnde ex hoc sequitur,quod licet constitutio hois pp delictum parris possit filios priuare hæreditate paterna,& facultate succedendi alteri, & imponere eis pœnam infamiæ,& repellere eos ab officijs , & honoribus , & beneficijs non possit punire eos corporaliter,quod no. Alex. de Ne.
h ¶Lib.6.Sed aduerte,ꝙ gl.in d.c.satis peruersum,non loquitur de filio hæretici,sed de filio illius, qui commisit crimen læsæ maiestatis . nam talis non est inhabilis ad beneficium ecclesiasticum, nec lex ciuilis loquitur de beneficio ecclesiastico,& si loqueretur, non teneret: quia lex ciuilis non hẽt ptãtem circa hoc,vt in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constit.& ibidist bene quidem,& illa gl.est tenenda,vt dicit hic D.Car. licet Io. Cadistinguat,cuius distinctionem non refero: quia non est vera , & illam gl.ẽ sequitur hic But.Sed dubium est,quid de filio hæretici, an ſt priuandus benefico pp delictum patris . Nam filij,& nepotes hæreticorũ vsq; ad secundam gñationem sunt inhabiles ad beneficia , & ad officia publica,& si fuerunt sibi collata,collatio ipso iure est nulla,vt in c.s. 2.& c.statutum.el 2.eo.ti.in 6.Ego in hoc dicerem,ꝙ aut filius est adhuc ptus ad beneficium,vel publicum officium;antequam pater ſt hæreticus: & tunc tenet collatio,seu assumptio , nec dẽt filius priuari ex delicto patris superueniente.Aut consecutus est beneficium, vel publicum officium,postquam pater est factus hæreticus, & tunc non tenet collatio,vel electio,vt in iuribus sup.alleg.ratio dĩæ est , quia facilius impediuntur facienda, quam facta tollantur ex impedimento superueniẽti,vt in c.quemadmodum,de iureiu. & in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui,vel alien.iur.& in ca. discretionem , de eo qui cognouit consanguĩneam vxor suæ.& ideo cum delictum hæresis, reddat filios inhabiles ad beneficia,vel officia acquirenda,non dẽt extendi,vt priuetur beneficijs,vel officijs ante hæresim habitis,maxime cum hoc sit ius pœnale, & restringendum,vt in c.statutum.de elect.in 6 ad hoc,quod no. Io.An. & Dod. in c.excõicamus.§.credẽtes.ĩ.e.vbi tenet,ꝙ filius,vel nepos hæretici possit eligere aliũ ad publicũ officiũ,vel beneficiũ,licet nõ possit eligi,ꝙ ex illud ius sit pœnale,nõ dẽt extendi vltra q̃ loquatur, & hoc mõ fallit illud,quod hic dicit Abb.Sicu.Sed Host.hic quærit,an suia, qua damnatur hic posteri hæreticorum,extendatur ad filios filiarum,& late prosequitur.sed est determinatum hodie in c. vbicunq;.de pœn.in 6. & in a ſtatutum.el 2.de hæret.eod.lib.vbi vide gl.& Dominicum. Ale.de Ne.
i ¶Feuda.Vide ad hoc bonum tex.in c.felicis.§.1.de pp.in 6.& per.Io.And. in c.in quibusdam,infra de pp. Alex.de Ne.
K ¶Ver.40.Sed vide Bar.de hoc in l.si finita.§.fi de vectigalib.ff.de dã. infec.
l ¶Ius patronatus.de hoc est gl.in cle.pastoralis.de re iud. Bar.de Bel.
m ¶Canonico.Sed tenet hic D.Car.& gl. & Arch.23.q.7.in sum. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Spãlis dispositio,nõ dicitur superflua ex hoc,ꝙ cõtineatur subgenere alĩ.*
2 *Auxiliari, & consulere, & fauere, sunt diuersa.*
Statutum loquens in vno,non verificatur in alijs.
3 *Instrumenta confecta a notarijs suspensis non tenent.*

CAP. XI.

SI aduersus. Aduocati, vel notarij, hæreticorum fautores, vel eorum defensoribus fauentes, aut sub eis litigantibus patrocinantes,& pro eis instrumenta scribentes,infames sunt, & ab illo officio suspensi.primo ponit decisum exordium, secũdo prohibitionem. tertio pœnam.secunda ibi,quia.tertia ibi , ꝙ si. Casus literalis.Quamuis gñaliter prohibitum sit,vt nullus,contra illum vel fauorem præster hæreticis; quia tñ plus solet nocere,quod specialiter iniungitur,quam quod gñaliter præcipitur:prohibet Pa.aduocatis,& notarijs, ne hæreticis consultibus fautoribus,& defensoribus eorundem, in aliquo præstent auxilium,consilium,vel fauorem:nec eis, in casibus, vel in factis aliquibus , litigantibus sub eis præbeant patrocinium,nec pro eis publica instrũa, vel scripturam facere multenus attentent,ꝙ si ꝛ fecerint,ab officio suo nouerint se
1 spensos,& perpetuæ infamiæ subiacere.Bern.† Not.1.literam in prin.quia solet iste tex.quotidie allegari,& valet ad excusa
a tionem superfluitatis,[a] vt specialis dispositio non dicatur superflua,licet contineat sub gñali, quia q̃nq; fit,vt plus timeatur, & hoc vult iste tex. dicere. nam gñaliter est prohibitum ne hæreticis,fautoribus, &c.aliquod subsidium præbeatur : sed nunc specialiter prohibentur isti,vt magis timeatur: qz
b solet plus timeri,[b] &c. † No.2.quod aliud est auxiliari, aliud
2 est consulere,aliud fauere.hic.n.ponuntur, vt diuersa ; & ꝯ vnum non comprehendit aliud. l. si idem . C. de codicil. & hoc facit ad statuta odiosa,vt si loquantur de auxiliantibus non

ADDITIONES.

a ¶Superfluitatis.Alios casus,in quib.superfluitas excusatur,tradit Fel.in c solitæ.supra de ma.& obe.& in proc.huius lib.circa fin. Seb.Sap.
b ¶Timeri.Sed nũquid isti sint excõicati,sicut alij fautores , Bur. dicit ,ꝙ aliqui sunt fauentes hæreticis in ipso crimine hæresis, & isti sunt excõicati.ſ.eo.ficut.& ĩ.eo.excõicamus. §.credentes. Aliqui sunt,qui fauent hæreticis,non in crimine hæresis,sed in alijs negotiis . & de istis loquitur iste tex.& tales non sunt excommunicati,sed patiũtur pœnas de quibus in tex.& non alias.Ex quo de ipsis est specialiter prouisum.ar.in ſtuduisti.de of.deleg.& in c.1.cum ibi no.de rescr. Ale.de Ne.

a non incidant cõsultẽtes,vel ecõtra. [a] No.3.qđ ratione delicti ecclesiastici,põt ecclesia punire laicos pena infamiæ , & sus
3 spendere eos ab eorũ officijs.Sed circa hoc q̃ritur nũqd instrumenta cõfecta ab istis post suspẽsionẽ, teneant. & con
b cludit Hostien,ꝙ nõ,facit,quod no.in clem.2.de magi.[b] Sed quid in casu,vbi isti fuerunt patrocinati:dicut quidã,sententiã latã ad eorum patrocinium irritandum.hoc tamen iure non probatur . Vnde esset necessaria declaratio, secundum Ioan. Andrę . Sed hæc constitutio poterit habere effectũ in hoc:quia à principio poterunt remoueri à patrocinio . Itẽ lucrum acquisitum,poterit erogari in pauperes.argum. ca.
c cum sit,supra titulo proximo.& transgressor poterit aliter puniri, [c] In glo in ver.auxilium.Vbi, hoc poterit habere locum intra annum.Aduerte, quia quod dicit glos. de anno, procedit in suspectis de hæresi.ita loquitur cap. excommunicamus,allega.in glo.sed si constat de hæresi non expectatur aliquod tempus.Hostien.dicit,quod si isti cõueniuntur super aliquo crimine de hæresi,tunc audientia non est denegãda,nec iusta sententia.Et si diceres , qualiter isti possunt conueniri,cum debeant puniri pœna mortis , vt dixi in cap. ad abolendam,supra eodem respondet ipse,quod potest ꝓcedere in eo qui redit ad fidẽ: nã talis dẽt detrudi ad agendã pœnitentiam,vt in cap.penul.infra eod. & sic procedi potest in causa contra eum.Ioan.Andr.dicit se non credere,qđ hoc capit.habeat locũ in redeuntibus ad fidem,argumen.in capit.statutum.eodem titu.lib.6.Potest dici,quod istud cap. procedit quando hæreticus propter ipsius potentiam,vel ꝓpter fautorem domini temporalis , de facto puniri non potest:tunc nullum patrocinium,nullumque auxilium sit impendendum,& omnis audientia est ei deneganda . Si autem potest hæreticus de facto puniri,tunc aut perseuerat in hæresi,& damnatur pœna mortis,vt dixi. Aut redit ad fidem,& non habet locum hoc cap.quia non dicitur amplius hæreticus,vel fautor hæretici;& ideo licite pro eis exercetur aduocatio,& instrumentum scribitur.

ADDITIONES.

a ¶Econtra.Vide glo.in glo.1.in verbo,defensaueritde pœnis. & Doct. in c. 1.de off.deleg.& Bart.in l.is qui opem.& in l. qui seruo.§. primo. & in l. vbi furti.ff.de fur. Ale.de Ne.
b ¶De magi.Et in gloss.penul.dicit, quod si est notorium eum suspensum, non tenent gesta,secus si est occultum,& idem tenet Innocen.in cap.nihil.de electio.& in cap.qualiter,& quando,el 2.prope fin.de accusat.Al. de Ne.
c ¶Puniri.Hoc mihi placet, quod aduocatus non est de substantia iudicij, vt in ca.forus.de verb.sig.hinc est,quod prætextu absentiæ aduocati,iudex non debet litem retardare expediendam,vt in Lvelamento.C.de postul.Nec obstat si diceretur,nonne aduocatus instituit causam, & fecit, qđ iudex sulit sententiam in fauorem clientuli ? Ad hoc resp. quod ista institutio est facti,& non potest haberi pro non facta , & vide glo.notab.in clemen.1.in verbo,irritum,de regula.vt quæ dependent ab officio curæ,vt est baptizare,eucharistiam præbere,& similia , & quæ in facto consistunt,vt prædicare,non possunt esse irrita,licet sit apposita clausula decreti.Ad idem glo.notab.in cap.prouida.in verbo , firmitatis, de electio.in 6.etiam in cleme.in plerisque.in ver.aliquid.de ele.Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes habentes curam animarum,debent esse literati.*
Scientia est valde necessaria sacerdotibus.
Ignorantia dicitur mater omnium errorum.
2 *Episcopus fundat intentionem suam de iure communi super institutione & destitutione beneficiorum in sua diœcesi , & vendicans hoc debet probare,ista de aliquo iure speciali sibi competere.*
3 *Institutio beneficiorum ad quem pertinet,consequenter ad eundem pertinet & destitutio,nisi habuerit ius instituendi ex consuetudine , vel præscriptione.*
4 *Præscribens ius conferendi,non censetur præscripsisse ius destituendi, vel remouendi institutum per ipsum.*
5 *Priuilegium concedens potestatem instituendi aliquem in beneficio,an, & quo casu extendatur , quod habeat etiam potestatem destituendi , vel remouendi.*
6 *Priuilegium concessum ab eo, cuius iuri detrahitur,est latissime interpretandum secus si detrahitur iuri alterius.*
7 *Potestas recipiendi significationem beneficij , non pertinet ad habentẽ institutionem de iure speciali,sed ad eum,qui potest inuitos destituere.*

CAP. XII.

VM ex iniuncto. Laici nõ prædicẽt, nec occulta cõuenticula faciant,nec sacerdotes reprehendant. hoc dicit in summa.Diuiditur.nã primo ponit triplicem reprehensionem laicorũ : quã secundo prosequitur. primo primam,ibi,Deus.secundo secundam ibi,sicut enim. tertio tertiã,ibi,licet.Casus literalis.Quidã laici , in vrbe Meten. si,præcipue delinquebant. In qbusdã articulis facientes sibi exponi diuinas scripturas,vt secũdũ eas assumerent sibi officiũ prædicandi. sacerdotũ ẽt simplicitatẽ vsurpãtes sibi officiũ prædicandi. sacerdotũ ẽt simplicitatẽ cludebãt;& aspernabant eorũ cõsortium,qui sibi in talibus non inhærẽt.Primo ponit occulta cõuenticula ibi:Deus. n. Secundo impugnat eorũ officium prædicandi, ibi , sicut.n. Tertio dicit,ꝙ eludere debet simplicitatem sacerdotũ,ibi,licet aũt. quæ omnia clare videbis in tex.Bern.No.1. ꝙ instantes circa intellectũ diuinæ scripturę,sunt cõmendandi, & etiam commendandum est studiũ adhortandi , secundum diuinam scripturam;licet ergo possit quis publice,vel occulte prædicare,nisi sit destinatus,potest tamen adhortari proximum ad viã veritatis,secũdum diuinã scripturã.No. 2.ibi, super tecta prędicare,ꝙ prædicator,vel docens , debet stare in altiori loco.Not.3.ibi.præcipuus,ꝙ Doct. in ecclesia sunt valde honorandi:vnde ipsorum ordo dr præcipuus,& multa priuilegia consequuntur Doct.ab imperio.de quibus in l. 1.C.de profess.qui in vrbe Constanti.lib.12.& l. medicos. & l.seq.ĩ.de profess.& med.lib.x.aliquid tetigi in capit.quanto. ĩ.de magist.No.4.ꝙ non est credẽdum alicui asserenti se missum à Deo,vel ab eo inspiratum,nisi hoc ostendat per operationem miraculi,vel scripturæ, seu per testimonium spe-
a ciale.[a] † Item no.in ver.licet,ꝙ scientia est valde necessaria sa
1 cerdotibus.peccant ergo sacerdotes, & maxime habentes curam animarum,si non insistunt studio literarũ : nã ignorantia errorũ dr esse mater.38.di.ignorantia. & quã scientiã debent habere clerici,vide ꝙ no.de ele.c.cũ in cunctis. No. ibi Dijs non detrahes,ꝙ sacerdotes appellantur Dij , & hoc pp ordinis excellentiam,& officij dignitatẽ. Et nota ex eodẽ ver.ꝙ quisque sacerdos respectu ordinis, dicitur habere di-
b gnitatem;& hoc,capiendo dignitatẽ large. [b] Ex hoc not.laicos reprehendendos,parũ deferentes sacerdotib. Itẽ nota, ꝙ quisque põt etiam superiorem occulte corripere,non tamẽ manifeste.Ex quo infertur,quod etiam denunciatio cuã gelica,respectu superioris procedit.vide ẽr bonã glo.21.dist. nolite.quæ dicit triplicẽ esse reprehẽsionem.quædam est imperiosa;& ista tãtum competit superiori: quædã est socialis, & charitatiua;& ista competit cuilibet,etiam subdito; dum tamẽ eam occulte exerceat,vt hic.quædam est temeraria;&
2 ista omnibus prohibetur. † Vltimo no.ꝙ episcopus fundat intentionem de iure communi super institutione,& destitutione sacerdotum , ad episcopum ergo spectat institutio in quolibet beneficio suæ diœcesis , & destitutio.16.q.7.c. nullos vide bonam gl.in c.quanquam,de elect.lib.6. Prælat[a] ergo inferior vendicans sibi potestate instituendi, vel destituendi,debet hoc probare:ga de iure communi ista pertinent ad episcopũ,vt hic,& generaliter, an solus episcopus, an vero cũ consilio,& consensu capituli, vel alius inferior, possit conferre beneficiũ,dixi plenissimè in cap. cũ ecclesia Vulterrana. de elect.In gl.in ver.miraculi.& de hac materia, vide bonã gl.in cap.vnico.de reliq.& vene.sanct.lib.6.vbi nar
c rant ea,quæ sunt de essentia miraculi. [c] In gl.in ver.ꝙ quisq; tenet,in fi.de materia denunciationis quotuplex sit,& an sit in præcepto,& q admittantur ad denunciandum, & de multis alijs plene tractatur in c.nouit,ĩ.de iud.dic,vt ibi ,& 2.q.
d 1.si peccauerit.[d] † In glo.fina.no.ex glo.ꝙ ista duo sunt cõ
3 nexa,vt destitutio spectet ad eũ,ad quẽ spectat institutio, & hoc ꝓcedit ſm Hostien.de iure communi.nã de iure cõmuni ad quẽ spectat vnũ,spectat,& aliud, sed si ex iure speciali, puta præscriptione , vel ex consuetudine ad aliquẽ pertinet institutio,nõ spectat ad eum destitutio , nec denũciationis amissio;aliàs sequeret,ꝙ plus esset præscriptũ, quã possessũ: contra regulam,sine possessione,de reg.iur. lib. 6.& cũ hoc
4 dicto transeunt communiter Doc. † Ex his collige plura , q̃ veniunt

ADDITIONES.

a ¶Speciale Et facit iste tex.contra quasdam vetulas asserentes se habuisse,revelationem à beata Maria virgine , nam non est eis credendum , vt dicit iste tex.Hinc est,quod si quis dicat se habuisse revelationem,vel sõnium,vt in certo loco construatur ecclesia,vel capella, non est ei credendum,nec propter hoc est ædificanda ecclesia,vel altare,vt dicit tex.notabilis,de confes.di.1.placuit. Ale.de Ne.
b ¶Large.Quia sacerdotes aliquando appellantur Dij,aliquando angeli,vide tex.11.q.1.sacerdotib.& 36.di.§.nece.quod sũt quilibet ordo ecclesiasticus dicatur dignitas,vide tex.& gl 4.di.denique.quod est verum large sumendo.Quid autem proprie dicatur dignitas,& quæ ad eius essentiã requirantur dic,vt per Ioan.And.Doc.in c.de multa.de preb.& per Arch.Io.And.& D.Dom.in cap.1.de consuet.in 6. Alex.de Ne.
c ¶Miraculi.Et dic,quod sicut miracula possunt fieri per malos , vt in c. teneamus.1.q. 1. allegato in gl.ita etiam mali possunt habere spiritum ꝓpheticum,sine merito . Vnde in die iudicij nonnulli dicent, in nomine tuo prophetauimus,& Deus respondebit,nescio vos,non autem dicet mentimini,vide pulchrum tex.1.q.1.propheram,& de miraculis Apostolorum dicit Beatus Hyeronimus super Isaiam.c.18.quod non potuisset gentes in tam breui tempore credere,nisi signorum miraculis fides eorum quoadmmodo fuit extorta,clamantibus Apostolis,& Apostolicis viris,Dominus signorum magnitudine respondebat. Alex.de Ne.
d ¶Peccauerit.Et Vide hic Cal.& D.Car.qui late examinant.item pononcta ius,in quib.quis excusatur à tali denunciatione. Ale.de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 veniunt quotidie in practica. Primo, q̃ præscribens[a] potestatem conferendi aliquod beneficiũ, nõ videtur præscribere potestatẽ remouendi, vel destituendi illũ quem ipse instituit, quia ista sunt diuersa, vnde præscriptio in vno nõ extẽditur ad reliquũ, ẽt si detur inter ea quædã cõmunio. sicut est inter restitutionẽ, & destitutionẽ. concor. de dec.c. cum cõtingat. vbi præscribẽs decimas in aliquo loco, nõ videtur
3 præscripsisse decimas noualiũ. † Secundo no. q̃ priuilegiũ cõcedens potestatẽ instituendi, nõ extenditur ad potestatẽ destituendi. q̃ ego fateor, vbi priuilegiũ non est concessum ab eo, in cuius præiudiciũ venit, vt quia à Papa conceditur alicui plato inferiori potestas cõferendi certa beneficia; tũc .n. non cõprehenditur potestas destituendi: quia hoc priuilegiũ, tanquã tendens in præiudiciũ ordinariorũ, debet strictẽ intelligi, vt no. Inn. de don. c. cũ dilecti. † Sed si priuilegiũ
6 esset cõcessum ab eo cuius iuri detrahitur, tũc est magis dubiũ, quia hoc casu priuilegiũ recipit latissimã interpretationẽ contra concedentẽ, vt in c. cum dilectus, de consue. & c. olim, de verb. sign. & l. pe. ff. de consti. prin. vnde hoc casu videtur, q̃ propter istã connexitatẽ, & cõmunionẽ, quæ est inter institutionẽ, & destitutionẽ, videatur concessa etiã destitutio. pro hoc facit c. ex parte, de deci. vbi priuilegiũ concessum super decimis non soluendis, extẽditur ad noualia, q̃ secus est in præscriptione, vt in c. cũ contingat. præall. facit, q̃ not. Pau. de Leaz. in cle. vni. de renun. Sed tu vide circa hoc, q̃ dixi in quadã disputatione, quæ incipit, duo clericali ordi
b ne, &c. aliquid dixi, de so. comp. si quis cõtra. [b] † Vltimo colligitur ex gl. q̃ potestas recipiendi resignationem beneficij,
7 non pertinet ad habentem institutionẽ de iure speciali, sed ad eum qui potest inuitos destituere, de quo tamen dicitur no. per Inn. de renun. q̃ in dubijs. & per gl. & Pau. de Cast. in cle. 1. de renun. & dixi in disputatione prædicta.

ADDITIONES.

a ¶Præscribens. Vide Fel. in c. audiciis. 5. de præscri. vbi ponit regulã, q̃ præscriptio nõ extẽditur de vno casu ad aliũ. Et ad hoc multa cumulat, de quo latissime per Io. Fran. Bal. in trac. præscriptionum. in 2. parte principali. q. 2. ver. tertius principalis resultat effectus. Seb. Sap.
¶Præscribens. Præscribens potestatem conferendi, non intelligitur pscripsisse ptãtem ab eo ex causa amouendi. Et ad hoc optima gl. not. in reg. odia. li. 6. quæ dicit, q̃ licet procuratio sit annexa visitationi, vt in c. cum venerabilis, de cens. tamen prælatus, qui præscripsit visitationẽ, sed nunquã fuit procuratus, nõ intelligitur præscripsisse procurationẽ. Pro qua gl. optime facit q̃ notat to. de Imo. post Pau. in dem. artẽdentes. sup glo. in verbo. alia. de statu. mo. Sed cõtra istud dictũ facit elegãs, & singulare dictũ Pet. de Anch. in repe. c. canonũ. de consti. in principali quæsito, in ver. vnũ tamen. vbi dicit, q̃ in his, in quib. præscripsit episcopus, vt possit iurisdictionẽ exercere sine capitulo, videtur ẽt præscripsisse, vt sup his sine capitulo possit statuta condere. Et idẽ dicit Pet. de Anch. in c. ex parte. de cõsue. Quare in isto articulo, vtrũ præscriptio extẽdatur ad cõsecutiua, distinguerẽ, prout in dicta disputatione distinguit do. Ant. in c. at si clerici. de iud. & in c. quia in tantum. de præben. & do. Abbas. in c. vt hi, qui. super gl. in verbo, certi ordinis. de ætate, & qualit. quia cũ sunt cõsecutiua inseparabilia, ad ea extẽditur. si vero sunt separabilia adeo cõnexa, nõ extenditur. Et de ista extẽsione præscriptionis, vide q̃ no. Ant. in c. fi. circa fin. de offi. Arch. & vide Bal. in repe. l. de quibus. ff. de legibus, vbi dicit, quod consuetudo super vno iure extenditur ad aliud, tamen præscriptio super vno iure, non extenditur ad aliud. Et alleg. Innoc. in cap. fin. de offic. Archid. Et circa istam extensionem adde omnino, quod no. do. Abb. in terminis, an. s. præscribens potestatem instituendi, vel confirmandi, intelligatur præscripsisse potestatem recipiendi cessionem, vel renunciationem, vide plene examinatum per Ant. post. do. de Ro. in capit. quod in dubijs. de renun. & Domini. in cap. nemo. de inceps. in fi. de ele. lib. 6. per do. de Ro. dec. 381. in ordine meo nouissimo. Item ad prædicta facit dictum dd. de R o. in nouis decif. 255. Et etiã, quod in dubijs fiat ratione connexitatis. tenet Pet. de Anch. in repe. cap. canonum. ver. quæro etiam an correctio. vbi omnino vide de cõstit. Item ad prædicta omnino vide c. fi episcopus. de supp. negl. præla. in 6. ite omnino vide, quod not. Bar. in l. 1. §. fi quis hoc interdicto. ff. de iti. actuque priua. vbi dicit, quod præscriptio super vno actu, vel vna re, non extenditur ad aliam rem, vel alium actum, pro quo est ter. singularis, secundum do. Card. ibi in capi. cum contingat. de foro comper. Sed tu contra prædicta vide quod no. d. Ant. post Goff. in c. ecclesia. §. non igitur. de causa poss. & propr. vbi dicit, quod ex vsu prouidendi ecclesiæ per viam postulationis, quis acquirit quasi possessionem iuris eligendi. Item ad prædicta vide quod no. do. Abb. in c. cum olim. de præscrip. vbi per illum tex. dicit, quod præscribens potestatem excommunicandi, non intelligitur præscripsisse potestatem absoluendi ab excommunicatione. Item vide omnino, quod scripsi post do. Ant. in c. fi. de offi. Arch. de hoc etiam vide gl. in ver. interpretationem, quæ ad hoc optime facit. Bar. de Bel.

b ¶Contra. Sed Abbas Sic. hoc examinat in c. cũ contingat. in vlt. char. de foro compe. & ibi tenet, q̃ si in priuilegio non ponitur dictio taxatiua, puta, solum, vel tantum, vel duntaxat tibi concedo institutionem, cõprehẽditur destitutio ꝓpter connexitatem. Sed cum reuerentia melius dicit hic, quam ibi, & ideo facit quatuor casus. Primus, quãdo sumus in pscriptione, & in hac fine dubio tenendũ est, q̃ pscripta potestate instituendi, non intelligitur pscripta destitutio, vt dicũt hic doct. & optime probat in c. cũ contingat, de decim. & optime facit illud, q̃ dicit Inn. in c. tua. eo. ti. & reg. odia. de reg. iur. & q̃ no. Io. And. in add. Spec. in rub. de his quæ fiunt à maio. par. ca. & Host. & doct. in c. cũ ex officij. de ꝓcr. & ille qui ꝓ scripsit institutionẽ, non poterit re cipere renũciationẽ, si institutus vult renunciare beneficio, vt dicit Paul. in d. cle. vn. de renunc. & glo. ibidem in verbo, manibus, quæ dicit, quod ille potest recipere renunciationem beneficij, qui potest inuitũ destituere, & hoc tenet But. hic, & Abb. Sic. & idem intelligas in sequentib. vbi cunque dixero, quod sola institutio intelligitur concessa. nam talis renunciationem nõ poterit recipere, cui quo non potest inuitũ destituere. Secundus casus est, quãdo alicui est tacta delegatio. seu demandatio, vt cõferat certum beneficium. nã non videtur concessum, vt possit destituere, quia attẽdendi sunt fines mandati, vt dicunt hic doct. & tenet etiam D. Car. & But. & facit, q̃ no. glo. in timili. 27. q. 1. si homo esses. & in c. cum inferior. de maio. & obe. quæ dicunt, q̃ iudex delegatus ad aliquem excommunicandum, non potest eũ absoluere, quia lata excommunicatione, est functus officio suo. Tertius casus est, quando sumus in priuilegio proprie. & in hoc debetis tenere indistincte, quod etiam si dictio taxatiua non sit apposita, si priuilegium derogat iuri alterius, puta episcopi, ad quem spectat institutio, & destitutio de iure communi, q̃ tunc debet fieri stricta, vt sic solum veniat collatio, seu institutio, non autẽ destitutio. Nam priuilegium tangens præiudicium alterius est restringendũ, ita q̃ etiam ad eonnexa non extenditur, vt in c. ex tuarum. de autho. & vsu pal. & in c. pastoralis, de priuil. & c. super eo, de offi. dele. & est doctrina Inn. in c. cum dilecti. de don. quã omnes doc. communiter sequuntur. Quartus, & vltimus casus est, quando priuilegium tangit solum præiudicium concedentis, puta si Papa concedit priuilegium conferendi beneficium exemptũ, vel episcopus concedit in perpetuum potestatem conferendi beneficium ad suam collationem spectans, & tunc si additur dictio taxatiua, non extenditur ad destitutionem, quia dictio taxatiua restringit, vt in c. cum ecclesia, de causa poss. & prop. sed si non additur dictio taxatiua, tunc priuilegiũ, vel concessio intelligitur latissime, vt etiam comprehendat destitutionem, vt in c. cum dilecti. de don. & in c. quia circa. de priuil. & est doctrina Inn. in d. c. cum dilecti. & tenet etiam glo. in cle. si de beneficio. in ver. sine ad vos. de præben. & hoc teneas. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Clerici si decesserint ab intestato sine hæredibus, vel ecclesia, eius bona applicabuntur episcopo loci.*
2 *Papa ratione delicti ecclesiastici, habet iurisdictionem in laicos, etiam temporalis iurisdictionis alterius, & in eorum bona.*
3 *Delictum vel ſlli, non debet præiudicare domino.*
4 *Indulgentiæ concessæ pro recuperatione terræ sanctæ, cessentur concessæ inquisitoribus hæreticæ priuatis.*
5 *Officium si quis non potest habere, potest tamen ad illud eligi.*
6 *Ex violentissima præsumptione, potest quis condemnari, etiam ex grauissimo crimine.*
7 *Suspectus de hæresi, habetur pro conuicto, si post annum adhuc est in sua contumacia. 11.*
8 *Papa quibus casibus potest indicere iuste bellum principi b. secularib.*
9 *Rescriptum impetratum ab excommunicato, excommunicatione suppressa, an, & quo casu sit ipso iure nullum.*
10 *Hæretici, an sint statim tradendi curiæ seculari, an vero sit eorum conuersio expectanda.*
12 *Leges ciuiles in fauorem fidei, sunt approbatæ per Papam.*
13 *Episcopus etiam hæreticus, non potest deponi ab alio, quam à Papa.*
Inquisitor hæreticæ prauitatis, an habeat ordinariam, vel delegatã potestatem, & ab ipso, ad quem appellatur.

CAP. XIII.

EXcommunicamus. Habet multa, dicta, & potest sic summari, fm varietatẽ lectu. Excommunicati sunt omnes hæretici, quibuscunq; nominib. nominentur. h. d. vsq; ad §. dãnati, &c. Damnati de hæresi, & secularem iudicem, puniuntur, & bona laicorum hæreticorum confiscantur; & clericorũ bona ad ecclesiã, vbi beneficiati erant. h. d. vsq; ad §. qui autẽ. Suspectus de hæresi, si non purgans, ad arbitriũ superioris excõmunicatur. Et extẽs per annũ in excommuniicatione, vt hæreticus damnatur. h. d. vsque ad §. moneantur. Potestates sæculares ꝓtẽdũt vel tpales iurare tenentur, vniuersos hæreticos ab ecclesia dãnatos pro virib. exterminare. & tẽporalis dominus non purgans terram suam hæreticis, excõmunicatur, & si pertinerit in excõmunicatione per annũ, nunciatur Papæ, qui deles eius à iuramento absoluat, & eius terrã fidelib. exponat, saluo iure principalis domini, nisi & ipse sit in culpa. h. d. vsq; ad §. catholicæ. Cruce signati, ad exterminationẽ hæreticorũ gaudent priuilegio concesso cruce signatis in subsidiũ terræ sanctæ. h. d. vsq; ad §. credẽtes. &c. ibi ponitur pœna credentiũ, receptatorũ, & defendentiũ hæreticos. primo laicorũ, scdo clericorũ. vsq; ad §. quia vero. Nullus debet sibi officiũ ꝑdicandi assumere, nisi de hoc sibi à iure, vel à sede apostolica, vel à diœcesano episcopo licẽtia cõcedatur; alias excõmunicatur, & nõ resipiscenti alia pœna imponitur. h. d. vsque ad §. adijcimus. Archiepiscopi & episcopi, inferiorũ suorũ prouincias, & diœceses susspectas habentes de hæresi, saltẽ semel in anno per sẽ, vel per alios idoneos visitent, qui etiam deberẽt, si hoc expediret, exigere iuramẽtũ ab illis, vt vicissim ad reuelãdos hæreticos, & occulta conuẽticula celebrantes quos reuelatos relapsos canonice puniet, & renitẽtes iurare vt hæretici condẽnentur. h. d. vsq; ad §. volumus. Episcopus negligẽs in hæresi ꝓsequẽda, à dignitate epli est remouendus & alius idoneus est surrogãdus. h. d. vsq; ad fi. partes patẽt ꝑ. §.

Casus

Casus literalis. Casus expositione nõ indiget, quoniam clare ponit pœnam hæreticis infligendã, & non solum hæreticis, sed etiã eorum receptatoribꝫ. defensoribꝫ. ac fautoribꝫ. & de alijs ad hoc regẽtis, vt clare ex tex. videre poteris. B. No. 1. dictũ generale, q̃ omnes hæretici, sunt excommunicati, & anathematizati. Anathema tamen in effectu non differt ab excõmunicatione, nisi respectu solẽnitatis, quia anathema fertur cũ solẽnitate, de qua 11. q. 3. debent. & certa solennitas requiritur, etiã in absolutione, de qua ibi, & in c. seq. No. in §. damnati, triplicẽ pœnã hæreticorum. prima est spiritualis, vt excõmunicatio. secunda corporalis, vt crematio. tertia bonorũ pœna: quia omnia bona debent confiscari; & hoc ipso facto sunt cõfiscata, vt in c. cum fm, e. ti. li. 6. No. q̃ a bona clericorũ hæreticorum [a] non confiscantur fisco ecclesiæ, vel indicis sęcularis; sed applicantur ecclesijs, in quib. habuerunt stipendia, i. ecclesijs, quas habuerunt. Et aduerte, quia tex. hic non explicat, quid de bonis clericorũ, qui ecclesias non habebãt; & satis puto, q̃ debeãt applicari episcopo loci, qui illa in pios vsus distribuat. ad hoc, q̃ in simil. no. Inno. in ca. fi. qui cler. vel vo. & Fed. de Senis. consi. 20. & q̃ no.
1 in c. quia diuersitatem, de cõcess. præb. † Idẽ puto de bonis
b clericorũ decedetium sine hærede, [b] vt si non habuerũt ecc clesias, applicentur episcopo, per no. in locis præall. [c] q̃ no. Itẽ no. in §. moneantur, q̃ quidam sunt Potestates perpetui: quidam tẽporales. Itẽ, q̃ quilibet habens officium publicũ cũ iurisdictione, potest appellari Potestas, à potestate, quam habet. sicut in simili no. de magistra. in Leum qui. ff. de iurisd. di. om. iud. [d] † Item no. vnum casum reseruatum Papæ, vide
2 licet, soluere vasallos à fidelitate alicuius domini, seu exponere terram alicuius alijs occupandam. & ex hoc, & ex tex. no. q̃ ratione delicti ecclesiastici, potest Papa absoluere oẽs vasallos, & subditos à potestate alicuius domini temporalis, & totum suum territorium exponere alijs occupandũ. Et per hoc arguitur, q̃ solus Pa. potest prædicare crucẽ contra aliquem dominum. i. exponere illum dominũ criminosum, vt impune possit inuadi. facit, q̃ in simili habetur in ca. pro
e humani. de homi. li. 6. [e] † Item no. q̃ delictum vasalli non de-
3 bet redundare in præiudicium domini, [f] licet immineat pu
f blicatio bonorum: vide q̃ no. Specu. in ti. de feu. §. 1. ver. 40.
4 † No. in ver. catholici vero, q̃ cruce signati in hæreticorum exterminationẽ, & cruce signati in subsidiũ terræ sanctæ. s. ciuitatis Hierosolimitanæ, æquiparantur in priuilegiis gaudendis: nã cruce signati in subsidiũ terræ sanctæ, habẽt multa priuilegia, quæ fuerũt decisa in c. ad liberandã, de iud. & in ter cętera habẽt remissionẽ pœnæ, & culpæ, & hoc habet cõ suetudo inducta per inquisitores religiosos, vt assumentes ẽt hãc crucem tẽpore pacis, gaudeãt hoc priuilegio, & alijs. No. in §. credentes, 12. vel 13. pœnas credentiũ, seu receptato
5 rum, & defensorũ, hæreticorum. † Et no. q̃ habere officium publicũ, & habere potestatẽ eligendi ad illud, sunt diuersa. ex quo infertur, q̃ prouisio inhabilitãs quem ad publicũ officiũ habendum, non debet extendi ad potestatem eligendi ad illud officium, q̃ no. In gl. in ver. condẽnentur ibi; hęc vio
6 lentissima est præsumptio. no. gl. & similẽ gl. habes in c. inter, de purg. ca. & in c. de hoc. de simon. † Et no. q̃ ex violentissi-
g ma præsumptione, quis potest condẽnari, [g] etiã de grauissimo crimine. & ita dẽt intelligi. l. indicia. alle. in glo. super ver.
h indicijs, ĩ. c. c. dixi in ca. 3. de præsum. [h] In ea. glo. ibi, secus in alijs criminib. dic, q̃ secus est in casu, in quo glo. alle. qui est valde separatus à nostro. i. quãdo bona distribuuntur ꝓpter contumaciã alicuius, nec proceditur ad excõmunicationẽ, sed fi est processum ad excommunicationem, nõ est aliud
7 imo est idẽ in alijs criminib. † Nã sicut excõmunicatus ꝓpter cõtumaciã cõmissam in causa hæresis, habetur pro cõuicto post annũ, vt in c. cũ contumacia. c. tit li. 6. ita persistẽs in excõmunicatione in alijs criminib. habetur pro cõuicto quoad illa, vt in c. rursus, & in c. quicunq; 11. q. 3. non autem habetur pro conuicto de hæresi, vt hic in fi. gl. dicitur. & no. in gl. pe. d. c. cũ contumacia. & de intellectu illorũ c. rursus, c. quicunque plene dico in c. j. de iu. In ead. glos. ibi, vt impugnet nos. de hoc dic, vt no. 24. q. 1. dicit apostolus. In glo. in ver. saluo iure, in fi. dic, q̃ illud c. loquitur in filijs hæreticorũ, qui in veritate viuẽte patre non sunt domini, licet sperẽt fieri. Item est speciale in filijs; quia in ipsorum personis puniuntur parentes. l. ifti quidẽ. ff. q̃ met. cau. Item in eis timetur delictũ paternũ; quia fæpe filius sequitur paternã vestigia. l. quis, ad l. Iul. maiest. Sed iste text. loquitur in extraneo, qui habet directum dominium in feudo, in quo cessant omnes rationes prædictæ: ideo propter delictum alterius puniri non debet. In glo. in ver. accinxerint. in fi. & idem puto ratione delicti concernentis ipsam christianitatem licet direcẽ non impugnetur Christiana fides. argum. optimum in
8 c. pro humani. de homi. li. 6. † Et ex hoc no. tres casus, in quibus ecclesia potest indicere bellũ etiã contra sæculares. Dicẽt, q̃ si impugnat Imperator, seu aliqui qui sunt sibi rebelles, inuabit Papa Imperatorẽ in bello indicendo. 97. dist. duo. & te
i net Inn. de foro comp. licet, q̃ no. [i] † In gl. ver. cum authore
9 dãnato damnetur, in fi. hodie vero rescriptũ impetratũ ab excõmunicato, excommunicatione suppressa, est ipso iure nullũ: nisi in quibusdam casib. prout legi. & no. in c. 1. de rescrip. li. 6. dic, vt ibi, & co. li. c. pia. de exceptio. † Extra glo. pro
10 declaratione tex. op. contra. §. damnati. vbi dicitur, q̃ cõdẽnati de hæresi, relinquendi sunt Potestatib. sæcularibus per eos puniendi, cuius contrarium innuit tex. in ca. ad abolendam, ẽ. eo. ti. vbi dicitur, q̃ si volunt venire ad fidem, non fit ista traditio. Sol. Ioan. And. in quadã apostil. hic sentit, quod isti sunt tradendi, nisi velint redire ad fidẽ. & sic sentit, q̃ nedũ ante damnationem de hæresi: sed etiã post sententiã post sunt redire ad fidem, & euadere hanc pœnam. Idem tenet gl. no. in c. pe. ẽ. eo. tit. Sed tex. in præall. c. ad abolendam, facit in contrariũ, vbi requiritur, q̃ incontinenti redeant, & spõte: nã post damnationẽ, videntur hoc facere timore probationum, seu pœnæ imponendæ. facit, q̃ no. Arch. in c. vt cõmissi. co. titu. lib. 6. vbi relapsis duntaxat non parcitur, semel ergo lapsis, licet condemnatis, parcendum est: ex quo volunt ad fidem redire. & no. Ioan. de Lign. in ca. ad nostram, cod. ti. sed prima opin. est mitior. & ideo tenenda, & pro ea adduco in argum. cap. accusatus, eo. ti. lib. 6. Et hoc no. quia expresso iure non probatur, imo potius posset defendi cõtrarium: quia istud cap. in damnatis nullam dat indulgentiam, & cap. ad abolendam loquitur de redeuntibus statim, & cap. pen. ẽ. eo. loquitur de deprehensis in hæresi, & non de con-

ADDITIONES.

a ¶Clericorũ hæreticorũ. Vide Fed. de Sen. in consi. 137. inci. viso, & examinato. & Ant in consi. 38. Cal. consi. 1. in ti. de hæret.

b ¶Sine hærede. Si clericus non habens consanguineum, neque ecclesiã, decedat ab intestato, eius bona applicantur fisco episcopi, cui erat subiectꝰ. Et idem dicit Abb. in c. quia diuersitatem. de concess. præb. in fi. & ad hoc facit, q̃ no. Arch. in c. cũ multæ. 15. q. vbi dicit, q̃ si sacerdos, qui habuit filium ex muliere, dum esset in sacerdotio, non habet propriam ecclesiã iste filius debebat effici seruus ecclesiæ illius, cui subest pater sacerdos vel ratione ordinis suscepti, vel ratione talis criminis commissi in paro chia illius ecclesiæ. Item de quæstione hic posita per Abb. vide in terminis eundem Abb. in c. presbyteri. ĩ. de pœn. & facit, q̃ scripsi post Ant. in rub. de paro. allegando Lapum alleg. 88. in vlt. col. Bar. de Bel.

c ¶Præalleg. Sed pondera istum tex. & tene ipsum menti perpetuo, pro limitatione in d. c. quia diuersitatem. Nam illa gl. dicit, q̃ bona clerici damnati de crimine, pro quo bona sunt confiscanda sunt applicanda fisco ecclesiæ. Nam hoc debet intelligi, q̃ illa bona sunt applicanda fisco illius, ecclesiæ, de cuius redditib. illa bona sunt acquisita, vt dicit iste tex. & si habuisset plura beneficia, essent applicanda omnib. pro rata, vt in c. relatum. el 2. de testa. & per gl. hic. vbi autem bona sunt ex industria acquisita, vel aliter habita, quam ex reditib. ecclesiæ, tunc applicantur fisco ecclesiæ cathedralis, vt dicit gl. in d. c. quia diuersitatem. Ale. de Ne.

d ¶Iud. Et dicit hic Host. & But. & D. Car. q̃ dignitates, in quib. succedunt filij, sunt perpetuæ. sed vero quib. non succedunt, sunt tpales, sed hoc dictũ vt falsum. Nã Imperator est perpetuus, & tamen non succedũt filij, vt in c. venerabilẽ, de ele. imo ẽt in regno nõ succedunt filij, sed dẽt aliqui mortuo Rege, in c. Moyses. 8. q. 1. & 93. di. legimus. Dic, q̃ in Imperio filij nõ succedunt, vt in d. c. venerabilem. ad quos aũt spectat electio Imperatoris, vide gl. in c. apostolicæ. de re iud. in 6. in regnis die, q̃ de iure non debent succedere filij, nisi ex consuetudine, vel ex priuilegio aliter reperiatur, prout est in multis regnis, vt patet in c. licet. de voto. & in c. grandi. de suppl. negl. præl. in 6. ita dicit Arch. in præalle. c. Moyses. & D. Dom. post Io. And. in d. c. grandi. Nunquid autẽ si succedunt filij ma sculi in regnis, & fęminæ succedant, saltẽ masculis deficiẽtib. Io. de Imo. & D. Dom. dicunt, q̃ non, in d. c. grandi. nisi de consuetudine, vel priuilegio aliter appareat, quia dominari est officium virile, q̃ non cõpetit mulieribꝫ. de iure cessante cõsuetudine, vel priuilegio, vt in c. dilecti. de arbi.

e ¶Lib. 6. Sed aduerte, quia auth. fi vero dominus. C. e. ti. dicit, q̃ dominus tẽporalis monitus per ecclesiã elapso anno à die monitionis, incurrit has pœnas, de quib. hic. & potest dici, q̃ illi authenticæ sit standũ, vt ipso iure incurrat has pœnas, quia illa auth. fuit procurata per ecclesiam, & est approbata per ecclesiã, vt in c. inquisitionis. e. ti. in 6. & ibi in gl. 2. ad hoc facit. c. fi. ĩ. e. vbi patet, q̃ vasalli ipso iure sunt absoluti. & ibi etiam tenet gl. 1. & Doctor. ibi, & hoc no. quod doct. non ponderant.

f ¶In præiudicium domini. Adde gl. & Bal. in c. decedente. in ti. qui feu. da. post. & in c. 1. §. rursus. q̃ b. mo. feu. amit. in vsi. feu. & in l. 2. C. de li. & eo. li.

g ¶Potest condemnari. Adde, quod in hoc casu non potest ex vrgentib. suspicionib. condemnari, sed requiruntur duo testes, vt no. Ol. consi. 209. potest tamen ex vi vnius testis, torqueri, vt no. Car. in cle. 1. §. pe. e. ti. & plenius in cle. 1. §. fi. q. vlt. de vsur.

h ¶De præsump. Vide gl. fi. in fi. in c. iuuenem. ẽ. de simonia. & q̃ ibi dixi.

i ¶No. Dic, q̃ pro defensione dis reb. ecclesiæ, vel recuperãdis, vel pro subditis defendẽdis, vel vindicandis, ecclesia potest bellũ indicere, & põt prælatus interesse principaliter in bello, vide duos optimos tex. li. 16. q. 6. authori tate. 23. q. 8. scire. nõ tamen debet in persona propria pugnare, quia hoc est interdictũ clericis. 23. q. 8. quicunq; & in c. ex multa. in fi. de voto. Nũquid autem prælatus teneatur pro reb. ecclesiæ, temporalib. vel spiritualib. exponere se morti, vide tex. & gl. Arch. 23. q. 8. conuenior. & 11. q. 1. si tributum. Et de materia belli, videlicet, quando licite possit indici, & à quib. & quid de rebus captis in bello, an sint restituendæ, dic, vt per inn. & doc. in c. olim el 1. de rest. spo. Ale. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de condemnatis; licet, vt dixi alia opin. tanquam mitior sequenda sit argumen. reg. odia: & reg. in pœnis, de regu. iur. lib. 6. Et ad cap. ad abolendam, coloratè responderi potest, q̃ satis in continenti dicitur redire, si nullam dilationẽ expectat, nec impositionẽ pœnæ. ar. 50. dist. ponderet. Vel pōt dici q̃ aut sunt condemnandi de hæresi. sed adhuc nō sunt tradi
a ti curiæ sęculari, & habet locum istud c. ex quo, ad istum esse ẽtum dicuntur in continenti redire. Aut sunt traditi curiæ sęculari, & priuati omni priuilegio per degradationẽ actuã lem; & tunc non sit locus pœnitentiæ, videtur ista satis bona consideratio: nam tunc propriè non videntur venire sponte, nec in continenti. [2] Oppo. contra. §. qui autem inuenti, de cap. ad abolendam, ⁊. c. vbi dicitur, q̃ si suspectus de hæresi se non purgauerit ad arbitrium episcopi, incontinenti damnatur, vt hæreticus. & in isto §. dicitur, q̃ primo debet excōmunicari, & postea debet expectari per annum. Solu. secun. Doct. istud contrarium loquitur de his, qui suscepерunt purgationem, & defecerunt in ea, quia noluerunt iurare, vel nō inuenerunt purgatiores propter vehementem suspicionẽ corũ, & iste §. intelligatur in eo, qui fuit contumax in purgatione suscipienda, non autem defecit in ea. & ideo tanquam contumax, dēt cōdemnari, & si persęuerauit per annũ, iudicabit hæreticus: nã deficiens in purgatione, punitur, vt cōuictus, vt in cap. accedens, de accuſ. Sed secus est in eo, qui est cōtumax in suscipienda purgatione. Sed ⁊ hoc videtur tex.
b sin. [b] in cap. decernimus. 3. q. 9. secundum vnum intellectũ, sed dic de intellectu huius capit. vt dico, de do. & cōtum. ca.
11 cũ dilecti. † Itē quærit hic Hostien. quid si qs fuit citatus, vt veniret ad suscipiendã purgationẽ: & q̃ non comparuit, fuit excommunicatus: nunquid habeat locum iste §. circa hoc multũ instat: & videtur concludere, q̃ nō: quia non est contumax in se purgando, in quo casu intelligitur iste text. sed in suscipiendo purgationẽ. sed hoc hodie nō vī procede re, per cap. contumacia, c. titu. lib. 6. vbi dicitur, q̃ si contumax in causa hæresis excōmunicatur, & stat in excōmunic. per annũ, habetur pro cōuicto; & ideo si in citatione fuit expressum, vt veniret ad se purgandum: q̃ cia erat suspectus de hæresi, satis habebit locũ illud cap. & per tex. illius. cap. & p auth. gaz. aros. C. co. tit. esset dicendum, q̃ post annum nō est necesse, q̃ contumacitur per sententiam: nam via tur condemnatus de hæresi post annũ, licet ista litera videat vt requirere sententiam, dum dicit: velut hæretici condemnãtur.
12 † Nec ob. si dicatur, lex ciuilis non potuit cōdemnare de hæresi: quia leges conditæ contra hæreticos in fauorẽ fidei, sũt approbatę per Papam, vt in cap. inquisitionis, eo. ti. li. 6. hoc tenuit Hostien. & bene. Opp. contra. §. moneantur, in ver. si vero, vbi dicitur, q̃ dominus temporalis negligens, debet per Metropolitanũ, & cęteros prouinciales episcopos excōmunicari. nã vī, q̃ solus episcopus hoc possit, vt in cap. ad abolendã. §. statuimus, ⁊. c. Sol. duplex est: prima, q̃ illud c. loqtur de paruo domino: sed iste §. loqtur in domino habẽte prouinciam sub se, vel etiam meliùs ista pluralitas debet concernere pluralitatẽ dominorũ, & locorũ, vt sit sensus, q̃ Archiepiscopus excommunicabit in sua diœcesi constitutos, sic & cęteri Metropolitani in suis diœcesibus, & ista melior: eũ casus graues reseruentur hic, & in sequentibus ipsi Pa. Oppo. contra §. credentes: & vī, q̃ credentes debeant incōtinenti iudicari, vt hæretici, vt in §. penult. ⁊. eo. & hic dicit oppositum: q̃a prius excommunicantur, postea expectantur per annũ. Solu. ⁊riũ procedit in credentibus erroribus hæreticorũ. vnde cũ ipsi diuidant à fide, hæretici sunt: sed §. iste pōt intelligi in credentibus hæreticos esse bonos homines, & eis fauentes: non tamen credebant eorum erroribus. [c] In §. quia vero nonnulli. q̃ro, qui sunt illi, q̃ prædicã
d re [d] possunt Sol. episcopi prædicare possunt per totũ orbẽ, ẽt in alienis diœcesibus, nisi prohibeantur à diœcesanis, qui sine cã prohiberi nō dēt, cũ sint missi à Deo ad prædicãdũ, iuxta illud euangelij. Itẽ, & prædicate Euãgelium omni creaturæ. nã episcopi in locum apostolorũ succedunt. 12. q. 1. vidētes. 21. di. in nouo. tenet Hosti. hic habes bonã glo. in cle.
e Archiepiscopo, de priu. [e] Item dic q̃ oēs hẽtes curã animarũ, possunt prædicare in eorũ locis, q̃a tenentur instruere populũ sibi subiectũ; pertinet n. prædicare, ad officiũ curæ, vt no. in cle. vna. de regula. Item hodie mẽdicãtes hẽnt priui legiũ per vniuersum orbẽ, limitatũ tñ, vt habetur in cle. dũ, de sep.
f dũ, de sep. [f] Sed an isti inferiores [g] possint alijs potestatẽ prę
g dicandi concedere, ista litera vī innuere q̃ nō, q̃a tantũ facit mentionẽ de Papa, & episcopo loci; ergo abbates, & alij ẽlati inferiores, nō possunt hoc concedere. Cōclusio tñ est q̃ in eorũ locis, possunt hanc potestatẽ concedere, quando persona esset approbata ad officium prædicandi. pro hoc adduco bonum tex. in d. l. dudum. vbi frater mīnor potest p̃ dicare in ecclesia curata, de licẽtia curati; sed generalem sic licẽtiã prædicandi per totam diœcesim, non dat alter, nisi so
h lus episcopus. [h] In ver. si qui vero, quæro nunquid oēs nolētes iurare, possunt puniri de hæresi. Host. q̃ nō. sed illi, qui abstinatione damnabili respuunt iuramentũ, quasi ex quadã perfidia, & superstitione, asserentes iuramentũ in se malũ, secus si nollent iurare ex deuotione quadã, credentes peccatũ esse, prout quandoque faciunt aliqui religiosi, seu religione tenti. licet enim vbi causa suggerit hoc facere debeant, non tamen sunt hæretici. cap. & si Christus, dein
i reiu. [i] † Vlt. in §. quæritur, nunquid episcopus negligẽs, pos
13 rit deponi ab alio citra Papã. & cōmuniter cōcludit q̃ non, q̃a nullus citra Papã, pōt deponere episcopũ. 3. q. 6. accusat. & c. quãuis. & c. 2. de trãsla. epis. adeo q̃ ẽt inquisitor hęreticę prauitatis, non pōt ꝓcedere ⁊ episcopũ, vt in c. inquisitionis, eo. tit. lib. 6. sed dēt hoc denunciare papę, & hodie si in loco est inquisitor deputatus à Papa, dēt simul procedere cum episcopo. vnde ad actũ prætudicialẽ nō dēt ꝓcedere vnus sine alio, de quo in cle. 1. e. ti. & in c. p hoc. e. ti. li. 6. ibi no. an talis inqsitor hēat ordininariã, an delegatã; & ad quẽ dēat ap
K pellari, si appellet ab vtroque, ſ. ab inquisitore, & episcopo.

ADDITIONES.

a ¶Incontinenti. Prima opinio de iure est verior. tamen in practica seruatur, vt admittatur pœnitentia, donec sit traditus igni, vt dicit Do. Card. in cap. ad abolendam. supra eod. Alex. de Ne.

b ¶Textus singularis. Item adde hic tex. fin. secundum Abb. in ca. tua circa finem. de coha. cle. & mulier, quod renuens recipere purgationem sibi dictam pro crimine, habetur pro confesso, quemadmodum si recognosser, & defecisset in purgatione. Bart. de Bel.

c ¶Eorum erroribus. Pondera textum, & comperies. quod debet intelligi de credentibus etiam eorum erroribus, & per consequens sola. istius rei habet locum. Sed dic, quod intelligatur de discente hæresim, & credente doctrinam illam, quæ tamen est hæretica, esse catholicam, nam tales non sunt incontinenti iudicandi hæretici, nec tam grauiter, vt postea dicentes, & docentes, puniuntur, vt no. glo. in cap. penul. infra eo. & Bar. ad cunctos populos. col. 6. C. de sum. Trin. Zach.

d ¶Prædicare. De potestate prædicandi cui competat, multa ponit Card. in cle. dudum. post med. in 6. de sepul. Seb. Sap.

¶Prædicare. Et de hoc vide tex. & gl. in c. adijcimus. 16. q. 1. Bar. de Bol.

e ¶De priu. Non tamen potest dare indulgentias, nisi faciat auctoritate apostolica, vel episcopi loci, vt in c. quod autẽ, de pę. & re. Rationem adde, ut ibi per Host. & Doct.

f ¶De sep. Dic quod prædicare adeo pertinet ad officium curæ, quod dispensus ab officio, vel ille cui cura est prohibita, censetur esse prohibitus ne prædicet, & si contra facit, est puniendus, vide glo. & Doct. in cle. 1. in ver. officia, de regu. quam gl. tene menti. Ale. de Ne.

g ¶Inferiores. Vtrum quilibet curatus possit dare licentiam alij prædicandi in sua ecclesia, tu vide Arch. in c. adijcimus. 16. q. 1. vbi dicit, quod habens personam volens prædicare, vt prædicator, quilibet sacerdos curatus ordinarius, & intrinsece potest dare licentiam prædicandi in sua ecclesia. Et ita dicit tenere Inno. in c. ab ecclesiarum. de de of. or. Sed generaliter licentiam prædicandi in tota diœcesi, dicit solum posse concedere Episcopus vel episcopum loci. alle. tex. huius. §. quia vero. Et quod præsbyteri curati possint alijs dare licentiam præsbyteris prædicandi in propria ecclesia, probat glo. in c. cunctis fidelibus. in ver. proprijs. 16. q. 1. Antho. tex. in c. episcopi. 4. q. 1. Bar. Bellen.

h ¶Episcopus. Intellige autem personam esse approbatam ad prædicandum si sunt Doctores Theologiæ approbati per eum, ad quem pertinet, vt prælati ecclesiarum, vel etiam alij quibus hoc conceditur vel generaliter, vel specialiter. Nam quilibet sacerdos pōt talibus concedere licentiam prædicãdi ꝓ suis hominibus, vt dicit Inn. pro hoc ẽm Host. de of. or. ab ecclesiarũ. quod intelligit caſualiter per totam suam diœcesim, ar. of. ord. inter cætera. & cum hoc transeunt omnes. Dicit tamen Host. quod quilibet sacerdos potest concedere alteri licentiam celebrandi Missam, vel alia officia dummodo sibi constet illum, cui concedit, esse sacerdotem. vt no. ck. peregr. c. 3. in his enim non est tantum periculum, cut in præcedentibus. Ale. de Ne.

i ¶De iurem. Et die quod religiosi iurant, per, crede mihi, & habetur illud loco iramenti, vt dicit gl. h. singularis, in l. non erit. ff. de iureiu. Ale. de N.

K ¶Episcopo. Vide gl. plene dispurantem, quæ tamen concludit, quod prælatus habet iurisdictionem delegatam, in c. 2. e. ti. & tene menti illud. Et qui non attigit quadragesimum annum non potest esse inquisitor hereticæ pranitatis. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Vitia sæpe se ingerunt, & mentiuntur esse virtutes.*
2 *Dona Dei varia sunt, & diuersimode dispertiuntur.*
3 *Excommunicatio non fertur, nisi pro grauibus culpis.*

CAP. XIIII.

1 Sicut. Laici, cuiuscunque professionis sint, prædicare non debent. † No. 1. quod sub specie boni quandoque committitur malum. vnde alibi dicit canon. Sæpe vitia se ingerũt, & mentiuntur se esse virtutes: nam quandoque sub specie parsimoniæ quæ est virtus, committitur auaritia, & quandoque sub specie largitatis, committitur prodigalitas; & quandoque sub zelo iustitiæ, exercet crudelitas, & sub specie misericordiæ fit quandoque indigna remissio, vt in c. sæpe. 41. di. ita alij sunt laici, qui sub specie fidei ampliandæ, errores seminãt no
2 mẽtibus simplicium. † No. ibi alios vero Doctores, q̃ vasa sunt Dona Dei. nam alij tribuit donum scientiæ, alij spiritum prophetię, alij virtutem miraculorũ; & sic non omnes sunt apti

a apti ad idem officium. [a] † Vlt. colligę, quod laici prædicãtes,
3 mortaliter peccant, quia veniunt contra præceptum ecclesiæ. Vnde præcipitur, q̃ debeant excommunicari, vt in c. supra prox. §. quia vero. & in c. 2. e. ti. li. 6. ergo grauiter peccãt:
b quia excommunicatio nō fertur, nisi pro grauib. culpis, 11. q. 3. nemo. de sen. exc. solet. [b] li. 6.

ADDITIONES.

a ¶Officiũ. Nã non omnes in omnib. sed certa, q̃ certa, vt in l. 1. ver. quia non omnes. C. de ver. iur. enucl. Vnde gl. no. 6. di. veterum, dicit, quod Hieronimo magis est credendum in translationibus, & hystorijs, in disputationibus Augustino, in moralibus Gregorio. Ale. de Ne.

b ¶Soler. Quando veniens contra constitutionem præcepti peccet mortaliter vel non, tangit Abb. Sic. in c. nam cõcupiscentiam. de quæsti. Ego plenissime examinaui post Ioan. And. & doctores in cap. relatum. ne cle. vel mona. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Crimen hæresis est mere ecclesiasticum.*
2 *Clericus deprehensus in hæresi, volens redire ad fidem, an sit deponendus, & in carcerem detrudendus.*

CAP. XV.

a Xcommunicamus. [a] Hoc c. vsq; ad §. si quid autẽ, habetur in c. excommunicamus, ⁊. c. ti. in prin. vnde summa, & declara, prout ibi fuit dictum, sed §.
b si qui autẽ, sic summari potest, vsque ad fi. Si in hæresi deprehensi [b] nolunt redire ad fidẽ, detrudendi sunt in perpetuũ, carcerem ad pœnitentiam peragendã; & credentes errorib. hæreticorũ, hæretici sunt, & habet quatuor dicta. f. m ibi, dãnati. tertium ibi, si qui. quartũ ibi, credentes. Not. primo ex prima parte, q̃ non est facienda vis in nomine, vbi patet de
1 defectu, & rei substantia, concor. de simo. ea quæ. † No. 2. in §. damnari. ibi per ecclesiam. q̃ crimen hæresis, ecclesia dun taxat dānare potest, & nomine ecclesiæ, intelligitur ipse Papa, vel diœcesanus loci, vt in c. ad abolendam, ⁊. c. vel inquisitor deputatus per Papam, vt in c. 1. cũ multis similib. c. ti. li. 6. Sæculares ergo iudices respectu cognitionis, & damnationis, de hoc crimine se non impedi nt, quia est crimen mere ecclesiasticũ, vt in c. inquisitionis. §. prohibemus. c. ti. li. 6. sed sola executio pœnæ ei dimãdabitur, vt hic. In §. ii quid autẽ. no. q̃ hæreticus volens redire ad fidem, nō euadit nisi pœ
c nã mortis, nam ad agendam pœnitentiam de delicto cõmisso debet detrudi in perpetuũ carcerem; [c] sed hodie ista pœna potest commutari in aliã, si visum fuerit superiori, vt est
2 tex. no. in c. vt commissi. c. ti. li. 6. [d] † Sed circa hoc dubito de
d quæstione hic non tacta, nunquid clericus deprehensus, in hæresi, volens redire ad fidem sit deponendus, [e] & postea in
e carcerem detrudendus, an vero sufficiat sola detrusio. [f] glo. videtur dubitasse, in c. nunc autem. 22. di. & nihil firmat, nec
f recolo pro nunc alibi legisse, sed credo talem prius verbaliter deponendum, per c. 1. ⁊. c. ti. lib. 6. vbi dicitur, q̃ in causa hæresis, solus episcopus potest degradere, quando degradatio fit, vt tradatur curiæ sęculari, vel vt mittatur, id est in arctum carcerem detrudatur, & sic facit mentionem de depositione, etiã quando fit detrusio, vt sic prima pars illius, seu primum dictum illius c. concernat persęuerantes in hæresi, qui sunt tradendi curiæ sęculari. secundum dictum concernit redeuntes ad fidem, qui sunt immutandi. i. in arctum carcerem detrudendi. ad hoc facit tex. in c. tuæ, ⁊. de pœnis, vbi dicitur, q̃ pro magnis sceleribus debet quis degradari, & detrudi. licet ergo hic parcatur redeuntibus quoad pœnam ignis, imponentur tamen aliæ pœnæ condignæ, satis enim est eis, vt euitent mortem. cum regulariter ex sola pœnitentia quis non euadit pœnam. l. qui ea mente. ff. de fur. & in ea. cum non ab homine, de iud. Ad idem quæritur, nunquid ſicut parcitur hæretico redeunti ad fidem, ita parcendum sit accusatori ipsius hæretici volenti desistere ab accusatione, & pœnitere. Ia. de Are. in l. fi. C. de accu. quem sequitur Ioā. An. hic concludit, q̃ non, quia speciale est in crimine hæresis, sed accusator deficiens, non venit puniendus de hæresi,
g sed de calumnia. [g] In glo. in ver. puniendi. ibi vltimo supplicio, die, vt plene dixi ⁊. e. ab abolendam. nam isti hodie igne cremantur. In gl. vl. ibi, vel etiam condemnati. no. gl. sing. q̃ parcitur hæreticis volentib. redire ad fidem quoad pœnam mortis, etiam post damnationem, sed distingue, vt dixi in c. excommunicamus. §. damnati, supra eo. ti.

ADDITIONES.

a ¶Excommunicamus. Adde quod si ille, qui est detrusus in carcerem, abiurata hæresi, secundum formã huius decretalis, fugit de carcerib. adhuc censetur relapsus in hæresim, & debebit puniri, vt hæreticus. ita singulariter dicit Dom. in c. vt commissi. §. pe. eo. ti. in vli. feu.

b ¶Deprehẽsi. Ad quantum autem tempus possunt redire, ponit Io. de Imo. in c. ad nostram. in pen. col. de hæ. in ver. fel iuxta hoc.

c ¶Perpetuũ carcerem. Aduerte tamen, q̃ indistincte ecclesia non potest imponere pœnam perpetui carceris, maxime in laicos, vt no Ro. fin. 706. in ci. q̃ de iure ciuili. vbi dicit quod iudex ecclesiasticus non potest condẽnare laicos ad perpetuos carceres. Seb. Sap.

d ¶Lib. 6. Sed dubium est, quid de relapso, an eius pœna possit mutari. inferior à Papa non potest dispensare, nisi in casibus vbi reperitur expressum, permissum, vt est tex. in c. dilectus. de tempo. or. & per Inn. & doct. in c. at si clerici. de iud. Præterea iura dicunt quod relapso denegatur omnis audiẽtia, vt patet supra c. ad abolendam. §. illos quoque. præsertim qui crimen hæresis, est maius adulterio, sed episcopus non potest dispensare super criminibus maioribus adulterio, vt in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iu. cum ergo sola reperiatur permissa dispensatio, seu pœnæ cõmutatio in lapso, vt in c. vrgentis, supra e. ti. & in d. c. vt commissi. §. & il lorum. e. ti. in 6. non debet extendi ad relapsum in quo est diuersa ratio, quia debet ei omnis audientia denegari. Item c. ad abolendam, ver. illos quoque supra e. dicit, sine vlla penitus audientia relinquatur. & sic talia verba important vniuersalẽ negationem, sed vbi in canone ponitur vniuersalis negatio, intelligitur omnis dispensatio prohibita inferiori à Papa, vt dicit glo. in cle. vt hi qui. in ver. concedatur, & in ver. nullo modo, de æta. & quali. Ale. de Ne.

e ¶Deponendus. Vtrum ille, qui detruditur in perpetuum carcerem, prius debeat deponi, & pro opinione, q̃ sic, allego tex. in c. inter solicitudines. in fi. de pur. cano. & ad istam quæstionem, pondera subtiliter quod no. Arch. in c. si quis sacerdotem. circa fi. 11. q. 1. Bar. Bellen.

f ¶Sola detrusio. Adde Cardina. in clem. 1. §. fina. quæstione vltima, de vsuris. Zac.

g ¶Calumnia. Idem tenet Bur. & D. Car. qui tamen dicit æquum esse, vt mitius agatur, si pœnitet. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Debitores hæreticorum. sunt ipso iure liberati.*
2 *Pœna quando imponitur ipso iure, afficit delinquentem quantumcunq; occultum.*
3 *Filij hæreticorum, sunt liberati à patria potestate.*
4 *Hæredes non tenentur de delicto defuncti, nisi in vita ipse defunctus, inciderit in pœnam delicti.*

CAP. XVI.

1 Absolutos. † Breue est, vel pōt sic per alia verba summari. Liberantur ab omni obligatione, qui hæreticis tenebantur addicti. Casus literalis. Quærebatur à domino Pa. an debitores istorum, qui lapsi sunt in hæresim, teneantur soluere eisdem. Papa respondendo dicit, q̃ quicunq; obligati sunt lapsis manifeste in hęresim, nouerint se absolutos, & de omni debito fidelitatis, & totius obsequij, & omni pacto quacũq; firmitate vallato. B. No. 1. Papam ratione delicti ecclesiastici, posse absoluere vasallos locorum ab omni obligatione, & alios eisdẽ obnoxios, quocunq; pacto, & quacunq; obligatione, & hodie clarũ est, cũ bona hæreticorum sint ipso iure confiscata. [a] vt in c. cum fm leges. eo ti. li. 6. & sic nihil remanet apud eos. No. 2. ibi manifeste, quid autem si occulte? Phili. dicit, q̃ idem est, si probari potest Io. And. videtur velle hoc esse verũ, si processum est ad ꝓbationes. quia probatio tũc facit delictũ manifestũ, vt in c. cum olim, de ver. sign. secus si non est processum ad ꝓbationes, ecclesia non iudicat de occultis, vt in c. si cut tuis, in fi. de simo. & ita pertrãsit. Sed hoc dictũ non puto hodie indistincte verum, quia cum bona hæreticorũ ipso iure sint hodie confiscata, quantumcunq; delictũ sit occultum, vt in c. 2. de præscri. li. 6. & præall.
2 c. cum fm. † Nam pœna ipso iure imposita, afficit ipsum de linquentẽ quantumcunq; occultum, vt dicit gl. no. in cle. 1. eo. ti. ver. eo ipso. ergo eo ipso, q̃ quis incidit in hæresim, in continenti perdit omnia bona; & sic sequitur absolutio ab obligatione. sed non potest hæc absolutio, seu publicatio allegari, nisi manifesta causa ꝓbetur, seu re ipsa, suppposito delicto, sequatur absolutio & sic possunt reduci ad concordiã omnia dicta. Sed quæro quid de famulis, & libertis hæretico
b rum. Doct. tenet q̃ idẽ. [b] Nec ob. c. quoniã. 12. q. 3. & ea. inter, de sen. exc. quia procedunt in nō hæreticos; secus in hęretico. † Quæro secundo, quid de filijs hęreticorum dic q̃ exi
3 muntur à patria potestate, & efficiũtur sui iuris; ideo q̃ emãcipatio facta post quam inciderunt in hæresim, est ipso iure nulla, tanquam facta de hominibus sui iuris, vt in c. quicun
4 que. e. ti. li. 6. † In gl. 1. ibi, ipso iure. per hoc dicit Host. q̃ licet reconcilientur, non per hoc recuperãt pristinam obligationem, quia obligatio extincta non reuiuiscit, de conse. dist. 4. quæris. & 7. q. 1. quam periculosum, sic etiam de alijs bonis, vt de necessitate non sint eis restituenda, vt ca. vergentis, & quod ibi not. ⁊. eod. imo ista bona possunt capi etiam post mortem, licet in vita occultam hæresim fouerent, vt in c. 2. de præscri. li. 6. quia cõfiscatio fuit facta in vita, eo ipso, q̃ in ciderunt in hæresim. & per hoc euitatur. ar. q̃ de delicto defuncti

ADDITIONES.

a ¶Confiscata. Adde, q̃ ipso etiam iure, & de iure canonico, perdit dominium suorum bonorum hæreticus. c. cum secundum. & ibi Ge. co. li. 6. & Bar. in l. imperator. in fi. ff. de iure fisci. li. 10. Zac.

b ¶Idem. Goff. & doct. dicunt quod familiares, servi, liberti, & mercenarij, sunt absoluti. Ale. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a functi non tenentur hæredes. [a] In glo.fi.no.glo. sed quæro, quid de ,pmittente in terminis gl.ei q postea incidit in excõmunicationem,nunquid differentia est solutio,sicut in hæretico,& iste est casus diuersus à quæstione gl, quia hæreticus perdit omnia bona:sed excommunicatus non. imo remanet apud eum obligatio.sed ratio glo.vī eadẽ , qa nõ est licitũ communicare excõmunicato.ergo reus non permã
b sit in ca.stat.de hac q.dic vt no.de dolo.& cõtu.c.veritatis.[b]

ADDITIONES.

a ¶Hæredes.Sed ex ista glo.colligit Host.& D.Car.quod hodie ipso iure vasalli sunt absoluti.& dicunt quod olim non erat sic expressum , sed sic ſ ſolũ quod debent absolui,vt in c.excommunicamus.§.ſi vero dominus. sup. eo.Et colligit D.Car ex hac gl.iuncto tex.quod participium præteri tem poris,importat aliqd fieri ipso iure,sine ministerio hominis. Sed vide gl. in c.2.in verb.innodentur.eo.tit.in vi.& in reg.in pœnis.eo.lib.& per Do. in c.ſi diligenti.de fo.comp.Conclude post Inn.& Host.& Doc. & facies tres casus. Primus est,quando vasalli sunt absoluti a fidelitate propter aliud crimen,quam hæresis,quod potest Papa facere.vt patet 15. q.6.alius cum seq.& hoc casu absoluto Domino reuertuntur ad fidelitatem, nisi esset lata sententia,per quam vasalli essent absoluti à fidelitate Domini.nam tunc etiam post satisfactionem, non reuertuntur ad fidelitatem,argu.de diuor.de illa.Secundus casus est,quando vasalli sunt absoluti propter hæresim domini,& tunc non reuertuntur ad eius fidelitatem etiam post reconciliationem domini,vt in c.vergentis.supra eo.ti. quod intelligo,nisi hæreticus post reconciliationem restituatur in integrum, ad statum in quo erat antequam esset lapsus , quia tunc recuperaret ius in vasallos, vt in d.ſi.C.de sent.pœnis.& 2.q.3.in fi.ver.indulgentia.& sic intelligo etiam primum casum.Tertius casus,quando vasalli sunt absoluti ad tempus, puta propter excommunicationem domini , & tunc post absolutionem,dominus recuperat ius in vasallos,vt in c.nos sanctorum.& in c.iuratos.16.q.6.vnde glo. 11.o.3.Iulianus.dicit quod excommunicatio non tollit obligationem,qua vasallus est obligatus domino, sed tantum,effectum obligationis. Ale.de Ne.

b ¶Veritatis.Vide glo.15.q.5.nos sanctorum. Ale.de Ne.

a *De schismaticis.* a *Rubr.*

ADDITIO.

a ¶De schismaticis.Adde quod schismatici debent furca suspendi, secundũ Bal.in c.1.§.iniuria.de pace iura.fir.item Adde Bal.in l.3.de his,qui sunt sui,vel alie.iu.Item ad materiam huius rubricæ,vide omnino B. Tho.2. 2.q.20. vbi ponit plures ſtiones ad materiã,nã primo ponit verũ schismam speciale peccatum.secundo vtrum schisma ſit graue peccatum in fidelitatis.Tertio vtrum schismatici habeant aliquam potestatem.quarto quæ ſit pœna conueniens schismaticis.Item vide omnino Beatũ Tho. in 3.Sen.dist.12.q.2.ar.1.vbi dicit quod differentia est inter hæreticos , & schismaticos, nam hæretici sunt,qui primo discordant in aliquo concernente fidem ab opinione alioꝝ fideium schismatici vero,qui in primo non habent peruersum dogma,sed volentes ecclesiam singularem per se constringere,per uersum aliquod dogma confingunt . Et quod sit grauius crimen schisma,vel hæresis,vide gl.magistram in cap. non aſſeramus.in verbo.sceleratus 24.q.1. Bart.Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Schismaticis quibus modis capiantur, & an sint hæretici, & quo casu.*
2 *Schismatici an sint excommunicati.*

Quia schismatici incidunt in hæresim,diuidendo se ab vnitate ecclesiæ,constituendo sibi sacerdotes,& reliquos clericos.24.q.1.loquitur,ideo post præcedẽtem rubricã, subijcit
1 istam. † Sed rubricę & materiæ declarationem quæro , qui dicantur schismatici. Sol.colligitur hic ex no. infra c. proximo , largissime dicuntur omnes cõstituti in peccato,mortali.sunt enim extra charitatem.11.q.3.audi denique . & 24. q.3.dixi.Large vero dicuntur schismatici, excommunicati, quia sunt extra ecclesiam, & communionem fidelium. 10. q. 3.cũ excõmunicato.& c.seq.Stricte vero dicuntur schismatici,qui propriũ episcopũ eijciũt de sede episcopali , sibi occupantes,& presbyteros sibi facientes,& secundum quosdã isti sunt excommunicati.Alij vero cõmuniter tenent oppositũ,ex quo enim non sunt diuisi à Romana ecclesia , licet eiecerint propriũ episcopũ,& alium receperint:non tamen dicũtur per hoc strictissime scismatici, sed isti strictissime dicuntur secundũ materiam nostrã,qui diuidunt se ab vnitate Romanæ ecclesiæ,constituendo sibi ecclesiã, & ordinando clericos,& sacerdotes vt in prælegat.c.loquitur. 24. q.3.
a inter hæresim , & schisma. [a] Sed circa prædicta quæritur, nũquid si schismatici capiantur,vt ꝯ.dixi,sint hæretici.& dic q si capiantur largissime,large,& stricte prout ꝯ.dixi.nõ sũt hæretici, sed si capiantur strictissime ,put prædixi , & tũc aut cõstituũt aliã ecclesiam omnino diuidendo se ab ecclesia Romana,prout faciunt græci;& tunc sunt hæretici , qa veniũt cõtra illũ articulũ fidei,& vnã sanctam ecclesiam. hic dẽt intelligi q dr, schisma non est sine hæresi , vt in illo cap. inter
b schisma. [b] Si vero non cõstituant aliã ecclesiã , imo credunt ecclesiã Romanã apud se,vt contingit quando duo vel plures cõtendunt de papatu. nã quisque eorũ credit vnitatẽ ecclesiæ,& illã esse apud se,nec impugnant Romanã ecclesiã : & tũc isti sunt schismatici nõ hæretici. vt no.in c.1.ꝯ.e. & vi
c de bo.gl.24. q.1.c.q aũt,§.1. [c] † Tertio quæritur,nũqd schis
2 matici sunt excõmunicati.& aduertendũ, q vbi est schisma cũ hæresi,vt patet ex prædictis,tunc nõ est dubiũ,q sunt excommunicati,quia omnes hæretici sunt excõmunicati , vt in c.excõmunicamus,§.ti.prox.Si vero est schisma sine hæresi:& tunc si schismatici capiuntur largissime,vel large, nõ sunt excommunicati.2.q.1.multi.nisi ab homine, vel à iure excommunicentur alio respectu.sed capiendo strissime , vt capitur hic,Doct.variant, ꝯ.c.proxi.sed magis videntur incidere ad illam partem,q non sunt excommunicati . Sed dic hoc verũ respectu illius c.1. Sed hodie puto omnes excommunicatos esse per c.licet,ꝯ.de elect.vbi dicitur tam ipse,qui se gerit pro papa;quam sibi adhærentes excommunicationi subiaceat.per quæ verba,fertur excommunicatio ipso iure & vbi dico.facit quod no.glo.fin.in c.1.de iniur.lib.6.[d] & puto hoc verum vbi non cadit probabilis error. Si aũt quæstio esset dubia;& maxime si consistit in facto intricato. & longquo,prout contingit in schismate præterito,tunc putarem omnes euitare excommunicationem,& peccatum.ar. l.regula.& in l.2.ff.de iur.& fact.ig.& in ca.apostolicæ. de elec. excommuni.min.& in c.vt animarum,de const.li.6.

d

ADDITIONES.

c ¶Bursa. Sed ego puto quod mens huius c. sit, quod nisi contrahatur matrimonium, quod patietur pœnam temporalem, & detrusionem in monasteriū. moueor, quia vt patet in c. præce. obligatur ad duo, s. ad contrahendum matrimonium, & ad dotandū. si ergo non contrahit matrimonium, imponetur huius c. pœna. aut si noluerit debet pati pœnam corporalem, & detrusionem in monasterium. Vnde si non contrahit matrimonium, quicquid aliud faciat, non euitat pœnas. Doc. tamen communiter transeunt cum Inn. s. vt dotando nullam aliam patiatur pœnā. vnde etiam pœnam corporalem non patitur, secundum Doct. Ale. de Ne.

d ¶ff. eo. Sed aduerte, pro declaratione tex. sine perceptione, &c. in fi. Nam secundū Host. intelligi poteit duobus modis, & primo sine perceptione, i. sine reuocatione, quia ad tempus agit hāc pœnitentiā, & hunc intelle ctum sentit hic gl. fi. Secundo mō intelligitur quod perpetuo remanebit in monasterio ad pniam agendam, nec exibit sine licentia superioris. Sed primus intellectus magis placet Host. & cum ipso tranſit Io. An. sed D. Car. dicit, quod secundus intellectus magis sibi placet, s. vt non exeat donec renuit contrahere cū stuprata. Sed pro cōcordia ego sic dicerē, quod aut nulla est spes quod possit induci ad contrahendum matrimonium, & procedat prior intellectus. aut subest spes, & tunc procedit secundus intellectus, qui magis congruit literæ.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non debet vxori fornicanti necessaria ministrare, nec cum ea habitare, aliàs erit particeps criminis.*
2 *Miserendum non est illius, qui impunitatem delicti magis consuetudini, quam emendationi imputauit.*
3 *Debet, istud verbum, de sui natura importat necessitatem, sed aliquando importat honestatem.*

CAP. III.

a SI vir.[a] Maritus retinens adulterā cōiugē, non peracta pēnitētia, participes est delicti, secus si egit pēnitētiā, nō tñ dēt eam sæpe recipere. Distinguitur. Secūdū mēbrū ibi. q̄ si. Casus lit. In consilio Arelaten. q̄rebatur de pena mariti retinentis adulterā coniugē, peracta pēnitētia, & rndet. q̄ si vir scit vxorem deliquisse, quæ non egit pēnitentiā, sed permanet in fornicatione, & sterit cum illa, reus erit pecati illius. si vero mulier pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum reuerti, qui eam propter peccatum suum dimiserat, debet eam recipere, sed
1 non sæpe. B. †No. 1. q̄ maritus retinens vxorem perseuerantem in adulterio peccat. nam videtur quasi leno vxoris. & fa
2 cere causa quæstus. †Itē no. nō esse parcendū ei qui deliquit
b pluries.[b] nam delicta impunita transeunt in exempla, facit opt. l. 2. C. de episc. audien. non enim est miserendum illius, q̄ impunitatem delicti, magis consuetudini, quam emendationi imputauit. Sed quia tex. hic loquitur in viro sciente, dubitatur quid in ignorante. communiter tenetur, quod tunc non habet locum hoc c. quia peccatum non committitur, sine voluntate, & ignorans non consentit. 15. q. 1. in prin. & hoc verum quoad culpam, sed bigamiam contrahit. 34. dist. si cuius. & no. in c. 2. de biga. vbi de hoc. Item dubitatur, nunquid maritus possit vxori manenti in fornicatione, necessaria pietatis causa tribuere, dicunt Doct. quòd sic. sed debet secum maritali affectione adhærere. Ego dicerem oppositū, quia forte ad ministratio necessariorum, dat sibi causam permanendi in peccato. nā vtilius esurienti panis tollitur, quod si de cibo securus iustitiam negligat. 5. q. 5. nō c. in omnis. & male meriti, egestate debent laborare, vt l. bona fides. ff. de
c po.[c] †In gl. in ver. debet. in fi. No. q̄ verbum debet importat
d honestatem, & non necessitatem[d] concor. c. 1.[e] de despon.
e impub. sed regulariter vbi materia est indifferens, importat necessitatem. ita dicit glo. no. in cle. attendentes, de statu reg.
f quam no. bene pro statutis.[f]

ADDITIONES.

a ¶Si vir. Vide sanctum Thomam in 3. sen. dist. 33. q. 2. in fine, vbi ponitur ceat marito vxorem repudiatam sibi reconciliare: De quo vide tex. & glā. c. j. cum multis c. seq. 32. q. 1. Item quod vir possit licite adultere vxorem adulteram, dummodo sit correcta de peccato, qui alias vederetur fauere eidem peccato prout disputando concludit D. Thomas in quarto sen. dist. 35. q. 1. art. 2. vbi omnino vide. Idem quod vir propria authoritate possit sibi reconciliare vxorem ab eo separatam propter adulterium, determinat sanctus Th. in quarto sen. dist. 35. q. 1 ar. 6. Item vide Dom. in c. si vnus, in 1. col. ver. porro, & videtur. 33. dist. Tu declara hic tex. per tex. in l. fine metu. & in l. castitati. C. de adul. Bar. de Bel.

b ¶Pluries. Vide Bal. in l. 3. C. de epis. aud. vbi per illum rex. in fi. dicit post Guil. de Cun. q̄ qui geminat delictum, non debet sperare de venia. & dicit Bal. in c. appellationibus. supra, de appel. q̄ non est parcendum alteris delinquere. Seb. Sap.

c ¶ff. depo. Vnde Pau. de Cast. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. dicit quod stante statuto quod ter committens furtum debeat suspendi, si quis de primo, & secundo furto fuerit cōuictus, nihilo minus est suspendendus pro tertio, quia propter consuetudinem, debet magis puniri, pro hoc facit rex. in l. capitalium. §. solent. ff. de pœn. Ale. de Ne.

d ¶Necessitatem. Opinio Host. & Doct. procedit, quando ex hoc vxor non magis committit adulterium: imo præsumitur quod debeat se cerrigere, cum videat maritum sibi non adhærere affectione maritali, hoc amittere alimenta. Opinio autem Abb. procederet, quando ex hoc efficacitur audacior ad committendū adulterium, & hoc modo loquuntur contra per eum allegata. pro hoc facit 32. q. 7. apostolus. in fi. Ale. de Ne.

e ¶Concor. c. j. Adde quod ibi no. in apo. ad istum, in fi. in apo. in ver. impotat honestatem.

f ¶Statutis. Et idem dicit gl. in c. proposuit. de appella. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio violenta sufficit ad probandum adulterium, & huiusmodi directè probari non possunt.*
2 *Maritus accusans vxorem de adulterio, an subscribere se ad pœnam talionis, & an sit necessarius libellus.*
3 *Separatio thori permittitur propter crimen sodomiticum, vel matrimonium pollutionem.*

CAP. IIII.

a MAritis.[a] Breue est, vel pōt sic summari. Maritus propter suspicionem[b] potest accusare vxorem de adulterio. & in accusando præsumitur cęteris. h. d. Non diuiditur, nec aliquid nocet. Casus literalis. In concilio Parisien. quærebatur si sola suspicio sufficit ad accusandum mulierem de adulterio? Et respondetur quòd maritus ex sola suspicione accusare potest vxorem suam de adulterio, & ipsi plus cęteris permissum videtur
1 †In gl. 1. ibi, violentas: nam violenta præsumptio[c] sufficit ad
c condemnandum, vt in c. in literis, & in c. afferte, de præsumptionibus. maxime in adulterio, & fornicatione, cum directe probari non

ADDITIONES.

a ¶Maritis. Aliud priuilegiū, quod habet maritus accusans vxorem de adulterio, ponit Spe. in ti. de accu. i. circa prin. ver. f. fallit hoc autem in casu to. Item vide quod haberur, in rex. & glo. in §. alij. Item quanto tempore duret facultas accusandi de adulterio, vide per d. Abb. post Doctores. & haberent in 3. notabi. i. de eo, qui duxit in matri. & quod ibi notanda, quāto tempore duret facultas accusandi de adulterio, iure mariti, vide tex. & glo. in 1. iure mariti. C. de adult. & tex. in l. mariti. §. lex mentem, & in §. quin quēnium. ff. de adul. Item illud, quod dicitur iure mariti posse accusare vxorem de adulterio limitat multipliciter. & declarat tex. in l. si vxor per totam illam l. ff. de adul. & tex. in l. miles. §. quæ rebatur. & tex. cum gl. in verbo, eius, in l. propter violentiam. C. de adul. & adde quod maritus non solum potest accusare vxorem de adulterio iure mariti, sed etiam adulterum, casus est, in d. l. propter violentiam, & glo. ibi late scripsi post eam, in c. discretionem. de eo, qui cognouit consanguineam vxo. suæ. Bar. de Bel.

b ¶Suspicionem. Ad idem tex. in l. quamuis adulterij. C. de adul. Bar. Bal.

c ¶Violenta præsumptio. Adde Ale. post Bar. in l. 2. §. fi. ff. e. & in l. capite quarto. ver. f. circa hanc legem. co. ti. & in l. ait lex. in fi. prin. co. ti. & plene per istum in c. præterea in 1. col. de test. & in c. ex literis, in fi. de præsumptionibus. in c. tertio loco, & ibi dixi, in apot. ad eum. col. 3. in prin. §. de probatis. & per testes videntes fuccesiue per foramen, vide gl. 3. q. 9. nihilo minus. in ver. quod sic. Zac.

non possint, quia non cadunt in casum testis, de test. præte-
a rea.[a] In glo. 2. in fi. de hac, an hodie maritus se subscribere de-
b beat[b] ad pœnam talionis cum accusat vxorem de adulterio, & an libellus sit offerendus. dic, vt in l. miles. §. fexaginta. ff. de
c adul. & c tuæ. alle. in gl.[c] & potest intelligi iste tex. secundum doct. q̄ admittuntur mariti plus cęteris, quia possunt accusare ad separationem thori. & ad hunc effectū nō admittūtur alij, cum eorum non interfit, sed ad pœnam legalem infligendam, admittitur q̄libet idoneus, vt in l. si maritus. la 1. ff. e. &
d sic potest intelligi iste tex.[d] † Inno. quæsiuit ꝛ. c. 1. & Io. An.
e hic, nūquid sicut propter adulterium[e] separatur cōiugium quoad thorum, ita & propter crimē sodomiticū. Inn. dicit q̄ non. nam propter nullum crimen separari debet matrimonium quoad thorum, excepto crimine adulterij, nisi maritus ad illud peccatum trahere vellet. 28. q. 1. idolatria. & sic intelligunt ca. omnes causationes. 32. q. 7. ibi etiam ponit q̄d de pollutione manuali. & fuit hæc opi. ipsius glo. in d. c. oēs causationes. vbi gl. transit allegando aliqua iura pro, & contra. sed Hug. & Lau. tenuerūt oppositum. & idem Io. Cal. hic. & Arch. in illo. c. omnes. & d. Ant. hic, quia nomine adulteris, seu fornicationis, comprehēditur omnis illicitus coitus. 32. q. 7. cap. non solum. ea causa, & quęst. 4. meretrices. & hāc
f veriorem puto. nam maior iniuria infertur matrimonio, ex ręsando crimine contra naturam, quam ex crimine naturaliter commisso. cum autem Christus dixit q̄ ex causa fornicationis licitum est vxorem dimittere. videtur intelligere de qualibet fornicatione. nam satis videtur fornicari iste in corpus suum. & ista videtur opi. communior.[f]

ADDITIONES.

a ¶Præterea. Sed aduerte, Docto in d. c. afferte, dicunt quod ex præsumptione violenta quis non potest condemnari ad pœnam mortis. & hoc voluit gl. in c. inter. in gl. fi. de purg. cano. Sed vtrum sit verum, dicam ibi. Sed quantum ad nostrum propositum, dic quod si quis in camera reperiatur osculans, vel amplectēs mulierē, qđ exsurgat violēta præsumptio ad probandum adulterium, etiam si ageretur de pœna capitis, vt voluit Bar. in l. capite quinto. ff. de adul. sufficit enim quod sit in rebus venereis. & quę sint res venereæ, dic, vt per gl. in l. quod ait. ff. de adulte.

b ¶An maritus subscribere debeat. Adde de hoc dicto, & an adultera perdat dotem, si vir se non subscripſerit. Pau. de Ca. consi. 116. & Spe. in tit. de exce. §. dicto pro dilatorijs. ver. Item quęritur eccl. i bi concludunt quod non perdat dotem hoc casu.

c ¶In gl. Et communis conclusio scribentium est, quod sic. & pobatur in d. 9. 60. & dicit, quod libellus vel in causa appellationis, vel in causa principali potest off. iudi ci, dum tamen pars non citetur. etiam die feriata
d in honorē Dei, de quo p doct. in c. ſi. de iudi. & in c. ſi. de ſerrijs. Ale. de Ne.
e ¶Iste tex. in quibus autem consistat ius mariti in accusando vxorē de adulterio, sic, vt per gl 3. q. 3. §. aliquando, & plene habetur in c. tuæ. de pe. ¶Adulterium. Vtrum propter vitium sodomiticū mariti, vxor peterepossit separationem thori. vide quod de hoc late notati post Inn. in c. 1. supra eod. Bar. de Bellen.

f ¶Communior. Istam opi. tenet etiam Ray. in summa, in 4. parte, in ti. de testi. & numero testium, tam in matrimonijs, quam in alijs. §. item credo. qui dicit q̄ propter vitium prædictum, vxor virum, & vir vxorē potest dimittere. cum non inducentur ad imparia. Sed D. Car. hic dicit, qđ opinio Inn. cōiter tenetur, & ipse cum ea residet, dicens, qđ licet de vitio sodomitico non inuenitur expressum, qđ ob hoc vxor possit virum dimittere. dicitur tamen quod aliter punitur, s. vltimo supplicio, secūdū leges, vt no. in c. clerici, de excess. præla. & sic in effectu, vxor eum dimittet. Sed ego puto, qđ opinio quā tenet Ab. Sic. fit cōmunior, quia à pluribus doctor. tenetur, vt vidistis. Itē qđ sit uerior, dicitur quādiu uiuit vir, licet sodomita, & licet flagitijs omnibus copertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus tamen est reputandus cui alterum accipere non licet, & no. ille tex. quando maritus est inuolutus omnibus criminibus, & quando aliquo particulari, vt quia fit adulter, vel sodomita, & tamen ille tex. dicit qđ in omnibus casibus ibi expressis potest thorus separari. Aduerte tamen quod si maritus hoc vellet exercere cum vxore secundum omnes posset peti separatio thori, quia diceretur eam trahere ad mortale peccatum.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos de adulterio infamatus, dēt purgare, alias ab offi. suspēdetur.*
2 *Ecclesia debet reconciliari, si in ea fuit semen emissum, & coitus perpetratus. & hoc verum quando est publicum hoc; si vero occultum, nō requiritur reconciliatio, quæ potius fit ad terrorē, quia ecclesia cum sit sancta, non polluitur.*
3 *Deficiens in purgatione, an puniatur semper, vt conuictus.*
4 *Mulieri asserenti se commisisse adulterium cum aliquo, non creditur. Vni soli, non creditur quantumcunque idoneus sit.*
Mulier an, & quando possit testificari.
Allegans turpitudinem suam auditur ad vitandum peccatum.
5 *Sacerdos potest pandere delictū sibi confessum, ex consensu confitentis.*
6 *Probatio contra vnum, ex pluribus inculpatis de eodem crimine, non facit fidem contra alios.*
7 *Confessio socij criminis, non est sufficiēs causa ad causandum infamiam.*

CAP. II.

a SIgnificasti. † Sacerdoti de adulterio infamato indicitur purgatio[a] quā si præstiterit in officio dimittitur; alias ab ipso suspenditur. sic communiter summatur. sed ista sum

ADDITIONES.

a ¶Indicitur purgatio. Vide do. Abb. in c. accedēs de accu. vbi alleg. pro sing. istum tex. And. Barb. Zac.

b ¶Lib. 6. Et nota istum tex. quia hic est casus specialis, in quo infamia facit plenam probationem, imo in proprio crimine, nunquam autem in alijs criminibus. sed tamen in alijs casibus fama potest facere plenam probationem, dic vt in cap. illud, de præsum. Alex. de Ne.

c ¶De voto. Vnde criminis indulti crescit audacia, & facilitas veniæ vicem tm̄ tribuit de linquēti. i. dist. de lapsis. & 23. q. 3. & iustum in fi. Ale. de Ne.

d ¶Peccati. De quo omnino vide gl. in c. inter dilectos. de dona. & in c. ex tenore. de concess. præben. & vrobique per doct. & Barto. in l. alias. ff. de iureiur. Ale. de Ne.

e ¶Vt patet. Sed iste tex. pōt duobus modis intelligi. Primo, quod iste sacerdos fuit inductus pro teste a muliere, quia sacerdos potest testificari, q̄ quis est peccatum confessus, & quod de eo egit pœnitentiam, si a confitente in testē producitur, vt in c. nemo, de fimo. & in c. testimonium, de test. Secundo modo potest intelligi, quod fuerit euocatus ad instantiam epiſcopi ex officio, sed confessionem mulieris reuelauit ipsa confitentiales non debuisset facere, vt in c. omnis, de pę. & remiſ. & pōdera istū tex. quod si duo de certo crimine confirentur sacerdoti sacerdos ad instantiam alterius, potest hoc reuelare, dicendo quod etiam alius fuit cōfessus commisisse crimen cum eo, tacendo tamen omnino nomen, quod nota. Ale. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuictus ex falsis probationibus, vt l denũciasse.ff.de adul. vbi plus probatur, q etiam si mulier fuisset conuicta in iudicio per testes, talis probõ non sufficeret cõtra sacerdotem, quia res inter alios acta, &c. vide tñ ad materiam, quod no.
7 in c.pen.de re iudi.& in l.sæpe.ff.eo.tit.† In gl.pe.in fi.no.q so
2 a confessio participis criminis, [a] non est sufficiens causa ad causandũ infamiã, & indicendum purgationem ei, quem dicit esse participẽ. vide q no.in c.1.de cõfess.in l.fi.C.de accus. posset tñ tex.intelligi qñ ex confessione mulieris infamia trãsiuit apud bonos, & graues viros, & imminebat scandalum euitãdũ, ẽt sine alia infamia indicitur purgatio, vt in c.inter,
b de pur.can. dixi plene.in c.qualiter, & quando, j.de accu. [b]

ADDITIONES.

a ¶Participis criminis. Quando dictum socij criminis probet contra socium, vide Bar. Vero.in consi.32.incip.quidam rustici.col.3. Ang.Are.in tractat. malefi.in ver.fama publica.in 4.charta, ver.quæro, an particeps. Alex.in consi.69.in fi.in 2.col. Seb.Sap.

b Infra de accu.D.Car.hic dicit, quod si constaret infamiam esse ortam à dicto mulieris, & eam esse maleuolam, non deberet indici purgatio. de quo se remittit ad cle.1.de off.or. Sed tu omnino hic adde quæ dixi, in c. veniens, in vlt.addi.5.de accu.vbi dico qui sint leues, & an infamia orta à leuibus, inducat purgationem. & sic declaro illud quod hæc gl.dicit, & etiam illud quod D.Car.& Abb.Sic. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Propter adulterium, potest episcopus loci ex suo mero officio excommunicare adulterum, & adulteram.*
2 *Adultera quando absoluitur ab excommunicatione, debet abiurare adulterium, id est ad eum non velle vlterius redire.*
3 *Agenti possessorio recuperandæ, obstat exceptio defectus proprietatis notoriæ, siue surgat notorietas ex facti euidentia siue confessione partis, etiam quod talis notorietas sit tantum super parte rei de qua agitur.*
Vxori agenti ad restitutionem coniugis, obstat exceptio adulterij notorij, vel per euidentiam rei.6. vel per confessionem partis, non autem per testes probari.4.
5 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur, quando agitur ad priuatam vtilitatem secus si ad publicam, vt ad infligendam pœnam legalem, vide distinctionem, infra.nu.8.& 9.*
6 *Adulterium manifestum, dicitur duobus modis, primo, si mulier adhæsit publice alicui concubinario. secundo si habet filium cum alieno marito, vel si palam admittebat viros causa adulterandi.*
7 *Filius præsumitur ille, qui est natus in domo in qua vxor, & maritus simul cohabitabant, etiam si probetur quod tempore conceptionis, adulterabatur.*

CAP. VI.

INtelleximus. Mulier petens restitutionem mariti, repellitur per exceptionem adulterij manifesti; nisi ipse vir adulteratus fuerit, & probetur. vel summa sic, & generalius. Coniux, coniũgem de adulterio impetere nõ potest: si & ipse adulterium commisisset conuincatur. Diuidit primo facti narratio. secundo iudicis datio. ibi, quocirca. Casus literalis. Quidam G. nomine, vxorem suam à se remouebat, illa cum alio adulterium commisit, dicẽ eẽ sanus episcopus hoc audiens, eam, & adulterum excommunicauit, quæ tãdem adultero abiurato, absolutione recepta, coram episcopo memorato, virum suum sibi restitui postulauit, ille obiecit sibi adulterium, & quod ab eo sponte recesserat; & ideo non debebat restitutionem petere, quia nõ valebat, q mulier negãs replicauit, & q & ipse fuerat fornicatus. ad hęc probanda testes fuerũt inducti, & vir testes induxit ad reprobãdũ testes mulieris, p quos adulteriũ viri probare volebat. quæsitũ fuit à Papa, quid in hoc negocio sit agendũ. Mandat Papa diœce. quatenus ipsum recipere compeliat eandẽ, nisi constiterit mulierẽ prædictã adulteratã esse vel per euidentiã rei, vel vel per confessionem mulieris, cessante etiam probatione adulterij, quod vir dicitur cõmisisse si aũt constiterit de fornicatione mulieris, cum constet virum adulterium commisisse, & paria delicta mutua compensatione tollantur, nihilo minus compellat eundem, vt recipiat, & maritali affectu pertractet, nisi testes mulieris per quos viri adulterium est probatum fuerint reprobati; alioquin, id est, si cõstiterit de adulterio mulieris, & non viri, mulieri silentium
1 imponatur. B.† No.1. episcopum loci posse excommunicare laicum propter adulteriũ. nam vt hæc litera innuit, non ad petitionem mariti, sed ex officio suo episcopus adulterũ,
a & adulteram [a] excõicatione astrinxit. & sic habes vnum casum. in quo iudex ecclesiasticus hẽt iurisdõnem super laicis scilicet rõne adulterij. & istum tex. induco contra Io. And. in c.fi.de fo.comp.li.6. vbi dicit ecclesiasticũ iudicem se non debere impedire de adulterio, nisi qua tenus agitur ad separationem thori. hic.n.non agebatur ad thori separationem, & nihilo minus lata fuit excõicatio in istos adulteros; & nõ solum in mulierem quæ recesserat à viro, sed etiam in adul-
b terante secũ, quod est sing.no.facit c.1.de offi.ord. [b] Et ratio
c quare se impedit in istis casibus cõtra laicũ, & nõ in alijs? cui minibus, potest esse, quia per istud matrimoniũ violatur, qd est vnũ de septẽ sacramentis ecclesiæ, vt in c.debitum, de bi-
2 ga. vnde quasi ipsum sacramentũ violatur, pro hoc de foro compe. cum sit. † Nor. q adultera petens absolutionem ab excommunicatione, debet prius abiurare adulterium, id est cum iuramento renunciare, promittendo de non redeundo amplius ad eundẽ, & fit ista abiuratio, qñ timetur de reiterata ad eundem, [d] de quo in c.clericos. de cohab. cle. & mu-
d tu ad eundem, [d] de quo in c.clericos. de cohab. cle. & mu.
3 † No.3. q contra petentẽ restõnem cõiugis, obstat exceptio adulterij manifesti: & sic petenti restõnem, obstat exceptio defectus proprietatis notoriæ, siue surgat notorietas ex euidẽtia facti, siue p partis confessionẽ, contra quã agitur. cor.c.significasti.3. de diuor. & quod no. Inno. de fil. presbi. constitutus. Et no. hoc ẽt procedere qñ notorietas non est super totali defectu ipsius iuris. nam propter adulteriũ, non dissoluitur matrimoniũ in totũ, sed tm quoad thorum. 32.
e q.7.in c.1. & tamen exceptio adulterij manifesti, obstat petenti restitutionẽ, facit c.ad decimas, de rest. spo. lib.6. [e] † Ire no.
4 q contra petentẽ restitutionem coniugis, potest obijci adulterio, vel per euidentiam rei, vel per confessionem partis; vnde per testes non potest probari, ad impediendam restitutionem spoliati, & hoc iõ, qa spoliatio priuilegiata est
f in c.fi.de ord.cog. [f] † Vltimo no. casum in quo dolus cũ dolo compẽsatur, & delictũ cum delicto. & aduerte, quia hoc
5 indistincte non procedit. nam si ageretur ad pœnam legalem infligendam, delictum vnius, nõ tollitur per peccatum alterius. imo cuiuslibet delictum, pœna condigna punitur debet. in l.2.§.si publico.ff.eo. facit c.multi.2.q.1. sed iste tex. procedit cum agitur ciuiliter ad separationem thori, & si agatur ad priuatam vtilitatẽ: tunc paria delicta mutua cõpensatione tolluntur, vt infra, subijciam. [g] In glos. 1. in fi. no. g
6 & vide quod no. per gl.in c.significasti, de diuor. & c.literas, de rest.spo. & no. Inn. de reg.c.veniens. Ratio huius glos. est, quia vxor recedẽs spontaneè à viro, nõ perdit quasi possessionem quã hẽbat à viro; q a solo aĩo retinetur talis quasi possessio. vnde si rediens non admittitur, tunc spoliari vr, & quod dixit in vxore, idem intelligas in marito, nã maritus, & vxor hoc iudicantur ad paria, vt hic, in tex. & in c.gaudemus. 2.
6 diuor. † In glan ve r. euidentiam. in fi. no. duos modos quod adulterium manifestum. Primus si mulier publice fuit adulterata, non tamen capias stricte verbum publice. conuenientibus videntibus sit prostituta, sed intelligitur q recedens a marito suo, adhæsit publice cuidam concubinario. nam secundum vincitur publice de adulterio, ex quo in domo habet
h num virum in mensa, [h] & lecto, &c. vt in c.tua, de coha. & mulie. Item posset conuinci de publicitate, si palam mitte-

ADDITIONES.

a ¶Adulteram. Ade quod eodem libello, non possunt adulter, & adulte acculari. & tante staturo quod adulter possit torqueri, non adulterа torqueri, vt voluit. Bald. consi.280.4.lib. & vide Roma. in suis fol 7.

b ¶De off.ord. Sed cum reuerentia, iste tex. non facit contra Io. And. nã se loquitur, quando proceditur via ordinaria: nam vt quis non teneat in peccato, potest iudex ecclesiasticus excommunicare iacentem in peccato, nedum in crimine adulterij. sed etiam in quocunque crimine vt ab isto remoueatur, vt in c.nouit. de iud.& in c1.de empt.& vend. men, de quæst. Ioan. And. dic, vt plene habetur, in c.cum sit. de foro compet. Ale. de Ne.

c ¶Non in alijs. Ade videndum Lu.Ro.sing.suis.fol.20.

d ¶Eundem. Sed pro huius declaratione, vide tex. & ibi no.in c.clericos. de coha.cle.& muli. Ale. de Ne.

e ¶Lib.6. Idem dicit Bar.hic. Ale de Ne.

f ¶Cog. Sed Goff.hic, in verbo, legitimam, subaudit, vel per restium legalium probationem. Sed D.Car.in 3 oppositione dicit, quod contra petentem restitutionem, non obstat exceptio, nisi sit notoria, vt in c.significasti. de adult. quasi velit dicere, quod quando non est exceptio notoria, non expedit restitutio, nec differtur, etiam si objiciens per testes, si paratus incontinenti probare exceptionem. de quo se remittit ad cap. significasti. de diuor. vbi dixi. vide in c.literas. de rest.t. spolia. vbi est bona tex. Ale. de Ne.

g ¶Subijciam. De accusatione. §.1.ver.quid si te vocaui latronẽ. dicit quod siue agatur criminaliter siue ciuiliter, paria delicta circa idẽ commissa. Iuntur mutua compensatione. Sed tu cõcorda, & dic, quod quando agitur crimin aliter, si opponitur ante litem contestatam, siue ante nouum receptum inter reos, tolluntur mutua compensatione, quia accusans repellitur ab accusatione, rex. est, in l. mulier. ff. fol. mar. & hoc modo procedit opinio Spe. Aut non opponitur ante nomen receptum inter reos, vel ante litem contest. & tunc non tolluntur delicta mutua compensatione, sed vterque est puniẽdus, & hoc modo procedit opinio Abb. & hoc casu loquitur. l.2.§.si publico. ff. de adult. vbi Bar. Sed quando agitur ciuiliter, tolluntur mutua compensatione siue opponatur ante litem contest. siue post, vt hic. & hoc etiam tenet Bar. in d.§.si publico. de quo vide per Dy. in reg. in pari. lib.6. Alex de Ne.

h ¶Mensa. Et ibi gl. dicit idem in clerico tenente in domo mulierem suspectam, quod tamen declara, vt ibi dicit Abb. Sic. Ale. de Ne.

mittebat viros ad eam causa adulterij, facit l.palam. ff. de ri-
2 tu nup. & quod no. in c.cũ in diœcesi, de vsu. [a] Secundus modus probandi, si habet filiũ cũ alieno marito, intelligo hunc casum quando tanto tẽpore stetit separata a viro, q non posset concipere a marito, vt quia nunc peperit: & est annus q a marito recessit. vel maritus ab ea, tunc apertissime pba-
b tur adulterium, [b] vt l.filiũ. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur.
7 & ita intelligo istam gl. †. Nam si in domo mariti secũ cohabitãs perperit filiũ, tunc psumitur filius mariti, vt in l.quia semper. ff. de in ius vocan. & in l.si vicinis sciẽtibus. C. de nu. etiam si probaretur quod tẽpore conceptionis adulteraba
c tur pariter cum quodam alio, vt est text. valde no. in l.miles. §.defuncto. [c] ff. e.ti quod no. & est ratio, quia ex quo eodem tempore pariter cognoscebatur a viro, & ab adultero, debe
d mus fauore filiorum præsumere eum filiũ mariti, [d] & quia in dubio debemus facere benignam interpretationẽ, vt in
e reg.odia.de reg.iur.li.6.cum si. [e] † In gl.in ver.mutua compẽ
8 satione, [f] ibi dicitur. supra.de exc.dilecti. & ibi gl. clarius lo-
f quitur, quam faciat hic Inn. tamen non tradidit perfectã, & clarã theoricam. Sed tu dic clarius, vt colligitur ex dictis le gis tarum. in l.cum mulier. ff. solu. matri. & fuit de mente Inn. hic & glo. prælega. capi. dilecti. licet non clare loquatur, q vbi excipiẽs de dolo, certat de damno vitando, tunc non ad mittitur replicatio doli. & ita loquitur tex in §. Marcellus. allegat. pro contrario. & ratio est, quia si admitteretur replica tio doli, elideretur exceptio, & actor cõsequeretur præmiũ ex dolo suo; sed ubi excipiens de dolo, certat de lucro captã dum, videlicet, vt lucrum cõsequeretur lucrando totẽ pro
9 prio adulterium, & vt cõsequeretur matrimonij separatio nem quoad thorum; ideo admittitur replicatio mulieris de adulterio viri. nã si non admitteretur replicatio mulieris de adulterio suo; & adulterium viri remaneret impunitum. & lucraretur maritus de adulterio mulieris, & non econtra, quod esse non debet. Conclude ergo eandem esse rationem in admittendo replicationem, & non admittendo; quia semper animaduerti debet, vt non consequatur vnus lucrum, & alter damnum. Sed dices tu, contra hanc theoricam facit, quia vxor debet excipere de adulterio, ad lucrũ captandum, videlicet vt euadat pœnam delicti; sed dic quod illud proprie est lucrum captandum, videlicet vt euadat pœ
8 nam delicti, sed euitatio damni. † Sed opp. contra prædicta & tex. videlicet quod paria delicta non tolluntur mutua cõpensatione; imo quodlibet per se puniri debeat, ar. in l.quẽ admodum. §.si nauis. ff. ad l.Aqu.Sol. aut agitur criminaliter,
h & non tolluntur mutua compẽsatione, vt §. dixi, aut agitur ciuiliter; & tũc, aut delicta sunt commissa [h] circa idẽ, vt hic. aut circa vnũ, & tunc habet locũ iste rext. aut sunt cõmissa circa diuersa, vt puta, tu dixisti mihi conuitium, & ego tibi, vel quia ru fuisti mihi furatus vnam rem, & ego tibi aliam, & tunc non fit compensatio, vt in contrario; imo quilibet age
i re potest pro iniuria sua, & pro suo damno, nec repellitur ab agendo propter exceptionem furti, vel iniurię, secũdũ Inn. [i] quod no. & ex hoc habes duas limitationes ad istum tex. vi-
k de per Spe.de iniu.§.1. [k]

ADDITIONES.

a ¶De vsu. Vnde Ia.Bu.& Bal.in l.1.§.neq; natales. C.de proba. dicunt quod in materia probationum, locus a communiter accidentibus põderatur multum a iure. Vnde probatur aliqua meretrix non probato actu, sed Probatis circunstantijs, vt plurimum verisimilibus, vt cum scholaris loquitur cum puella, quia non præsumitur dicere, pater noster. Idẽ in illo qui visus est cum gladio euaginato, nam est manifestum signum quod percussit illum, qui reperitur percussus. Vnde dicit Bald. tenendum men si quod in materia probationum habeat locum probatio, quæ fit à communiter accidentibus Et in isto vltimo scilicet de gladio euaginato, &c. idem dicit Bar.in l.2.ff.de fur. Sed Io.An.in Spe.de proba.§. videndũ, ver. 33. dicit, quod potius est ponẽdus ad torturam, vt ex ore suo iudicetur. non me extendo quoad hoc, sed dicam, Deo dante, in c.cum contemplatione. de reg.iur. & adde quæ dixi. supra.eo.maritis. Ale.de Ne.

b ¶Adulteriũ. Adde qualiter, pbetur adulteriũ Ro.consi.166.& melius.451.

c ¶§.defuncto. Idem dicit Abb.per illum tex.in c. per tuas. de proba. & in c.significasti. supra. qui fil.sint legi. & Bal.in rub.C.de proba.col.6. Pau.de Ca.in l.3.in prin.ff.de li.& posth.An.Sicu.in consi.17. inci. super primo. coll.2.in 1.vol.Aret. Ia.& Soci.in l.Gallus, in prin.ff.de lib.& posth.Frã. Cre.in fin.126.inci.mortuo marito, vbi ampliat hoc dictum Abb. proce dere, quando vxor post mortem mariti incontinenti est facta concubina scholaris, & peperit filium in nouem mensibus. Seb.Sap.

d ¶filium mariti. Adde istum in c.per tuas. supra.de prob. Lanf. de Oria.in cap. quoniam cõtra falsam.§.testium depositiones.nu.104.& ibi ad plenum in apos. Cel.in uer.filiatio, supra de prob.& Fel.in alle.c. per tuas. col.2.in 1.no. latissime per istum in cap. Michael. nu. 1. & ibi posui in apost. ad eum.in uer.filius. supra de fil. presby.& Ale. consi.51. uol.1.& consi.23.vol.4. Zac.

e ¶Cum fi. Idem dicit in c.transmissæ. qui fil.sint leg. vbi dixi.& adde gl.in c. Michael. de fil.presby. quæ dicit quod natus ex concubina, præsumit ur natus ex concubinario, quam gl.tene pro filijs sacerdotum. Alex. de Ne.

f ¶Compensatione. Vide ad materiam, quod notant doctores maxime Pa. de Cast.in l.viro atque vxore, ff. solu.matr. & vide omnino d.An. in cap. dilecti, de exce. in fi. vbi dicit de statuto annullante contractũ, si non fuit solura gabella, si de hoc excipio contra te, vtrum tu possis contra me replicare quod etiam ego non solui. Et vide omnino quod notaui super Abb. in d.cap. dilecti, in antep.col.& quod notat do. Ant. in cap. fi. in vlt. col. ver. quid si vterque. de iur. calum. Bar. Bellen.

g ¶Damni. Limita inquantum dicit, quod vbi actor tractat de damno euitãdo, quod p exceptionẽ doli, datur replicatio, quando actor non fundat suam intentionem in turpitudine. Nam si fundaret, tunc contra excipiẽtem non posset repellere, sed haberet locum regu. in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis, vt in l.pen. C. de condi. ob tur. causam. & istam limitationem posuit Bar. in l.cũ mulier. ff. solu. matri. Vnde secus esset, si posset agere alia actione, quæ non fundaret se in turpitudine, nam cõtra excipientẽ in turpitudine, daretur replicatio, vt actor euitaret damnum. Et hoc voluit glo. Bar to. & Paul. de Cast. in l.1. ff. de cond. ob tur. causam. sic limita re. in pari. in vi. & l.pe. ff. de cõd. ob tur. causam. Secundo limita quando opponitur contra personam. quia tunc contra exceptionem non datur replicatio, etiam si actor certet de damno vitando, vt dicit Bar in l.cum mulier, ff. sol. ma. fallit in casu c. nulli. de accu. ratio, quia actor faciendo reum citari, videtur probasse eius personam pro idonea ad defendendum. sed cum reus veniat inuitus, nõ cẽsetur approbare personam actoris, vt dicit Inn. in c.cum inter, de excep. & ideo non consideratur, an actor certet de lucro captando, vel damno euitando, sed indistincte repellitur ab agendo. Ista materia est ampla, & late examinatur hic per Inn. & docto. & per eundem Inno. in ca. dilecti. de except. per Barto. in d.l.cum mulier. ff. solu. mari. sed hæc pro nũc sufficiant hic, tene menti tamen vnum dictum Inno. hic, scilicet, quod ordinator tenetur ad prouidendum ordinato, etiam cum titulo, etiam si post de pauperetur sine sua culpa. 7.q.1. pastoralis. & cap. remota, licet facilius compellatur ordinans sine titulo. Item quod ordinatus, sine titulo nullo modo peccatised potius meretur, & pœna imponitur 50.di.c.1. Alexan. de Ne.

h ¶Commissa. adde omnino hic quod notat do. Abb. in ca.1.inf. de iniur. & dam. dato. & Spe. in ti. de accusatore. §.1.in 7.col. ver. quid si uocaui te latronem. Cuius Spe. dictum in d.uers. quid si te vocaui, refert & sequitur Arc. in c. neganda. el 2. in fi. 2.q.11. & facit quod notat Barto. in l.1. §. usque adeo. ff. de iniur. & ad hoc vide Ang. in l.vc vim. ff. de iust. & iu. & Bal. in repe. l.1. C. unde vi. Ang. in d.l. vt vim. videtur tenere dictum Spe. in d. uersi. quid si te vocaui, quem refert, & sequitur Io. de Ana. in repe. c. signi ficasti. el 2. de homi. Bar. de Bell.

i ¶Inn. Sed aduerte, hic non sunt diuersa delicta, licet diuersa adulteria sint hincinde commissa, eo quia concernunt idem membrum. Idem si concernerent eandem societatem, de quo in Spe. de accu. §.1. ver. quid si te vocaui latronẽ. Ale. de Ne.

K ¶§.1. Sed Spec. ibi non dicit, sed in ti. de accu. §.1. ver. quid si te vocaui latronem. Sed quæro nunquid sicut dolus compensatur cum dolo, ita culpa cum culpa, & dic, quod sic, per l.si ambo. ff. de compen. Dicit tamẽ Inn. q si ex vna parte sit lata culpa, quæ dolo comparatur, præponderat leui, & sic non compensatur, ff. si mensor fal. mo. dix. l.1. §. lata, & multo fortius dolus præponderat culpæ, & sic nõ fit cõpensatio, l. itẽ si obstetrix. §. fi. & l.si procurator. ff. ad l. Aqui. imo plus dicit Inn. quod si vnus fuit in leui culpa, alius in leuissima, potior est qui minus deliquit, & sic nõ fiet hinc inde compensatio, ff. de verb. ob. l. si seruum. §. sequitur. Idem dicit Inn. in c. seq. Sed aduerte, doctrina Inno. procedit, quando dolus, & culpa, vel diuersæ culpæ sunt circa eandẽ rẽ, secus si circa diuersam, puta si ego re læsi in vno per dolũ, tu me in alio per culpam. nam tunc doli & culpæ fieri debet cõpensatio, vt probatur in l. si ambo. in prin. ff. de compen. & hoc tenet Dyn. in reg. in pari. in vi. & hoc modo intellige hanc materiam. Sed vlterius no. glo. pen. quæ est magistra, quia ponit casus plures, in quibus maritus non potest petere separationem thori propter adulterium vxoris, & vide etiam gl. de hoc 32. q.7. in summa. & in quantum gl. loquitur de muliere passa vim, vt ei nõ obest exceptio adulterij, But. dicit hoc procedere, ẽt si oppressio venerit, quia manserit in domo, cum vir dixisset, vt fugeret. & Bart. alleg. Brixi. & Domini. 33. Sed docto. vltra glo. addunt duos casus. Primus etiam si iurauerit non accusare, vel non repellere vxorem propter adulterium, in c. quemadmodum. in fin. de iureiu. in fi. Secundus est, si sciẽter cognoscit post adulterium, not. infra. c. proxi. & de hoc in Spe. de accu. §. 1. versic. item contra agentem. Sed no. ex hoc, in quantum vir prætexit crimins repellitur ab accusatione, adulterij vnũ speciale in crimine adulterij, scilicet quod propter crimen repellitur quis a prosecutione propriæ iniuriæ, regulariter cõtra, vt 13.q.6. omnibus. & 2.q.1. prohibentur. plura alia specialia ponit hic Io. And. in crimine adulterij, de quibus vide hic per eum, & d.Car. in 6.q. vsque in finem commenti. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Separatio thori ob adulterium commissum, non debet fieri, quando, & vxor, & maritus fuerunt pariter adulterati.*
2 *Adulterium probatur ex sola deprehensione, absque eo quod fuerint visi coire.*
3 *Matrimonium quando separatur, quoad thorum; si ex delicto mulieris, vir lucratur dotem; si ex delicto viri, vxor lucratur donationem propter nuptias; & isto casu vterque debet seruare continentiam aliàs vnus restituetur alteri.*
4 *Vxor adultera excipiens quod ẽt maritus adulterauit, an audiatur si maritus adulterauit post sententiam latam super separatione thori.*
5 *Spoliatus per viam iuris, non potest agere remedio possessorio.*
6 *Maritus potest propria authoritate negare debitum coniugale; & vxorem expellere, quando scit ipsam adulterantem; dotem uero non lucratur nisi secuta sententia.*
Pœna non potest imponi nisi per iudicem.
7 *Maritus si adulteram vxorem cognouit, censetur reconciliatus cum ea; adeo quod non potest vlterius ex præterito adulterio uti.*

Vxor

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 *Vxor accusata de adulterio, an replicabit adulterium mariti si de eo egit pœnitentiam.*
9 *Exceptio adulterij, an sit peremptoria, vel dilatoria.*

CAP. VII.

1 VA fraternitas. † Adulteria coniugum, mutua compensatione tolluntur. vel sic. Non potest maritus cõsortium, vel cohabitationem vxoris declinare propter adulterium, si ipse fuit adulteratus, vel tertio sic. Non debet separari matrimonium quoad thorum, propter adulterium, qñ ambo coniuges fuerunt adulterati. Secunda pars ibi. super quo. Casus literalis. Aliquis deprehendit vxorem suam in adulterio, propter quod negauit ei debitũ cõiugale. postmodum cum alia commisit adulterium manifestum, quæritur vtrum vir cogi debeat, vt eandem maritali affectione pertractet? Respon. Papa quod cum paria crimina mutua compẽsatione deleantur, vir prætextu fornicationis, nequit vxoris
2 suæ consortium declinare. B. †No. 1. ar. ꝙ ex sola deprehen-
a sione[a] in adulterio, conuincitur mulier, seu vir de adulterio. vnde non est opus, vt testes probent adulterium, sed deprehensionem duntaxat, ſm Host. Sed tu intellige hoc dictũ qñ deprehensio fuit facta in ipso facinore; secus si ad deprehensionẽ fuerunt admissi extranei. de quo dic, vt plene, no. in c.
b cum non ab hoẽ. de iu.[b] No. illud generale, paria delicta, &c.
c limita. vt dixi, supra c. prox.[c] †Item nota, quod licet propter
3 adulterium mulieris possit separari matrimonium quoad thorum, non potest tamen maritus cum alia cohabitare, sed tenetur cõtinere; aliàs ad vxorem redire; quia licet propter adulterium separetur matrimonium, quoad thorum, nõ tñ quoad vinculum, quia remanent coniuges, sed non tenetur maritus eam alimentare, & lucratur dotem, vt in c. plerunque, de dote post diuor. restit. Idem dic econtra, si maritus fuit adulteratus, vt possit vxor petere separationem matrimonij quoad thorum, & lucrari donationem propter nuptias, vt ſ. vt li. non contest. c. 1. & c. dixi. & c. si quis vxori. 22.
4 q. 1. †In gl. j. ex hac gl. valde intricata colligi possunt quatuor vtiles, & quotidianæ quæstiones. Prima nunquid depositio huius c. procedat, quando maritus commisit adulterij post sententiam separationis latam propter adulterium mulieris; vt sic ex adulterio secuto post sententiam, vxor recuperet dotem suam, & seruitutem amissam à marito. nam tex. iste non dicit quod sententia fuisset lata, nec in veritate est aliquis tex. in iure hoc clare probans. nam c. ex literis. de diuor. quod videtur vrgere, expresse non loquitur in sententia, vt patet in eo, inquantũ dicit quod priuatim fuit iniuncta cõtinẽtia. nam si fuisset ibi lata sententia, non priuatim, sed publice fuisset lata. Secunda quæstio principalis est, nunquid ꝓp adulterium coniugis, possit cõiunx qui deliquit, propria authoritate denegare debitum coniugale. Tertia quæstio nunquid retentis eisdem terminis, possit propria authoritate ex domo repellere. Quarta quæstio, nũquid coniunx non peccans, faciat sibi præiudicium reddendo debitum coniugi qui peccauit ante sententiam latam per ecclesiam. Quoad primam quæstionem, concludit glo. ꝙ non obstante sententia, potest vxor petere suum; & sic per consequens repetere dotẽ, quia vir adulterando, videtur renunciare iuri suo. & sic communiter Doct. transeunt. Sed glo. renuit contrarium, in c. Apostolus. alle. in glo. dicens, ꝙ licet iudex ex officio suo posset reintegrare matrimoniũ, non tamẽ coniugi cõpetit actio. & hãc opi. tenuit ibi Arch. & Inn. in c. illa. de
5 diuor. † Et hæc opi. tanquam verior mihi placet. non enim potest vxor prætendere spoliationẽ, ex quo fuit separata p iudicẽ ecclesiæ: nec ius agendi de nouo, sibi competit, cũ semel amiserit seruitutem, quam habuit in maritum. sed iudex ex officio suo debet reintegrare matrimonium, ratione
d delicti, ne ꝓpter separationem iaceant in peccato. [d] † Quo
6 ad secundam, & tertiam quæstionem, concludit glo. quod si adulterium est manifestum, propria authoritate potest de
e negare debitum coniugale, & eam de domo expellere; [e] secus si occultum. & idem Host. hic, & Io. Cald. qui tamen dicit, quod dotem non lucratur, nisi secuta sententia, quia cũ illa sit mera pœna. non debet imponi nisi per iudicem. 32. q. 3. §. nihil. Sed denegare debitum, & eam dimittere potest authoritate diuina, vt in prælegia. capitulo. Apostolus. ecclesia tamen compellet ad restitutionem, nisi sibi fiat fides de adulterio. D. An. dicit, quod debitum propria authorita-
f te potest denegare. sed expellere de domo [f] non potest; quia hic requiritur factum quod sine iudice fieri non potest; nec debet, argu. in capitulo porro, de diuor. & ista fuit opi. glos. 32. q. 1. capitulo. 1. & vide etiam glo. in contrarium, in cap. ex parte, de spon. sed primum dictum sequitur indistincte, & sequor. pro hoc adduco tex. in capit. Agathosa. 27. q. 2. vbi quidam propter adulterium mulieris, intrauit monasterium,

& ibi

ADITIONES.

a ¶Ex sola deprehensione. Adde quod no. in apost. ad istum, in cap. maritus nu. 1. scilicet, in ver. violẽta præsumptio. in remiſ. in finalibus verbis, positis supra eod. tit. Zac.

b ¶De iu. De hoc etiam per gl. & Bar. in l. capite quinto. ff. de adul. Ale. de Ne.

c ¶c. proxi. Sed tu limita, nã si maritus propter publicam fornicationem dimittat vxorem, & sacrum ordinem postea recipiat, & in sacro ordine postea fornicetur, non fiet compensatio mutua, nec reintegratio matrimonij, secundum Guilinaſo. & Arch. 3 3. di. si cuius, ratio, quia talis mutatat statũ. ad hoc est opti. arg. ff. de mino. l. si ex causa, §. Papinianus. & videtur quasi nouus homo. ff. de adim. leg. l. si seruus legatus. §. vlt. in fi. Sed aduerte, quia iste tex. dicit, quod ita demum potest fieri compensatio, quando manifeste cõstat de adulterio mariti. nam Host. exponit manifeste, notorie, nam de adulterio notorio, ad notorium admittitur compensatio, vt hic. & dicitur notorium, ſm eum, vt infra octo. dies de filio presbyteri. sic fieri plena fides, de excep. pia. in 6. de seu. exc. li. 6. simile in debito, quo, de liquido ad liquidum fit cõpensatio, vt l. fi. C. de compen. Et hoc Doc. hic pertranseant, meo tñ, iudicio hic non dꝫ quod adulterij licentia missum per mulierem esset notorium. sed solum quod esset deprehensa in adulterio. Stant enim ista simul, quod sit deprehensa, & quod adulteriũ nõ sit notoriũ, siue deprehẽsio. Verũ quia deprehensio, probat manifeste adulteriũ, non admittitur compensatio, nisi de adulterio constet manifeste, vnde non est necesse apponere notorie. i. manifeste, sed intelligi proprie. & sic iste tex. loquitur de manifesto, quod de veritate requirit probationem, 11. q. 1. eorum, debebat autem infra idem tempus fieri probatio de adulterio viri, infra quod debet fieri sententia separationis propter adulterium. Ad hoc facit quod notatur, in l. auctorum. qui cõpensationem. ff. de iure fi sci. Vbi dicitur quod si opponitur compensatio contra debitum liquidum, debet probari de quo opponitur compensatio, ſ. tempus quod dabatur ad soluendũ debitum, quod sit liquidum. Vnde quia in hoc casu lata sententia separationis, à qua non fit appellatum, statim est facienda executio, debet fieri probatio adulterij, viri, de quo compensatio opponitur, infra tempus ferendæ sententiæ per adulterium mulieris. Ale. de Ne.

d ¶Peccato. Ego in c. ex literis. in glo. pe. & fi. & in ca. de illa. de diuor. Gofr. fui communem opinionem, quam tribus rationibus confirmo. Prima rõ est, nam quando separatur thorus per adulterium vxoris subsequitur conditio, si vir seruauerit continentiam. Secunda, quia cum poena tentiam peccauerit in legem coniugij, non potest vti beneficio sententiæ fundatæ in violatione coniugij, vt in cap. fin. de immuni. eccle. Tertio est fortior, vbi causa sententiæ reducitur ad non causam, vel defecit causa sententiæ, nõ obstat exceptio rei iudicatæ, vt dicit Barto. in l. 2. ff. de condict. sine cau. Non obstant rationes allegatæ per Abb. & Host. primam, dum dicit, quod non potest mulier prætendere se spoliatam, cum teor quod non poterit petere se restitui tanquam spoliatam, cum dicem ordine iuris seruato spoliata fuerit, argu. in cap. conquestus. restitu. ſpo. & in capitu. ad petitionem. de accusatio. sed peccatum peritorio. Ad secundam, respon. secundum Butri. Nam illud quod tinctum, non reuiuiscit nisi superueniat noua causa habilis ad dum, vt hic, de quo in reg. non firmatur. lib. 6. Secundo modo dicitur quod illud contrarium procedit, quando habitus iuris est extinctus si solum exercitium remanente habitu, & ideo non dicitur re seruitus amissa, sed solum tollitur obiectum impediẽs exercitium, vinculum a quo surgit exercitium, nunquam fuit sublatum, & dẽ resurge. Dicit etiam Butr. quod doct. dicunt quod si post separationis, vir vult reconciliare, non potest, vt dixi in cap. de diuor. & quod mulier non potest opponere de adulterio commisso te sententiam ad impediendam reconciliationem; loquitur tamen tatiue, per verbum, forte. Sed But. dicit contrarium, quia nunc agitur quam primo fuerit actum. pro hoc vide bonum tex. & de per doct. in captu. veniens. el 2. de testi. & hoc adde ad ea quæ dixi ex literis. in glos. pe supra de diuor. nam hic plenius dico quam adde quę supra. dixi hic in prin. 1. addi. huius cap. vbi collige alia tationem. Ale. de Ne.

e ¶Domo expellere. Pondera bene quod si est notorium crimen adulpotest propria authoritate vir expellere vxorem. ad hoc alle. ex parte. de spon. quem text. istæ partes non allegant, ibi enim manrecesit ab vxore, seu repulit authoritate propria, tex. ibi dicit, quirit sententia, & tex. ibi dicit non posse nisi pro manifesta fornine. Ex quo sequitur quod si fornicatio est notoria, potest propria ritate vir expellere vxorem, est ibi casus contra glos. in capit. tronus. 32. q. 1. deinde dico contra communem opi. quod procedas dictum, etiam si adulterium est occultum, & probatur quod ipse maritus potest expellere vxorem, nec requiritur sententia ecclehoc adduco tex. ad quem nemo aduertit. Sic mihi Deus suprem quod cum essem scholaris, ponderaui ad hoc illum tex. sed Deo fi ria in capitu. dixit dominus. 22. q. 2. vbi dicit quod propter fornicnem, vel suspicionem fornicationis libere dimittit vxor, nam verbum libere, excludit sententiam, quia est canon lacæ sententiæ. tu. pro humani, in verbo libere. de homi. lib. 6. c. imperialem. §. de prohi. alie. feu. per Fed. Item excludit licẽtiam alicuius, cap. de spon. c. 1. de re. lib. 6. c. fin. de test. lib. 6. c. 2. de proc. lib. 6. cum si. casum ibi, ad quem non animaduertit antiqua & moderna iuris tia. Item adduco quod habetur in iuribus de materia loquentibus dicitur quod licite dimittit vxor, vbi nerba sunt canon latæ quia præsentis temporis. And. Barb.

f ¶De domo. vide glo. in c. cuius. 29. q. 2. & in c. proposuit. de conuers. iu. & in c. cuius. 32. di. Bar. Bellen.

& ibi Papa dicit, quod si potest constare de adulterio, licite intrauit. Si enim requireretur sententia ad perdẽdam istam seruitutem coniugalem, non valuisset iste ingressus ante sententiam. argu. in cap. quidam, de coniuga. ad idem facit cap. significasti, de diuor. Et hoc puto verum indistincte, siue manifestum sit adulterium, siue occultum; nam ipse Deus dedit hanc potestatem coniugi, vt possit dimittere propter fornicationem, nec d. capitu. Agathosa. distinguit. fateor tamẽ ꝙ
a terio. [a] † Quoad vltimam quæstio. nunquid facit sibi præiu-
7 dicium, debitum reddendo ante sententiam. Glo. concludit quod sic, si sponte faciat; secus si ad mandatũ ecclesiæ. idem Host. & idẽ Inno. in c. inquisitionis, de sen. excom. licet aliud videatur sentire in cap. supra. prox. sed primũ dictũ plus placet. & vide glo. 32. q. 1. in cap. 1. Nam si ipso facto perdit ius quod habeat in maritum, videtur maritus in reddendo debitum sibi parcere, & mores suos approbare. argu. in capit.
b portuit, de locato. & in cap. quẽadmodũ, de iureiurãdo. [b] †Ex-
a tra gl. quæritur, quid si maritus, qui commisit adulterium, egit pœnitentiam, nunc accusat mulierem de adulterio ad separationem thori, nunquid possit per exceptionem adulterij repelli, licet de eo egerit pœnitentiam? Inn. supra prox. tenet ꝙ sic. nam pœnitentia nõ præiudicat iuri quęsito mulieri ex adulterio mariti, arg. in c. gaudemus, de diuor. Secus, si agit per viam denunciationis ad pœnitentiam: quia tunc non repelleretur, ex quo non fuit amplius in peccato, arg. in
ꝙ quemadmodum, de iureiur. & quod ibi no. † Vltimo quę-
c ritur, an exceptio adulterij [c] sit peremptoria, vel dilatoria, dic secundum Innoc. in capit. præcedenti, ꝙ potest opponi in vim peremptoriæ, vt colligitur hic in ca præced. & sic sufficit opponere post lit. contest. Item potest opponi in vim dilatoriæ, vt puta, tu non es audiendus, petẽdo separationem propter adulterium, quia etiam tu es adulteratus, arg. 32. q. 6. c. 1. & 2. & quod ibi no. & hoc quando agitur criminaliter ad separationem matrimonij. Si vero ageretur criminaliter ad pœnam affligendam, tunc non admittitur aliqua exceptio
d dilatoria post lit. contest. vt in l. si maritus, §. præscriptionis. ff. eo. de quo per Inn. in cap. præced. [d] Tene menti.

ADITIONES.

c ¶Adulterio. Sed aduerte, ꝙ Io. Cal. dicit, & communitur Doct. ꝙ licet vir propter adulterium possit vxorem de domo expellere, non tamen tenetur, imo si vult, potest eam retinere in domo, vt in c. Apostolus, in fi. 32. q. 7. Sed gl. 32. q. 1. c. 1. quam Abb. Sic. dicit retinere opi. But. loquitur cũ distinctione. Dicit enim quod vir nõ potest de domo expellere vxorem, etiam si crimen eius sit notorium, per cap. porro. de diuor. nisi publice moraretur cum adultero, vel nisi mulier sit conuicta de adulterio per confessionem, vel confessa crimen, vt in c. de benedicto. ea. q. Sed Butri. hic dicit, quod aut quæritur nunquid propter adulterium possit vir propria authoritate denegare debitum, & dicendum est, quod sic, quia hoc consistit in quid nõ fieri, & sic propria authoritate potest denegari. Aut quæritur, nunquid possit de domo expellere, & dicit quod non, quia hoc non consistit in quid non fieri, seu in quid nõ dari, seu in quid dene gari, sed consistit in fieri, quia consistit in priuando vxorem iure applicato ad personam suam. Vnde & is pro quo lata est sententia, non potest propria authoritate priuare, allegat But. dictum Inno. in c. cum nostris. de concess. præb. & dicit esse casum, in d. c. porro. & crederem posse dici pro concordia, quod aut quæris, an maritus debeat expellere propria authoritate vxorem de domo propter adulterium, & dicendum videtur, non, per d. c. porro. secundũ vnum intellectum quẽ ibi ponit. pro hoc facit, quia nemo debet propria authoritate dicere sibi ius, sed dẽt iudicẽ adire. facit. c. olim. de rest. ſpo. & in l. 3. §. cũ igitur. ff. de vi, & vi ar. vbi licet me iniuste spolianeris re mea, non licet eadem re te. Inn. tamen & Doct. in c. inquisitioni, de sen. excom. videntur dicere, ꝙ ẽt de domo potest vxor expelli, si adulterij est notorium. sed intelligit quantũ ad effectum, vt non audiatur si petat restitutionem. Distinctio But. videtur mihi æqua concordando, vt s. dixi. tu aũt cogita. Et in quantum, Abb. dicit, ꝙ si adulterij sit occultũ, maritus licite põt vxorẽ expellere. & si constet de adulterio, ẽt non compellet ad restitutionem faciendam. hoc est falsum iudicio meo, quia contra petentem restitutionem, non obstat exceptio adulterij, nisi sit notoriũ, vt est casus in c. significasti. de diuor. Vnde & si offerret se incontinenti probare adulterium, non esset deferenda restitutio, si adulterium non est notorium, quia hoc est priuilegium spoliati, vt contra eum non admittatur, nisi notoria, etiam si opponens vellet incontinenti probare. fallit in casibus no. in c. literas. de re
b ſi. ſpol. & hæc tene menti. Ale. de Ne.
De iureiurando. Sed tu dic plenius, & dic ꝙ tria sunt videnda. Primum, an vir possit debitum ab vxore adultera exigere sine peccato, vel ei debitum reddere. Secundum, an possit denegare debitum. Tertium, an reddendo debitum faciat sibi præiudicium. Ad primum dic, quod mulier pœnitente, vir potest debitũ, sine peccato exigere, 33. q. 2. de benedicto. & exigere, nec reddere debitũ, quia esset patronus turpitudinis, 32. q. 1. c. 1. & 2. & c. si quis vxorem. de iureiu. Quoad secundũ, an possit propria authoritate denegare debitũ. gl. 32. q. 1. c. 1. ꝙ hic, sentit, quod sic. Dicit tñ Io. Cal. & D. Car. post Io. An. ꝙ si ecclesia, cui de adulterio non constet, velit quod reddat debitum, debet ei parere ex quo nõ facit fidem de adulterio, si mulier est pœnitens, aliàs videretur contemnere mandatum ecclesiæ, & sic peccare 6. q. 1. sciendum. Nunquid autem si delictum est occultum, possit debitum vxori denegare, Butr. post multa resident, videtur sentire gl. 32. q. 1. c. 1. dum dicit, quod non debet reddere debitum, nisi ad mandatum ecclesiæ: nam si esset notorium vel manifestũ, de facili fieret fides ecclesiæ, & sic nõ debitũ reddi. deberet sĩ ego puto hoc esse verũ vbi adulterium potest probari, aliàs vir debet reddere debitũ vxori petenti, dato quod ei non constet de adulterio, vt in c. plerique. 2. q. 7. Quoad tertium Inn. non est sibi contrarius, licet doct. sic hic referat nam c. præced. dicit in fin. quod maritus reddendo debitum non præiudicat sibi quo minus possit vxorem accusare de adulterio, cum teneatur reddere debitum, antequam sententia fit lata; secus sit redderet post sententiã separationis latam: quia tunc sibi præiudicaret, debitum reddẽdo sed in c. inquisitioni. loquitur quando adulterium est notorium, & sic il lud quod dicit Inn. ꝙ requiratur sententia, debet intelligi, nisi sit notorium: quia notorium, & sententia æquiparantur, vt in cap. fraternitatis. de fri gi. & in l. emptorem. ff. de act. empt. nisi fortius est notoriũ, ꝙ sententia, vt in d. c. fraternitatis. gl. etiam hic videtur sentire, quod ita demnũ sibi præiudicet si adulteriũ est notoriũ, & Host. in d. c. inquisitioni, tenet quod etiam si adulterium sit occultum, præiudicet sibi, si reddit debitũ sine mãdato ecclesiæ, & istud etiam videtur tenere gl. 32. q. 1. ca. 1. & Ab. Sic. hic. Sed Io. An. dicit, ꝙ quidam Altegradus episcopus Vincẽtianus tenuit, ꝙ licet reddere debitũ non præiudicet sibi, nec agenti, nec excipiẽti, tñ exigere bene sibi præiudicat. & hoc modo vult cõcordare Inno. & hoc teneas. & dic, ꝙ licet non præiudicet sibi, qñ reddit debitũ ad mandatũ ecclesiæ, quoad hoc, vt non possit agere, vel excipere de adulterio: quia imo potest: tamen bene præiudicet sibi ad irregularitatẽ, de quo vi de gl. in c. fi. de cõuers. coniug. & in c. 1. de biga. licet aliud dixerit Inn. in c. inquisitioni, de senten. excom. sed non dicit verum, nec etiam se firmat, quia dicit, ꝙ alij contrarium tenent. de quo dic, vt in d. c. & per Arch. in c. fi cuius. 34. di. & d. Card. in c. inquisitioni. de sen. exc. & Host. in summa de biga. § quare bigamus, sub. § fi. ver. excõmunicatio, & doct. s. c. fi vir.

c ¶Exceptio addulterij. Verum coniunx cõuentus a coniuge ad separationẽ thori propter adulteriũ, debeat opponere exceptionẽ adulterij, in vim perẽptorij, an in vim declinatorij. de hoc vide Dom. in c. 1. ver. qd si agitur. de lit. contest. lib. 6. vbi dicit, ꝙ hæc exceptio, tanquam peremptoria potest opponi ad processum, & ad merita causæ. Bar. de Bellen.

d ¶Præced. Sed aduerte, Doct. hic simpliciter referunt verba Inn. nullã penitus mentionẽ facientes de Bar. in l. 2. §. fi publico, in prin. ff. de adult. vbi Bart. simpliciter dicit ꝙ qñ agit ciuiliter, exceptio lenocinij vel adulterij, ẽ perẽptoria, & post litẽ cõtestatã est opponẽda; sed si agit crimi naliter, est dilatoria, & ante nomẽ receptũ inter reos, debet opponi: quo aũt dicatur nomen accusati recipi inter reos, dic, vt p. Bar. in l. is qui reus, ff. de publi. iud. & põdera ia quo discrepat Bar. à doct. hic, nã Bart. vult ꝙ qñ agitur criminaliter sit dilatoria, & debeat opponi ante litẽ cõtestatã, & in hoc concordat cũ doc. sed qñ agitur ciuiliter, dicit ꝙ exceptio lenocinij, & adulterij est perẽptoria, & post litẽ cõtestatã venit exa minãda, vt in l. viro, atque vxori, ff. sol. ma. Doct. aũt volũt, ꝙ possit opponi ante litẽ contestatã. Sed ego puto Inn. & doct. verius dicere, ratio: q. cõpẽsatio, præsertim in delictis, fit ipso iure, vt in l. fi ambo. ff. de cõpen. in l. fi cõstat. C. e. ti. & ibi p Pe. Cy. & doct. si fit cõpẽsatio hincinde quo ad ipsos coniuges, est sublata actio, & obligatio. sed vbi aliquis agit sine actione, eo q. actio fit ipso iure sublata, põt opponi exceptio perẽptoria in vim dilatoriæ ante litẽ cõtest. vel in vim perẽptoriæ post litẽ contestatã, vt dicit Bar. in l. nã & postea, ff. de iniur. & in l. cũ ꝙrebatur. ff. de iudi. Preterea si bene inspiciatur verba & mẽs c. 1. & si. 32. q. 6. cõiunx nõ põt velle abijcere vxorem, si ipse nõ seruat cõtinentiã & ecõtra, sic illa iura videntur illi denegare actionẽ si nõ seruauit continentiã. sed vbi iura de negant actionẽ, licet nõ collatur ipso iure actio, sed tãtũ per exceptionẽ elidatur, cũ ista exceptio licet sit peremptoria, potest opponi ante litem contestatã, ad impediendũ processum, & post litem contestatã ad merita causæ, vt dicit Bar. in ll. præal. & sic dẽt suppleri Bar. in d. l. 2. §. fi publico. ff. de adult. & si vis scire quando exceptio peremptoria ante litẽ cõtestatã possit opponi, & quo cognoscatur an apponatur ad ꝓcessum, an ad merita causæ, dic, vt per Bar. in locis præall. & in l. fi. pro suo. & ꝙ Io. An. & D. Dom. vbi circa. §. alioquin. de ele. in 6. vbi ponit sex conclusiones quoad hoc. Sed scias, ꝙ D. Car. hic refert duas pulchras qõnes. Prima est, ꝙ maritus propter adulteriũ non notoriũ expulit vxorẽ de domo, & ipsa aliquãdiu sic stando, recepit mutuo pecunias, vt se aleret, & pẽnã vi ro alimẽta præterita, & futura: maritus excipit de adulterio replicatur ꝙ adulteriũ nõ notoriũ, non priuat vxorẽ alimẽtis, vel alijs iurib. quæ hẽt in marito, nisi demũ lata fuia super adulterio. Sed Fed. de Sen. cons. 121. dicit, ꝙ debentur præterita, & futura, donec pender accusatio. pro hoc quod no. in c. ex parte. de accus. sed lata fuia contra ipsam, denegabũtur in futuro. Sed istã quæst. latius examino in c. pleriq; in 3. q. ante gl. de don. inter vir. & vxo. Secunda quæstio est. Accusatur mulier de adulterio ad pœnã legalem. de coniug. contu. gaudemus. cum ibi no. mulier excipit, ꝙ tempore commissi delicti cõmunis fama erat, maritum esse mortuum, videtur enim excusari ab adulterio, quia non committitur sine dolo, ff. de adult. l. pe. quod tenet Fed. de Sen. cons. 162. & probatur 34. q. 2. in trib. vlt. ca. vel si mulier est cognita ab eo qui cognouit eius sororem vel matrem, si hoc ignorauit, licet non excusetur à fornicatione, excusatur tamen ab incestu. Circa hoc vide, ꝙ no. in l. eum qui. § fi. ff. de iniur. & c. si vero. de sen. exc. & Io. An. in reg. cũ quis, in suis mercurialib. Vnde in proposito potius est fornicatio simplex, quam adulterium, quæ differunt. 26. q. 1. §. cum ergo. & ex hoc infertur, ꝙ non per iudicem seculare sed per ecclesiasticũ puniri potest. quia crimen fornicationis inductum est à iure canonico, non à iure ciuili, allegat gl. fing. 22. q. 4. uemo. in gl. fi. & cum ea resident. d. Car. Sed tu hoc intellige quando esset concubinatus approbatus à iure ciuili, aliàs etiã per fæcularem posset puniri. & ideo hic adde additionẽ quam feci in rub. huius ti. & puniretur pœna stupri quia committitur cum virgine, vel vidua, vel cum puero, vt l. inter liberas. & l. stuprum. Nam ista putat fornicari vt vidua. ergo, &c. Ale. de Ne.

De raptoribus, incendiarijs, & violatoribus ecclesiarum. Rub.

Quia inter cætera præcepta decalogi scribitur, non occides, non mœchaberis: non furtum facies, &c. & sic post mechiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

chiam, sequitur prohibitio furti. ideo post rubricas præcedentes, restat videre de furto. Sed quia rapina partim se hēt ad męchiam: cum scilicet rapitur mulier. partim se hēt ad furtum, cū cōmittitur in alijs rebus: ideo interserit hanc rubricam de raptoribus. & quia frequenter cōmittuntur in hoc delicto incendia, & violationes ecclesiarum, ideo in rubro subijcit de Incendiarijs, & violatoribus ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Forum non sui iudicis sortitur quis ratione delicti, quando imponitur pœna temporalis. 6. secus quando pœna pœnitentialis. 4.*
2 *Excommunicatio non fertur ab homine, nisi pro contumacia; à iure autem fertur aliquando ob delictum, non præmissa monitione.*
3 *Excommunicatus in vno loco, est vbique vitandus.*
4 *Delinquens, vel peccans in aliena parochia, non tenetur in loco, vbi de liquit illud peccatum confiteri.*
5 *Confessio pœnitentialis multum perficitur, ex eo quod confitens verecundatur.*
6 *Sententia condemnatoria lata per iudicem loci, vbi est commissum delictum, mandabitur executioni per ipsum, si est corporalis, si vero est exequenda in rebus, mandabitur executioni per iudicem originis.*
7 *Iudex delicti puniet delinquentem, secundum statuta loci, vbi est ipse iudex.*
8 *Iudex originis, an puniet subditum alibi delinquentem, secundum statuta sua.*
9 *Iudex originis, vel domicilij cognoscit de crimine alibi commisso, vel de contractu alibi gesto per suum subditum.*
10 *Iudex, qui non potest cognoscere de aliquo delicto, debet delinquentem ad suum iudicem remittere.*
11 *Furtum vnum, an puniatur pro pluribus, ex multiplici contrectatione.*
12 *Statuens non potest ligari, nec puniri per suum inferiorem, nec per sui imparem.*

CAP. PRIMVM.

1 DE illis. Raptor ab illo episcopo punitur in cuius diœcesi rapinam commisit, & iudex domicilij sufFragat, vel plenius, & sic. † Ratione rapinæ fortitur quis forū non sui iudicis, & ab eo poterit puniri proprio iudice sufFragante. primo excessus. secundo pœna, ibi, placuit. Casus liter. Contingit aliquando, ꝙ aliqui de vno loco ad alium iter faciunt, & ibi rapinas, & depredationes cōmittunt, quæritum fuit in concilio à quo puniri debeāt. Placuit cōcilio, vt à prælato illius loci, in quo delinquunt, excōicentur; ne antea de parochia exeāt, quā satisfaciant, quorū excōicatio proprio eps intimanda est, ne illos recipiat, antequā redeāt illuc, vbi
a rapinā cōmiserunt, & oia emendent. B. No. 1. differentiam [a] inter rapinā, & depredationem. ponuntur. n. hic vt diuersa. Et rapina, ſm Io. And. committitur in rebus immobilibus; depredatio in mobilibus, vt in animalibus, in tm, ꝙ vt pluri mum sumuntur equiuoce, de quo Insti. vi bo. rap. post prin.
2 †Secundo no. ꝙ excōicatio ferri potest pro delicto, quod vi detur contra c. sacro. j. de sent. excom. Ideo intellige tex. ꝙ debet fieri excōicatio pro delicto. i. pro contumacia surgente ex delicto. Nam primo debet admoneri, ꝙ satisfaciat; & si non intendit satisfacere, excōicabitur, vt in c. sacro. Concludo ergo, ꝙ ab hoīe non fertur excōicatio, nili pro cōtumacia, sed à iure infertur qñque pro delicto, vt 17. q. 4. c. si quis suadente, ita dicit, gl. 11. q. 3. c. cēi. posset ēt dici, ꝙ ēt à iure fertur pro contumacia, quia constitutio tacite admonet, ne quis cōmittat illico delictum. Et ideo ēt in statuto sinodali pōt ferri excōicatio pro delicto, absq; alia admonitione, vt
b c. 2. de const. [b] lib. 6. No. 3. ibi loci prælato, &c. ꝙ nedum epūs, sed quilibet prælatus habens iurisdōnem, potest excommunicare, quod etiam probatur, in c. cū ab ecclesia, de off. ord. & in c. 1. de sent. excomm. lib. 6. dico plene in repetitione. c. si
3 quis contra clericū, de foro comp. † Quarto no. ꝙ excōicatus in vno loco; excōicatus est in quolibet alio loco, & tan-
c quā excommunicatus est vitandus. [c] † No. ꝙ ratione delicti
4 cōmissi in alieno territorio, potest ligari nedum corpus à
d iudice delicti, sed ēt ipsa anima, [d] nam excommunicatur, vt hic patet; fortius ergo poterit affici corpus, ad hoc c. populasti, de foro comp. & auth. qua in prouincia. C. vbi de crimagi opor. Et faciunt hæc ad q. nunquid delinquens in aliena parochia, subijciatur quoad forum animæ iudicio illius sacerdotis, vbi deliquit; & sic teneatur illud peccatum sibi cōfiteri, & ab eo recipere pœnitētiam, gl. est sin. 16. q. j. c. placuit, licet obscure loquatur, videtur tamen concludere, ꝙ non,
e & ita communiter tenetur. [e] Et sic no. vnam differentiam in
f ter forum contentiosum, & pœnitentiale. [f] Et diuersitatis rō esse potest, nam in foro contentioso, imponitur pœna, vt satisfaciat reipublicæ læsæ quam scandalizauit delinquens, & ideo pœna imponenda est, vbi delictum fuit perpetratū. Et ob hoc delinquens, quoad istam pœnā fortitur forum alieni iudicis. Sed in foro pœnitētiali imponitur pœna, vt satisfaciat Deo, quē læsit, & cū in hoc foro habeat sacerdotē proprū loco Dei, vt in c. oīs vtriusq; sexus, j. de pœnit. & remiss. ideo a proprio sacerdote, nō ab alio, dēt iudicari in foro aīæ. Item interest proprij sacerdotis cognoscere vultus parochianorū suorū, vt sic melius possit redarguere parochianos suos, quorū notitiā hēt. Et ista rō multū facit, vt quis potius debeat cōfiteri suo sacerdoti dūmō sit intelligēs, ꝙ illis fratribus mendicantibus, quia ipse hēt curā aīarū, & melius cognoscit qualitatem personarum. † Et plus credo eos mereri, confitēdo sibi, ꝙ extraneo, quia magis verecundatur, & verecundia est maxima pars pniæ, vt dicit Aug. in c. quē pœnitet, de pœn. di. 1. Nā multi vadunt ad fratres ignotos, vt cuitent verecundiā in confitendo proprio sacerdoti. † In gl. i. ibi, sed hoc non est verum. Et hæc opi. cōiter tenetur. Concludo ergo, ꝙ nedū rōne rapinæ, sed ēt cuiuslibet alterius delicti, quis fortitur illius iudicis forum, vbi deliquit, vt si ibi reperiatur, possit excōicari, si non vult satisfacere. Item poterit capi, & alia quantūcunq; graui pœna affici, prout delictū meretur. Vt pōt ēt ab ordine deponi, & ab oī beneficio p iudicē delicti, vt in c. postulasti, de foro comp. & licet glo. hic dicat, ꝙ ista mandabitur executioni per epm proprium, tñ intelligo quā sīa est exequēda in rebus positis in alienis territorijs, & ita loquitur, c. postulasti, alleg. in gl. Si aūt sententia esset corporis afflictiua, tunc mandatur executioni ēr per episcopum delicti, quia ratione delicti habet plenam iurisdictionem vbi
7 ca personam. ad hoc cle. pastoralis, de re iud. Et de hac mate-
g ria, dic, vt plene no. in c. fi. de foro cōp. † Sed circa hoc dubitatur de q. quotidiana, nunquid iudex [g] delicti possit punire delinquentē ſm statuta sua, an ſm ius cōe tm, & post multa concludit hic. Io. Cal. & bene, ꝙ sic; quia ratione delicti efficitur subditus quoad illud delictum; pro hoc. s. di. c. quia ibi tra mores. & c. à nobis. j. de sent. excom. facit. c. vt animarum. & quod ibi no. de const. lib. 6. Idē tenuit Io. de Lign. in cle. pa-
8 storalis, vbi format aliam q. magis no. & dubiā. † Nunquid
h iudex domicilij possit punire subditum alibi delinquentem
i secundum statuta sua? [h] Et cōclusio sit ista, ꝙ aut statutum loci domicilij pœnam imponit ipso facto, & tunc non tenet subditum alibi delinquentem, vt not. in d. c. vt animarum. Aut

ADDITIONES.

a ¶Differentiam. No. differentiam inter rapinam & depredationem. & adde quod idem dicit Arch. in c. fi. 6. q. 3. Bar. Bellen.
b ¶De const. Tamen in eis non interuenit trina monitio ad probationem excommunicationis, sicut quando quis excommunicatur ab homine in d. c. sacro. & ideo ratio Abb. Sic. non procedit, imo illam pœnam quæ rans posset incurrere, quando excommunicatio fertur à iure, vt ab apostolicæ. de cle. excom. min. ergo. &c. Ale. de Ne.
c ¶Vitandus. Vide alle. per Fed. in c. 1. in prin. supra, de treu. & pa. Sed
¶Sed in contrarium facit c. quorundam. 24. dist. & 2. q. 2. si quis quib. pater, ꝙ interdum quis excōicatur à certo loco, vel à certa sonarum communione. Sed dic, ꝙ illa proprie nō est excommunicatio sed interdictum, vel suspensio, secundum Doc. pro hoc vide tex. 28. dist. placuit. Ale. de Ne
d ¶Ipsa anima. Adde de hoc late Fed. consi. 16.
e ¶Tenetur. Sed Arch. in d. c. placuit. temperat illam gl. quando in loco delicti moram traxisset per 10. annos: quia tunc deberet absolui à loco, vbi deliquit. item secundum Bur. si in loco delicti contrahit domicilij, vel subesset necessitas, ita, quod non posset recurrere ad proprium sacerdotem, ar. c. pastoralis. cum ibi no. de off. ord. Ale. de Ne.
f ¶Pœnitentiale. No. Differentiā inter forum cōtentiosum, & pœnitentiale. Vult iste tex. innuere ex hac differentia, quod quis fortitur forum alieni delicti, quando imponitur pro eo delicto pœna temporalis, secus si pœna pœnitentialis. de quo vide quod no. Ge. in c. Romana. §. consentes. & ibi, in apost. Cel. ad eum, in fi. de fo. comp. li. 6. & Car. in cle. 2. sus. in 1. op. de re iud. pro quo all. gl. 16. q. 1. in prin. Zac.
g ¶Nunquid iudex. Vnde Pe. de Anch. in c. canonum statuta. in 12. q. de cōsu. & in c. 2. vbi Ge. de cōit. in 6. Abb. & Fel. in c. à nobis, 1. j. de fen. excō. Sed
¶Nunquid iudex. Vide ad hoc An. in c. fi. de fo. comp. vbi etiam pone de quæstione immediate seq. Bar. Bellen.
h ¶Secundum statuta sua. Adde de hac q. Bar. in l. 1. q. 9. & ibi etiam Bal. C. sum. Tri. quem vide in l. 2. C. de renun. gl. & Car. in cle. 1. §. 1. q. 1. de compet. & Fed. de Sen. consi. 2. Zach.
i ¶Statutum. Vtrum iudex domicilij possit punire subditum alibi delinquentem, secundum statuta sua. & adde quod Abb. videtur mihi tenere contrarium in c. fi. de fo. comp. dum tractat de effectu fortiendi forum ratione domicilij, vers. secundo, quæro de effectu, circa fin. & vide quæ no. Ab. in c. nobis, el 1. j. de senten. excom. ver. quo ad tertium. & vide limitationem hic positam plene per Pe. de Anch. in repe. c. canonum. de const. in 10. principali. quæ. ver. subsequenter quæro. vbi remittit ad plene tata ꝑ se, in c. postulasti. de fo. cop. in 3. opp. & ibi plenissime. & videnino gl. in ver. omnimodam. in fi. in cle. 1. de fo. comp. quam subscribit dera. & vide Bal. & Ang. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & de ista quæde late per Bal. in repet. l. cunctos populos. circa fi. ver. nūc de tecto. sum. Tri. & fi. cat. & ꝑ Ba r, & Ang. in l. cū vnus. § fi qui. ff. de bo. am. & possf. & Ang. in disputatione sua inci. bannitus. & aligd. ꝑ Dom. in animarum. ver. quæro vlterius subtilius, de constit. in 6. & facit quod Domin. in c. volentes. §. nunquid, ver. ꝙ si bannitus deliquit, vide plene in 6. & vide cino, ꝙ de hoc latissime scripsi post d. Ab. in cle. 1. de foro. exc. & Bal. in l. cūctos populos, 1 lec. ant. de sū. Tri. & fi. cat. vbi cino. vide

ADDITIONES.

a ¶Delictum. Sed Bur. in 1 c. a nobis. de sen. exc. contradicit huic distinctioni, quantum, dicit: ꝙ statum ligat delinquentem extra territorium. qđ statutum disponit circa prohibitionem a iure factam, & idem tenet D. Do mi. in c. 2. de cōstitu. in 6. & puto esse verius per illum tex. in ratione sui. b ¶Posset. Sed gl. vol ui dicere, ꝙ iudex domicilii pōt cognoscere de crimine leui alibi commisso, ita ꝙ nō tenetur remittere ad requisitionem iudicis loci delicti. & hoc modo loquitur l. desertorē all. in gl. Nā gl. est intelligēda ſm iura quæ allegat, vt dicit Bar. in l. nō solū. §. fi bilarationis ff. de li. leg. & ita intelligūt ēt doc. istā glo. Et idē dicit gl. in c. fi. de fo. cōp. q ēt determinat, an iudex delicti posit cōpellere iudicē domicilij ad remittendum. & an antequā remittat debet præmittere aliquā cāę cognitionem, ne sine cā infametur, vide illam gl. quia est notabilis. Itē. Io. Cal. hic dicit, quod quando agitur de crimine ciuiliter non hēt locū remissio, & hoc etiam tenet But. & Abb. Sic. in c. fi. de fo. comp. Alex. de Ne.
c ¶Remissio. Et dicit But. quod reo sufficienter punito, vel à iudice delicti, vel domicilij, non poterit ab alio postea puniri de eodem delicto, quia non debet quis de eodē delicto sæpius puniri, vt in c. ar si clerici, de iud. & per hoc est cautela, vt reus portet secum cartam, vel instrumentum condemnationis factæ ab altero eorum, ne ab alio possit iterum puniri quod no. Nunquid autem vagabundus sit remittendus ad locum delicti Innoc. hic sentit quod sic, quia intelligit istum tex. in vagabundo. & idē post multa tenet Io. Cald. & D. Car. in 3. q. & per rationem Auth. vt nulli iud. §. fi quis vero comprehensorum. alleg. in glo. quæ loquitur de remissione indistincte, dicit delinquentem remittendum esse ad locum delicti ergo indistincte debet intelligi, siue pr vagabundus, siue non. But. & Abb. Sic in c. fi. de fo. comp. Vagabundus autem dicitur, qui licet habeat domicilium, firmam tamen non habet habitationem. Bar. in l. hæres absens. ff. de iud. & in l. 1. in fi. C. vbi de cri. agi opor. & in l. 3. §. prætor ait. ff. de dam. infe. Vnde ad cognoscendum vagabundum ponderatur, an teneat habitationem firmam vel non, siue habet domicilium, siue non. Sed quæro quæ sit causa remissionis. D. Card. in 4. q. dicit, quod ratio est vt respectu eius alij terreatur, vt in lacipitalium. §. famolos. ff. de pœn. & dicit alicubi obseruari quia latrones furca suspensi non deponūtur vt sepeliantur. dic tamen, quod iudex debet de facili concedere vt latro de furca deponatur vt sepeliatur, licet non debeat deponi sine licētia iudicis, de quo vide gl. in cle. 1. de pœn. & rem. Alia ratio remissionis ponitur in d. §. famosus, s. ad consolationem agnatorum, & affinium illorum, qui fuerunt interempti per latrones. sed quoad alia delicta pro quibus non imponitur pœna mortis, vel detruncationis, & quod iudicem ecclesiasticum, videtur esse ratio, ad satisfaciendum iudici illi territorij, vbi delictum est perpetratum, arg. huius c. & istud etiam sensit Abb. Sic. hic post vltimum notabile. Item dicit Do. Card. quod potissima ratio remissionis videtur esse quæ habetur in d. §. famosos. Dicit etiam quod in foro ecclesiastico non obseruatur vt fiat remissio, quia in eo non habet locum pœna corporalis. ad istum tex. respondet quod non loquitur de remissione, quæ fit vt cognoscatur de crimine, sed fit ad finē vt reus satisfaciat, vt pater in fi. literæ. Dicunt tamen, quod si imponenda esset pœna corporalis, quæ de iure canonico debet imponi, sicut j. e. in Archiepiscopatu, tunc etiam haberet locum remissio. Ego puto, qđ de iure canonico, & in foro ecclesiastico habeat locum remissio vbicū que crimen est graue, dato quod debeat imponi pœna: sed alia pœna gra uis, puta depositionis ab officio, vel beneficio per duas rationes vltimo allegatas, & quia si sententia ferretur publicè, alij terrebuntur similia committere. & hoc communiter tenent Doct. Sed tene verba D. Card. qui attestatur de cōmuni obseruantia. s. quod non fit consuetudo, vt fiat remissio in foro ecclesiastico, nisi vbi imponitur pœna corporalis. Dicit, tamen quod licet non fiat remissio, tamen delinquens poterit conueniri in loco delicti, vt in c. fi. de foro compet. Item si à iudice delicti esset aliqua pœna ligatus, debet ad ipsum remitti, vt satisfaciat, vt hic. Sed qđ si conuentus coram iudice delicti, negat se ibi deliquisse, an potent cognoscere, an ibi deliquerit, lo. Calde. hic examinat, de qua quæst. vide in Spe. de cōd. iud. adi. § j. ver. sed pone aliquis. & per Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. & per Doc. in c. super literis. de rescrip. & in c. si clericus, & in c. fi. de fo. comp. & D. Dom. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. lib. 6. Ale. de Ne.
d ¶In nō remittēdo. Vide Pau. de Ca. & Mod. in l. hęres absens, in fi. ff. de iud. Bart. Vero. in consi. 59 inci. Pau. & Ful. consi. 142. inci. super inquisitione, Bellame. in consi. 11 inci. primo quidem videtur. Sap. Sap.
e ¶Aliquis commisit. Vtrum ex noua correctione in alio territorio oriatur noua actio furti. & licet Bar. in d. l. dominium, teneat quod sic: tamen in l. si familia, vltra medium ff. de iurisd. om. iud. videtur sentire contrariū, dum dicit quod si plures suspicianț, dicitur vnum furtum, licet plures sint contrectationes. & si esset vera opinio Bar. in d. l. si dominium, seque retur, quod si statutum vult aliquem suspendi pro tribus furtis, si committeret vnum furtum, & illud contrectaret in tribus territorijs, quod deberet suspendi. Cuius opi. tenet Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & ad prædicta vide Bal. in l. si abducta. C. de fur. & opi. Bar. in l. si dominium limitatur esse verum in contrectatione rei furtiuæ, secus in contrectatione pretij ipsius rei, vt est tex. in l. qui vas. § fi. ff. de furt. & Bal. in l. 1. C. de confes. Bar. in l. inficiando. §. intans. ff. de furtis. Item adde, quod contra opinionem Bar. in d. l. si dominium. consuluit. Ioan. de Lignano, in quodam suo consilio, quod incipit, quidam scholaris. Bar. de Bel.
f ¶Non procedit. Adde Fulg. consi. 150.
g Periculosa est. Sed ille tex. meo iudicio parum facit. Nam ibi dicitur, qđ si quis surripuit infantem, qui apud eū est factus adolescens, licet tenetur vna actione furti: tenetur tñ quanti plurimi valuit, & dicit ille tex. non esse ponderandū an fit vnum furtum, vel plura, quia non debet esse melioris conditionis ille, q continue habuit apud se rem ꝺctam, quam ille, qui rem illa perdidit, & deinde tero furto eam subtraxit. Et sic ille tex. loquitur quoad ponderandū æstimationē rei subtractæ. Sed quæstio loquitur quoad ponderandū æstimationē rei subtractæ. Sed quæstio Bar. loquitur, an iste in quolibet loco committat furtum. & dicendum est, quod non. sed dē furtum continuare, vt dicit ille tex. & alia iura, pro ter dicit quā Bar. in c. 1. de pa. iura. fi. in 3. col. & in l. cunctos populos. C. de sū. Tri. vbi vide. de isto ar. nō determino, qa nō est nostra materia.
h ¶Suam. Ligatur tamen committens actum prohibitum per statutum, cū epiſcopo, qui fecit statutum, licet ipse episcopus non ligetur, vt dicit Io. An. in d. reg. licet. exempium, dicit statutum factum per episcopum, qđ quicunque fuserit per azardum sit excommunicatus: nam si episcopus ludit, non ligatur suo statuto, sed ille qui ludit cum episcopo bene ligatur. Et istud sequitur Abb. Sic. in c. 1. in fi. § de simo. Sed vide additionem, quam ibi feci. & etiam D. Card. dicit ꝙ opinio Io. An. communiter tenet.

Aut pœna est imponēda per sentētiā; & tunc poterit punire secundum istud statutum, quomodo statutū nō cauſet delictum de nouo, sed disponat circa illam prohibitionē à iure. Ratio diuersitatis est, quia non pōt quis inducere delictū de nouo in alieno territorio. Exemplum de nocte passionis dominicę. Consuetudo est, vt christiani vadant de nocte ad ecclesiā, episcopus vnius loci sub certa pœna prohibuit, & stante prohibitione, subditus episcopi q prohibuit, in diœcesi alterius epi, iuit tali nocte ad ecclesiam; certè tunc nō pōt puniri per istum episcopū propriū, quia in loco, vbi commisit,
a non erat delictū, [a] & hoc no. † In ea. gl. ibi, si. crimē facile fue
9 rit & c. hæc gl. cōcludit, ꝙ de crimine leui alibi cōmisso pōt
b index domicilij cognoscere; qa de graui non posset. [b] Sed cō clude melius pōt Cal. hic, ꝙ de quocunque crimine alibi cō misso pōt iudex domicilij cognoscere, & punire. Nā sicut ratione cōtractus alibi gesti, & ratione rei alibi sitæ pōt iudex domicilij cognoscere, vt in c. delicti, de foro compe. & no gl. in l. fi. C. vbi in rē act. ita, & ratione dilecti; aliàs forus domicilij superflueret, & hoc specifice videtur ꝓbari in c. cū cōmgat, de foro cōpet. Nō ob. iura, q̄ loquuntur de remissione; qa remissio dēt fieri ad requisitionē iudicis delicti. Vnde, si il
le nō curat requirere, pōt iste punire, vel forte pūenit requisitionē; & maxime hoc procedit hodie vbi de cōsuetudine
c non fit remissio. [c] † Et ponit hic Cal. illā q. no. nūquid valeat
10 consuetudo in non remittendo. [d] & concludit, quod in iudi
d ce domicilij, seu dilecti valeat consuetudo, sed in alieno iudice nō valet. Ratio diuersitatis est, qa primo casu delictum nō remanet impunitū: quia iudex domicilij vel delicti poterit punire: sed in secūdo casu, delictū remanet impunitū, qa ille forte qui transtulit se ad alium locum, nūquā iret ad domicilium, vel locū delicti; & sic si nō fieret remissio, delictū remaneret impunitum: ergo consuetudo est irrationabilis, &
per consequens nō præscriptibilis, vt in c. fi. de cōsue. & no.
bene hāc q. & de hac remissione, an sit necessaria, & qualiter debeat fieri, vide bo. glo. in d. cle. pastoralis. & plene examino in c. fi. de foro compet. & inquantū gl. in prima parte allega. l. de militibus, dic ꝙ ponit casum specialem in milite. de eo
11 tamen dicendū, vt no. gl. in l. magisteria. C. de iurisd. om. iud.
e [e] Et facit hoc ad q. aliquis commisit [e] hic furtū, & cum ipsa re furtiua transtulit se postea in alienum territoriū: nūquid possit puniri per illum iudicem, vbi reperitur cū re furtiua. Vsq; ad tempus Bart. cōmunis opi. erat, ꝙ nō, qa ex assidua cōtrectatione, nō oritur noua actio furti. Sed Bart. in l. si dominiū. ff. de fur. tenuit cōtrarium sicut enim ex interuentio ne personæ, oritur noua actio furti, vt in d. l. si dominiū. ita ex cōtrectatione facta in nouo territorio. & pillā opi. Bar. plurimi hois sūt suspēsi: sed moderniores adhuc dicūt, ꝙ de
f stricto iure illa opi. Bart. nō ꝓcedit. [f] Fran. tñ de Arc. illā opi. Bar. fuit secutus, & dicit illam probari, in l. inficiando. in §. infans. ff. de fur. bene tamen facit in ar. sed nō probat necessa-
g rio. nec vltra procedo, quia opi. periculosa est. [g] † Et in fi. gl.
12 vt clare intelligas hanc vltimam partem, possunt plures elici quæstiones: prima quæstio, nūquid archiepiscopus, seu alius superior delinquentis in territorio sui inferioris, possit ab eo puniri. Secunda quæstio: positis eisdem terminis: nūquid statuens incidat in pœnam sui statuti, si contrafaciat. Quarta q̄stio: nūquid par, vel superior in dignitate, possit punire, per iudicem delicti. multæ olim fuerūt opi. vt no. in c. vt animarū. de const. lib. 6. per Arch. & hic per Cal. Ioan. And. postea dispu tauit, v t habetur in reg. eui licet, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. & comm unis opin. seu conclusio est, ꝙ superior non potest ligari a suo inferiori nec etiam incidit in statutū alius, quia regulari ter inferior non iudicat superiorem, vt in c. cum inferior, de maio. & obed. & licet statutū habeat vim canonis: tamen lex inferioris est. vnde sicut inferior non potest superiorem su um oretenus ligare: ita nec per legem suā.
h Concludo ergo, ꝙ constituens nō incidit in pœnam sui sta tui: quia non potest qs seipsum ligare, nec per legē suam. [h] Circa vltimum, di cendum est quod par, vel maior in dignitate; ex quo nō est suus superior, potest puniri ab inferiore: quia ratione delicti efficitur minor, & ibi cēsetur priuata ꝑsona. l. 3. ff. de offic. præsi. & per Inn. in c. cum inferior, de maior. & obed. vbi possuit ad prædicta vnum no. dictum, quod archiepiscopus delinquens in episcopatu, quem habet suus suffraganeus, ex dispensatione, nō potest puniri a suo suffraganeo: quia semper suus inferior est.

ADDITIONES.

a ¶Delictum. Sed Bur. in 1 c. a nobis. de sen. exc. contradicit huic distinctioni, quantum, dicit: ꝙ statum ligat delinquentem extra territorium. qđ statutum disponit circa prohibitionem a iure factam, & idem tenet D. Do mi. in c. 2. de cōstitu. in 6. & puto esse verius per illum tex. in ratione sui.
b ¶Posset. Sed gl. volui dicere, ꝙ iudex domicilii pōt cognoscere de crimine leui alibi commisso, ita ꝙ nō tenetur remittere ad requisitionem iudicis loci delicti. & hoc modo loquitur l. desertorē all. in gl. Nā gl. est intelligēda ſm iura quæ allegat, vt dicit Bar. in l. nō solū. §. fi bilarationis ff. de li. leg. & ita intelligūt ēt doc. istā glo. Et idē dicit gl. in c. fi. de fo. cōp. q ēt determinat, an iudex delicti posit cōpellere iudicē domicilij ad remittendum. & an antequā remittat debet præmittere aliquā cāę cognitionem, ne sine cā infametur, vide illam gl. quia est notabilis. Itē. Io. Cal. hic dicit, quod quando agitur de crimine ciuiliter non hēt locū remissio, & hoc etiam tenet But. & Abb. Sic. in c. fi. de fo. comp. Alex. de Ne.
c ¶Remissio. Et dicit But. quod reo sufficienter punito, vel à iudice delicti, vel domicilij, non poterit ab alio postea puniri de eodem delicto, quia non debet quis de eodē delicto sæpius puniri, vt in c. ar si clerici, de iud. & per hoc est cautela, vt reus portet secum cartam, vel instrumentum condemnationis factæ ab altero eorum, ne ab alio possit iterum puniri quod no. Nunquid autem vagabundus sit remittendus ad locum delicti Innoc. hic sentit quod sic, quia intelligit istum tex. in vagabundo. & idē post multa tenet Io. Cald. & D. Car. in 3. q. & per rationem Auth. vt nulli iud. §. fi quis vero comprehensorum. alleg. in glo. quæ loquitur de remissione indistincte, dicit delinquentem remittendum esse ad locum delicti ergo indistincte debet intelligi, siue pr vagabundus, siue non. But. & Abb. Sic in c. fi. de fo. comp. Vagabundus autem dicitur, qui licet habeat domicilium, firmam tamen non habet habitationem. Bar. in l. hæres absens. ff. de iud. & in l. 1. in fi. C. vbi de cri. agi opor. & in l. 3. §. prætor ait. ff. de dam. infe. Vnde ad cognoscendum vagabundum ponderatur, an teneat habitationem firmam vel non, siue habet domicilium, siue non. Sed quæro quæ sit causa remissionis. D. Card. in 4. q. dicit, quod ratio est vt respectu eius alij terreatur, vt in lacipitalium. §. famolos. ff. de pœn. & dicit alicubi obseruari quia latrones furca suspensi non deponūtur vt sepeliantur. dic tamen, quod iudex debet de facili concedere vt latro de furca deponatur vt sepeliatur, licet non debeat deponi sine licētia iudicis, de quo vide gl. in cle. 1. de pœn. & rem. Alia ratio remissionis ponitur in d. §. famosus, s. ad consolationem agnatorum, & affinium illorum, qui fuerunt interempti per latrones. sed quoad alia delicta pro quibus non imponitur pœna mortis, vel detruncationis, & quod iudicem ecclesiasticum, videtur esse ratio, ad satisfaciendum iudici illi territorij, vbi delictum est perpetratum, arg. huius c. & istud etiam sensit Abb. Sic. hic post vltimum notabile. Item dicit Do. Card. quod potissima ratio remissionis videtur esse quæ habetur in d. §. famosos. Dicit etiam quod in foro ecclesiastico non obseruatur vt fiat remissio, quia in eo non habet locum pœna corporalis. ad istum tex. respondet quod non loquitur de remissione, quæ fit vt cognoscatur de crimine, sed fit ad finē vt reus satisfaciat, vt pater in fi. literæ. Dicunt tamen, quod si imponenda esset pœna corporalis, quæ de iure canonico debet imponi, sicut j. e. in Archiepiscopatu, tunc etiam haberet locum remissio. Ego puto, qđ de iure canonico, & in foro ecclesiastico habeat locum remissio vbicū que crimen est graue, dato quod debeat imponi pœna: sed alia pœna gra uis, puta depositionis ab officio, vel beneficio per duas rationes vltimo allegatas, & quia si sententia ferretur publicè, alij terrebuntur similia committere. & hoc communiter tenent Doct. Sed tene verba D. Card. qui attestatur de cōmuni obseruantia. s. quod non fit consuetudo, vt fiat remissio in foro ecclesiastico, nisi vbi imponitur pœna corporalis. Dicit, tamen quod licet non fiat remissio, tamen delinquens poterit conueniri in loco delicti, vt in c. fi. de foro compet. Item si à iudice delicti esset aliqua pœna ligatus, debet ad ipsum remitti, vt satisfaciat, vt hic. Sed qđ si conuentus coram iudice delicti, negat se ibi deliquisse, an potent cognoscere, an ibi deliquerit, lo. Calde. hic examinat, de qua quæst. vide in Spe. de cōd. iud. adi. § j. ver. sed pone aliquis. & per Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. & per Doc. in c. super literis. de rescrip. & in c. si clericus, & in c. fi. de fo. comp. & D. Dom. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. lib. 6. Ale. de Ne.
d ¶In nō remittēdo. Vide Pau. de Ca. & Mod. in l. hęres absens, in fi. ff. de iud. Bart. Vero. in consi. 59 inci. Pau. & Ful. consi. 142. inci. super inquisitione, Bellame. in consi. 11 inci. primo quidem videtur. Sap. Sap.
e ¶Aliquis commisit. Vtrum ex noua correctione in alio territorio oriatur noua actio furti. & licet Bar. in d. l. dominium, teneat quod sic: tamen in l. si familia, vltra medium ff. de iurisd. om. iud. videtur sentire contrariū, dum dicit quod si plures suspicianț, dicitur vnum furtum, licet plures sint contrectationes. & si esset vera opinio Bar. in d. l. si dominium, seque retur, quod si statutum vult aliquem suspendi pro tribus furtis, si committeret vnum furtum, & illud contrectaret in tribus territorijs, quod deberet suspendi. Cuius opi. tenet Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & ad prædicta vide Bal. in l. si abducta. C. de fur. & opi. Bar. in l. si dominium limitatur esse verum in contrectatione rei furtiuæ, secus in contrectatione pretij ipsius rei, vt est tex. in l. qui vas. § fi. ff. de furt. & Bal. in l. 1. C. de confes. Bar. in l. inficiando. §. intans. ff. de furtis. Item adde, quod contra opinionem Bar. in d. l. si dominium. consuluit. Ioan. de Lignano, in quodam suo consilio, quod incipit, quidam scholaris. Bar. de Bel.
f ¶Non procedit. Adde Fulg. consi. 150.
g Periculosa est. Sed ille tex. meo iudicio parum facit. Nam ibi dicitur, qđ si quis surripuit infantem, qui apud eū est factus adolescens, licet tenetur vna actione furti: tenetur tñ quanti plurimi valuit, & dicit ille tex. non esse ponderandū an fit vnum furtum, vel plura, quia non debet esse melioris conditionis ille, q continue habuit apud se rem ꝺctam, quam ille, qui rem illa perdidit, & deinde tero furto eam subtraxit. Et sic ille tex. loquitur quoad ponderandū æstimationē rei subtractæ. Sed quæstio Bar. loquitur, an iste in quolibet loco committat furtum. & dicendum est, quod non. sed dē furtum continuare, vt dicit ille tex. & alia iura, pro ter dicit quā Bar. in c. 1. de pa. iura. fi. in 3. col. & in l. cunctos populos. C. de sū. Tri. vbi vide. de isto ar. nō determino, qa nō est nostra materia.
h ¶Suam. Ligatur tamen committens actum prohibitum per statutum, cū epiſcopo, qui fecit statutum, licet ipse episcopus non ligetur, vt dicit Io. An. in d. reg. licet. exempium, dicit statutum factum per episcopum, qđ quicunque fuserit per azardum sit excommunicatus: nam si episcopus ludit, non ligatur suo statuto, sed ille qui ludit cum episcopo bene ligatur. Et istud sequitur Abb. Sic. in c. 1. in fi. § de simo. Sed vide additionem, quam ibi feci. & etiam D. Card. dicit ꝙ opinio Io. An. communiter tenet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Eleemosynam non debet sacerdos recipere a publico peccatore, ne recipiens videatur ipsum fouere in peccato.*
2 *Clericus raptor, vel particeps in rapina, irrecuperabiliter deponitur, & beneficio priuatur.*
3 *Depositus etiam propter homicidium, dispensatur per episcopum, quoad beneficia; sed quoad alia requiritur dispensatio Papæ.*
4 *Peccator si ipsum pœnituerit, an careat ecclesiastica sepultura. vide in fra in 1. no.*
5 *Peccatum si fuerit condigne punitũ in hoc seculo, & fuerit pœna patienter recepta, non punietur amplius in alia vita. vide infra in 2. no.*
6 *Decedens, & non satisfaciens de re subtracta, siue quia non potest, siue quia non vult, an careat ecclesiastica sepultura.*

CAP. II.

a SVper eo. [a] Manifestus raptor, vel ecclesiæ violator, si restituit, vel de restituendo cauet in vita, & in morte, ad pœnitentiam & sepulturam admittitur; si vero noluit cauere cum posset, & in morte nõ potest: clerici eius sepulturæ interesse non debent, & clerici interessentes, vel iniungentes pœnitẽtiam contra hanc dispositionem, deponantur ab officio, & beneficio. hoc dicit. Et quatuor sunt partes, secunda ibi: si vero. tertia, ibi: qui autem. quarta ibi, quod si. Prima tractat de satisfactione in vita, vel in morte. Secunda de satisfactione in morte. Tertia de volente satisfacere in morte, sed non
b valente quarta, de pœna imponenda transgressoribus. [b] Casus literalis. Quærebatur hic de pœna manifesta raptoris, seu ecclesiæ violatoris. Et respondetur quod quicunque rapinam fecerit violenter; seu in ecclesiarum violatione, manifeste fuerit deprehensus, pœnitentia ei penitus denegetur, nisi prius ablata restituit si poterit: vel saltem emandandi securitatem præstitit. Si vero in contumacia sua vsq; ad obitum duraverit, & in extremis positus pœnitentiam postulauerit, si satisfecerit, vel emendandi securitatem præstiterit, ei pœnitentia, & sepultura ecclesiastica concedatur. Tertio dicit quod qui in sanitate, obstinata mente, non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte securitatem emendandi præstare nequiuerit, pœnitentia sibi parum prodesse videtur, sicut creditur: sed si de peccato contritus fuerit, si satisfacere non potest, viaticum non negetur: ita tamen quod nullus clericorum sæpulturæ suæ intersit, nec eius eleemosynam quisquam accipiat. Quarto se refert ad primum casum, vt si aliquis clericorum contra hoc in vita, vel in morte pœnitentiam dare, aut sepulturæ interesse, vel eorum elemosynas accipere præsumpserit, vel particeps huius rapinæ fuerit, periculum sui ordinis patiatur, & careat ecclesiastico beneficio. B. No. 1. ex tex. quod decedens in peccato rapinæ alicuius rei ecclesiasticæ, non debet admitti ad pœnitentiam, nec debet sepeliri in cœmiterio sacro. Et idem est in quocunque decedente in peccato mortali. 13. q. 2. cap. pro obeuntibus. & 23. q. 5. placuit. sed specialitas in raptore manifesto est: quia licet in morte ipsum pœniteat, ex quo tamen non satisfacit, licet non possit: tamen clerici non debent interesse sepulturæ istius. quod secus arbitror in alijs delictis: quia ista est pœna, quæ non debet extendi ad alios casus. de pœn. di. 1. cap. pe. nam regulariter ex quo quem pœnitet; licet non possit satisfacere: tamen absolutus est a peccato, vt in c. cum tu, de vsu. sed in odium rapinæ specialiter statuit hoc. Idem no. quod licet dimittatur peccatum, data cõtritione, si ablatum restitui non potest. vt in c. cum tu. præalle. tamen pœna peccati non remittitur. vnde in pœnam hic clerici non debent interesse sepulturæ, quando voluit in morte satisfacere, sed non potuit: non tamen hæc est sufficiens pœna: sed punietur in purgatorio, nisi hic egisset pœnitentiam cõ dignam. nam qui agit in hoc sęculo pœnitentiam sufficientem, nõ punietur in purgatorio, quia non vult Deus quem
c hic iudicari. 23. q. 5. in cap. quid ergo. [c] & hoc est contra vulgares dicentes, quod omnino debet quis transire per purgatorium, quod est falsum vt prædixi. vnde debet quis conari, vt agat pœnitentiam hic. & facit contra illos quibus pœnitentia imponitur per sacerdotem, qui dicunt se non posse facere; debent enim scire q̃ si non puniũtur hic sufficiẽter, puniuntur in purgatorio, de quo per Hos. in sum. de pœ. &
1 re. ca. 1. §. & an ficte. ver. quid ergo si aliquis. † Itẽ no. q̃ à publico peccatore, non debet sacerdos recipere eleemosynã; ne videatur ipsum fouere in delicto suo. potest tamen hoc esse speciale in raptore: sed generaliter de alijs peccatoribus vide bon. glos. supra de deci. ex transmissa. & 13. q. 1. in summa. [d] † Vlt. no. pœnam clerici committentis rapinam, seu
d 2 participis in rapina: debet enim deponi irrecuperabiliter ab
3 ordine, & etiam priuari beneficio. † Sed quæro quare text. dicit irrecuperabiliter, cum depositus nunquam recuperet ordinem amissum. nam depositio, est perpetua, suspensio ad tempus, vt in capitu. at si clerici, de iudiciis. Solut. dicit
e Io. And. [e] quod hoc verbum positum est ad denotãdum, q̃ episcopus proprius, non potest hunc restituere. requiritur ergo Papæ dispensatio in beneficio tamẽ puto quod episcopus possit dispensare. vt in c. Salonitanæ. 63. di. vide bo. text. in cap. 2. de cle. pug. in duel. vbi episcopus dispensat cum homicida in beneficio. & vide quod ibi dixi. [f] † Sed contra præ-
4 dicta. & contra tex. opp. de ca. in literis, ĩ. c. vbi non denega-
g tur sepultura, [g] ex quo in morte pœnit. cõmuniter soluunt doc.

ADDITIONES.

a ¶Super eo. Adde hic, q̃ ille, qui tenetur ad eleemosynas faciẽdas ex aliqua causa, si vltrà victum suum, non habet vnde possit facere eleemosynam, tenetur manib. laborare, & quærere inde vnde possit facere eleemosynas, ad quas est obligatus, aliàs non excusatur propter impossibilitatem. ita singulariter determinat beatus Thomas. 2. 2. q. 187. art. 5. vltra medium. quod perpetuo tene menti, quia quotidianũ. sed in cõtrariũ facit quod notabiliter dicit Host. in lect. §. licet in fin. ff. sol. ma. & vide omnino quod scribit beatus Tho. in quarto sent. di. 12. q. 1. art. 5. circa medium. vbi dicit, quod si aliqua sunt ablata, quæ omnino restitui non possunt, volũtas restituẽdi sufficit cum tanta contritione, quãta est possibilis, secundum cõditionem vtriusque ad arbitrium bonorum virorum. item vide eundem Thomam in quarto. Sen. di. 28. q. 1. ar. 3. ante medium, vbi dicit q̃ impossibilitas superueniens aufert obligationem voti, quod prius erat possibile, vt si dines qui vouerat ædificare ecclesiam possmodũ hoc facere nõ possit paupertate superueniente. & dicit q̃ in hoc est distinguẽdũ quia aut efficitur impotens, sed in parte potes, & tũc tenetur implere votũ pro illa parte. Aut efficitur impotens quoad totũ, & quoad partem, & tũc in totum liberatur. Sed posset poni aliam distinctionem, cum qua, quam vltimam recitatam, tranfire videtur, q̃ aut impossibilitas contigit ex culpa sua, & tunc debet recompensare per pœnitentiam. quæ forte non si æquiualeas, tamen admittitur, quia Deus non exigit ab homine vltra posse. aut impotentia contingit sine culpa sua, & tunc nõ tenetur ad aliquam recompensationem, & pro hoc optime facit q̃ scribit Imo. in c. licet vniuersis, de voto. & quando ille, qui distulit satisfacere postea in morte grauat hæredes de satisfaciendo, si hæredes non satisfaciũt, an hoc noceat animę defuncti, vide quod similiter scribit. 5. Host. in 4. sen di. 45. q. 2. art. 2. cuius verba expresse scripsi in meo repertorio in tit. de test. in 2. & 4. q. item pro intellectu huius decretalis, quæritur id de pœnitente seu corrigente, dum est in extremis, qui prius hoc negauit, vide multos tex. de pœ. di. 7. per totum, & ibi notaui in text. & vide tex. in cap. si quis ægritudine. 58. di. de Bellene.

h apponi pactũ, vt capitale semper sit saluum, [h] sed vt sentiat q̃ sit speciale in dote, & alleg. l.1. ff. sol. ma. vbi dr prouidẽtia, vt salua sit dos mulieris. Et semper dubitaui de illo dicto. nã non probatur iure, imo in contrarium facit tex. in c. sup eo. ẽ.eo. nã si contractus in se esset vsurarius, & illicitus, talis cõtractus non posset recipere aliquam compensationem, propter bonũ, q̃ inde sequitur; maxime propter bonũ charitatis, & corporale, vt no. in c. super eo. & no. Io. An. in reg. peccatum.

ADDITIONES.

a ¶Ad certum terminum. Adde Alex. consi. 72. 1. lib. & 172. 2. lib.
¶Ad certum terminum. Adde hic Abbatem, in c. ad nostram. de emp. & vbi dicit, quod testamenta eorum, qui vendunt res maiori pretio, quam dilatam solutionẽ, & minori, si incontinenti soluatur, non valent. Et ibi dicit se consuluisse. Quod dicit esse verum si hoc faciebant propter hoc, quia quis vendit nunc rem pro eo pretio, quo nunc valet, hoc pacto, quod si plus valebit in posterum, illud plus teneatur tradere venditori, & minus valebit, nõ diminuatur de pretio, quia ista dicitur etiam vsura, quia contractus claudicat. Ita dicit Arch. in c. fi. 14. q. 3. Bar. Bellen.

b ¶Vsurarius. Facit quod habetur, in c. illo vos. de pign. vbi per Io. de Imo. & quæ dixi pridie, in consi. quodam.

c ¶Supra de test. Sed But. hic dicit, in fi. commenti, quod vbi ecclesia non est certa, debet in dubio interpretari in benigniorem partem. Sed ipse contrahens, qui est certus de conscientia sua vbi dubitat, debet potius abstinere, & est sibi consulendum ab ecclesia, vt supra eo. in ciuitate, & hoc modo debet intelligi, glos. in c. vni. de scrutinio. Ale. de Ne.

d ¶Tempore solutionis. Vide latè Ale. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Fal. Bart. & alios in l. 2. in fi. C. de rescin. vend. And. Barb.

e ¶In ciuitate. No. pro dantib. pecuniam ad mercantiam, vel facientib. fieri tates in mercantijs. & vide omnino quod notaui post Abb. in c. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. Bar. de Bel.

f ¶De illa. Scribi vide plene Ang. de Are. de hac q.

g ¶Amplectenda. Sed ille tex. loquit in distincte si recte inspiciatur. Vnde ille §. de illo, est intelligendus, siue apponens tale pactum posuerit de lucro pecuniæ, siue non, & hoc vult ille tex. q̃ non. Melior est solutio Bonifacii. lectus Io. Cal. quem communiter sequuntur Doct, videlicet, q ibi non intelligatur nõ de capitali, sed de dãno, & lucro mercimonij, q̃ præpter lucrũ dr, omni damno deducto, damnum lucro, oi deducto. & ideo coiri societas. vt eius lucri quod reliquum in societate, sic omni damno deducto, altera pars feratur, sic ab vtraque parte, & eius damnũ quod relinquitur, pars alia capiatur, scilicet ab vtraque parte, vt ff. pro socio. Mutius, & ita dicit D. Card. in 4. q. Sed iuxta hoc quæro, numquid valeat pactum, vt vnus ex socijs habeat duas partes lucri. Alius autem tertian, vel quartam. Dicẽdum est, q̃ sic, si is qui plus debet habere plus contulit societati vel pecuniæ, vel operis, vel cuiuslibet alterius rei dotalis, alias pactum non valet, vt est tex. in l. si non fuerit. ff. pro socio, & hoc verum quando exprimuntur partes damni, & lucri. sed si de damno tantum sit expressum, de lucro etiam intelligitur repetitum, & econtra, vt Inst. pro socio. §. illi. Secundo dubitatur, an valeat susceptio periculi in casus fortuiti in aliis contractib. & videtur, q̃ sic, vt in c. j. de cõmo. & in c. bona fides. de deposito. Sed circa hoc vide Io. And. in add. Specu. in tit. loc. §. iam dicendo. in addi. quæ incipit. de hoc satis scripsi. Sed quod in contractib. qui fiunt Venetijs, Florentiæ, Ianuæ, & similib. locis, vbi quis aliquis mittit aliquid vltra mare, contrahit cum aliquo super periculo, quia alius suscipit in se periculum rerum missarum vltra mare, & pactabunt, & obligant se ad dandum, quantum mittens æstimat ipsas res centum, & i pie qui misit tales res pro illa susceptione periculi, habet decem, vel 20. prout continet conuentio. D. Card. in 4. opposi. prope finem dicit, q non est vsura, sed contractus emptionis, quia de eius substantia est, q̃ interueniat res, & pretium, vt in l. 1. & 2. ff. de contrab. empt. hic autem nulla res interuenit. Vnde videtur dicendum, q̃ talis sit contractus innominatus. l. facio, vt des, vt in l. naturalis, ff. de præscr. verbis pro to tamen contractum licitum. Vlterius quæro circa illud, q̃ dicunt Doc. de contractu societatis. Pone dedi vni centum, vt illa centum ponat ad mercantiam, siue ad negociandum. ipse. n. ponit solam suam industriam, sed sola centum per casum fortuitum fuerunt deperdita: quæritur, quid ille, qui ponit tantum operas, teneatur aliquid reficere ei, qui perfuit pecuniam. gl. in l. 1. C. pro socio. dicit, q̃ non tenetur ad aliquid quia qui posuit solum operas, non censetur se obligasse ad damnum istius. Sed Per. ibi distinguit, quod aut pecunia est statim perdita. & tunc damnum est commune. Aut pecunia est perdita post operas perditas, & tunc damnum totum pertinet ad illum, qui posuit pecuniam: quia sufficiebat recipiens pecuniam perdiderit operas, & illam opinionem dicit Cyn. æquiorem. Sed Bar. in d. l. 1. C. pro socio. videtur sequi opinio. gl. & ibi dicit, q̃ tota illa gl. est tenenda menti, quia communiter tenetur, & ille tenet Bal. ibi, in 3. q. per rationem, quia quantitas est commune lucrum, eatenus damnum debet esse commune. Sed recipiens pecuniam, & ponens operas, nihil debet lucrari de capitali. ergo si deperditur, in nullo debet damnificari, & hoc tene. Ale. de Ne.

h ¶Sit saluum. Adde Lud. Ro. consi. 238.

13 catum, de reg. iur. lib. 6 † Secũdo quæro de alia qõne notabili, quidam mercator paratus erat ꝓficisci in aliam regionẽ, empturus merces, in quib. verisimiliter fuisset lucratus centũ, accessit amicus, & rogauit eum, vt mutuaret sibi illã pecuniã, quã ꝓmittebat sibi restituere in termino cum lucro spe
n rato, nunquid contractus sit censendus vsurarius. Inn. q̃ sic. licet aliqui oppositum teneãt quia daretur materia cõmittẽdi hãc prauitatẽ vsurariã. Host. in c salubriter, ẽ.e. dicit, q̃ iste
14 obligatus creditori ad id, q̃ verisimiliter fuisset lucratus, quasi hoc pcipiat, rõne interesse, & nõ rõne vsurę. Io. An. dicit hoc dictũ Host. ꝑcedere post morã cõmissã. sed ante mo
ram nõ, quia ibi nullũ est interesse; aliàs vsurarius posset fingere se velle ire ad emendum merces, vt mutuaret pecuniã,
15 sub isto colore, ad vsuras. † No.1. & non tradas obliuioni id, q̃ sentit Io. An. ex his verbis, vt ẽt in contractu mutui, possit peti post morã interesse lucri verisimiliter cessantis, de quo dixi in c. cõquestus, ẽ.eo. Sed an a principio possit haberi ista ratio, posset forte dici, q̃ vbi mutuans ducitur bona intẽtione, & potius mutuat vt seruiat amico, q̃ in fraudẽ, q tũc excusatur à peccato licet, alia opinio si tutior. † Circa hoc dubitatur ẽt, de alia q̃stione, aliquis hẽt merces quas intẽdit deferre ad aliã regionẽ, & vendere ꝑ cariori ꝑtio, alius apparet hic, & offert idẽ pretiũ hic q̃ posset habere in loco destinato nũq liceat facere hunc ẽctũ. Inn. q̃ sic. nam sicut rõne tpis excusatur q vẽdit merces pluſquam valeãt, vt hic in fi. ita, rõne loci. Host. inclinat in contrariã sñiam, & mouetur qa nõ sine magna necessitate mouetur ad emẽdũ, cũ & ille subijsit labores in itinere, & forte perdidisset aliquo casu. Io. An. dicit, q̃ aut pretiũ soluitur de ꝑsenti: & contractus est licitus, qa vult forte deferre ad aliũ locũ. Aut differt̃ solutio ꝑtij, & procedit opi. Host. põt dici, q̃ ẽt hoc vltimo casu vbi cessaret fraus, adhuc procedat opi. Inn. qa forte vult deferre ad locũ, vbi sperat maius lucrũ. Itẽ ex quo iste nõ erat hoc vẽditurus
a pro isto pretio [a] satis cõpensatur. † Vlt. hic quæro dicitur hic
16 q̃ non est licitũ [b] aliquid recipere vltra sortẽ ex pacto, qd si
b recipiat aliqđ seruitiũ verbale vel facti, puta mutuo tibi decẽ, vt instruas me, vel filiũ meũ, vel intercedas pro me apud Deũ, vel vt vadas ꝓ me Romã. Ray. & Gof. in eorũ summis huius ti. & sequit Cal. cõcludũt, q̃ nõ est licitũ. sed hoc intelligendũ est qñ illud, q̃ recipitur est pecunia æstimabile. vt ẽ. dixi fm Tho. nã nulla in crementa recipi debent ex mutuo,
c quocũque sint, & qualicunque. 14. q. 3. c. 1. 2. & 3. † Et ex hoc
17 infertur ad q. Doctor mutuat pecuniã scholari, [d] vt intret fẽ
d cũ, & aliàs non erat mutuaturus, nec scholaris intraturus; vel aliqs mutuauit vni, vt veniat ad molẽdinũ, vel ad furnũ. sũi. Io. Cal. dicit, q̃ si iste mutuans, recipiet aliqđ cõmodũ pecuniæ æstimabile, q̃ cõmittitur vsura. exemplũ in Doctore, qui ex cõcursu scholariũ efficitur magis famosus, & habet
e maiores eãs prę manib. vel ex hoc ampliatur sibi salariũ, [e] & ita in domino molendini, qa plurimi ꝓp hoc concurrũt. nã vere ex mutuo isti recipiunt aliquid vltra sortẽ, ideo tenetur
f ad restitutionẽ, sed eã facere debent pauperib. qa ab illis, qb. mutuauerunt, non extorserant istã pecuniã, [f] & ad hanc cõclusionẽ debẽt reduci gl. iuris ciuilis. vna est in l. fi. ff. de offi. ꝓfect. vrb. Alia in l. 2. ff. de calum. & sẽserunt, q̃ committere
g tur simonia, [g] q̃ non est verum, quia scholaris nõ vendit doctrinã Doctori; imo Doctor instruit scholarẽ; & ad hoc mutuat pecuniam, sed cõmittit vsuram fm distinctionẽ prędictam. † Vlterius quæritur nũquid sit licitũ ẽt emere [h] vt ca-
h ẽ. eius vendatur, & cõcludit post Cal. hic, & Inn. in c. 1. ne cler. vel mo. q̃ aut quis emit rem hic, vt eã integrã vendat. & principaliter inducitur sub spe lucri, & nõ licet, pro hoc bo. tex. in c. ciiciens. 53. di. & in c. qñ. 14. q. 4. Aut habet intẽtionem mutãdi in aliã forma, vt quia emerit lanã, vt inde faciat panꝑ num, vel vult deferre rem integram ad alium locũ; & tũc est licitũ, licet inducatur spe lucri, quia hic ponit labores, & industriam suã: iuxta illud dominicum. In sudore vultus tui, ve
i ẽ. pane tuo, & probatur d. c. ciiciens, & d. c. qñ. Sed tẽpore pœnitentiæ debet quis abstinere a mercimonijs. de pę. dif. 5, qualitas. Aut nõ inducitur principaliter spe lucri, sed emit frumentũ, vt abundaret cũ familia sua, vel ne ciuitas tractu temporis pateretur penuriã, qa alij extrahebant frumẽtum, & tunc licet alio tẽpore vẽdat carius, q̃ emerit, non peccat. ar. opt. hic vbi quis potest vẽdere mercẽs plus, q̃ valeant, quã
19 do dubitatur an tempore solutionis sint valituręplus, vel mi
i nus. † Dicit tamen Cal. hic vnũ notabile verbum, q̃ mihi placet, istum non euitare peccatum; qui scienter emit rem minus, [i] q̃ valeat, saltem ignorãte venditore; quia videtur decipere proximum; & sic limita illud, q̃ licitum sit cõtrahẽtib.
K de decipere vsque ad dimidiã iusti pretij, vt procedat quãdo recipia interuenit deceptio, non ex propósito [k] clericis aũt
l nõ est licitũ aliquo casu exercere huiusmodi mercimonia, [l] ad hoc c. negotiatorem clericum. 87. di. vide q̃ no. in c. 1. ne cler. vel mo. Si tamẽ indigeret, licite posset exercere aliquod opus, vt puta emere chartas, scribere libros, & vide q̃ no. gl.
m 14. q. c. canonicũ, & c. 1. de celeb mis. [m] † Vlterius q̃rit̃ mutua
20 tiⁿ tibi certã speciẽ, puta frumentũ q̃ tpe ẽctus valebat tres
n florenos, nũc tpe satisfactionis valet sex: nũqd salua cõscientia posim hoc frumẽtũ ꝓtio sius recipere, & cõclude q̃ aut ductus bona intentione tibi mutuaui, & tũc licet varietur ꝓtiũ posũ salua cõscięntia recipere, & tu teneris reddere: nã sic
o mutuaui frumẽtũ, ideo debeo recipere ẽt frumẽtũ° einsdẽ bonitatis intrinsecę. l. cũ qd. ff. si cer. pe. nã sic potuisset vilescere eius pretiũ: secus si habuissem intẽtionẽ deprauatã, qa mutuaui frumẽtũ antiquũ, vt sic postea haberẽ nouũ, & sic in meliori pretio, & de hoc per Hug. & Archid. 14. q. 4. c. fi. qs
p clericus. [p] † Vltimo posset quæri. nũquid quis teneatur restiti
21 tuere vsuras, & quicquid lucratus est ex illis, an vsuras tñ dũ taxat. de hac q. vide q̃ no. Io. An. in c q̃q. eo. ti. li. 6. & cõclusio videtur, q̃ aut lucratus est per vsurariã prauitatẽ rem germinãtem, & producẽtẽ fructũ, puta vineam; & tenetur totum restituere: qa hoc immediate ꝑcedit ex vsuraria prauitate, aut recipit pecuniã, & non tenetur restituere, nisi pecuniã: quia reliquum processit ex operib. suis, & industria nam pecunia lucrata ex vsura, nõ est apta ad producendũ aliquem fructũ. Vnde lucrum attribuitur potius personę quam pecunię, & dic vt plenius no. in prędalleg. loco per doctores.

ADDITIONES.

a ¶Pretio. D. Car. in §. ratione. in 1. q. sequitur distinct. Io. An. Sed dñ dicit q̃ si certum esset, quod venderet plus, non propter tarditatem solutionis pretij, sed qa plus recepturus erat portando ad alium locũ, contractus est licitus, licet retardetur solutio pretij. Nec obstat fm eum, si dicatur, q̃ non est licitum recipere aliquid pro interesse nisi post morã, quia cõtractus venditionis, & contractus mutui, nõ procedunt a pari, quia in mutuo omnis spes lucri est prohibita secus in alijs contractib. & ideo licet in mutuo hoc sic prohibitũ tñ secus est in casu nostro: quia licitũ est sperare lucrũ ex eo, quod plus esset consecutus, portando extra locum, & sic But. concordat cum opinione Abb. Sic. & mihi placet. Ale. de Ne.

b ¶Licitũ. An ꝓ mutuo liceat recipere aliquod seruitiũ verbale, vel facti. Et de hoc vide oio Lau. de Rodul. in tract. de vsur. in 35. q. cũ septẽ sequentib. & Per. de Anch. in repe. reg. peccati, in 8. q. princip. lib. 6. Bar. de Bel.

c ¶4. q. 3. Hoc declara, vt dixi supra eod. consuluit. in addi. quæ incipit. Vide de hoc B. Thomam. Ale. de Ne.

d ¶Doctor mutuat pecuniã scholari. Adde de ista q. Ant. Cor. fin. suis in ver. Doctor. quod incipit pro solutione. quod sing. retuli, & secutus sum in apo. ad istũ ẽ. in rub. eo. ti. nu. 4. vt intret secũ, aliàs non intraturus. Zach.

e ¶Salarium. Vtrum doctor mutuans scholari, vt intret secũ committat vsuram, dixit se dicturum in c. nauiganti. & postea non dixit. Sed de ista q̃stione vide Per. de Anch. in repe. reg. peccati venia. in 8. q. & Abb. sup. eo. ti. in rubr. vltra med. Sed vide gl. in ver. occupasse. ff. de offi. præs. vbi s. q dicit, quod qui inueniunt scholares, data pecunia, dicuntur committere simoniam. Et vide Bal. in proœ. Greg. Bar. de Bel.

f ¶Pecuniam. Ex hoc infertur, quod si doctor non speraret aliquod lucrum pecuniarium ex maiori cõcursu scholarium, sed solum hoc faceret propter honorem, hoc casu non diceretur committere vsuram, ex quo talis honor non est pecunia æstimabilis.

g ¶Simonia. Istam quæstionem format Io. An. in reg. peccatum. in vlt. art. s. in solutione argumentorum, facit ad contraria, & in fi. illius articuli hoc ponit, limitat tamen nisi ille, qui iuit ad molendinum fuisset passus damnum, quod non fuisset consecutus eundo ad molendinum alterius nam tũc debet fieri restitutio, vsque ad quantitatem illius damni, & idẽ tenet d. Car. hic, in prin. huius cap. in 7. questio. Ale. de Ne.

h ¶Emere. Et adde quod dicit inn. in c. tuam. de æta & qual. quod si donatarius, vel qui alia seruitia repetit procurat in Romana curia, beneficia ꝓ donante, vt se liberet ab illa obligatione antidorali, committit simoniã, & est simoniacus, & ibi exclamat præsertim cõtra Cardinales procurantes beneficia pro seruitorib. & familiarib. suis, quia committũt simoniã. Et refert, & sequitur Ang. in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæret.

i ¶Rem minus. Vt non liceat emere rem vilius, & vendere carius, vide quod late notaui post Ant. in c. 1. ne cle. vel mo. Bar. de Bel.
¶Rẽ minus. Vtrũ liceat emere rẽ minus q̃ valeat in foro cõsciẽtiæ, de hoc vide ꝓ latissime notaui post gl. in hoc capitul. 2. quæst. 2. Bar. de Bellen.

K ¶Non ex proposito. Et ideo dicit gl. in l. semper in conuentionalib. ff. de regul. iur. quod quamuis licitum si contrahentib. se decipere, tamen non conuenit bono viro.

l ¶Mercimonia. Vtrum clericus liceat mercantiam exercere, vide quod de hoc notaui post Ant. in c. 1. circa prin. ne cle. vel. mo. Bar. de Bel.

m Celebr. mis. Cui iũge gl. 24. q. 3. in h. sũmę, & de isto ar. an liceat emere rẽ, vt charius vendatur, & an mercantia sit licita in clericis, vel in laicis. Vide de hic D. Car. in §. ratione. in 3. q. & ẽctha. 2. 2. q. 77. art. 4. Ego vero plene dixi in c. 1. ne cler. vel mo. vbi alij doct. tangunt. Ale. de Ne.

n ¶Mutuaui. Vide ad hãc materiã Ale. cõsi. 75. inci. diligẽter ispecto. in 2. vol. vbi tãgit, an sit licitus ẽctus, vẽdere frumẽtũ hoc pacto, q̃ detur ꝓ cium quãti valebit in mẽse Maij, & nũquid si do pecuniã, vt reddas quinque pro centenario sit vsura, vide Soc. tenentẽ, q̃ non, in l. 2. in princ. ff. si cer. pet. Sed contrariũ concludit Abb. in con. 114. incip. in q. mouẽda 2. vol. & in consi. 74. inci. videtur in 1. vol. Are. in consi. 151. inci. viso themate.

o ¶Mutuaui. Vtrum contractus sit licitus quando datur frumentũ ad reno uandũ. de hoc vide latissime Laur. de Rodul. in trac. de vsur. Bar. de Bell.

p ¶Frumẽtũ. Vide Io. de Im. consi. 25. vbi quęrit q̃dã mutuauit frumẽtũ cũ pacto, q̃ debitor teneatur illud reddere, quando creditori placuerit, cõsuluit q̃ est vsura. assegat, q̃ voluit Io. Cal. Vbi vide omnino. And. Barb.

p ¶Clericus. Ibi Hugo dicit, quod non est vsura. nam tenetur recipere etiã si esset maioris æstimationis tpe solutionis. Ratio est secundum Io. Cal. si esset maioris æstimationis tpe solutionis. Ratio est secundum Io. Cal. qa in mutuo debet res restitui eiusdẽ bonitatis in qualitate intrinseca,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff.si cer.per.l.eum quid.sed non est necesse, quod sit eiusdem æstimationis:imo si actum fuit quo tempore redderetur, illius temporis habetur ratio,quoad æstimationem; aliàs habetur ratio temporis quo fuit petita res in iudicio,vel extra iudicium,vt in l.vinum. ff.si cer.per. Sed Ioan. Cal.refert quosdam distinguere,de qua distinctione facies tres casus.Primus est qñ non est verisimile ,quod res sit futura pretiosior tpe solutionis,vel probabiliter dubitatur,& tũc bonũ est,q̃ inspiciaſ æstimatio tpe solutionis , vel tempore moræ ipsius debitoris , vt in d.l.vinum , & pro hoc bene facit iste tex. Secundus casus est quando non est verisimile,quod res erit pretiosior tempore solutionis,& creditor non erat rẽ, puta vinum,aut frumentũ seruaturus,sed cõsumpturus,& tunc est vsura. Tertius quando erat seruaturus , & tunc creditor aufert libertatem debitori se liberandi,& tunc est vsura . Nam hic,& in casu præcedenti, creditor voluit se exonerare,& debitorem onerare, aut talem libertatẽ non aufert debitori,& tunc non est vsura,imo posset creditor mereri,si bona intentione ante terminum requirit debitorem, vt soluat ne oneretur,secus si haberet intentionem corruptam, vt quia dicit, quod potest vsque ad terminum retinere,vt se à dominio releuet,licet non auferat libertatem se liberandi ante terminũ.Nã tunc licet nõ sit vsura,tamen peccat,& hæc distinctio secundum Cal.utitur magna æquitate , laltem in foro pœnitentiali.Sed D.Card.in §.ille.dicit,quod tunc tantum excusatur mutuans,qñ verisimiliter dubitatur,an tẽpore solutionis res sit plus vel minus valitura,aliàs secus,ne detur via fraudib.& mouetur per istũ. Sed ego credo,quod distinctio supradicta sit tenenda,nec obstat iste tex. quia loquitur in contractu emptionis,in quo propter terminum vendi tur res plus,quam valeat. vel emitur minus quam valeat, sic etiam loqui tur in c.in ciuitate.supra eod.secus quando mutuo frumentum,vel vinũ, vel aliud simile,& do terminum debitori ad soluendum, nam ipse debitor obligatur ad tantũdem eiusdem bonitatis,& potest ante terminum se liberare.Sed pro concordia potest sic dici,quod aut apponitur certus terminus,ita q̃ ante terminum debitor non potest soluere, & ita demũ excusatur mutuans, quando est dubium vtrum res , quam mutuauit sit plus vel minus valitura per istum tex. & in c.in ciuitate. Aut debitor põt quandocunq; se liberare.& hoc casu puto conrractum licitum,cum debitor possit se liberare, soluendo ante terminum . hoc tamen intelligo, nisi mutuans, priuatam habeat intentionem , vt quia mutuaret sub spe recipiendi rem,quam mutuauit,qñ erit maioris valoris . Vnde tene distinctionem prædictam.Sed quid de eo qui mutuat pecuniam eo tempore quo frumentorum,vel vinum est charissimum,& facit pactum,q̃ certo tempore reddatur ei tantum frumentum,quantum tempore solutionis haberi poterit pro illa pecunia, sed tempore solutionis frumentum minus valet.Hugo,& Arch.14.q.3.si quis clericus.dicunt, quod licet creditori recipere plus frumenti in quantitate: ex quo est minoris æstimatio nis,quam tempore mutui.Et est ratio, quia censetur vendidisse frumentum,& pecuniam mutuasse gratis cum hoc, vt tempore solutionis reddatur in frumento. dicunt tamen quod in hoc actu ; posset interuenire peccatum,secundum pravam intentionem mutuantis, Ale.de Ne.

De crimine falsi. Rubrica.

Quia inter cętera præcepta legis diuinæ continetur,non furtum facies,nõ falsum testimonium dices , & supra visum est de furto, item de vsura, quæ est quædam species furti , & ideo competenti ordine annectitur de crimine falsi. De materia habetur in decretis,in c.in memoriam.19.dist. & 11.q. 3.quisquis.4.q.3.c.si testes.§.qui falso.

SVMMARIVM.

1 *Falsum committit testis,non solum si dicit mendacium,sed etiam si veritatem occultat,si super eo fuit interrogatus, vel iurauit dicere veritatem,in tota causa.3.4.*
Testis falsus lædit Deum,iudicem,& partem.
2 *Delinquens si ex eodem delicto læsit plures personas,debet omnibus satisfacere.*
4 *Veritatem tacere regulariter non est peccatum,nisi adducatur in testẽ, vel ex officio teneatur ipsam dicere.*
5 *Testis committens falsum , potest puniri extraordinarie per iudicem, durante causa super qua commisit falsum, causa vero finita , non põt ordinarie , formando contra eius processum , & ista pœna ordinaria non tollitur ex eo,quod fuit extraordinarie punitus.*
6 *Testis qui deposuit falsum,potest & ciuiliter, & criminaliter condemnari,nec vna tollit aliam.*
7 *Testis, qui deposuit falsum , punitur pœna falsi ; licet eius testimonium non habuerit effectum.*
8 *Sententia lata per falsas probationes,an teneat,& vsque ad quantum tempus possit retractari.*
9 *Testis falsum deponẽs,põt puniri per ordinarium, & an per delegatum.*
10 *Clericus deponens falsum,deponitur,& detruditur in monasterium..*
11 *Testis si recipit pecuniam, vt non dicat testimonium,punitur pœna falsi,idem si capit pecuniam, vt dicat verum.*

CAP. PRIMVM.

a 1 Alsidicus. a †Testis falsidicus tres lædit, Deum,Iudicẽ,& partẽ, & falsus est non solũ,qui mẽdacium dicit , sed etiam, qui veritatẽ occultat.h.d. secũda pars,ibi,vterq;. Casus literalis.Testis qui falsum testimonium dicit,trib. personis est obnoxius . Primum Deo cuius præsentiã contemnit:Secũo iudici, ęqu mentiendo fallit .Postremo innocenti,quem falso testimonio lædit.Item ille, qui veritatẽ occultat,reus est; & qui mendaciũ dicit : primus nõ vult
2 prodesse,secundus nocere desiderat.Ber.†No.1.ex tex.codẽ delicto potest quis lædere plures personas,& omnibus tenetur ad satisfactionem b facit quod legi.& no.in l.nunquam.
3 ff.de priua.delic.& in c.parochianos,de sen.excõ. † No.2.q̃
c testis dicitur falsus , & tenetur de falso , non solum c qñ dicit mendacium;sed ẽt qñ occultauit veritatem, d & hoc intelligo qñ interrogatus super tertio articulo dicit se nihil scire, vel qñ iurauit dicere puram,vel meram veritatem,& multa subticiuit,vt in c.cum dilecti, ẽ.de accus. secus autem vbi non iurasset,vel non fuisset interrogatus,vt in præal.l.nunquam.ff. de priua.delic.tunc.n.non tenetur,si non dixit veritatẽ,quia testis non debet esse verbosus,satis.n.est;q̃ respõdeat ad in-
4 terrogata.† Tertio no.q̃ quis peccat, & tenetur celando veritatem,quod intellige, secundũ Inn. qñ assumpsit officium testificandi , vel aliàs tenetur ex officio dicere veritatem, vel cum aliàs veritas haberi non põt; tacere aũt veritatem non est peccatum.22.q.2. in c.ne quis arbitretur . Vltimo potest colligi ita præsumendũ contra eum: qui nocuit, sicut cõtra
5 eũ,qui potuit prodesse,& noluit.† In gl.2.hæc gl.tria intellige & primo,q̃ testis falsus,puniri põt dupliciter.primo extraor-
c dinarie,cã durãte.secũdo ordinarie pœna falsi, cã præfinita, & declara hunc articulum latius, q̃ aut causa non est finita, aut est finita.primo casu , potest puniri per ipsum iudicem non inchoando contra ipsum processum de nouo extraordinarie,secundũ q̃ sibi videbitur. Sed ista punitio non tollit punitionẽ ordinariã, quæ poteri fieri per legẽ Cor. de fal.vt no.Cy.in l.nullũ.C.de testi.Spe.in ti.de teste.§.1.ver.sed numquidper pœnam,& vide gl.in c.presbyteri.5.q.fi.& præalle.c. ne quis arbitretur.finita vero causa, non põt amplius puniri,q̃ ordinarie:qa cũ ista pœna veniat accessorie ad causam principalẽ,& p sententiã finitũ sit officiũ indicis , tollitur hęc potestas,quæ veniebat accessorie.l.4.C.depoſi. & c. cum appellationib.de appel.lib.6.sed nec poterit puniri, nec accusari duntaxat.l.Cor.de fal.† Et si quæratur quæ pœna sit imponenda falso testi.Concludo,q̃ aut agitur ciuiliter,aut criminaliter.primo casu tenetur ad satisfactionem , inquantum
f sit.l.qui nomine.ff.de fal.& ar.hic, poterit ẽt postea accusari criminaliter,& est differentia inter liberum,& seruum. nam liber deportatur,& eius bona publicantur.[f] Seruus vero punitur vltimo supplicio,de quo,in l.1.§.fi.ff.co.Sed si executa facta in causa criminali,nõ põt retractari , tũc punitur tota
g pœna talionis.[g] l.1.§.1.ff.ad l.Cor.de fal.& fin prædicta intelligo,no.2.q.3.in fum.& 33.q.5. hæc imago.& in c.ad falsitatẽ
7 rũ,j.co.†In ea.gl.ibi,& si conatus non habuit effectũ,nõ obne gl.q̃ testis põt puniri de falso,licet testimoniũ suũ non habuerit effectũ,puta quia ex aliquo alio facto non valuit, vel quia aduersarius melius probauit ; & sic iudex nõ fuit secutus dictũ huius falsi:rõ est quia per hoc non releuatur, quin commiserit falsum,& intellige hoc dictum,qñ dixit falsum in forma testimonij:licet ex aliquo actu,vel facto extrinseco,non valuerit dictũ eius,secus aũt vbi nõ dixisset in forma testimonij,vt qa solũ corã notario,nõ præcedente mãdato iudicis, nã tũc põt dici falsus testis,& de hoc articulo dic,vt plenius.

ADDITIONES.

a ¶Falsidicus.Vide Fel.declarantem.& limitantem,in c.sicut,ver.non obstat supra,de re iud. Seb.Sap.
b ¶Satisfactionem. Tamen quoad Deum committit vnicũ delictum,de quo vide gl.in c.virginib.27.q. Ale.de Ne.
c ¶Non solum.Non solum est falsus testis,qui falsum deponit,sed & ille qui verum supprimit.Et est valde no.secundum Bal.in l.presbyteri,C.de epi. & cle.idem Bal.in l.vbi exigitur.§.dol.ff.de eden.quod omittendo, non mittatur falsum à teste,& tabellione,sicut falsum exprimendo. Item dicit Bar.in Auth. de test. p gl.de quo dicit haberi,in l.2.in auth.presbyteri,C.de epis.& cler. Vnum no.pro defensione istorum rusticorum delinquentiũ falsum,quod rusticus deponens falsum testimonium,non debet puniri de falso,nisi appareat , quod ex malignitate falsum deposuerit, quia præsumitur potius ex simplicitate dixisse, & propterea debet magistratus index aduertere ita no Ang.in §.& licet.in Auth.de test.habetur.Io.An.in c.cũ Io. heremita,de fi.instr.Et hoc procedit in istis rusticis vulgaribus, & simplicib.secus autem in rusticis sagacib.nam quidam sunt magaces, secundum gl.in Lathletæ.§.de rusticis.ff.de excusa.turo.
d ¶Veritatem.Vide multum congesta per Iaſ.in l.prælectiones,in 2.no.C. contra ius,vel vtili.publi.per Fel.in c.2.supra,de testib.cogen.ver.veritatem autem testis. Seb.Sap.
e ¶Præfinita.Vide Iaſ.in l.1.§.qui mandatũ.ff.de oſt.eius,cui man.est iurisdictio Deci.in c.præterea.supra de oſſ.deleg. Seb.Sap.
f ¶Publicantur.Hoc verũ est in hoie nobili,vel posito in dignitate, plebeus .n.dãnatur in metallũ,vt in l.fi quis aliquid,§.qui.ff.de cri.fal. Ale.de Ne.
g ¶Pœna talionis. Adde Bal.in l.presbyteri,C.de epi.& cle.vbi subiungit etiam quod eadem pœna punitur potestas compellens testem ad dicendum falsum,quod est no.secundum eum.allegat Bar.ita tenere.in l.1.§.1.ff.ad leg.Cor.de fic.Subiungit etiam quod potestas non admittens defensionem veritatis iuris,perinde punitur,ac si non admitteret defensionem veritatis occultatæ.Et est no.secundum eum.Quid autem in eo,qui vt veritas occultetur,non vult comparere,qualiter punietur? vide Bal.in l.presbyteri,C. de epi.& cle.vbi dicit, quod punietur criminaliter pœna criminis læsionatus,& ciuiliter parti tenetur,vel R.cip.per actionem de dolo.

no.per Ioan.An.in reg.non est sine culpa.de reg.iur. lib.6.in
3 mer.& per Bar.in l.si quis legatum.ff.de fal.& in fin. glo.†De hac materia,& quando teneat sententia lata per falsas probationes,& vsque ad quantum tempus retractari possit,die vt plene no.in c.licet,de proba.& per Io.An.in c. cũ venerabili de excep.& per Bar.in l.diuus. ff. de re iudi. & l.qui agnitis.ff. de excep.In glo.in ver.lædit,in fi.intellige glosſ.prout dixi in
9 gl.præced.†Sed hic quæritur quis est competẽs iudex habẽs merũ,& mixtum imperium,& nõ est dubiũ talem posse punire testem ordinarie,& extraordinarie,vt ẽ. dixi. aut est iudex habens iurisdictionem in ciuili tantum ; & tũc quidam dicunt,vt nor.in l.diuinis.ff.de fal.q̃ debet remittere eum puniendũ ad iudicem propriũ.Sed opi.verior videtur vt possit
a eũ punire extraordinarie.pro hoc tex.in l.nullum. præalleg. & sentit Spe.in tit.de teste.§.1.ver.sed nunquid iudex. & hæc procedũt in ordinario.[a] delegatus vero nõ ponit,sed remittit eum puniẽdum ad ordinariũ.Sed Inn.in c.pe.j.de pę.aliter sentit.Spe.in tit.de teste. §. 1. ver. sed quid de legato. & ibi Io.An.distinguit inter delegatum a principe,& inferioris, vt
b ti,[b] †Item quæro qualiter punictur testis clericus , q̃ falsum testimoniũ dixit.Sol.vide bo.rex.in cap.si episcopus.50.di.nã
10 debet deponi,& detrudi in monasteriũ ad agendũ pœnitentiam,pro hoc facit c.cum nõ ab homine,de iudi.& c. tuæ.j.
11 de pœnis.† Vltimo quæro quid si testis recepit pecuniam, vt non diceret testimoniũ,vel vt dicat verum testimonium, c dic quod tenetur pœna falsi,vt in l.1.ff eod.vbi per Bart.[c]

ADDITIONES.

a ¶Ordinario.Sed Bar.in l.diuus.ff.de fal.dic ita,quod ille potest de falsitate puniri,qui a iure per potestatem puniendi , aliàs debet remitti ad maiorem iudicem,vt dicit tex.in d.l.diuus.Sed But.hoc intelligit quãrum ad pœnam ordinarie imponendã.Nã pœnam extraordinariã potest imponere etiam iudex habens iurisdictionem in ciuilib.tantum,vt d.l.nullum,C.de testi. & allegat no.per Spec.in tit.de teste,§.1.ver.sed nunquid iudex ex officio,& sic dicit intelligendum Inno. Ale.de Ne.
b ¶Ignoti.quid si testis deponit falsum coram arbitro, dic quod non punier eum,sed remittet eum puniendum ad iudicem competẽtem , hoc tenet Spe.ti.de teste.§.1.ver.quid de arbitro , & sic etiam extraordinarie non poterit punire,& hoc tenet hic But. Ale.de Ne.
c ¶Bart.Et pro hoc Bar.dat ibi cautelam,quod si aliquis facit qđ testes non veniant ad deponẽdum testimonium,quod accusator faciat processum contra testes,quod acceperunt pecuniam ob testimonium non dicendũ quia tunc poterit eos condemnare l. Cornelia,de falsis, & huius timore dicti,venient ad testificandum. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per falsas literas,non debet executioni mandari.*
2 *Merus executor sententiarum, potest admittere exceptionem nullitatis oppositam contra sententiam,ne mandetur executioni.*
3 *Suffectus de falso.potest detineri & capi,donec constet de veritate.*
4 *Sententia lata per falsas literas,nunquam poterit mandari executioni sine temporis præfinitione.*
Sententia lata cum falso , procuratore , nunquã mandatur executioni.
Sententia ex falsis probationib. potest intra certum tempus retractari.

CAP. II.

a 2 1 Vper eo. a † Sententia lata per falsas literas,nõ debet executio ni mãdari.h.d.Primo cõmendat eũ,cui scribit de præterito.secundo instituit eũ de futuro,ibi,mandãtes.Casus liter . Quædam sententia fuit lata authoritate falsarũ literarũ , ille, p̃ quo lata fuit, ipetrauit executionẽ faciẽdã p eũm Vigorien.ille citatis partib.vt sniã executioni mãderet,oppositũ fuit corã illo,q̃ sententia illa lata esset per falsas literas.episcopus literis vitis,noluit eam executioni mandare,cũ essent falsæ.cõsuluit Papa, & ipse commendat ipsum,q̃ noluerit sententiam illam latã per falsas literas mandare executioni, præcipiens vt quoties aliqua scripta sub nomine Papæ redarguẽda viderit nullam eis fidem adhibeat,nec obseruet q̃ per ipsas mandatur , sed
2 cum,qui præsentauerit illas,detineri faciat diligenter . Ber. †No.1.q̃ merus executor potest admittere exceptionẽ nullitatis , ad effectum differendi executionem, eamque referẽ-
3 di ipsi superiori.de qua materia plene no.in c. olim, de reiu. & ſ.pastoralis,in §.præterea,& ſe.de offi.delega.†Item no.q̃
b suspectus de falsitate,potest capi.[b] & detineri,donec reperta
c fuerit veritas.de quo in c.memoriam.19.di.[c] †In gl. ibi tẽpo
4 ris præfinitione.tene perpetuo menti gl.& multũ allegatur, q̃ sententia lata per falsas literas delegatoria,potest retractari sine præfinitione temporis.Idem est in sniã lata cum falso
d procuratore,[d] vt in c.nostra.de procura.secus vbi iudex habebat aliàs iurisdictionem , sed probationes fuerunt falsæ , quia tunc ad agendum de falsitate tempora sunt limitata. de quib.per Io.An.in cap.cum venerabilis.de excep.In gl.2. ibi,de cætero.& plene de materia per Bar.in l.a diuo pio. de re iud.& in d.cap.pastoralis.

ADDITIONES.

a ¶Super eo.Pro intellectu huius decre.vide omnino Arch.in c.in memoriã 39.di. Bar.Bellen.
b ¶Potest capi.Adde hic,q̃ licet lex.loquatur de præsentatione facta ordinario:dicas q̃ idem debet facere ordinarius ad mandatum delegati.Ita dicit Arch.in c.in memoriam.10.di.ar.c.1.& c.præterea.de of.dele. Bar.Be.
c ¶19.dist.Et dicit hic But.q̃ licet ex rescripto falso nõ nascatur iurisdictio, tamen nascitur potestas capiendi,& sic iudex nominatus in falsis literis, poterit capere impetrantẽ,alle.no.in cle.1.de rescr.sed illa cle. loquitur quando rescriptum,q̃ ipso iure nullũ est,emanauit vere a sede apostolica.sed iste loquitur in rescripto falso,q̃ nõ emanauit a sede apostolica, tñ Inn.& Host.idem tenent,dicentes,q̃ delegatus põt istos facere capi, & q̃ ad mandatum delegati,ordinarius hos capit,etiam si fiat clerici,vt in c.si clericos.de sen.excõ.li.6.Sed Io.Cal.cũ quo trãsit D.Car.dicit.q̃ aut delegatus est impetratus per literas subreptitias, & tunc potest mandare ordinario, sicut etiã in expẽsis potest cõdemnare,vt in c.fi.de rescr.& in cle.1.eo.ti.Aut litera est falsa,i.nullo modo fabricata,i.non emanauit a cancellaria;& tunc ille vi debatur dari delegatus , & non potest hoc mãdare ordinario,sed bene significare,p̃ ea q̃ no.in c.super literis.de rescri.vbi D.Card.remittit sed ad illud,q̃ ibi dixit in 10. q. Ego puto opi. Inn.& Host.q̃ videt sequi Io.An.& But.esse veriorẽ per istũ tex.q̃ dat authoritatẽ capiẽdi ei qui videtur in literis falsis dari delegatus. Vnde sic dicerẽ.Aut quæris nunquid is qui videtur dari delegatus in falsis literis posit in expensis condemnare talẽ.qui tales literas fabricauit,& aduersariũ in iudiciũ traxit,vel aliã iurisdictionem, & dicendũ est q̃ nõ , quia nulla fuit attributa sibi iurisdictio,sed censetur persona priuata , secus si literę essent surreptitiæ,& quia tunc haberet iurisdictionẽ in accessoria,licet non in principali causa,& poterit condemnare impetrantẽ in expensis,vt in c.fi.de rescri.etiam si tales literæ essent iure nullæ,vt in cl. 1.eo.ti.Aut quæritur nũquid possit facere capitalem falsarium, & puto q̃ sic,per istum tex.Dato ergo.q̃ nõ habeat iurisdictionẽ ex vi literarũ, habet tamẽ potestatẽ capiendi ex iurisdictione a iure tributa,vt hic probatur.vnde etiã potest mandare ordinario,quod ipsum capiat.In quantum autem supra dixi,quod etiã clericus potest capi , dicit quod is,qui videbatur dari delegatus,potest ipsum facere capi per iudicem ecclesiasticum,nõ autem per iudicem laicum,vt in c.3.§.1.de sen.excom.de quo videbis eo.ti.vt famæ.& c.fi clericis.eo.tit.in 6. Ale.de Ne.
d ¶Cum falso procuratore.Adde,quod etiam post talis sententiæ executionem,potest sententia declarari nulla,& retractari executio ita multum notabiliter voluit Inn.in c.ex insinuatione.in fua gl.in ver. sententia,supra de procur.Et quod hic dicitur de procuratore,intellige de procuratore actoris,non rei,vt no.Ang.in l.fi tutor.in quib.cau.in integ.rest.

SVMMARIVM.

1 *Clericus falsificans sigillum principis deponitur, & aliquo signo in facie eius posito mittitur in exilium.*
2 *Degradatio actualis eximit clericum a potestate iudicis ecclesiastici;degradatio autem verbalis quæ est depositio,secus.*
Degradationis appellatione,venit aliquando depositio.
3 *Episcopus põt mittere suos clericos in exiliũ,ne veniãt in eius diœcesim.*
4 *Pœna corporalis,ex qua possit verisimiliter expectari pœna mortis,est pœnitus prohibita,ne per iudices ecclesiasticos imponatur.*
Faciens carcerari clericum,& ei minuere cibum,& potum , non euadit pœnam irregularitatis si talis clericus moriatur.

CAP. III.

1 2 A Daudientiam . † a Clericus falsificans sigillũ , charactere imprimitur,& in exilium mittitur.h.d.Communis diuisio,secunda ibi,fraternitati.Casus lite . Quidam clerici falsificauerant sigillum Regis Franciæ , episcopus quidam posuit eos in carcerem,significauit hoc domino papæ , postulans qualiter essent puniendi.Respondet papa,quod nec mẽbrum eis abscindi faciat,nec pœnam infligi corporalem,per quam mortis periculum incurrere possent,sed eis a suis ordinibus degradatis,in signum maleficij,aliquem characterẽ imprimi faciat,p quẽ inter alios cognoscãtur , & prouinciã eos abiurare cõpellat.Ber.†No.1.ex tex.tres pœnas infligendas clerico falsificanti sigillum principis.Prima est degradatio,& intellige de depositione verbali:nã : & illa degradatio, est:nã si caperetur ,p actuali degradatione,relinqueretur iudici ſeculari,& afficeretur pœna mortis,vt in c.degradatio, de pœn.li.6.sed hic post degradationẽ,remaneret sub ecclesia,vt patet ex impositione alienarũ pœnarũ.Et ex hoc infertur,q̃ appellatione degradationis,qñque intelligimus de depositione verbali.Secũda pœna est alicuius characteris impressio , vt sic possint isti clerici inter alios cognosci , vt alij magis terreãtur,& dicũt doctores hic,& bene , q̃ ista pœna nõ est regulariter infligenda per ecclesiã , qa periculosa,sed
b est specialis in odiũ maleficij:idẽ sentit gl.hic.[b] Tertia pœna est exi-

ADDITIONES.

a ¶Ad audientiam.Vide quod plenissime scripsi in tex.in c.olim.de rescrip. Bar.de Bellentzi.
b ¶Hic.Ego tamẽ putarem,quod si ex tali charactẽris impressione,nõ esset aliquod periculum,quod etiam pro aliis criminibus posset infligi, quia illa pœna corporalis est interdicta ecclesię,ex qua periculum mortis,vel mutilationis põt sequi , vt hic,& ſ. de raptu,in archiepiscopatu. & dic,q̃ talis impressio caracteris potest fieri in facie , propter odium criminis,fm Io.An.& But. & probatur in hoc tex.ibi , vt ab aliis cognoscãtur,& hoc tenet,licet Inno.titubet,quod D.Car.teneat,quod non descãtur,& hoc tenet,licet Inno.titubet,quod D.Car.teneat,quod non debeat imprimi in facie,ne cõtradicat iuri ciuili.sed tene opi.Io.An.& Bubeat imprimi in facie,ne cõtradicat iuri ciuili.sed tene opi.Io.An.& Bu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est exiliũ,& sic not;quod ecclesia habet pœnam exilij.con-
3 concor.cap.fin.supra. de calum.† Et ex hoc not. quod eps
poteſt clericum compellere ad abiurandam diœcesim suã,
vt nunquam amplius illam intret ; sed debet exulare. Et de
multiplici specie pœnarum,vide Inn.in c.qualiter , & quan-
4 do.2.de accu.† Secundo no. q iudex ecclesiasticus non dẽt
a imponere pœnam corporalem,[a] ex qua possit verisimiliter
b sequi pœna mortis,& est iste tex.no.cõtra aliquos prælatos[b]
qui clericos mancipiant in durissimo carcere, diminuentes
adeo cibum,& potum , vt in breui tempore cogantur expi-
rare: nam certe tales prælati non euadunt pœnam,irregula
ritatis:nam vi pene extinguuntur,& emittunt animam.licet
enim prælatus possit moderate diminuere cibum , & potũ,
sicut agentes pœnitentiam faciunt,vt in c.nouimus. de ver.
sig.non tamen adeo , q inde possit sequi pœna mortis , pro
hoc bo.tex.in d.c.nouimus, & vide quod no. Io. de Lign.in
cle.1.de pœn.& remiſ.vbi idem ad literam tenet.

ADDITIONES.

a ¶Pœnam corporalem. Vide Bal.in l.de pecoribus.& quæ ibi no. C. ad l. Aquil. Aod.Barb.

b ¶Aliquos prælatos. Nota contra prælatos ita extenuantes vitam clericis carceratis.vt faciant eos expirare,&c.Adde quod no.idem Abb.in c.cũ non ab homine.de iud.& vide quod no.ibi Ant.& vide eundem Abb.in cã nobis, de apost.& adde Ant.in c.qualiter,& quando,el 2. de accu.& plus dicit sing.Io.de Imo.in cle.1.de pœ.& rem.in fi.quod officiales de putantes clericos tali carceri, sunt irregulares, si inde sequatur mors. Et idem quod Abb.hic,tenet etiam Bal.in l.de pecorib.in fi.C.ad l.Aqui. & Bal.& Sal. in l.transigere.C.de transac. pro quo faciunt quæ in simili scribuntur per Mod. post Abb.in c.nuper,circa prin. de sent.excõicatio.

SVMMARIVM.

2 *Excommunicatio non fulminatur per ista verba,statuo sub pœna excõmunicationis,etiam si proferatur per Papam.*

2 *Literas Apostolicas non potest quis recipere in curia ab alio , quam à Papa, vel eius officialibus ad hoc deputatis , sub excommunicationis pœna,quæ incurritur ipso facto.& si vero extra curiam,tunc secus, vt infra.num.7.*

3 *Commodatarius si remiserit rem commodatam per non idoneum , qui rem illam asportauit,tenetur:secus si elegerit nuncium fidum.*

4 *Excommunicatio potest pro eodem facto frequenter innouari.*

5 *Rescriptum ab excommunicato impetratum , est ipso iure nullum , nisi fuerit impetratum in causa absolutionis ,vel defensionis .*

6 *Literas ad lites non potest quis pro alio impetrare,nisi habeat speciale mandatum,idem ad beneficia.*

8 *Amicus potest impetrare literas ad beneficia pro amico , sine speciali mandato .*

Excommunicatio incurritur ipso facto per ista verba , excommunicationi subiaceat .

9 *Omnis excommunicatus est suspensus; vnde absolutus ab excommunicatione,censetur absolutus à suspensione, nisi fuerit citra excommunicationem etiam suspensus.*

10 *Literas falsas habens , si ipsas intra viginti dies non destruat, vel resignet , incurrit excommunicationem , cuius absolutio reseruatur soli Papæ.*

CAP. IIII.

a DVra sæpe. [a]Existens in curia,literas Aposto
licas non recipiat , nisi de manibus Papæ,vel officialium ab ipso deputatorũ.per-
sonæ tñ solẽnes per nuncios recipere poterunt,
de manibus tñ prædictorũ.contrafaciens,si laicus est,excõi
cationi subiaceat,si clericus est,ab officio,& beneficio depo
natur.h.d.vsq; ad §.adijcientes.& ille §.hoc dicit.Per excõica
tionis pœnam,prouidet contra non resignãtes,nec destruẽ
ter literas falsas intra 20.dies. & absolutio Papæ reseruatur,
& contrafactum non tenet.vel sic & breuius.prima pars pu
rit non recipientes literas de manibus Papæ , vel officialiũ.
secunda punit nõ destruentes literas falsas, & per hoc patet
diuisio,& secunda ibi,adijciẽtes.Casus lit.Quia clerici,& alij
recipiebant literas Apostolicas in curia à quibuscunq;,pro
pter quod falsitatis periculum imminebat,statuit Inno. sub
pœna excõicationis,& suspensionis ordinis , & beneficij, di-
strictius inhibendo,ne aliquis apud se.Apost.literas Papæ re
cipiat,nisi de manib.illorum qui ad hoc officiũ , de manda-
to do.Pa.sunt deputati. Si vero persona tantæ fuerit authori
tatis , vt debeat per nuncium literas recipere , nuncium ad
cancellariam mittat idoneum,per quem literas recipiat,iux
ta modum prædictum.Si vero aliquis huius mandati trans-
gressor extiterit,si laicus fuerit,excõicationi subiaceat.Si cle
ricus beneficij sui,& officij suspensione damnetur.Statuit ẽt
vt prælati ecclesiarũ,generalem ferant sniam,quã per singu
las parochias frequentius faciãt innouari. q si quis falsas li-
teras se habere cognsceit.intra 20.dies illas,aut destruat, aut
resignet,si pnã illam voluerit euadere, quam sniam nullus
relaxare præsumat sine speciali mandato Papæ, nisi in mor-
tis articulo,& si absolutio cõtra hoc præsumpta fuerit, nul-
1 lã obtineat firmitatẽ.Ber.† No.primo ex tex. q per hæc ver-
ba,statuo sub pœna communicationis,& suspensionis,& c.
non fertur excõicatio,vel suspensio, ipso facto , etiam si ipsa
verba fuissent apposita in principio;tñ Papa postea pœnam
2 ingerit,& respectu suspensionis,dicit eam imponendam, q
facit ad ea,q̃ dixi,in c.vnico,de sagit.† Secundo no.ibi, apud
sedem Apostolicam,&c.quod recipientes literas per alium,
non existentem apud sedẽ Apostolicã, non incurrunt ista
3 pnã.Ista ergo pœna afficit existentes in curia,recipientes li-
teras ab alio, quam à manibus Papæ , vel officialium suorũ.
& sedes Apostolica dicitur ibi esse,vbi est Pa. & curia sua.ad
b hoc c.ego N.& quod ibi no.de iureiu.[b] † No.3. ibi idoneũ,
3 q is qui tenetur per se aliquid facere, si facit per nuncium,[c]
c debet eligere idoneũ; aliàs factum nuncij sibi imputatur, &
ideo si remisisti librũ tibi cõmodatũ per nuncium non ido
neum,illo librum asportante,tibi imputatur mittenti, & nõ
domino;secus si elegisti nuncium verisimiliter idoneum,vt
d l.eũ qui,cũ l.seq.ff.de cõmo.& in c.significante.de pigno.&
quod ibi no.facit,quod no.gl.in c.presbyteri.95.dist.[d] † Vlt.
4 no.q excõicatio,potest pro eodem facto frequenter inno-
5 uari.† In gl.2.in fi.die melius,vt habetur in ca. 1. de rescript.
lib.6. vbi ponitur regula. q rescriptum ab excommunicato
impetratum,est ipso iure nullum, nisi in causa absolutionis,
e vel defensionis,[e] de quo ibi.† In glo.in ver. excõicato , in fi.
6 no.q finis videtur contrariũ principio.& Inn.dicit, q requi
ritur sententia.contrariũ tenet Gof.& Hos.Sed circa hoc fic
conclude,q aut requiritur nũquid quis possit impetrare lite-
teras per aliũ,& tunc aut ad lites,aut ad beneficia, si ad lites,
oportet q impetrans habeat speciale mandatũ , vt in c.nõ-
f nulli.de rescr.[f] & in hoc casu non loquitur hoc c.vnde quã-
libet cuiuscunq; qualitatis sit,põt per alium impetrare lite-
ras ad lites,dando sibi speciale mandatũ,vt in d. c.nonnulli.
Idẽ in literis ad beneficia,imo illas potest impetrare amicus
pro amico,sine aliquo mãdato,vt no.gl.in d. c.nõnulli,& in
d.c.ad aures.c.ti.& ad hoc sumus extra terminos huius cap.
7 † Aut queritur nũ quis possit recipere literas ab alio,q̃ à ma
nib.Papæ,vel officialiũ suorum ad hoc deputatorũ.Et distin
gue,q aut iste est in curia,& nõ debet, & iste est proprie ca-
sus huius cap. vt patet ibi,ne quis apud sedem apostolicam
&c.Si vero est extra curiam, tunc potest recipere literas de
manibus alterius quam Papæ,puta amici;sed ille, qui existit
in curia,non debuit recipere literas de manibus alterius , vt
hic in tex.in ver. quis,&c.Siue ergo impetret pro se,siue pro
alio,dẽt literas recipere de manib.Papæ,vel officialiũ,& hoc
sit,quia antiquitus multũ falsabãtur literæ apostolicæ in cu
ria;& falsantes dicebant se à Papa eas impetrasse, & sic non
8 loquitur tex.in terminis huius gl. † An autẽ contrafaciens
sit excõicatus ipso facto.gl.& doct.variant.sed dic,q per hæc
verba,excõicationi subiaceat,fertur sententia,ipso facto.nã
ex proprio significatu verborũ,non requiritur actus iudicij &
pro hoc c.si quis suadente.17.q.4.& no.in c.vnico. de immu-
g lib.6. [g] † In glo.in ver.euadere.ibi, tamen aliam sententiam
9 domini Papæ,&c.dic melius,quod ea. ad falsariorum, intra
eodem excommunicat falsantes literas per se, vel per alium
scienter ; sed si quis habet literas falsatas per alium, & eas
non vtitur,non haber locum illud capitulum , & in hoc ca-
su habet locum iste tex. dum dicitur, per hominem debet
fieri excommunicatio. vnde punitur hic ille , qui habet, &
non resignat,vel destruit, & ideo si iudex specifice non fert
excommunicationem contra talem,nulla pœna talis affici-
tur,ex quo non falsauit.In glo.si. in si. & no. hoc , quia facit
10 ad statuta,& ad alia iura. † Sed contra prædicta, & tex. opo-
nam ex toto si fertur hæc excommunicatio, supernacua est
suspen-

ADDITIONES.

a ¶Dura sæpe. Vide Domin. 19.di.c.in memoriam. Bar.de Bel.

b ¶De iure eius. Et in cle.ne Romani.de ele.& in c.præsenti.§.fin.de præbẽd. & Ale.de Ne.

c ¶Per nuncium. Vide Pau.de Cast.in l.videamus,in prin.ff.loca.& ibi gl.ale. plura,quando quis teneatur ex mala electione. Seb.Sap.

d ¶95.dist. Hoc intellige vbi nuncius cõmuniter reputatur fidelis,quia tunc si asportauit rem,excusatur ille,qui misit nũcium,& periculum spectat ad dominum rei,& de hoc est casus in l.argentum, ff.commo.

e ¶In causa absolutionis,vel defensionis. Vt super appellatione,quia etiam tunc tenetur facere mentionem de excommunicatione,vt no. ille in c.significauerunt.supra de excep.& Phi.Fran. in ca.bonæ, ver.11. de app.& Spe.in ti.de actore.verſi.item quod est excommunicatus. supra de præsent.§.5.ver.ad primum. Zachar.

f ¶De rescrip.Sed postquam literæ sunt expeditæ,& datæ impetrantis,præsumitur,quod habuerit mandatum.vnde non audietur excipiens de defectu,& si appellaret,eius appellatio debet reijci,vt dicit gl.& Doct.in d. c.nonnulli. Ale. de Ne.

g ¶Lib.6.No.hic,q valde no.scribit Bal.in l.contractus.in vers. deinde quæro.si apparet.C.de fi.instru.Item adde hic Arch. in c. in memoriam.19. dist.vbi dicit,q rescriptorum,quædam sunt vitia visibilia , & quædam inuisibilia, seu intelligibilia,priora visibilia sunt ea,de quib. in hoc ca. sicer,& ista vitiantur ipso iure.Item adde omnino,q no.Arch. 15.q.2.in summa,& Domin.in c.in memoriam.19. distin.

suspensio;quia quilibet excommunicatus est suspensus , de quo dic,vt plene no.in cle.cupientes,de pœn.in glo.quę incipit,nota noui.Solu.duplex primo,q̃ suspensio,quãdo est sequela ad excommunicationem , sublata excõmunicatione tollitur suspensio,vt in reg.accessorium.lib.6.secus quando suspensio est per se,secundum Host.& sic licet absoluitur ab excommunicatione,remanet tamen obligatus ex suspensione;vel fm eum pœna excõmunicationis cõcernit laicos suspensionis vero clericos.Et licet prima solutio videatur sibi plus placere,secũda tamen pœnis debet fieri mitior interpretatio;nec debet quis duplici pœna coerceri,vt in c.qñ.in fi. vt lite non contest.nam consequeretur ex primo intellectu,
a quod clericus excommunicaretur,& suspenderetur.[a]

ADDITIO.

a ¶Suspenderetur. Dixi in c.excommunicationi,de raptor.in addi.quæ incipit.& ibi hoc tenet glo.fin. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas literarum apostolicarum, ex quot, & quibus signis apparere potest, vide infra.cap.1.*

CAP. V.

2 1 LIcet. [a]†Ponit nouem modos falsandi literas papales,Casus lit.Licet in decretali præsenti di
stinguat Papa septem species falsitatis p sint falsæ;
quas quilibet diligens , qui per literas apostolicas conueni-
tur:debet aduertere diligenter; quas p singulos §§ videre po
teris p teipsum.In illo §.Eos etiam,dicit Papa,q illi non sunt
immunes a peccato falsitatis,qui literas apostolicas recipiũt
contra tenorem constitutionis proximę prædictæ . Itẽ qui-
dam sunt,qui accedunt ad bullam,& falsas literas caute pro
jiciunt,vt de vera bulla cũ alijs sigillẽtur, sed istæ species falsi
tatis non possunt facile cõprehẽdi,nisi vel in modo dictami
nis,vel in forma scripturæ,vel in qualitate chartæ.In alijs au
tem,diligens indagator consideret falsitatem , vel in adiun-
ctione filiorum,vel collatione bullæ,vel motione, vel obtu-
sione,præsertim si bulla non sit æqualis,sed alicubi magis tu
mida,& alibi magis depressa,omnia prædicta no. Ber. No.1.
ex tex.multos modos conferendi scripturã ad scripturã, nõ
solũ ergo fit cõparatio literæ,sed ẽt dictaminis,& charte:nã
habent curiales certum modũ dictãdi,quem de facili,alij ab
eis,nõ possunt imitari.Item in forma scripturæ, quia faciũt
aliquos tractus,& certa signa eis tantum manifesta , adeo vt
de facili nõ posset litera illa ita falsari,quin per scriptorẽ apo
stolicum falsitas deprehenderetur.Item in qualitate chartę,
dicitur litęræ apostolicæ scribuntur in chartis rasis,& in pul
chra forma.Item no.q̃ suspicio oritur contra bullam,seu si
gillum,qñ per oĩa,non est signũ simile vero sigillo.nã aliqñ
propter falsitatem,bulla est in vna parte depressa,pp mallea
tionem,& in alia parte timida,,ppter impressionem filorũ ,
solent isti falsarij imponere bullã in loco calido,vt sic effecta
tenera,possit filũ extrahi. In gl.fi.no.bene gl.dicit tamen Io.
An.& Hosti.q vbi litera esset deleta cum herba,seu cũ aqua
distillata non posset perpendi ex remedio huius glossæ.

ADDITIO.

a ¶Licet. Istud communiter tenent Doctor.& etiam Hostien.vltimate tenet. Alex.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Falsę presumuntur literę papales,si in eis episcopus vocatur filius,vel inferior frater,vel si vni scribitur in plurali.2.3.4.*

2 *Falsæ presumuntur literę apostolicę, quando emanant pręter vel contra solitum stylum curiæ.*

3 *Papa quare appellat episcopos fratres,alios vero filios.*

4 *Papa scribens Cardinalibus episcopis appellat ipsos fratres; alios vero filios,intellige de illis episcopis,prout est Sabinensis,Portuensis, & similes.*

Papa rescribens infidelib.an appellet eos filios.

5 *Prælati inferiores a papa dum scribunt subditis,debent appellare ipsos socios,aut fratres ; dum autem ipsis a subditis rescribitur debent appellari patres.*

CAP. VI.

2 1 VAm grauis. [a]† Falsæ sunt literæ papales , quibus episcopus vocatur filius, vel inferior frater , aut vni scribitur
in plurali.h.d.Primo ponit admirationem, secũ-
do ibi,cũ scire,in tribus,q̃ sunt in stylo curiæ format. & pri-
mo reducit ad ppositũ.tertio ibi,propter q, generaliter cõ
cludit.Casus liter . Quidã episcopus corã legato apostolicę
sedis de quibusdã criminib.accusatus renunciauit episcopa
tui,postmodũ ad apostolicam sedẽ accedens, quasdã literas
reportauit sub nomine apostolicæ sedis ad Archiepiscopũ
suũ Attinaten. in quibus continebatur q ipsum restitueret
ad ecclesiã suã altero substituto inde remoto.q & fecit.R.ex
illius loci,nõ credens literas a sede apostolica emanasse,pę
cepit literas illas per ipsum impetrantẽ ad sedem apostoli-
cam præsentari.dominus Papa visis literis quæ ipsi archiepi
scopo fuerunt præsentatæ, rescribit eidem dicens , quod in
eis,tam in continentia,quam in dictamine, fallitatem inue-
nit ; & in hoc fuit admiratus , quod literas illas credit a sede
apostolica emanasse,cum ipse scire debeat, consuetudinem
apostolicæ sedis esse talem,vt patriarchas,archiepiscopos,&
episcopos fratres appellet,nominando cæteros omnes dile
ctos filios in suis literis,& quando vni personæ scribit , nun-
quam ipsi loquitur in plurali vos, vel vester appellando ; sed
in literis præsentatis huic,dilectus filius vocabatur; cum in
alijs literis sibi aliquando trãsmissis videre potest se fratrem
venerabilem appellatum;vnde mãdat quatenus literas apo-
stolicas,& studeat intueri,tam in bulla,filio,& charta,quam
stylo,& quod veras pro falsis,vel falsas pro veris, nullo mo-
2 do admittat.B.† No.1.ex tex.attendendum stylum [b] Roma-
b næ ecclesiæ,quod literæ emanantes contra, seu præter sty-
c lum,præsumuntur [c] falsæ;& hoc procedit non solum respe
ctu dictaminis , sed etiam respectu continentiæ literarum,
vnde alibi dicit gl.in c.causam,quæ.de testi.q si aliquid con
ceditur in priuilegio;quod deuiat ab omni æquitate, & cõi
cursu priuilegiorum,præsumitur non emanasse a sede apo-
stolica.& ad pdicta facit c.ex literis,supra de consti. & supra,
3 de voto.c.quod super his.&c.si quãdo.supra de rescri.† Item
no.q de consuetudine Romanę ecclesię , cum Papa scribit
d episcopo superiori [d] appellat eos fratres,quali Papa non sit
eis maior, sed equalis,& intellige,quod est equalis in ordine,
sed in administratione est maior,21.dist.in nouo.vbi bonus
tex.cum gl.facit,quod no. in proœ. sexti . Alios vero appel-
lat filios,quasi eis sit maior,& in ordine,& in administratio-
4 ne.† Aduertendum tamen,quod cum scribit,seu facit men-
tionem de Cardinalib.permixtim appellat eos fratres, vt in
fra.cap.proxi.Cum autem sigillatim de eis facit mentionẽ,
episcopos Cardinales appellat fratres, reliquos filios , vt in
e cap.licet.el 2.de test.[e] Item reges appellat clarissimos filios,
reliquos vero principes appellat dilectos filios,quasi se infe
riores.ar.eorum quę not.in c.solitę.de ma.& obed. Iudęum
tamen infidelem, vel paganum non appellat filium.Vlt.no.
quod in deprehendẽda falsitate,debet quis multum intueri
bullam,filum, chartam,& continentiam literarum, & mo-
5 dum dictandi,& multos alios modos habes in c.præced.† In
glo.2.ibi,fratres vel socios.no.ex glo.q quando prælati infe
riores citra papam scribunt subditis suis, debent eos appel-
lare fratres vel socios :nam episcopus facerdos est , & olim
regebatur ecclesia per sacerdotes tantum:nec erant episco
pi;sed propter schismata,& disceptationes,ordinatum fuit,
vt vnus eligeretur , qui præesset omnibus , & appellaretur
f episcopus.25.dist.in c.olim.Subditus vero scribens prælato [f]
suo

ADDITIONES.

a ¶Quam grauis. Io de Imo.in cle.1.de sup.negl.prælal.alle.istum tex.quod stylus curiæ facit ius.Et quæ differentia sit inter stylum, & consuetudinem vide late An. in repet.c.fi.de consue.

b ¶Stylum. Vide multa cumulata per Fel.in c.a. ver. stylus curiæ, §.de rescr. Ro.in consi.366.incip.quæstio.est.adde etiam q clausulæ arguunt præsumptionem falsi.vt per Ale.in consi.46.in fi.3.vo.in c.causam. 2.de test. Bar.Vero.in tractu.simula.in 7.& 9.præsumptione. Seb.Sap.

c ¶Præter stylum præsumuntur.Pro hoc opti.tex.in c.porrecta.de cõfir. vti. vel inuti.& adde hic Ang.in l.fi.C.de cano.lar.li.10.vbi dicit,quod literę manantes de cancellaria Papę, contra stylum curiæ non sunt exequẽdæ, & dicit quod secũdum stylum curiæ est,quod iudex citet, vt compareat sub pœna æris,tantum,& si citetur sub pœna æris,& personæ,& citatus non pareat,non punitur vt contumax,quia citatio fuit contra stylum curiæ.Et de ista obseruantia styli curiæ,vide tex.in c.ex literis,quem no.ibi. Do.An.supra de consti.Scias tamen quando de stylo curiæ cancellariæ aliquid consueuit exprimi in literis,si non exprimitur, habetur pro expresso.tex.est no.in c.cũ M.Ferr.de consti.& c.q translationẽ. de of. le.q de cuius tñ intellectu , vide omnino q no. post Ant.in d.c.cũ M.de cõst.

¶Et adde,quod licet consuetudo dicatur ius commune, tamen stylus dicitur esse ius prætorum.Ita dicit Bal.in l.certum,C.vnde cogn. Item adde hic Bal.in extrauag.de pace constan.circa prin.Item vide de isto stylo,q no.Domi.in c.nouit.circa med.vers.no.bene glo.12. Bar.de Bel.

d ¶Episcopo superiori.Vtrum appellentur Cardinales fratres vel filij,vide gl.in c.fundamenta.§.decret.in ver.fratres.de ele.lib.6. quæ dicit, quod licet Papa appellet episcopos fratres , tamen si permixtim cum alijs sũt aliqui episcopi,non vitiatur rescriptum,licet omnes appellet filios.Itẽ vide sanctum Tho.in 4.Sen.di.20.q.1.art.4.circa fi.vbi dicit, quod Papa in suis literis,solos episcopos vocat fratres,reliquos vero filios.

c ¶De test.Et vide gl.quæ quotidie allegatur in c.1.de offi.leg.in 6.in ver.no

¶stris,quæ incipit,nota quod. Ale.de Ne.

f ¶Scribens prælato. Vide Abb.in c.nouit,2.notab.de his,quæ fiunt à præla. Papa interdum scribit de se in singulari.in c.1.de prob.& c.nihil.de præ scr.& in c.esto subiectus.95.di. Bar.de Bel.

¶Adde quod in tantum attenditur stylus in rescriptis,& alijs literis , q si citatio sit præter,& contra formam styli,quod tunc citatus compare re non tenetur.Ita multum nota.dicit Inn.in c.præterea,in gl. mag. supra de dila.& Bal.in sua Margin ver.citatio.ver.18. Zach.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo debet eum appellare patrem. de quo vide bonam glo.in
a c.esto subiectus.95.dist.esto.[a]

ADDITIO.

2 ¶Esto. De hoc vide opt.tex.cũ gl 95.di.esto,vbi dr. Esto subiectus Pontifici tuo,& quasi animæ parenti ama. tũ episcopus nõ dẽt se reputare dñm clericorũ,qa nõ est,vt d.c.esto.vũ dicit ibi gl.qđ si episcopus scribit subditis,nõ dẽt vocare eos filios,sed fratres,vt 8.q.1. quid aũt.vel socios, vt 10.q.3.cauendũ. cauere tũ debẽt clerici,vt in literis,non vocẽt episcopũ fratrẽ,cũ rõne dignitatis sit ei deferẽdũ,vt dicit gl.in d.c.esto. Ex his infertur,qp epi sedens,non dẽt presbyterum permittere stare, vt in c.epi, in quolibet.95.di.epi,in ecclesia dẽt sedere in loco sublimiori, quã sunt loca sacerdotum,sed non in domo, quia tunc debet scire se esse collegam presbyterorum,vt in c.episcopus,in ecclesia.ea.di. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Falsantes literas Papales per se,vel per alium,sunt excommunicati;si vero sunt clerici degradantur, & curiæ sæculari tradantur, etiam nõ expectata incorrigibilitate.3.*
Falsis literis vtentes laici,excommunicantur, clerici deponuntur, & beneficijs priuantur.6.intellige,vt infra,num.10.
2 *Statutum potest fieri quod non liceat ignorantiam statutorum allegare, & intellige,vt infra,num.7.*
4 *Falsans literas,ejiciatur de foro ecclesiastico.*
5 *Expendens scienter falsam monetam, non punitur pœna falsi regulariter.*
8 *Falsarius,an incurrat pœnas de quibus hic siue cum agitur ciuiliter siue criminaliter.*
9 *Falsantes literas,& rescripta Principum, puniuntur vltimo supplicio.*

CAP. VII.

a 1 AD falsariorum.[a]† Qui per se, vel per alios,literas Papæ falsant,excõicati sunt cũ suis fautoribus; & clerici officijs,& beneficijs priuandi sunt,& degradãdi & tradendi curiæ sæculari,per quã laicus legitime punitur. Qui vero falsis literis vtuntur,si clericus est,officio, & beneficio priuatur;si laicus excõicatus est.h.d.vel aliter,& breuius.primo ponit falsantes literas Papæ per se,vel p alium.secundo punit vtentes literis falsis.secunda ibi,quæro. Casus lit. Ad falsariorum confundendam malitiã,statuit Papa,vt qui literis Apostolicis vti voluerit,eos,prius diligenter examinent,quia si falsis literis vsos dixerint ignoranter,pœnas euitare nõ potuerũt inferius annotatas. Ipse.n.excõicationi supponit oẽs falsarios literarũ Apostolicæ sedis, q per se,vel per alios vitium falsitatis exercent cũ oĩbus fautoribus. & defensoribus suis,statuens, vt clerici, qui falsarij deprehẽsi fuerint,omnibus officijs,& beneficijs perpetuo sint priuati, ita qp qui per se vitium falsitatis exercuerint,à suis officijs de gradati,sæculari potestati tradãtur, ẽm leges puniendi, & si laici fuerint, per easdẽ leges legitime puniantur. Illi vero,qui sub nomine Papæ, falsis literis per alios impetratis vtuntur, si clerici fuerint,officijs spoliẽtur; si laici fuerint tandiu maneant excõicati,donec satisfaciant cõpetenter,ita videlicet, qp & in clericis,& in laicis malitia grauius puniatur, q̃ negligentia; & idẽ obseruandũ est de his, qui falsas literas impe-
2 trant. Ber.† No.1.ex tex.arg.qp valet statutũ,vt respectu statutorũ.non potlit ignorantia allegari. quod tenet Bart.in l.di-
3 uus.ff.eo.& aliquid subijciã, infra. † No.2. multiplices pœnas
b contra falsantes literas Apostolicas. [b] nam si est clericus, est excommunicatus.Item priuatur officio,& beneficio. Item tradi debet curiæ sæculari, vt per iudicem sæcularem punia tur pœna legali, & est ille casus valde specialis, in quo statim de crimine conuictus,quis traditur curiæ sæculari. regulari ter vero nõ traditur curiæ sæculari, nisi sit incorrigibilis.de hac materia plene tetigi,in c.at si clerici.& in c.cũ nõ ab homine.de iud.& dic vt ibi, & aliquid tangã,in c.nouimus.ĩ.de verb.sig.Si vero est laicus,subijcitur excõicationi,& est excõ
4 municatus ipso facto.†Et ex hoc nota,qp falsans literas Apostolicas, subijcitur iudici ecclesiastico, dẽt iste casus addi ad
5 alios no.in c.cum sit generale.de foro compe. † Item no.qp acrius puniũtur falsantes literas per se,vel per alios,quã simc pliciter vtentes, [c] & facit iste tex. eleganter ad quæstionem,
d nunquid expendentes scienter monetam falsam[d] debeãt puniri,vt falsantes,& dicendum,qp non,regulariter, nisi in casibus expressis.de quib. in l.lege Cornelia. ff.eod. & dico,in c.
6 quanto.de iureiur.quod no.† Item no. qp vtentes [e] literis fale sis,fi sint clerici,debent priuari officijs, & beneficijs,sed si laici,sunt excõicati ipso facto,& vĩ hæc litera limitare,qp clerici vtentes non sunt excommunicati ipso facto, sed Host.tenet oppositum,& intelligit,qp clerici sunt excõicati, & etiam priuandi officijs,& beneficijs,sed certe ista opinio mihi nõ placet,cum iste tex.aperte distinguat inter clericos, & laicos,& in pœnis est facienda mitis interpretatio, vt reg. in pœnis.lib.
f 6.nec dẽt duplici pœna coerceri, vt in c.at si clerici. de iud. [f]
7 †In gl.in ver.dixerint,no. bene gl.iuncto tex. qp quãquam in dispositione aliqua cauetur, vt nõ admittat allegatio igno-

rantiæ;non tamen excluditur;qui allegat, & afferr ignorantiæ probationes; alias autem quis puniretur sine culpa; vt in c.ijs,de consti.& hoc in dubio procedit, vbi statutũ punit factum dolosum,vt hic, secus vbi punit factum sine dolo, de quo tũ aliqd p Bar.in præalleg.l.lege. ff.eo. [g] † In gl.in ver. g 8
deprehensi.in fi.no.gl.intelligit enim.qp illæ pœnæ contentæ in tex.infliguntur falsario,qũ conuictus est criminaliter;secus si agebat ciuiliter.Hos.vero sentit,qp qualitercunque cõstet de hoc crimine,semper hẽt locũ dispositio huius capitu li,quasi sit speciale in hoc delicto.Circa hoc aliter distinguẽ, aut loquitur de pœnis,quæ infliguntur ipso facto,& tunc vbi statim delictum fuerit commissum, intelligũtur inflictæ, nec est vis qualiter fuerit actum, quia constitutio ligat delictum omnino occultum,v t dicit.gl.notab. in cle.1. de hær. sed respectu pœnarum infligendarum per iudicem satis nunrem,cum opi.gl.arg.c.super literis,de reser.& in c.super his, supra,de ac:& eorum quæ no. Innoc. in c.per inquisitionẽ. de cle nam diligentius forte defendisset suam causam,si fuisset actum criminaliter.In gl.in verf. cõstitutiones.ibi,falsant. rescriptum Principis; vult ergo glo. qp falsantes rescriptum Principis;puniantur vltimo supplicio,id est pœna mortis,& sic falsans literas Papæ traditur iudici sæculari post degradationem,vt puniatur pœna mortis, & est speciale in illa specie falsitatis;nã regulariter crimen falsi non punitur ita acer
9 rime,vt in princ. glos. facit c.ad audientiam, supra eod.Extra gl.quæro quæ est differentia in modo puniendi falsantes literas Papæ,& vtentes qui non falsarunt.Sol.secundum Hostien.illi qui falsant sunt excommunicati, & priuati officijs, & beneficijs,& degradati traduntˉ curię sęculari.illi vero qui vsi sunt falsitate per alios, non sunt priuati officijs, & beneficijs, nec traduntur curiæ sæculari, sed debent priuari officijs, & beneficijs, & laici sunt excommunicati ipso facto,vt in princ.c.& hoc si viuentes non desistunt intra 20.dies,vt in cap. dura. supra, eod. & sentit Hostien. quod s. qui vere,debet intelligi,& restringi,secundum,d.capit.dura.quod in veritate non puto procedere, quia in alijs terminis loquitur iste text.procedit enim, quando vtitur scienter quis literis falsis, tunc enim est excommunicatus ipso facto, nec expectatur lapsus, 20. dierum . sed capitu. dura. loquitur in habente literas falsas, & non lacerante, seu destruente, vel resti-

ADDITIONES.

a ¶Falsariorum. Adde Fed.de Sen.cons.219 Hodie præceptũ est, qđ nemo Papę,nec in magno,nec in modico audeat quis manũ apponere,nec ra,aut punctũ vncum iungendo,exceptis officialib.quib. hoc est concessum ,alio quin manum apponens ex canone latæ sniæ ipso facto excommunicationis sniam incurrit,à qua non põt per aliquem, citra sedem Apostolicam relaxari.Ita dicit Host.in sum.eo.tit.de crim.fal.§. quæritur. vel hodie præceptũ est,quę refert,& sequitur Arch.in c.in memoriã.19.dist. Addens ẽt,qp Cardinalis legatus , non potest absolutionẽ istã impertiri ex officio legationis,quia Papa eã sibi reseruat,prout leg. & notat.Abra.de cri.fal.Et adde,qp occultus falsarius literarũ Papæ ,posit petere & absolutionẽ factã ordinatus , nõ compellitur petere cessionem,quia non est infamis ipso facto,cũ nullo iure reperiatur esse infamis.Ita tenet,dicit Inn.in c.cũ pridẽ.in 1.gl.quæ incipit,quale est,de renunc. refert,& sequitur idem Arch.in d.c.memoriam. 19. dist. Bar. de testi.

b ¶Literas Apostolicas. De pœna falsantium literas Papæ, vide remissiue Fel.in c.1.ver.& qui apponit.supra,de reser.Nunquid ea, de quibus tex. habeant locum in falsante literas delegatorum Papæ , vide Alcolim.supra,de reser.& ad hæc vide Fel.in rub.ŝ.de reser.in fi. Sed

c ¶Vtentes.Sed tu pondera tex.qui dicit quod falsans literas Apostolicas traditur curiæ sæculari , nisi per seipsum falset , & sic non sufficit quod per alium falset quantum ad hanc pœnam incurrendam, licet teneat quoad alias pœnas. Ale.de Ne.

d ¶Monetam falsam.Vtrum expendens scienter falsam monetam puniri debeat,sicut puniretur fabricans.De hac q.vide in terminis Bar. ibidem concludentem,in l.faccularij sunt.de extraord.criminib. Bar.de Bel.

e ¶Vtentes.An vtens falso instrumento puniri debeat,ac si ipse falsasset, vide de quæ pulchre notaui post Ant.in c.prætium.de testis. Item,an ille, qui vtitur literis Papæ falsatis,excusetur propter ignorantiam, vel si non habet falsantem,vide Arch.c.in memoriam. 19.di.de testi. Bar.de Bel.

f ¶De iud.Idẽ tenet D.Car.in c.dura ŝ.e.in 1.oppo.& in fi.illius.c.Ale.de Ne.

g ¶ff.eo.Et vide Bar.in l.iusti.ff.de acq.poss.& vide in l.Nerua.ff.dep.Sed vide singulariter no.gl.hanc dicens,quod in literis,in quib.dẽt præcedere inquisitio,seu diligentia alicuius,præsumitur scia,& dolus,& dicit quod iura dicentia,quod in dubio debet præsumi ignorantia , procedunt in rõne officij , vel ex natura actus requiratur præcedens indagatio ad finis actus,seu vitij , vel ex natura actus requiratur præcedens indagatio ad ipsius actus,seu vitij certificationem.Et ponit duplicem practicam ad tollendum ignorantiam,ad tollendum talem præsumptionem scientiæ,puta est,vt probet se adhibuisse diligentiã,quam potuit,vt dicit hæc gl.& de mũdo gl.est,in c.nouit.de ele.& sic hoc probato,præsumetur ignorantia,& dicit Bur.hoc esse notãdũ propter istos denũciatores, qui ex odio tenentur scire malefica,& ea denunciare.Nã si probẽt diligentẽ inquisitionẽ præsumentur ignorasse.Secundã practicam ponit Bur.aliter procedendo ignorantiã iuris.Nã si probat se habuisse consiliũ à peritis,non potuisse de hoc habere scientiã.alle.no. per Bar.in l.non facit.de cõfessis.& vide bo.tex.37.di.in fi. & in c.fi.qui ma.accu. post,vbi tenet ponit aliquas practicas ad probandum ignorantiam. Ale.de Ne.

stituente, tunc enim si eis non vtitur, nullam excommunicationẽ incurrit,nisi sit lata à iudice,prout ibi dicit cũ ter
a mino 20.dierũ. [a] Sed quæro quid intendit litera hæc in fi.Solu.duplex est intellectus,primus qp intendit extendere prouisionem huius c.ad eos,qui per suggestionẽ falsitatis impetrant à Papa.Et hoc intelligendo,qp verbũ, statuimus,est præteriti tẽporis,& tunc est sensus, qp sicut fit differentia in terminis c.super literis de reser.an per malitiam,an per ignorãtiam quis suggerit falsita tem,ita hic debet in modo puniendis
b distingui inter malitiam,& negligentiam [b] &c.

ADDITIONES.

a 20.dierum.Idem dicit Bur.dicit tamen , qp si ignoranter vtitur , & postea comperta veritate desistit parcitur ei,quia præsumitur ignorans & dicit bo.& hoc c.loquitur tantum in literis Papæ,secus in literis aliorum inferiorum à Papa Dicit etiam,qp examinatio est habenda diuersimode.Nam in literis de gratia,vel contra ius,vel vtilitatem publicam,maior indagatio est necessaria,quam in literis de simplici iustitia,vt ĵ. c. prox. Sed quæro nunquid quilibet possit priuari officijs,& beneficijs propter istud crimen.Host.dicit,qp quicunque fit,& quęcunque beneficia sint,possunt priuari,exceptis episcopis & prælatis exemptis , qui priuandi non sunt,sine speciali mandato Papæ 3.q.6.c.dudum.Et quoad degradationẽ dicit bo.An.qp debet interuenire numerus episcoporum,de quo 15.q.7. si autem.& c.felix.Nec obstat si dicatur, quod satis sunt degradati,cum officijs,& beneficijs.sint priuati.Nam secundum Host.degradatio addit quia facilius dispensatur cum priuato,quam cum degradato,de cler.nõ resi.ex tuæ. Ale.de Ne.

b ¶Negligentiam.Alius intellectus,qp intelligatur, quod pœna supra posita extendatur ad subrepticiè literas impetrantes.sed primus intellectus est verior. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Literæ de simplici iustitia præsumuntur falsari,nec quis punitur,si illis non vtatur.*
2 *Fraus,& dolus non præsumuntur committi pro reb.modicis.*
3 *Quando aliquid constitit in conscientia alicuius , admittitur probatio per iuramentum.*
4 *Præsumptio vna tollit aliam,quando illa est magis fortis,ita, vt relinquatur iudicis arbitrio;si vero sunt æquales,vna non lædit aliam.*
5 *Literæ Papales gratiosæ si reperiantur falsæ , habet locum dispositio c. ad falsariorum infra eo.si vero sint literæ de iustitia,procedit hoc c.*

CAP. VIII.

1 ACcedens. † Non præsumitur quis falsare literas de simplici iustitia,nec punitur,si hoc comperto desistit illis vti hoc dicit.In primo ponit decisam conquestionem.In secunda prouisionẽ. ibi,fraternitati.Casus literalis.Quidam impetrauit literas cõtra suum aduersarium de simplici iustitia , in quibus literis, falsitas fuit deprehensa.Impetrator hoc intelligens amplius noluit vti eis,propter quod dicecesanus ipsum ab officio, & beneficio suspẽdit. vnde accessit ad dominum Papam, rem sibi exponens. Mandat Papa episcopo , si literæ apostolicæ in quibus falsitas fuerit deprehensa , formam habeant , de simplici iustitia, officium & beneficium illi restituat , & ipsum super hoc vlterius non molestet ; quia non est præsumendum , quod pro talibus literis , quæ de facili habentur quis committat vitium falsitatis ; si ille non fuerit vsus eis,
2 postquam eas falsas esse cognouit.B. † No. 1 ex tex.quod p
a modico non præsumitur quis scienter deliquisse, [a] & optime facit iste tex. ad probandum animum cuiusque , vt circa modica non præsumatur dolus. facit quod no. in capit. 1.de præsump.Secundo colligę, qp propter fallitatem literarum , quis debet primari officijs , & beneficijs ; distingue tamen latius prout habetur in c.supra proximo. † In gl. 1.ibi,
3 dico,qp per iurantentum.no.gl.qp vbi venit aliquid probandum consistens in mera conscientia,[b] tunc fit probatio per iuramentum,& facit quod no.in c.innotuit, de ele. vide bo.
c tex.c.nulli.eo.ti.lib.6.& per gl.in c.proposuisti. 72. dist. [c] Itẽ quoad casum nostrum poterit probari, qp adiuit peritiores,& non potuit ab eis informari. ad hoc quod no. glos. 2.
d ŝ.cap.proxi. [d] † Et in fi.gl. dic,qp secundum diuersitatem fa-
4 ctorum,ex quibus oriuntur præsumptiones,vna præsumptio,tanquam fortior, elidit aliam, si ergo præsumptiones, sint æquales , tunc confunduntur ; alia vero minus fortis confunditur ab alia; & ex circunstantijs iudex habebit arbitrari,quæ dicatur fortior,ad hoc,quod no.in cap.literas, de
3 præsump.& in c.tuæ.qui si.sint legi. †In gl.si.in fi.no.gl.quia multum militat c.præcedens, vt restringatur ad literas gratiosas.Host.ponit solutiones.Prima est , vt illud intelligatur quando scienter,istud qđ ignoranter vsus est. Sed hæc solu. non vr bona,quia hic statur simplici allegationi ignorantię vt ibi dicitur,qp talis allegatio nõ admittitur.Alia solu.est qp intra 20.dies.põt desistere ab vsu , & sic fuit hic , quia statim desistit.hæc ẽt sol.non placet;quia terminus 20.dierũ datur ad refignandũ & destruendũ,sed vtens illis falsis sciẽter,statim est excõicatus,& ideo tene sol.gl. vt in literis iustitię nõ
c præsumatur sciẽtia,seu ignorãtia propter rationem literę. [c]

ADDITIONES.

a ¶Deliquisse.Vide Dec.in c.finautem.supra de reser.& facit quod no. Alex. in consil.204.incip.statutum loquens in fi.in 1.vol.vbi vult quod pœna posita fallanti monetam,non habeat locum in falsante bagarinos.Vide Bar.Veron.in consil.78.incip.visa inquisitione.& Corse. in trac.de minimis.& Ias.in l.sciendum,qui fatiri.ce ga. Seb.Sap.

b ¶Conscientia.Tene menti quod ea,quæ consistunt in conscientia nostra, probantur per simplicem assertionem nostram,cum iuramento.Et adde gl.in c.qui humanis.12.q.2.quam ad hoc alleg.idem Panormita. in c.cognoscentes.de constitu.vbi pro istis duabus gl.alleg. optimum tex. Ego ad hoc multa iura.Item adde glos.in ver.dicit.post medium ibi, reliqua cõsistit in intellectu &c. in § sed iste.Inst.de act.bene facit quod voluit gl.no.in ver.animo,C.ad leg.Corn.de fica.quam valde sing. reputat Lud.Rom.in l.illa.ff.de verb.obl.

c ¶72.dist.Idem dicit gl.in ŝ.aliæ.Insti.de act.Sed Bar.in l.inter omnes, ff.de fur.hoc notabiliter limitat,dicens quod aut non sunt aliqua indicia cõtra asserentem,& tunc animus probatur per iuramentum . & hoc modo loquuntur iura,& gl.hic allegatæ.Aut præsumptio iuris , est contra asserentem,& tunc non statur iuramento illius,qui vult aliquid de suo animo,vel conscientia probare,nisi offendat aliqua verisimilia indicia,p quæ præsumatur ipsum verum iurare.Probatur ẽt animus per ea , quæ quis dicit extra iudicũ,etiam non præsente parte ita vt non credatur iuramento si vellet iurare,quod habuisset alium animum,quam verba significent,vt dicit notabiliter Bar.in l.Fulcinius,ŝ.quidam.quib.ex cau. in poss.ea. Ale. de Ne.

d ¶c.proxi.Vide optimum tex.27.di.in fi. Ale.de Ne.

e ¶Literæ.Inn.autem dicit, quod litera de simplici iustitia non præsumitur falsa,etiam si impetrans subiecerit falsum,& est secundum eũ,quia non præsumitur dolo fecisse,secus si esset litera de magna gratia.Dicit etiam Host.quod attendenda est qualitas.& quantitas gratiæ,& persona impetrantis,& secundũ hoc,contra ipsum præsumendum est plus,vel minus. & vide gl.in c.super literis.in ver.priori modo,quæ incipit, ſ. per fraudem.& quod dicunt doct.super ea,supra de reser. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Rasura paucarum literarum in loco non suspecto, non reddit literas falsas.2.4.*
2 *Obligare potest se aliquis ad perdendum causam,vel beneficium , si aliquid non facit,*
4 *Falsitas an præsumatur commissa per officialem Papæ, an per impetrantem.*
5 *Beneficium si litigatur inter duos & vnus propter suum delictum fuerit illo priuatus,an per hoc alter litigans possit illud beneficiũ absque alia licentia tenere.*
6 *Appellans an possit renunciare appellationi suæ, & redire ad superiorem à quo appellauit.*

CAP. IX.

1 EX conscientia. † Propter paucarum literarum rasũram in loco non suspecto,rescriptũ non probatur falsum. h.d.Primo diffinit obiectũ dubium. Secundo objicientẽ puniri mandat,ibi,verum.Casus literalis.Quidam impetrauit literas contra aduersariũ suum,super quadã ecclesia.aduersarius ille in iudiciũ vocatus, postulauit sibi fieri copiã rescripti,quo viso cepit illas literas arguere falsitatis,obligando se sub periculo causæ, ad probandũ qp literæ falsæ essent.Iudex literas illas misit ad dominũ Papam , vt per eum sciret veritatẽ huius falsitatis.Papa diligenter inspiciens,nullum signũ fallitatis,vel suspicionis inuenit in eis, nisi rasuras paucarum literarum , quæ sapientis animum in dubitationem adducere non debuerunt,vnde mandat quatenus si cõstiterit prædictum R.se obligasse sub periculo causæ, qp literas illas falsas esse probaret. sibi super dicta ecclesia silentiũ imponatur,cũ quilibet habeat potestatem renunciandi iuri
2 suo.Ber.†No.1.regulam qp rasura paucarum literarum non inducit probationẽ facultatis hoc intellige,& restringe, nisi ex ista rasura sequeretur æquiuocatio nominis,de quo dubitatur & qp est in loco suspecto,vt est tex.opt.in ea. inter dilectos. ŝ.de fide instru.& c.ex literis.e. ti. & pro hoc facit litera quæ sequitur ibi,quæ nequaquã sapientis animum,&c.nã si rasura esset in loco valde suspecto , & induceret æquiuocationẽ nominis,seu dictionis, tunc haberet vertere animum sapientis in dubitationẽ.No. 2.aliam regulam ex text. qp illa rasura inducit probationẽ , seu suspicionem falsitatis, quæ habet vertere sapientis animũ in dubitationẽ; non ergo suf
ficit,qp cuiuslibet animus in dubitationem inducatur,sed sa
a pientis animus duntaxat. [a] † No.3. qp quis potest se obligare
3 ad pœnam perdendi beneficium suum,simile in c.cum dilc ĉti.supra, de ele. & valebit ista obligatio in præiudicium sui, licet superior possit illam non acceptare,per ea quæ habentur in

ADDITIO.

a ¶Duntaxat.Et dicit Bar.hunc tex.esse notabilem ad cognoscendum quando præsumptio est probabilis,& non temeraria,ſ.quando est talis, quæ concludit,& impellit animum sapientis ad sic credendum, non aute insipientis,& ignari,sicut dicitur in simili quod metus dicitur iustus,quãdo cadit in personam sapiẽtem,& non temerariã, supra quod met.cau. cum dilectus. Ale.de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 tur in c.q̃ in dubijs,& in c.admonet,ꝛ̃.de renun. † In gl.1.in
a fi.dic,q̃ ꝛ̃ria loquntur,vbi vsura sit in loco suspecto, [a] & in-
tellige qñ fuit facta per officialem Papæ.nã si ipse impetrans
falsifset;tũc falsarius iudicaretur,quantumcunque rasura es-
b set modica, [b] vt in c.licet, ꝛ̃. c. sed qñ est in loco non suspe-
cto,præsumitur facta per officialẽ.Si vero est in loco suspe-
cto,præsumitur facta per impetrantẽ,seu vtentẽ, ideo non
c datur talib.literis fides. [c] † In gl.fi.Host.tenet oppositũ,cũ.n.
5 iste,ꝛ̃ quẽ agebatur possideret beneficiũ, satis est q̃d actori
imponitur silentiũ, vnde sibi non incũbit aliquod onus p̃-
bandi.ar.l.fi.C.de rei vẽd.& 2.q.6.in c.ei qui.§.1.Idẽ est secũ-
dum eum,si iste nõ possidebat,ex quo conuentio facta fuit
cum aduersario,authoritate ordinarij,& non probante fal-
sitatem beneficium assignaretur illi.Io.And.dicit, q̃ si hæc
verba sunt in facto, procedat opi.Host.aliàs procedat ista gl.
bene loquitur,nam si aduersarius peteret beneficium, opor
teret probare titulum;nec sufficit q̃ aduersarius fuerit pri-
d uatus pp delictũ suũ,vt in c.o lim,all.in gl. [d] † Extra gl.Host.
6 hic ponit quæstionẽ latã,q̃ nõ examino, quia non facit ad
materiam rub.quærit.n.nunqd appellãs possit renunciare
appellationi suæ,& redire ad superiorẽ à quo appellauit, &
assumpsit materiã ex verbis tex.cũ dicit quẽlibet posse renũ
tiare iuri,sed de hac materia dic plene,vt no. in c. interposi-
ta,de ap.& c.cũ appellationib.e.ti.li.6.& in c.1.de ele, eod.ti.

ADDITIONES.

a ¶Loco suspecto.Adde Ro.consi.346.
b ¶Modica.Vide Mod.in l.fi vnus,C.de testa.Fel.in c.ex literis,supra de fi.in
strũ.in c.fraternitatis,supra de hær.& Mod.in l.fi.C.de edi.di.Adr.tol.
c ¶Fides.Host.in c. cum olim el 2.de priui.dicit,quod rasura multarum lite-
rarum, inducit suspicionem falsitatis.& pro hoc facit illud cap. Rasura
tamen vnius lineæ non diceretur rasura multarum literarum,& sic non
induceret suspicionem,nisi esset facta in loco suspecto,vt in c.cum vene
rabilis.de relig.domi.& hoc quando est de eadem manu. sed si esset de
diuersa manu,tunc etiam rasura vnius literæ, induceret probationem
falsitatis in literis Papæ,cum non fuerit facta per eum, cui commissum
est.& hoc etiam tenuit gl.pen.in c.licet,supra e.de quo Host.remittit ad
c.ex literis.de fide instr.& cum ipso transit But.& Car.hic. Ale.de Ne.
d ¶In glo.Sed quid si dominus feudi facit præceptum vasallo,vt aliquid fa-
ciat sub pœna perdendi feudum,an perdat feudum,si faciat contra præ
ceptum,Spec.dicit q̃ non.Aliud.n.est cum sponte se obligat, & aliud cũ
quis præcepit,etiam si sit iudex,vel dominus, quia tunc contrafaciens
non incidit in pœnam,de iure pat.relatum.Sed Io.An dicit, quod neu-
tro casu incidit in pœnam,sed est locus pœnæ inferendæ,& ita fertur hic
sententia,q̃ procedit,nisi alia verba essent expressa in dictis præceptis,
propter quæ esset locus pœnitentiæ,alias pœnæ ipso iure.Tamen quantũ
ad dominium feudi,oportet intelligere quod secundum leges feudales
ipse dominus poterit imponere,& hoc tenet d.Car.in 2.q.& etiã But.

a *De sortilegijs.* [a] *Rubrica.*

Continuatur ad præcedẽtia hoc ordine.ꝛ̃.visum fuit de
crimine fal.verum,quia sortilegia continent in se falsitatẽ,
merito subijcitur hæc rubrica,& vide pro hac materia glo.
opti.26.q.2.in summa.

ADDITIO.

a ¶Sortilegijs.Adde Fed.de Sen.consil.284.
¶Sortilegijs. An sit licita diuinatio quæ fit per sortes, vide late beatum
Tho.in 2.2.q.95.art.vlt.in qua quæstione ponit pulchras quęstiones de
diuinatione quæ sit licita. Bar.de Bel.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegium est crimen ecclesiasticum.non tamen mere; adeo quod est locus præuentioni inter ecclesiasticum. & secularem.* 3.
2 *Sortilegium quomodo puniatur,tam secundum Canones,quam secundũ leges.*
4 *Sortilegium,nisi contineat hæresim manifestam,non punitur per inquisitorem hæreseos.*
Sortilegium quando sapiat hæresim,vel non.
Inquisitor hæreticæ prauitatis an,& quando possit cognoscere vtrum aliquod crimen sapiat hæresim.
5 *Sortilegi sunt infames.*

CAP. PRIMVM.

IN tabulis. Sortilegia pro furtis inuenię dis,vel diuinationib.faciẽdis, prohibentur,& ꝛ̃facientib.pena imponitur. h.
d.Primo ponit prohibitionẽ, secundo pœnam
ponit transgressoribus.ibi,qui autem. Casus li-
ter.Quærebatur de pœna per sortilegia,vel diuinationes fur
ta inuenientiũ.Et respondetur,q̃ furta non sũt inquirenda
sorte in tabulis,vel codicibus,aut alijs:nec diuinationes ali-
quas in aliquibus rebus quis obseruare præsumat. & qui cõ
tra fecerit 40.dies pœniteat.Ber.No.1.ex tex. q̃ sortigilia om
nia prohibentur, siue fiant per inuocationẽ dęmonũ, siue
fiant in codicibus,sicut faciunt plerique,dicentes versus ali
quos psalterij.& faciunt illud voluere,siue fiant in tabulis,&
dicuntur fieri in tabulis,quia faciunt ibi puncta,sicut faciũt
a nigromantici.omnia ergo ista,& similia prohibentur. [a] † Se
1 cũdo no.ex hoc,& ex tex.quod crimen sortilegij est crimẽ
ecclesiasticũ,vide tex.cum gl.in c.contra idolorum.26.q.1.
No.3.quod omnis diuinatio in quacunque re prohibita est
b & scientia astrologiæ. [b] per quã quodammodo præindica-
tur futura,& occulta.quid de scientia Alchimiæ, dicam in
c ca.seq. [c] Vltimo no.pœnitẽtiã imponendã sortilegijs, & in-
tellige fi.tex.de pœnitentia imponẽda in foro pœnitentiæ.nã
in foro contentioso,imponitur alia pœna magis grauis,vt ali
cetur cum gl.fi.In gl.1.ibi sors in suu natura nõ sit mala.hoc
intellige,quando quis submittit se fortunæ, puta habentes
rem communem indiuisibilem,volunt ponere sortem su-
per illam, cuius debeat esse,certe ista de sui natura non est
mala,nec de ista sorte loquitur iste tex. sed de sortilegijs,quæ
fiunt per incantationẽ.vel per puncta, vel quid simile om-
nia prohibentur,qua in se mala sunt & de ista loquitur iste
tex.& vide bon.glo.ad quam remisi in rub. & quod dicam
d in c.fi. [d] † In gl.fi.ibi officio,& beneficio potest priuari,vide
2 tur hæc gl.contraria tex.cum in tex.imponatur pœnitentia
tantũ 40.dierum,vt dixi notandũ,q̃ in tex.imponitur pœni-
tentia iniungenda per sacerdotẽ.sed glo.& iura allegata in ea
loquuntur in pœna imponenda per iudicem in foro conten-
tioso.Sed aduerte,quia vltras pœnas positas in text. põt quis-
copus istos tales sortilegos dehonestare, vt puta mitran-
c do, [c] vt fiat in quibusdã locis,vel ponendo ad schalam cũ vi
tupero,& eijcere eos extra diœcesim,vide bo.tex.26.q.5.in
c.episcopi.q̃ no.32.q.1.de benedicto,& vt ꝛ̃.dixi. coercẽo
ergo huius delicti,tanq̃ concernentis maiestatẽ diuinæ cle-
mẽtiæ,quia attribuitur creaturæ,id q̃ est solius creatoris,vt
scire omnia occulta,vel prædicere futura,spectat ad episco-
3 pum loci,vt præal.c.contra idolorum. † Credo etiam p̃ iu-
dex seculares potest se impedire.quia licet sit crimen eccle-
siasticum, non tamen est mere ecclesiasticum; & ideo locus
est præuentioni inter eos.nam vtroque iure hoc crimen est
damnatum,& accerime punitur per ius ciuile, vt C. de ma-
4 lefi.& ma.per totum. † Sed inquisitor hæreticę prauitatis
non potest se impedire de hoc crimine,nisi saperet hæresim
manifestam,vt est tex.in c.accusatus.de hær.lib.6.& facium
hæresim manifestam huiusmodi sortilegia, quando consu-
luntur dęmones,& expectantur eorum responsa.& fiũt ea
præces,& sacrificia.nam committitur hic idolatria.Item vbi
fiunt cum hostia consecrata.seu rebaptizando aliquem,sic
cus autem vbi ista,vel similia non accidunt,licet inuocetur
tur dęmones, vt promouerunt, puta animum mulieris ad
impudicitiam,nam istud licet sit grauissimum peccatum in
se,non tamen sapit hæresim,quia proprium dęmonis est ra-
tare creaturam,vt habetur in euangelio,& accedens renta-
tor &c.vt patet. 16.q.2.c.visis.vide prædictam glo. in practi-
cto c.accusatus.Old.in consiliis suis.& beatum Tho. 2.2.q.
92.c.de superstitionib.Et aduerte, quia inquisitor non pot
se impedire etiam si sapuerit hæresim,dummodo non ma-
nifestum sit,nec potest cognoscere an sapiat hæresim,quia
iurisdictio est sibi tributa,existente illa qualitate notoriꝛ-
tis,vt dicit ibi glo.& bene, secus dico vbi ipse vellet cogno-
a scere,an sapiat manifeste, [a] & ita intellige ca. fi. de offi.deleg.
b lib.6.quæ iura sunt contraria illi glo.in c.accusatus. [b] † Et in
5 fi.gl.dic soluendo,q̃ illud c.fi.loquitur de exercentibus non
fortilegia,& diuinationes,sed de subijcientib.se fortunæ per
bręuia,vel ludendo cum taxillis,illi.n.non sunt infames, nec
puniuntur istis pœnis, sed primi sunt infames, nec repellun-
tur à testimonio,& ab accusatione.3.q.5.constituimus.& 2.
q.8.quisquis.& afficiuntur pœnis supradictis.

ADDITIONES.

a ¶Manifeste.Vide Abb.in c.si clericus laicum.de foro comp.1mo.in c.super
literis,supra de resc.vbi videas Fel. Seb.Sap.
b ¶Accusatus.Sed tu vide D.Domi.in c.1.de offi.dele.& d.c.accusatus.§.fa
ne,de hær.in 6.& But.in c.super literis.de rescr. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegium si commiserit presbyter suspenditur ad tempus ab administratione altaris,aliquando tamen priuatur officio,& beneficio.* 4.
2 *Sortilegium committitur,etiam quando quis vult inuenire furtum, & furtum alicui ecclesiæ.*
3 *Suspensus ad tempus,lapso tempore, potest citra aliquam absolutionẽ sicum officium exercere.*
4 *Excommunicatus,etiam quod satisfecerit debet absolui.*
5 *Episcopus potest cum sortilegis dispensare.*
6 *Astrologia non est scientia prohibita à iure.*
7 *Astrologi non peccant quando aliquid prædicunt, prout indicant motus superiores.*
8 *Alchimia non est prohibita.*
Species vna quod in aliam transmutetur,solus,Deus potest facere.

CAP. II.

1 [a] X tuarum tenore. † Presbyter, qui p inspectionẽ astro-
labij,furta requirit,ad tempus suspenditur ab alta
ris ministerio.ita communiter summatur,& in ve
ritate hæc summatio nõ est indistincte vera;quia actius p̃o-
test puniri,vt infra dicetur,cum gl.hoc dicit.Primo ponitur
consultatio, secundo responsio,ibi, verum. Casus literalis.
Quidam presbyter V. nomine,accessit cum quodam infa-
mi ad locum priuatum, non illa intentione, vt dœmonem
inuocaret: sed vt posset inuenire furtum cuiusdam ecclesiæ
per inspectionem astrolabij,Patriarcha Graden. significauit
hoc domino Papæ,vnde ipse scribit eidem,dicens,quia licet
ex bono zelo,& simplicitate ille presbyter hoc se fecisse pro
ponat,non modicam maculam peccati inde contraxit.qua
re mandat,quatenus per annũ,& amplius,si ei visum fuerit
2 eũ ab altaris ministerio præcipiat abstinere, & ex tunc libe-
re officiũ poterit exercere sacerdotis.Ber.† No.1.q̃ etiã pro
furto facto ecclesiæ,nõ licet consulere istos diuinatores seu
fortilegos:ẽt si hoc fiat sine inuocatione dæmonũ.ratio,qa
omnia occulta nosci solus Deus.31.dist.erubescant. Secũ-
do no.q̃ vbi grauius delictũ committitur, sic grauior pœna
inde imponi dẽt,vbi in sortilegio inuocantur dęmones. Itẽ
fortius delinquit is qui ex proposito,q̃ ex simplicitate,& bo-
no zelo facit:grauissimum tamen peccatum omni casu cõ
3 mittitur,vt hic in tex.† Vlt.no.q̃ suspensus ad tps.potest post
lapsum tẽporis sine alia absolutione exercere officium suũ:
secus dic de excõicato,quia semper ibi requiritur absolutio.
a vide gl.no.in cle.1.de deci. [a] † In gl.1.pondera hanc gl. & gl.
4 fi.ex quib.collige,q̃ sacerdos consulens istos sortilegos,gra
uissime puniri potest ꝛm qualitatẽ delicti,& eius intentionẽ
vide potuisse iste priuari officio, & beneficio; sed dignus
fuit misericordia,quia ex simplicitate,& bono zelo fecit, &
intuitu ecclesiæ.pœna ergo cõtenta in hoc c. nõ est ordina-
ria,& iõ illa summatio cõis,non est vniuersalis.Ex hoc text.
iuncta gl.collige vnũ valde notandũ,q̃ in pœna imponenda
istis sortilegis,vel eos cõsulentib.,debet animaduerti ad qua
litatem,& quantitatẽ delicti, & ad animum delinquentis,&
5 ꝛm hoc pœnam imponere,quando quæ acerrimam,quando
que grauem,quandoq; leuem,facit,q̃ no.in l. hodie. & in l.
aut facta,ff.de pœ.& l.quid ergo.§.pœna grauior, ff.de his, qui
b no.in fa. facit 24.q.1.in c.non afferamus.† Et no.etiam ex gl.
6 fi.episcopum [b] posse cũ sortilego dispensare.f.vt non depo-
natur,sed vt imponatur sibi alia pœna. † Vltimo hic quæri
pot.nunquid per ius canonicũ seu ciuile, sit prohibita scien
tia astrologiæ,& nunquid eã exercentes peccent.Io.An.late
prosequitur hic, & ad primũ concludit, quod hæc scientia
non est in se mala,nec prohibita, cum sit vna de septem ar-
tibus liberalibus,& iura præmiant,has scientias exercentes.
l.fi.ff.de va.& extraor.cog.& facit tex.in l.eorum.C. de male.
c & ma.sed abijt hæc scientia in desuetudinem, quia ex eiusoc
casione,homines quandoque incidebant in idololatriam, [c]
d quia credebant homines necessitatos esse à corporib. super
cęlestib.vt dicit Greg.26.q.2.in c.fors non est,§.his ita. [d] † Ad
7 secundum nunquid exercentes peccent; respondeo, quod
si volunt prædicere ea, quæ causantur ex corporibus super
cœlestib, vel ecclypsim Lunæ, seu Solis; siccitatem,vel abũ
dantiam frumenti, non peccant,dũmodo non credant ne-
cessitatẽ inesse,quia Deus potest aliter facere, quam astra in
dicent.& ideo dicit gl.notab.in c.non licet.26.q.5.q̃ medici
in dando medicinã,& rustici in seminando, &c.nõ peccant
inspiciendo cursum Lunæ,vel stellarũ,dummodo non cre-
dant necessitatẽ inesse: quia ista corpora super cęlestia sunt
signa rerũ,& non causæ.Itẽ beatus Tho.2 2.q.90. art. 5.Aut
volunt isti astrologi prædicere casus fortuitos hominũ, cer
titudinaliter hoc asserẽtes,& peccant, quia licet corpora sũ
per cęlestia habeant inclinationẽ, non tamen necessitatem,
quia homo licet inclinetur, secũdum dispositionem corpo
ris ad aliquod vitium,tamen per rationẽ liberi arbitrii, põt
aliud facere.anima.n.non subijcitur istis corporibus super-
cœlestibus,sed quia plerique homines sequuntur vires sen-
sitiuas, & appetitus naturales, & captiuant liberum arbi-
trium,& rationem intellectus, & ideo quandoque astrolo-
gi dicunt verum, dicendo quod talis dispositus est ad tale
vitium. Sed si astrologi dicunt quem inclinatum ad tale vi-
tium, vel quia astra inclinant ad tale quid, non tamen im-
c ponunt necessitatem, non peccant. [c] † Sed iuxta prædicta
8 potest quæri de alia quæstione, quam facit & ponit Oldra,
f consi. 69. nunquid Alchimia sit prohibita, [f] & sic nunquid
exercentes eam peccent, videbatur q̃ sic, quia vna species,
conuertitur,seu transmutatur in aliam,cum plumbum effi-
ciatur argentum, vel æs aurum, &c. Sed citra Deum nemo
potest vnam speciem in aliam transmutare, vt 26. quæst. in
Christi.§.quisquis ergo.Oldr.tamen concludit oppositum;
quia in hoc vna species,non mutatur in aliam diuersam, cũ
omnia metalla procedant ex eodem fonte, videlicet ex sul-
phure,& argento viuo. sed vbi est melior influentia astro-
rum,ibi producitur metallum pretiosus, vnde per influen-
tiam astrorum, & cum herbis, & lapidibus quibus insunt
multæ

ADDITIONES.

a ¶De deci.Et dic,vt ibi per Do.in c.cum bonæ.de æta. & qual. Ale.de Ne.
b ¶Episcopum.Notandum est,quod pœnitentiam impositam à Papa, episco
pus minuere non potest.de quo est gl.in c.tempora plenitudinis. 26.q.7.
& in c.latorem.23.q.2.& in c.cum P.in gl.fi.5.de acc.Adde etiam q̃ pœni-
tentiam iniunctam ab episcopo,inferior sacerdos minuere non potest,
vt no.Arc.& prout refert ibi Io.An.in c.fi.de pœ.& re.li.6. & vide omni
no no.in d.c.accedẽs.50.di.Et vide q̃ no.Domi.in d.c.accedens.& Cal.in
repet.c.omnis vtriusque sexus,de pœ. & remiss.
c ¶In idololatriã.Vide Dec.in c nouit.in 1.not.supra de iud.vbi ponit qua-
re prohibitæ sint sortes,& diuinationes,& astrologia. Seb. Sap.
d ¶5.his ita.Sed Gra.assignat aliam rationem, in d.§. his ita. quare astrono-
mia,seu astrologia abijt in desuetudinẽ , quia dũ curiositati nimiũ erãt
intenti,minus vacabant his,quæ pro salute animarum erant accommo-
data.Inn.etiam hic dicit,quod astronomia,siue astrologia non sunt scię
tiæ,quæ ad pietatem ducant,imo facile inducerent idolatriam,diffusa
det vsum,& studium,ar.22.di.si quis grammaticam. sed q̃ studium non
sit prohibitum,videtur sentire B Hyero.in proꝛ.Bibliæ 7.c. sue epistolæ,
vbi sic dicit.Taceo de Grammaticis,Rhetoricis,Philosophis, Geometri-
cis,Dialecticis,Musicis,Astronomicis,Astrologis,medicis,quorum scien
tia mortalib.vtilissima est. Ale.de Ne.
e ¶Non peccãt.Sed meo iudicio Sanctus Thomas non ita laxat habenas, Di
cit enim,quod aut quis vitiur consideratione astrorum ad cognoscendũ
futura casualia,siue fortuita,aut etiam ad cognoscendum per certitudi
nem futura hominum opera,tunc ex falsa,& vana opinione, & ex ope-
ratione Dęmonis procedit.vnde erit diuinatio illicita. Aut vult vti con-
sideratione astrorum ad cognoscendum futura,quæ ex celestib, corpori
bus creantur,puta siccitates,& pluuias,& huiusmodi ; & tunc non erit
illicitum,quod tamen vltimum restringe.fm tex.& gl.26.q.5.non licet.
Vnde puto dicendum quod Astrologia sit licita quoad cognoscendas fu
turas pluuias, seu siccitates, & similia. Item quoad cognoscendum ad
quid homo sit inclinatus,dum tamen non per certitudinem,sed cogno-
scere futura casualia,vel fortuita,puto penitus illicitum, tanquam per-
tinens ad determinationem.& de hoc videtur esse tex.26.q.7.illos plane
tarios.idem probatur in ca.seq.& pondera quod reprobatum est, vt per
cursus stellarum quis rimetur futura. sed quis potest rimari futura. ẽt
non ponendo certitudinem: Actum primo capi. vbi dicitur, non est
vestrum noscere tempora,vel momenta,quæ pater posuit in sua pote-
state.& pondera, quia ibi prohibetur indistincte cognitio temporũ, &
momentorum,& sic etiam si quis non ponat certitudinem, sed quis po
test rimari, etiam nõ ponendo certitudinem,optime facit 26.q.2.§.his
ita.vbi dicitur quod Astrologia,seu Astronomia apud Catholicos in de
suetudinem abijt,quia dum propria curiositate his vijs erant intenti,mi
nus vacabant his,quę pro salute animarum erant accommodata. & hoc
mihi videtur de iure verius.
f ¶Prohibita.Nunquid Alchimia sit prohibita. vtrum & exercentes Alchi-
miam peccent.de hoc vide Io.An.in addi.Spe.in ti.de cri.fal.vbi arguen
do ad partes,videtur concludere quod non.vtrum licitum sit vendere
aurum Alchimiarum,pro vero auro,vide eleganter per beatum Thom.
distinguentem in 2.2.q.77.arti.2.circa fi.& de hoc per Bald.in l. pri.quæ
sint rega.in vsibus feudorum.
¶Adde quod dicta Ioan.Andr.in loco supra,alleg.sunt Oldr. const.hic al-
le.per Abba.
¶Alchimia sit prohibita.Vide Hyeronimum de Zanetinis in repe.c.1.supra
de ac.vbi tractat materiam peccatorum in materia auaritiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multæ virtutes, potest naturaliter vna species metalli conuerti in aliam speciem magis pretiosam[a] quod est notabile.

ADDITIO.

2 ¶Pretiosam. Tu autem vide Ioan. And. in addi. Spe. in rub. de cri. fal. prope finem, vbi plenius istum articulum disputat, & idem concludit per plures rationes, & inter cætera allegat tex. 26. q. 5. nec mutuum. circa medium, vbi sic dicitur. in sunt enim rebus corporeis per omnia clemẽta, quædam occulta seminaria rationis, quibus cum data fuerit opportunitas tẽporalis, atque casualis pro rumpunt in species debitas suis modis, & finib. Et nota, quod non licet vendere aurum Alchimiatum pro bono, si sit sophisticum, secus si sit verum aurũ, aliàs contrariũ facientes puniuntur de falso, vt l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. act. De hoc Bal. quem sequitur Andreas de Isernia in ca. quæ sint regal. in vsib. feu. Alchimia autem est ars perspicaci ingenio inuenta tanquam à Philosopho. & de hoc vide B. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 2. vbi dicit, quod illicitum est vẽdere aurum, vel argentum Alchimiatum pro vero, quia non est adeo pura sicut verum, nec habet omnino eadem proprietates sicut ꝓprietatem lætificandi, nec ita valet contra cæteras infirmitates, & huiusmodi. Si vero per Alchimiam fieret verum aurum, tunc non esset illicitum ipsum vendere pro vero, quia nihil prohibet arte vti aliquibus naturalibus causis ad producendum veros & naturales effectus, allegat Aug. li. 4. de Trinita. quod est capi. non mirum. 26. q. 1. circa medium, quod supra allegaui circa prin. huius add. Sed de aurifice, qui facit aurum vel argentum de minori liga, quam ciuitas requirat, & de expedente pecuniam falsam, an teneatur de crimine falsi, vide omnino Bar. in l. lege Cornelia. ff. de fal. & hæc nota. Alex. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Electio prælatorum vel aliorum similium iudicum, est prohibita fieri per sortem, & hoc per rationes de quibus infra. nu. 3. inter laicos tamen huiusmodi electio non prohibetur.*
2 *Actus explicandus collegialiter, debet fieri omnibus in vnum conuenientibus; adeo quod non valeret, si omnes per se dicerent votum omnibus.*
4 *Electores possint vnum ex eis eligere.*
5 *Electio facta per sortem est nulla.*
6 *Sorte aliquid dirimi, quando sit prohibitum, etiam inter laicos.*

CAP. III.

g ¶Peccata. Circa iuramenta pupillorum, vide omnino Bald. in ca. duo. 2. ver. quæro nunquid pupillus. de iureiuran. & quod legit. & pueri. & capitu. paruuli. 22. quæstio. 5. Et pro intellectu istius glo. text. vide omnino Pau. de Cast. in d. l. quæ iuraſſe. in prin. ff. de iureiuran. hic alle gl. istam & ibi habebis veritatem huius articu. & vide tex. in capitu. tribus. 22. quæst. 4. & tex. cum glo. in verbo, potuit, in l. fin. § libe. cau. & vide beatum Thomam. 2. 2. quæst. 89. articulo 5. circa fi. dicit, quod pueri habentes vsum rationis obligantur suo voto, vel iuramento, quoad Deum. licet quoad ecclesiam non obligentur. aut. hoc num. sed tu vide Imo. in repe. cap. cum contingat. de iureiuran. vbi Host. per illum tex. tenet, quod dispositio authent. sacramenta puber. & capitu. paruuli. 22. q. 1. loquuntur in pubere doli non capace. sed hoc facit illud sing. dictum Gul. de Cu. in d. l. qui iuraſſe, in prin. de iu. de quo ibi ex clamat Paul. de Castr. quod in eisdem terminis firmat idem Imo. in ea. repe. c. cum contingat. vers. item potest ita dicens tenere Bar. in d. auth. sacramenta. licet multa alij contra etiam vide Ant.

cle. si furiosus. de homi. vbi dicit, quod nullam irregularitatem incurit. Et potest esse ratio diuersitatis inter iudicem, & infantem; nam licet iudex non peccet, faciendo aliquem de capitari, tamen ipse intendit illud factum committere; & videtur quidam error, vt alis promoueatur; sed infans non
a consensit cum non habeat consensum, [a] quod tenet menti.

ADDITIO.

a ¶Consensum. Et no. hic quod ille, qui compleuit septennium, censetur doli capax, quantum ad contrahendum irregularitatem, licet quancum ad contractus, & obligationes, quæ descendunt ex iure ciuili, non censeatur doli capax, nisi sit proximus, vel proxima pubertati, quod quando sit, dic vt per glossã in §. pupillus. Insti. de inuti. stip. & in l. 1. vbi plene q Doctor. ff. de nouationib. & ratio est quia irregularitas descendit à iure canonico, quod disponit quemlibet post septem annos, esse doli capacem, quantum ad vitia, & virtutes. vt hic probatur. Vnde etiam est idoneus ad recipiendum baptisma, ita quod ipse debet respondere per se presbytero baptizanti, vt dicit Ang. in epistola, ad Renatum episcopum cuius verba ponit glossa. in ca. paruuli. de consecra dist. 4. Ex quo potest inferri, quod filius iudæi potest inuito parente, baptizari post septennium. ex quo ad hoc censetur doli capax, & hoc probatur in d. c. paruuli. iuncta glo. quæ refert verba Augu. in epistola supra dicta. Idem sentit glo. 1. hic. hoc etiam tenui in capitu. sicut, in addi. quæ incipit idem tenet Butr. supra de Iudæis. & hæc notabilis quia sæpe de facto veniunt.

SVMMARIVM.

1 *Puer percutiens, vel interficiens aliquem, debet puniri secundum consuetudinem loci.*
2 *Statutum exigens pœnam pecuniariam pro homicidio, est irrationale.*
3 *Pater non tenetur pro delicto filij, etiam in legitima de iure communi.*
4 *Si aliquis mitius punitur ex aliquo delicto, an incurrat pœnã statutariã.*
Puer verberans clericum, incidit in pœnam canonis, si quis suadente; licet pro absolutione non debeat ire ad sedem Apostolicam.
Participans cum excommunicato per metum, incidit etiam in excommunicationem licet metus attenuet culpam.
5 *Cessio bonorum admittitur in delictis, si non habet vnde viuat.*
Filiusfamilias obligatur ex contractu & delicto.

CAP. II.

a 1 REferente. [a]† Impubes percutiens, aliàs interficiens alium, non debet puniri pœna pecuniaria, secundum consuetudinem, terræ. Nec ob hoc potest exigi aliquid à patre, vel sic. Pater ex delicto filij impuberis, non tenetur. vel tertio. Puer non debet ita seuere puniri, sicut maior. primo ponitur appellantis querela, secũdo iudicis datio. ibi. vnde. Casus literalis. Quidã puer 10. anno. dum cũ alijs pueris sagittaret, quendã alium fortuito casu, sagitta percussit, & mortuus fuit, qua pp abbas sancti Remigij à patre ipsius pueri c. solidos instantius requirebat, fm consuetudinẽ illius terræ. vnde dictus H. pater pueri appellauit ad Papã, super hoc scribit Pa. Hermonen. episcopo, dicens q pueri non ita puniãtur, fm leges, sicut illi. qui sunt maioris ætatis. Mandat si cõstiterit filiũ dicti H. intra annũ 13. dictum excessum cõmisisse prædictũ abbatẽ moneat, & cõpellat, vt ab eodẽ G. prædictos c. solidos pp aliquã consuetudinem non exigat, nec requirat
b tẽporali pœna. Bern. † No. 1. ex tex. q ex consuetudine ciuitatis, potest pro delicto exigi pœna pecuniaria, & per iudicẽ ecclesiasticũ. concor. c. dilectus, de offi. ord. Host. tñ dicit
b hic no. verbũ, q consuetudines, & statuta [b] imponentia pœnam pecuniariam pro homicidio, furto, vel similibus, sunt
c irrationabilia, [c] quia homines exponuntur venales, ad delinquendum. nã talis timebit pœnã mortis, seu corporale, qui de pœna pecuniaria non timebit, seu curabit: dũmodo latisfaciat voluntati suæ. arg. in l. seruorũ. & in l. aut facta. ff. de pœ. & in auth. de manda. principi. §. oportet. Non obstat iste tex. debet enim intelligi, quod cõsuetudo erat vt posset exigi pecunia ex postfacto, sed ante factum delictũ non debet
d pecunia taxari, pro hoc tex. 11. q. 3. in c. si pauper. [d] † No. 2. pa
trẽ non teneri ad pœnam pecuniariam, in qua filius condẽnatur. Vnde tractat Spe. in ti. de sen. excom. §. sequitur. vers. quid si filius, nunquid pater teneatur saltem in legitima [e] filij, vel ex alijs alimentis filio debitis soluere cõdemnationẽ
e filij; & concludit quod non. nã viuente patre, legitima non
f pot separari à bonis patris. l. 1. §. impuberi. ff. de col. bo. [f] facit quod no. gl. & Bar. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. Quid aũt si subest statutũ, sicut in multis locis, vt patet tenea
g tur, p filio, [g] dic, vt plene no. Bar. in l. cũ filius fami. ff. de verb. obliga. † In glo. in ver. multũ. ibi. cũ ille puer nihil habeat. Et ex hoc colligitur vna rõ decidendi ad tex. Aliũ intellectũ sẽ
h tit Card. q ille puer ideo non incidit in pœnã pecuniariã, qa cũ ista consuetudo esset de iure speciali, nõ procedit nisi in casu suo. vbi ergo ex aliqua cã venit quis mitius puniendus, h tunc non incidit [h] in pœnã consuetudinariã, & idẽ dicit in statuto. hoc dictũ si esset verũ, foret valde notandũ, vt vbicũque ex aliqua cã quis venit puniendus mitius, non incidat in
i pœnã statuti vel cõsuetudinis, sed debet puniri alia pœna, & q hoc dictũ mihi placuit, sed postea reperi Bar. [i] senti-

ADDITIONES.

a ¶Referente. Vide Ro. in singulari vltimo, incipien. item adiuisti, vbi allegat hunc tex. ad hoc quod quando statutum vel consuetudo punit aliquid, q de iure communi non est punibile, non includit minorem. Sed. Sap.

b ¶Statuta. An valeant huiusmodi statuta, & consuetudines vide late Fel. in rub. supra de homi. Alexan. in l. 1. quod quisque iuris. Are. in consi. 58. in ci. diligenter. late. per præceptorem, & affinem meum Rochum Curtium in repetitione capitu. fi. ver. 2. inferrur. supra de consue. Sed. Sap.

b ¶Irrationabilia. Est irrõnabile statuũ imponẽs pœnã pecuniariã, p furto, vel hom. & idẽ tenet Host. in sum. de cõsti. & in c. fi. de cõsuetu. & ibi oino Bal. & Do. in c. 2. de cõsue. in 6. & p eundẽ in c. fi. circa fi. ne cler. vel mõ. e. lib. & p Io. de Ana. in rub. de homi. vbi dicit, q bene valet statutũ imponens pœnã pecuniariã pro homicidio efficiali cũ, qa ibi dicit q valet, statutũ sup homicidijs ia cõmissis, qa tñc vt dispensare, secus esset sup cõmittẽdis. Et ad q hic posita vide no. p Io. de Lig. in c. ex parte. de cõsue. vbi q̃rit, verũ valeat pinetudo, q p delicto imponã pœna pecuniaria. Et adde q non credo valere statutũ q imponit pœnã pecuniariã, p homicidio tantũ, qa illud statutũ est ꝑ verbũ Christi, q habet in euangelio passionis dominicæ, q dicit, q gladio ferit, gladio perijt. & vide Io. de Lig. in dicto c. fi. de consuetu. circa prin. & ibi tuno. sed q valeat istud statutũ tenet Ludo. Ro. in suis sing. & dicit de hoc esse text. sing. in §. pœna. ibi p pos fractũ nũmariæ pœnæ. Insti. de iniu. Et de q. hic posita vide Albe. in lecũda parte stat. q. 122. & q. p homicidio p statutũ põt imponi pœna pecuniaria, p cõstanti ponit Bar. in l. pe. §. ad crimẽ. vltra mediũ, versi. quæro extra gl. q. ti fi. p homicidio imponat pœna pecuniaria. ff. de publ. iudi. & in l. 2. circa princi. et. fed q nõ valet statutũ imponẽs pecuniariã pœnã, firmat Bal. in c. ad nostra circa med. de. pba. Ité q valeat statutũ imponẽs pœnã pecuniariã pro homicidio, p constanti ponit Ang. & Sali. & Paul. de Castr. in l. in prin. in quadã. q. ff. q quisquetur. de de quo per Bal. sing. in l. 1. C. de fum. Feli. & p Pet. de An. char. hic, p Ang. in his qui cum telo. C. de fica. Bal. in l. Gracchus. C. de adul. in c. 1. §. furtũ. de pa. iur. fir. Ité vide Spe in titu. de accu. §. 1. versi. q d si iudex ipsũ. vbi dixit, q valet cõsuetudo, q qñ debet imponi pœna corporalis, imponatur pecuniaria. Ité vide omnino quod eleganter de hac q. hic posita ponit Bal. in auth. cassa. ver. tertio q̃rit. C. de sacrosl. ecclesijs. Addeas va leat statutũ imponẽs pœnã pecuniariã, p homicidio. Fra. de Are. cõl. 17.

d ¶c. fi pauper. Io. An. D. Car. & Bu. remittit ad nostra in c. 1. & fi. de cõsuetu. & dicit D. Car. hic q Host. dẽr intelligi in delictis grauioribus cõmissis ex ꝓposito, secus si delicta essent non grauiora. nã tunc fm cũ valeret cõsuetudo, vel statutũ. Sed aduerte. Bar. in l. 1. vi bo rapto. vbi tenet q si statutũ fit, q p homicidio q3 punisꝑ pœna cẽtũ, q valet, nec censeat iub iure cõe, & sic iudex hẽt electionẽ, an imponat pœnã iuris cõis, an statutũ ius cõe, & sic iudex hẽt electionẽ, an imponat pœnã iuris cõis, an vero pœnã statuti. & hoc dicit esse verũ, nisi appareat ex aliquib. præsumptionibus statutẽtes voluisse recedere à iure cõi, qa tũc accusatio ex iure cõi tolleretur per statutũ, saltẽ ope exceptionis, vt no. in l. 2. ff. de nouat. Vnde dicit Bar. q cũ in multis ciuitatib. Italiæ sint statuta dicẽtia, q vbi pœna non est determinata statuto, procedatur de similib. ad similia, & vbi nõ reperiẽ simile, q tũc recurrãt ad ius cõe. Ex hoc apparet q volũt vbi nõ reperiẽ simile, q tũc recurrãt ad ius cõe. Ex hoc apparet q volũt vbi nõ reperiẽ simile, q graui delicto, p quo dẽret imponi pœna sanguinis de iure cõi, imponit pœnã pecuniariã, & tũc statutũ debet intelligi q nõ solũ pœna iuris cõis põt imponi. sed etiã pœna pecuniaria; nã esset absurdũ q p pœna homicidij, vel simili imponat pœna pecuniaria.

Nam statutum esset iniquum, quia præsumeret causam delinquendi, vt in cap. pauper. 2. q. 3. vnde non valeret, sed in dubio statutum debet intelligi, vt ab eo excludatur illicitum, vt in c. 1. de iureiu. in 6. vnde non puto bene dicere, dum dicit, quod sola pœna pecuniaria poterit puniri, si apparet ex præsumptionibus statutum voluisse recedere à iure communi. Aut statutum imponit maiorem pœnam pro delicto, quam ius commune vel si minuit pœnam ex iusta ratione minuit, nec propter illam minorem pœnam verisimile est quod homines fiant audaciores ad deliquendum; & tunc in dubio præsumitur statuentes voluisse à iure communi recedere. & hoc modo loquitur Bald. vbi supra. Sed pone q per statutum, vel consuetudinem imponentem minorem pœnam, in casu in quo pœna iuris communis non tollitur, quis puniatur, an poterit postea puniri pœna iuris communis Barto. in l. 1. in fi. ff. vi bo. rap. dicit omnes Doct. tenere quod non, quia cum accusatio verzque tēdat ad vindictam vna tollitur per aliam. Sed Paul. de Castr. in l. cūctos, populos. C. de sum. Tri. & fide Catho. dicit, quod quādo in eodem loco accusaretur ad finem, vt imponatur pœna iuris communis, secus in alio loco, quia posset in eo iterum puniri, ex quo non fuit sufficiēter punitus. & hoc puto procedere, vbi intentio statuit fuisse vt pœna pecuniaria addatur ad pœnā iuris communis, quia tūc vtraq; pœna etiam in eo loco posset puniri, ex quo intentio statuti est, q; vtraq; pœna puniatur, & statutum ita debet intelligi in dubio, quia alias contineret illicitū. ad hoc c. 1. de iureiu. in 6. & hæc tene meari. Ale. de Ne.

e ¶Legitima. Pater non tenetur pro delicto filij, etiam quoad legitimam, vel quoad ea, quæ deberentur ei ratione alimentorū. idem tenet Bal. in l. lex Cornelia. ff. de vul. & pupi. vbi etiam dicit, quod bene valet statutum q; pater teneatur præstare legitimam filio propter delictū filij, alle. gl. formalem. in rub. C. de decu. li. 10. vbi etiam not. dicit, q; stante dicto statuto pater tenet præstare legitimam in bonis quæ habebat tēpore delicti, non de postea quæritis. & sequitur. vbi Imol. De q. hic posita vide late Albe. in 1. parte. ſta. in q. inci. item quæro an statutum valeat, & est in ordine. quæſt. 48. per Pet. de Ancha. in repe. c. canonum. de consti. in 3. prin. q. ver. quæro etiam an statutū. Et aliud ad materiam istam dixit etiam Paul. de Castr. in l. si filiof. ff. solu. ma. quod si filiofa. sic soluta dos, & repetitur ab eo, & non fit soluendo, quod pater non tenetur, etiam quantum ad legitimam ipsius filij, nisi statutum aliter deponeret, quod dictum est intelligendum, quando filio soluta est dos sine consensu patris per tex. in l. si cum dorem. §. tran sgrediamur. ff. sol. ma. & allegat istum tex. Paul. in d. l. si filio. Et si dicit statutum, quod pater teneatur pro delicto filij naturalis. de hoc per Albe. vt supra, & vide Pet. de Anch. in repe. c. canonū. supra de constitu. in prima prin. quæst. ver. iuxta prædicta quæritur. vbi inter alia ponit q. Ioan. And. in addi. Spe. in tit. qui fi. fiat leg. & in illo ar. vtrum cessante statuto, vel consuetudine, pater teneatur soluere condēnationem filij, quantum ad legitimam. vide Bald in l. omninodo. §. impuberi. C. de inoffi. testamen. vbi dat multas remissiones. & inter cætera, dicit, quod si pater soluit pro condemnatione filij, ratione pietatis, illud postea non computatur in legitimam, secus si voluisset vigore statuti, vel consuetudinis. Item de quæstione hic posita, & alijs similibus, vide no. Bal. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui. Et quid econtra, an p̄ter delictum patris, filius amittat peculium suum. de hac q. vide Albe. in 3. parte ſta. quæſt. 22. & Bal. in l. filius. ff. de his, qui sunt sui. & vide gl. in Auth. vt omnes obe. iudi. in prin. in versi. secura. Et de hoc an valeat statutum, quod filius teneatur pro delicto patris, vide Bald. in l. dotis. C. de iur. do. & do. An. in c. ex parte, in fin. de consue. Et de primo, an valeat statutum, quod patet teneatur pro delicto filij, vide Bal. in l. 2. ver. quæro nunquid. C. de consti. pe, Bal. in l. 1. C. ne fi. pro patre. Bal. in l. de quibus. ff. de leg. Bar. & Ant. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. ob. tex. & ibi Bar. in l. iure prouisum. C. de fab. li. 11. Et an valeat statutum quod potestas teneatur pro delicto suæ familiæ, vide per Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de of. procon. Et an valeat statutum, quod consors teneatur pro consorte, vide Bal. in l. sanctimus. C. de pœnis. Et si statutum dicat, quod pater teneatur soluere legitimā pro delicto filij, & pater post tēpus delicti ante tempus condemnationis acquisiuit multa bona, an in solutione legitimæ attenditur quantitas patrimonij secundum tempus delicti, an secundū tempus condemnationis, vide plene Albe. in 3. parte ſtatu. q. 25. Et stante prædicto statuto. an filius propter contumaciā fuit habitus pro confesso de delicto, teneatur nihilo minus pater legitimam assignare vide Alb. in 3. parte ſtat. q. 26. & ibi etiam in 22. quæst. examinat de validita prædicti statuti. Et de alio articulo, an illud q; soluit pater pro condemnatione filij cōputari ibi debeat in legitimā, vide Imo. in l. quānis. ff. sol. ma. Et an valeat statutū q; agnati, & cognati confinati teneantur si confinatus rumpit confinia, vide Ang. in consi. suo 62. inci. nobilis miles. Item an valeat statutum quod dominus teneatur ex delictis, familiæ, vide Albe. in 1. parte ſtat. q. 2. Et de illa q. an valeat statutum, q; pater teneatur pro delicto filij, vide Sali. in l. filiusfamilias. C. ne fi. pro pat. & Bal. in d. l. si filiofa. 3. ff. solu. ma. per Bald. in auth. si captiui. ad fi. C. de epis. & cle. in l. 1. ff. si ex noxa. cau. aga. & Io. de Imo. in d. l. si filius. ff. de verbo. obli. in prin. & in d. l. lege Cornelia. ff. de vulg. & pup. per Bal. in l. si quis in tantam. C. vnde vi, & in l. filius. C. de bo. proscr. & in l. 1. C. de vsu. rei iud. Et de hoc generaliter an valeat statutum quod vnus teneatur pro alio, vide Bald. in rub. C. res inter alios acta. Bar. in tracta. re præsal. in 3. q. 1. q. prin. Bar. in l. hi penes. C. de agri li. 11. & Bar. in auth. & omnino. C. ne vxor pro ma. Iaco. de Bellen. in Auth. vt nō fiat pig. in quę stione ibi disputata per eum. & Io. An. in reg. non debet aliquis. in Mercu. Et pro parte affirmativa, quod valeat, facit. tex. in l. si quis. C. ad l. Iul. maiest. & in c. quæro. §. mirum. 6. q. 1. in c. vergentis. de hære. & in ca. in quibusdam. de pœnis. & in c. ad aures. eo. ti. & c. vbicunque & c. felicis. de pœn. li. 6. c. statutum. el 2. de hære. in 6. & quod no. Inn. & alij. in ca. grauem. circa fi. de sen. excommu. Item, quando statutum dicit quod pater, teneatur pro delicto filij, qualiter tunc sit necesse probare delictum, ad hoc, vt pater teneat, vide omnino per Bar. in l. 1. in fi. ff. quando ex fa. tu. & posito q; valeat prædictum statutū, quod pater teneatur soluere pro delicto filij, an teneatur, si filius propter contumaciam habitus fuit pro cō fesso de delicto, sed non fuit directe condēnatus. vide Bar. & Imo. in l. si filiosfa. in 6. q. C. ne fi. pro par. Bar. in conclu. spec. in ti. de sen. profa. Bal. & Ant. in l. qui repudiauit. ff. de inof. testa. Ang. in l. 2. §. fi. ff. si ex noxa. cau. aga. Bal. in d. l. si filius. ff. de his, qui sunt sui. Sal. in d. l. si filius. C. ne fil.

pro pa. & Lud. Ro. in d. l. si filiofa. 2. ff. sol. ma. Bal. in l. fin. §. 1. C. de bonis, quæ lib. Bal. in l. 2. C. de eden. An. in c. quamuis, de re iudi. & vide glos. reputatam fiog. Inst. de noxa. §. fin. Item ad prædicta vide Bal. in ca. fin. de consue.

¶Adde an valeat statutum quod pater teneatur pro filio. Franc. de Aret. consi. 92. & quod Potestas teneatur pro familia Lud. Rom. consi. 115. & an contumacia filij noceat patri, cum pater teneatur pro filio, vide Lud. Ro. consil. 154. Abb. consi. 76.

f ¶colla. bono. Et ibi idem tenet Bar. in l. si. de libe. agnosc. Ale. de Ne.

g ¶Pro filio. De tali statuto, an valeat, vide do. tal. in l. de quib. ver. iuxta prædictam regulam. ff. de legi. Seb. Sap.

h ¶Non incidit. Vide Abb. in c. 1. super eo. infr. de sen. excommu. vbi etiam tenet cum Bar. in d. l. 2.

i ¶Bar. Dominus Bar. de Bellen. hic in addi. dicit se non reperire quod Bar. in d. l. 2. dicat id, ad q̄ inducit eum, & alle. istum hic, & dicit quod voluit videre duas sec. Bar. ne forte altera esset defectuosa, & vide omnino ad hoc quod no. Bar. in l. 2. circa fi. C. de proba.

¶Reperi Ba. Vbiconque puniendus pro aliquo delicto, debet puniri pœna statuti, vel consuetudinis, pœna tamen hoc casu per iudicem diminuitur, non aūt dēt puniri pœna diuersi generis, vel diuersæ speciei. Et vide omnino ad hoc quod no. Bald. in l. 2. circa fin. C. de proba. nec reperio quod Bart. in d. l. 2. ff. de rece. dicat id, ad quod inducit & allegat d. Abb. & voluit videre duas lecturas Bar. ne forte altera esset defectuosa. Bar. Bellen.

K ¶c. proxi. De hoc est opti. tex. in l. tam ex contractibus. ff. de iudi

De clerico venatore. Rubrica.

Supra visum est de quibusdam delictis, tam clericorum, q̄ laicorum; nunc submittit de quibusdam delictis clericorū tantum, scilicet de clerico venatore. De materia habetur 86. distin. in capitu. qui venatoribus, cum 5. capitu. seq. & 30. dist. capitu. primo in prin.

SVMMARIVM.

1 *Venatio cuiuscunque generis, an, & quando sit tam laicis, quam clericis prohibita.*
Histriones an peccent, & ipsi & illi qui dant eis pecuniam.

CAP. PRIMVM.

a EPiscopum. [a] Clerico prohibetur venatio, & contra facienti pœna imponitur. h. d. cū sequenti. In prima pœnitur prohibitio. In secunda pœna, ibi, q̄ si quis. Casus literalis. Dicitur in ca. isto, q̄ episcopus, presbyter, diaconus, aues ad venandum, aut canes, aut huiusmodi habere nō debent, q̄ si aliquis eorum in hac voluptate sæpe inuoluptus fuerit, episcopus tribus mensibus à communione, presbiter duobus, diaconus ab omni officio suspendatur. Item

b Not. 1. ex tex. quod clerico prohibetur nedū venationes exercere, sed etiam tenere accipitres, canes, & huiusmodi apta pro venatione. Secundo colligo quod delictum venandi in clerico, est depositione dignum. vnde hic suspenditur, non autem deponitur. Tertio no. ibi, quod in hac voluptate sæpius &c. quod clericus raro venationem exercens, non

1 debet pœna puniri. de quo infra cum gloss. † In gloss. 2. dicit excepto episcopo. hæc gl. excipit episcopum duntaxat, sed infra. in fi. videtur excipere omnes in sacris ordinibus constitutos. Sed hac materia distingue latius expediendo materiam, tam in clericis, quam in laicis, quod aut loquimur de venatione hominum oppressiua, & illa prohibetur inuilla

c ēte omnibus clericis, quia non debent pugnare [c] etiam contra infideles, vt supra, de voto. in c. ex multa. laicis vero licet est in casu, quo moueant iustum bellum, vt ca. sicut. & quæ ibi plene no. de iureiu. & 33. q. 8. in c. reprehensibile. & in omni timore. Quædam est venatio adulatoria, sicut faciunt histriones qui verbis adulatorijs capiunt homines, sicut venatione capiuntur bestiæ; & illa est illicita omnibus, 1. q. 3. ve qui dicitis, & iuribus allegatis in gl. imo peccatum

d dare aliquid istis adulatoribus, [d] & histrionibus, vt in c. venatoribus 86. di. & ibi est bo. gl. de hac materia, id est q̄ solet fieri in arena, vbi homines pugnebant cum animalibus, & feris indomitis; & ista venatio indistinctē clericis prohibetur. arg. hic. In laicis distinguitur, quod aut faciunt propter lucrum. ff.

ADDITIONES.

a ¶Episcopum. Vide, in l. 1. C. de vena. fera. lib. 11. Et vide quod no. Dom. in capitu. 1. ver. ficu. item si clerico prohibetur venatio, de cle. vena. lib. 6.

b ¶Nedum venationes. Vide in l. 1. C. de vena. fera. li. 11. & vide quod no. Do. in c. 1. ver. item si clerico prohibetur venatio, de iur. cal. in 6.

c ¶Pugnare. An liceat clericis pugnare, vide late Abb. in ca. supra, de vita & hone. cle. Seb. Sap.

d ¶Adulatoribus. Quę etiam tractat, an donare meretricibus, vel histrionibus sit peccatum, & tractat plene materiam huius ca. Et vtrum adulatio sit peccatum mortale, vel veniale, dic, vt per glo. 25. distin. §. nunc autem naturale tamen est adulatoribus. Vnde Seneca, vel imus nullimus adulatoribus nostris fauemus. Ouid. de arte amandi. Delectant captas etiam præconia formas, & Hieronymus ad Zelantium, dicit, quod hodie hoc vitium regnat in tantum, quod adulari nesciens, aut inuidus, aut superbus imputatur.

tus. ff. de postula. sed si faciūt gratia virtutis ostendendæ, tūc eis licita est talis venatio. Et videtur hic velle Docto. q̄ nō sit eis peccatū de iure canonico. excipiūtur torneamēta, vt c. 1. de tornea. ergo alij ludi sunt eis concessi, gratia virtutis experiendæ. Ego putarē q̄ non liceret de iure canonico, vbi esset periculū mortis, per illā rationē, q̄ est in torneamētis; nā nō debet homo, vt experiatur virtutes, incidere de facili in promptum periculū mortis. vbi nedū corpus, sed etiam anima posset periclitari. Quædā est venatio fatuosa, & clamosa, puta quæ fit cū canibus, & ista f̄m gl. permissa est laicis, cā voluptatis. & idē vī velle Io. An. hic, alle. Inst. de re. diui. §. feræ, & ff. de acqui. re. do. l. naturalē, cū si. nisi tempore qua

a dragesimali, & alijs percipituis festiuitatibus. [a] Sed aduerte qa glo. voluit contrarium in dicto capi. qui venatoribus, quæ dicit quod illa clamosa, non est licita laicis; nisi ex necessitate, puta pro carnibus vel pellibus habendis, & pro illa opinione facit textus cap. Esau. 86. distin. vbi dicitur, quod Esau erat venator, quia peccator. & quod non legitur quod aliquis venator fuerit sanctus, intelligitur cū exercet venationē, puto sic posse distingui seu dici, quod aut omnino laic[e] deditus est huic venationi; & tunc illicita est, ex quo fit ad voluptatē tantum; aut raro, & tunc procedat ista gl. In clericis vero glos. varianit. sed concludo, quod aut sunt in minoribus, constituti, & secundum Albe. & Ant. nō puniuntur. sed Hostien. & Ioānes Andreas, tenent hic oppositum, & dicūt quod debent puniri pœna arbitraria. sed potest concordari dici, quod aut omiserunt tonsuram, & tenentur, alias se-

b cus. facit cle. 2. de vita, & honesta. clerico. in versicu. & si tonsuram, [b] aut sunt in sacris, & si habent reditus in venatione, sicut in Francia, licet eis. quia non faciunt ad voluptatem. & hoc voluit etiam Hostiensis, infra capitulo; proxi. Aut non habent huiusmodi reditus; & tunc debent cuitare istam clamosam venationem, putarem tamen, eos non multum pec

c care, si rarissime hoc facerent causa recreationis. [c] arg. hic dum dicit textus. in hac voluptate sæpius deretntus &c. secus si rarissime, & non causa voluptatis, sed causa necessitatis, puta, vt excitaret appetitum, propter morbum præcedentem, vt in capitulo, dilectus. de homicidio. Quædam vero est venatio quæ fit cū retib. seu laqueis, vel piscando, & licita est clericis, dummodo frequenter non insistant, & vide gloss. in capitulo, Esau. quæ dicit, quare magis conceditur piscatio, quam venatio. In gloss. fin. in fin. nota. bene hanc theoricā glo. quod pœna dicitur maior, vel minor, secundum qualitatem personæ cui imponitur, vt sic eadem pœna grauior reputetur in maiori quam minori. Sed contra hoc facit, iste textus, vbi dicitur episcopum debere suspendi per tres menses, presbyterū vero per duos menses, & secundum theoricam gloss. debuisset episcopus per duos suspendi menses, presbyter per tres. Sol. deferendo theoricam glos. dicit secundum Ioan. Andr. quod hic episcopus suspenditur per tres menses communione tantum, sed presbyter suspenditur p duos ab omni officio. vnde ista est maior pœna in se. & sic episcopus mitius punitur pœna inspecta, quam presbyter, & presbyter mitius quam diaconus; sed pro qualitate per-

d sonarum, pœna reputatur maior, vel minor. [d] quod no.

ADDITIONES.

a ¶Festiuitatibus. Idem dicunt Doct. de tempore ieiuniorum, vt in c. 1. & fin. de feriis. Debent enim tunc homines conuenire in ecclesia, & orare, 86. dist. quib. vena toribus. & c. amputatus. & de consc. di. 3. religiosum & dist. ieiunia. Ale. de Ne.

b ¶Tonsuram. Mihi autem videtur dicendum, quod aut clericus in minori bus fit beneficium, & tunc procedit opinio Host. Ioan. And. & Doctor. hic autem non habet beneficia, & tunc sit vera opinio Batrig. & monor ad hanc distinctionem, quia quando clericus habet beneficium, tunc omnia quæ sunt prohibita exultenti in sacris; intelliguntur etiam prohibita existenti in minoribus, si est beneficiatus. Vbi autem non est beneficiatus, tunc omnia negotia sęcularia, quæ sunt licita laicis, sunt licita clericis existentibus in minoribus. & ista fuit Doctrina Hostiensis & Docto. in cap. 1. ne cle. vel mona. & hoc puto procedere, siue portet habitum, & consuram, siue non. Ale. de Ne.

c ¶Recreationis. Adde quod si probatur venatio contra clericos, in duobo præsumitur facta causa recreationis, vt tenet Arch. in cap. qui venatonibus. 86. di. Ale. in consi. 62. inci. inspecto diligenter processu. in 1. vol. re-

d gestum in consi. 1072. in 2. vol. Seb. Sap.

d ¶Minor. Sed dicit Host. quod vno respectu punitur plus episcopus, & pre byter quam diaconus, quia cum in suspensione eius nullum tempus pegatur, poterit episcopus vsque ad duos dies, vel quando sibi placuerit secum dispensare, ar. de of. dele. de causis. & sic vult Host. quod quando suspensio fit ad certum tempus, vel simpliciter, tunc episcopus possit ab soluere, nisi Papa sibi reseruauerit. & hoc tenuit glo. in ca. cupientes. §. generum. in gl quæ incipit. est ergo. de cle. in 6. & in cle. 1. in verbo, excō municationis sententia de hære. quod no. Ale. de Ne.

CAP. II.

OMnibus. Summatum est sup. c. pxi. Not. 1. ex tex. ibi omnibus seruis Dei &c. iuncta glo. quod omnes clerici possunt dici serui Dei, sed non omnes laici, & dicuntur serui Dei cle

rici, non laici, non propter opprobrium; sed propter excellentiam, quia ipsi magis seruiunt Deo. vnde Papa appellat se, nedum seruum Dei, sed seruum seruorum Dei, quia ingerit

a se vtilitatibus, & commodis seruorum Dei. [a] sic etiam intellige quod dicitur de monachis, qui etiā specialiter dicuntur serui Dei, vt 27. quæstione secunda cap. cognouimus. &

b 54. dist. multos. [b] Secundo no. ibi vagationes. quod venatio

c est prohibita clericis causa vagandi, [c] secus ergo si faciunt causa necessitatis, quia vt dicit Host. habent reditus, vt plurimum in venatione, sicuti in Francia &c. tunc enim intendunt vtilitatibus eccleiarum, & non vagationi; maxime

d si familia eis deest. [d] Idem videtur quando faciunt causa necessitatis, propter infirmitatem præcedentem; & raro, vt dixi in capitu. præc. & facit capit. 1. 34. di. vbi ille episcopus redarguitur, quod erat deditus vagationi, & venationi; secus ergo si non deditus, sed rarissime propter causas prædictas [e]

e

ADDITIONES.

a ¶Dei. Vniuersi seruierunt tibi Roma, domini, dominorum; seruorum serui, tibi nunc sunt domini, vide gl. 1. quæst. 7. quoties cordis occulus. Ale. de Ne.

b ¶Multos. Sed dicit Host. quod etiam laici possunt dici serui Dei, seu dicūtur serui Dei. alle. c. vl. Deum time, & mandata eius serua, hoc est omnis homo ad hoc est factus omnis homi. Ale. de Ne.

c ¶Vagandi. Et dicit hic Abb. duplicem prohibitionem huius ri. vnam in habendo, aliam in vtendo, & hoc etiam probatur in cap. præce. Alexander. de Ne uo.

d ¶Deest. Hoc enim secundum Host. & Doc. non est vagari, sed necessitati, vel vtilitati ecclesiæ subuenire. ad hoc additur gunturclerici. 7. q. 1. præsentium, & c. placuit. dummodo hoc faciat tempore competenti. hodie autem secus est in religiosis, vt in cle. ne in agro. §. porro. & ibi etiam per glo. quæ recitat verba Host. Ale. de Ne.

e ¶Prædictas. Sed quæritur hic Batr. si est consuetudo venandi, an valeat: & sic an huic præcepto præscribi possit, & concludit quod non, quia est nutritiua peccati, Cum Canon dicat quod nullus venator reperitur sanctus, 86. di. Esau. & c. qui vexationib. & quia esset præiudicium ecclesijs, cum clerici propter venationem non deseruirent ecclesijs in diuinis nec est officium clericis conueniens, vt in c. 1. ne cle. vel mo. & sic cum consuetudo non sit rationabilis, non valet, iuxta plene notata in c. fi. de consue. Ale. de Ne.

De clerico percussore. Rubrica.

Continuata est hæc rubrica in præcedenti rubrica, & de materia istius rubricæ habetur 45. dist. & 1. q. 7. capitulo. si quis omnem. & 86. distin. capitu. singularis. & c. seq. & cap. pen. non liceat.

SVMMARIVM

1 *Consuetudo delinquendi, aggrauat delictum; licet in se esset minus punibile.*
2 *Fur suspenditur pro tertio furto, licet alia duo alibi commiserit, qu ea non poterant in loco tertij furti puniri.*
Peccatum reiteratum aggrauat, licet fuerit alias punitum.

CAP. PRIMVM.

SI quis. Breue est, vel sic potest summari. Clericus sæpe alium percutiens, & monitus non desistens, deponendus est. Casus literalis. In concilio Agat. quærebat de pœna clerici, sæpe alium percutientis, qui monitus non desistit. Et responsum est, quod si aliquis in sacro gradu percussor extiterit, corripiatur à crimine, & si non se emenda-

1 uerit, deponatur. B. † No. 1. ex tex. [a] quod pro simplici percussione non debet clericus deponi, sed aliter corripi. sed si

a assumat percussionem in consuetudinem, tunc deponendus est; quia cum sit inhumanus, & ferus, non debet in manuetudine clericatus permanere, & intellige tex. in his, qui sunt multum faciles in percutiendo, vt puta qui pro minis verbis sibi non placitis, procedūt ad verbera. [b] Sed quæro, quia tex. hic facit mentionem de constituto in sacris, quid si in minoribus? Doct. dicunt quod idem, peruta alle.

b quid si in minoribus? Doct. dicunt quod idem, peruta alle. quid si in minoribus: Doct. dicunt quod idem, peruta alle.

c in gloss. vnde ad tex. supplent maxime [c] † In glo. fin. ibi, in-

2 telligere de eo, qui in vsu habet &c. No. ex gloss. iuncto tex. quod peccatum pluries iteratum, licet pluries fuerit punitum, aggrauat tandem idem peccatum vltimum commissum, & facit pro dicto Barto. in l. si cui. ff. de accu. vbi nota-

ADDITIONES.

a ¶Ex tex. Vide Bal. in l. 1. C. de ser. fugi. & in l. si is qui. C. qui rest. fac. poss.

b ¶Ad verbera. Abbas ponit exemplum de illo, qui stans percutit illum qui dicit ei aliquid contra placitum. Ale. de Ne.

c ¶Maxime. Et dicit Host. quod maxime cauere debet constitutus in sacris, & maxime episcopus, de quo remittit Hostien. in §. & cui fuit. & §. decima. Ale. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a notabiliter dicit, quod licet quis pro furtis [a] alibi commissis non possit hic puniri, si est forensis: tamen furta alibi cõmissa aggrauant hic cõmissum furtum, quia videtur sibi assumpsisse in consuetudinẽ actũ furandi, vnde poterit hic suspendi, licet alias, pro primo furto non debet suspendi, argu. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. & bene facit l. 3. C. de epi.
b au. & c. in nos. 25. q. 2. tenementi. [b]

ADDITIONES.

a ¶Pro furtis. Furtum factum alibi habet grauare furtum hic commissum, & hoc dictum ponit etiam Abb. in c. 1. de pœnis, pro quo vide quod no. Imo in cle. pastoralis. de re iud. & ad hoc optime facit quod no. Petr. de Anc. in rep. reg. peccati venia. li. 6. in 3. opin. ver. & ista fatiunt. vbi omnino vide & vide ad hoc Pe. de Anch. in repe. c. canonum. de consti. in 6. prin. q. ver. forma etiam, & vide de quæstione hic posita per Alb. in 3. parte, sta. q. 32. & idem quod hic tenet Abb. tenet etiam Bal. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fug. de quo per Ioan. And. in addi. Specu. in rub. de fur. circa medium, vbi tenet opi. Bar. in d. l. fina. & per Sal. in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi. & de hoc etiam vide Maria. in rep. c. qualiter, & quãdo. in 66. q. de accu. vbi vltra aliqua extra prædictis, allegat in hac q. Nelli. in tract. bannitorum, in 6. q. 2. partis hic posita per Albe. vide etiam Bal. in auth. qui semel. C. quomodo, & quando in. & l. si certum. ff. si cer. pe. & in l. 1. C. de ędi. ac. & per Pe. de Anc. in cle. 1. de pœnis. & facit quod in simili scribit Bal. in l. apud antiquos. C. de fur. de eo qui hodie furatur domino, vnum denarium, cras alium. Adde an furta alibi commissa, grauent inuentum hic cum furto Lu. Ro. cons. 45. vbi dicit quod non aggrauant, si de illis fuit absolutus.

b ¶Tene mẽti. Opinionem Bar. sequitur Bal. in. auth. sed nouo iure. C. de seruis fu. Sed Bar. in d. l. si cui. ff. de accu. non loquitur expresse, quando de primo, & secundo furto fuit punitus, tamen dicendum est idem cum de primo, & secundo, &c. de hoc videtur tex. in l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis. ibi, tractati clementius. Vnde opinio Abb. mihi placet, & satis est de mente Bar. & Bal. ibi. & patet per rationem, quia statutum vult q puniatur pœna furcarum propter consuetudinem furandi, sed ista subest consuetudo furandi, si de primo, & secundo furto fuit punitus, Sed Bal. in d. auth. sed nouo iure, dicit vnum verbum satis contra fures. dicit .n. quod vnum furtum excessiuum æquiualet trib. furtis, ita q pro tali vnico furto, quis est suspẽdendus, & maxime si interuenit fractura ostij, vel scrinij. Sed alij tenent contrarium, quia debitum magis aggrauatur ex frequentia, quam ex magnitudine rei subtractæ, & hæc est opinio Raphaelis in d. auth. sed nouo iure. & mihi magis placet. Sed d. Paulus, ibi simpliciter refert, opinionem nullam approbando, videtur tamen magis residere cum opinione Raphaelis. plura circa hãc materiam possent dici. sed dic, vt plene habetur in d. aut. sed nouo iure. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Vulneratus præsumitur mortuus ex eisdem vulneribus, etiam post octo menses, si nunquam fuit visus cõualescere; sed potius in deterius ire.* 3.
2 *Pœna fustigationis est permissa per ius canonum, dum tamen non sit crudeliter facta.*

CAP. II.

Præterea. Duobus mẽsibus, à missarum administratione suspenditur episcopus, qui crudeliter aliquem fustigari facit, vel sic. Non potest episcopus pœnam grauem verberũ imponere. primo ponit episcopi ſcuitiam. secundo ibi, quã, excusat illam à morte. tertio illum punit, ibi, quia. Casus literalis. Episcopus Tarẽtinus, fecit credi crudelib. fustib. quãdam mulierẽ pp delictum suum, contra ordinẽ sacerdotij, q̃ post 7. menses decessit, sed non pp illam percussionem, puenit hoc ad notitiã Pa. vnde illi pa. ſcepit, vt duobus mensibus ab administratione missarum abstineat, qa ad ordinẽ
1 suum noluit habere respectum. B. † No. 1. ex tex. & tene mẽ-
a ti q̃ decedẽs [a] multo tpe post, puta 7. mẽses à rẽpore inflicti vulneris, nõ præsumit decessisse ex vulnere, sed intellige, q̃n percussus visus est cõualuisse, vt sentit glo. in l. 1. C. de emẽn. ser uo. secus put arem vbi ſemper in deterius processit, & tãdem defunctus est. vnde potest satis hoc resinqui arbitrio iu-
2 dicis. de quo in gl. † Secundo no. eãm posse mulierẽ pp delictum suum fustigari facere, sed non crudeliter, & facit cap. 2. de calum. & 5. q. 5. c. illi qui. sed dices, de qua muliere intelligit tex. dicit Ioan. And. q̃ potest intelligi de vxore, nã clericus habet potestatem ligandi, & verberandi vxorẽ, propter peccatũ, suum vt est tex. in c. placuit. 33. q. 2. No. ex hoc dicto, q̃ effectus clericus, vxore remanẽre in ſeculo, & vouente castitatem, habet pt̃em eam corripiendi, nõ. n. dẽt eam abijcere à cura, sed à thoro tm̃ abstinere, vt in cap. omnino,
b 31. di. [b] Secundo potest intelligi in muliere delinquente, in ecclesia. ar. in c. veniens, de sen. exc. vel forte ista mulier erat
3 supposita iurisdictioni temporali istius cẽi. † In glo. 2. ibi si
c qua fœmina. [c] vbi quis præsumitur decessisse ex vulnere, & idem tenet tex. in l. vna. C. de eman. seruo. sed vide tex. in cap. continebatur. 3. de homi. vbi etiam decedens post 8. dies præsumitur decessisse ex vulnere. vide etiam c. presbyterorum. eo. tit. vbi dicitur post paucos dies &c. vnde satis putarem
d hoc arbitrarium, vt supra dixi. [d] In gl. fi. no. gl. contra præsidentes, qui grauissime puniũt potius, vt timeantur, quam vt delictum puniant; nam isti grauius peccant, ideo grauius puniendi sunt, tene menti.

ADDITIONES.

a ¶Decedens. Quando vulneratus præsumitur decessisse ex vulnere, vide late Fel. in c. presbyterum. supra de simo. Seb. Sap.
b ¶3 1. dist. Et etiam ab omni conuersatione cum ea, vt in c. presbyter. & in ca. hoc piciosum. 32. di. Ale. de Ne.
c ¶Fœmina. Adde quod notat Io. An. in addi. Spe. in ti. de emp. & ven. § 1. & no. quod in venditionibus. Bar. Bellen.
d ¶Dixi. Sed gl. in d. l. 1. de eman. seruo. dicit, quod si surrexerit, & ambulauerit per triduum, non videtur decessisse ex vulnere. Sed Bar. in l. si ita. ad l. Cor. de sica. dicit primo esse recurrendum ad iudicium medicorũ, vt in c. significasti. ſ. de homi. & dicit q̃ si plures non reperiuntur, q̃ debeat stari dicto vnius, vt in Auth. de non alie. §. quod autem coll. 2. Sed circa hoc vltimum, dic vt plene per Abb. Sic. in c. proposuisti. de probat. Cessante autem iudicio medicorum, dicit Bar. q̃ ex diuturnitate præsumitur decessisse ex alia causa, quam ex vulnere, & allegat ibi tm̃ q̃ dicit Ab. Sic. quando apparet cũ cualuisse, secus si ſingultellige ẽm q̃ dicit Ab. Sic. quando apparet cũ conualuisse, secus si ſingulprocelsit in deterius, & tandem defunctus est. Vnde bene dicit q̃ tãquendum est hoc arbitrio iudicis. Sic limita inquantum dixi, q̃ vbi neneratus decessit post modicum tempus, q̃ præsumitur decessisse ex nere, vt in c. presbyterum & in c. ad audientiam. ſ. de homi. Nam hoc verum, nisi vulneratus fuerit negligẽs in ſe custodiendo, vel si nolens recipere aliquam. medicinam, nec medicis parere. Nam tunc videtur cessisse culpa sua, si medici nesciunt discernere, an vulnus fuerit mole, de hoc vide Bald. in ca. 1. quibus mo. feu. amit. qui dicit quod ille citur mortifere vulneratus, qui secundum regulas medicinæ non poncuadere, ille autem qui de leui curari põt, non, vt in l. si ab hostibus. ff. cum ibi no. ff. sol. ma. & dicit ibi Bal. quod præsumitur mortifere vulratus ex eo quod decessit ex tali vulnere nõ curato, nisi ex aduentu pa infirmi fuerit secuta mors, tunc secundum eum debet diligen aut vulnus præponderabat culpæ, & tunc mors dicitur secuta re. sed si maior fuit culpa, dicicitur mors secuta ex culpa, arg. in l. ritur. ff. de ſta. hominum. Dicit tamen Bal. in ca. 1. quib. modo quod est difficilis probatio huius negatiuæ, quod vulnerans non mortuus ex vulnerare, & ideo dicit quod medici debent diligenter minari, & ſi sunt varij in opinionibus, debet iudicari contra rem. allegat notata in c. significasti. de homi. Sed tu dic, quod ſit tãperitioribus, de quo vide Ioan. An. & Bu. & doc. in c. proposuisti. de ba. vbi autem essent æqualiter periti, tunc dicerem quod quatuor de regularitatem, iudicandum est contra percussorem, vt in dicto c. ficallit. de homi. aut quantum ad pœnam fori ſæcularis, & tunc, rei infirmũ commisisse culpam in suo regimine, & tũc putarem decessisse ex culpa. Nam cum per varias opiniones medicorũ, non fit scitan decesserit ex vulnere, præsumendum est culpam fuisse rem, quam fuerit vulnus, & ſic vulnus nõ fuisse mortale. & hoc Florianus, in l. qui occidit. § fi. ff. ad legem Aqui. Ego autem sic dicerem quod aut nunquã fuit sanatus ex vulnere, & tunc præsumitur decessisse ex vulnere, ex quo per iudiciũ medicorũ non potest sciri an fuerit nus mortale, vel non, nec de aliqua culpa vulnerati constat, vt dicit Abb. Sic. aut sanatus fuit, sed postea infirmatus decessit, & tunc aut breue tempus, & infirmitas præsumitur causata ex vulnere percutio vt in capitu. presbyterum. & in c. continebatur. de homicid. aut teruallo, & tunc præsumitur causata infirmitas ex alia causa, & non ex vulnere, & hoc voluit Bar. in l. maritus. ff. ioca. & probatur ibi de hoc post Abb. Sic. in dicto c. presbyterum. in magna addi. Spe. in Sed aduerte. Quando autem dicatur infirmitas noua, seu morbus nire infra paruum, vel magnum tempus, dic quod hoc est arbitrandum attenta quantitate, & qualitate vulneris, vt dicit hic Bu. & latius Abb. Et ex prædictis collige practicam articulandi pro defensione vulneris, & hæc notabis. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatem an incurrat clericus, si interfuit alicui homicidio, non tamen ipse dedit causam ipsi homicidio.*
2 *Irregularitatem, ex non peccatum incurrit quis, interficiendo aliquem ad defensionem sui consanguinei.* 3.

CAP. III.

Præsentium. Duobus annis à missarum celebratione suspẽditur presbyter qui associat repellentes violentiam, in conflictu, vbi aliqui mortui sunt, & lapides proiecit, vel fecit nullum percussit. hoc dicit iuxta literam, vel sic summari. Non punitur clericus, vt homicida, si hoc in conflictu pro parte violentiam repellentium, licet ille qui mortui sint, & ipse lapides proiecerit; ex quo nullus se percussit. primo narrat factum. secundo ibi, quem temporaliter punit. tertio, post tempus admittit, ibi mamus. Casus literalis. Quidam presbyter fuit in quodam flictu, pro parte tamen illorum qui violentiam repellebant, in quo conflictu lapides proiecit, sed aliquem non perfit, aliqui occisi fuerunt illic per alios. dubitabat facere an esset ei imputandum, accessit ad Papã, ipse intellecta confessione, præcepit illum abstinere à celebratione sarum per biennium, ita quod si aliud non impedit,
1 tunc suum officium exequatur. Ber. † No. 1. quod clericus licite præstat opem obsessis, seu oppressis, non tamen ad pcedere ad occisionem pro defentione alterius, facit q̃ gitur, & no. in cle. si furiosus. de homici. Sed contra illud tum oppo. de ca. sicut dignum. &c. clericos. de homicid. & 50. distin. si quis viduam. vbi patet, quod præstans opem homicidium, efficitur irregularis; licet ipse non interfe-
rit. Sol. hoc c. legitur duobus modis, primo vt intelligatur quod

quod hic interuenit dispẽsatio. vnde de iure communi iste erat irregularis. Sed contra hunc intellectum facit textus in capitu. petitio. de homici. vbi patet, quod clericus, qui interfuit bello iusto, non tenetur de homicidio facto per alios; etiam si ipse percusserit, dummodo non occiderit. Solut. Iaco. antiquus Doctor, qui tenuit hanc lecturam, respondebat ad illum tex. quod procedat illud, quando clericus defendebat rempubli. vt patriam. arg. in l. vt vim. ff. de iustitia. & iure. sed hoc capi. procedat in conflictu speciali, cum aliqui ab alijs specialiter opprimuntur. Nec obstat capitulũ dilecto. de senten. excommu. lib. 6. vbi dicitur, quem obuiare debere iniuriæ inferendæ proximo. quia loquitur de laico, non clerico. & per hunc intellectum insurgunt istæ duæ maximæ restrictiones. vna ad d. capitu. petitio. alia ad capi. dilecto. Host. volens inhærere literæ, tenet contrarium, dicens, hoc capi. procedere de iure communi, non ex dispensatione. & quod pœnitentia fuit hic imposita ad cautelam, sicut etiam sentit glo. fi. & ista lecta. mihi placet, primo, quia non est hic aliquod verbum sapiens dispensationem. imo tex. potius innuit oppositum, si alia non impediunt, nec apparet in iure differentia inter cõflictum specialem, & generalem. Item in capitu. dilecto. præalle. loquitur indistincte, &
2 communiter solet intelligi, tam in clerico, quam in laico.
2 † Et pro hoc vide bonam glos. 23. q. 7. §. 1. quæ singulariter
a dicit quod interficiens [a] alium ad defensionem proximi, nõ peccat, licet efficiatur irregularis. & idẽ sentit glos. in d. cle. furiosus. de homici. & Inno. in c. si vero. el 1. de sen. excõmu. & hoc intellige quando maxima subest necessitas ex parte oppressorum. alias autem clericus peccat, assumendo arma non autem efficeretur irregularis propter homicidium per alios commissum; & sic alio modo posset intelligi text. iste, quod pœnitentia fuit imposita, quia aliqualiter excessit
3 proijciendo lapids. sed quia conflictus erat licitus, & iustus ex parte oppressorum, non tenet de homicidio. † In glo. fi.
in fi. sentit enim nota. glos. istũ presbyterũ in nullo peccasse, & sic nedũ irregularitatẽ, imo peccatum non contraxit. & Host. dicit etiam posse dici, q̃ hic, pp scandalum euitãdũ, vel propter infamiã, fuit imposita pœnitentia; vel dic, vt ẽ. dixi, q̃ non erat magna necessitas, quia illi forte per se erãt sufficiẽtes ad deferendum, vnde clericus si reperitur in aliqua culpa assumendo arma, non tamen tenetur de homicidio, cum illi, qui interfecerunt, iuste interfecerint.

ADDITIO.

a ¶Interficiẽs. Vide do. Ias. in l. vt vim. ver. sed pulchrum est dubium. ff. de iu stit. & iu. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatem non incurrit aliquis, si interfuit in aliquo conflictu, in quo sit commissum homicidium, in quo neque verbo, neque facto Præstit opem; adeo quod sine alia dispensatione poterit promoueri.* 2.
3 *Responsio facta per superiorem, ad consultationem, præsumitur facta de iure.*

CAP. IIII.

Ontinentia. Hoc c. legit duobus modis, si cut capi. præcedens. Vno modo, quod dispensatiue iste possit promoueri. Alio modo, quod de iure communi. & sm hunc intellectũ, qui mihi plus placet. hoc di-
2 cit. † Clericus, qui fuit in conflictu, vbi aliqui fuerũt occisi sine eius facto, vel consilio, de iure communi ꝓmoueri potest. Communis diuisio. secunda ibi consultationi. Casus literalis. Quidam acolytus P. nomine arma sumpsit ad resistendum prædonibus, & in illo conflictu tres fuerunt vulnerati ad mortem; ita tamen q̃ homicidia illa, neque consilio, neque facto eius perpetrata fuerunt; tandẽ acolytus ille ad religionem transiuit, & voluit promoueri ad sacros ordines, quæsitum fuit à Papa an posset. Rõdet Pa. q̃ cum ad frugem melioris vitæ transierit, poterit ad subdiaconatus ordinẽ ꝓmoueri, & altaris ministeriũ exercere. B. No. 1. ex tex. secundum vnum intellectum, quod licite clericus etiam assumit arma ad resistendum prædonibus, nec tenetur de homici-
2 dio ibi facto, si absque eius consilio, & facto gestum est, & de hoc statim dicetur cum gl. fi. † In gl. fi. in fi. ex hac gl. colligitur primus intellectus, quod nic interuenit dispensatio, q̃ fuit in culpa assumendo arma. Sed contra hunc intellectum facit tex. in capitu præsenti, vbi ille presbyter assumpsit lapides, & proiecit, & tñ non tenetur de homicidio facto per alios, ex quo fuit pro parte illorum, qui violentiam expellebant. ideo Host. tenet q̃ de iure communi iste potest ꝓmoueri, & hæc lectura mihi placet. Et primo facit iste text. vbi
3 respondet ad consultationem, ergo non inducitur dispensatio. † Quia quando Papa respondet ad consultationem, respondet de iure, vt dicit gl. in c. consultationem, de tempo. or

a di. [a] Item tex. hic dicit, q̃ iste poterit promoueri. sed id quod fit per remedium extraordinarium, non dicitur fieri posse, vt no. Inn. in c. pastoralis, de causa possessio. & proprieta. fa-
b cit 20. q. 2. c. facit homo. [b] Item facit tex. in fi. dũ generaliter dicit, quod poterit iste altaris ministerium exercere. Nec obstat qã dr̃ de subdiaconatu, quia adiuc poterit in presbyterum promoueri. Nec obstat quod ponderatur, istum transisse ad religionem, quia hoc facit, vt non imponeretur sibi aliqua pœnitentia, sicut factum fuit in c. præc. ad hoc quod
c no. in simili in c. scripturæ. de voto. & 33. q. 2. admonere. [c]

ADDITIONES.

a ¶De temp. ord. Idem dicit glo. 1. in c. ex ruæ. de fil. presby. Ale. de Ne.
b ¶Homo. Quod declara vt plene dixi in cap. super eo. de condition. apposc ¶Admonere. Istud mihi placet præsertim quia ratio tex. quę ponitur hic in verſic. ita tamen, infert quod non exigatur dispensatio. magis enim ratio iuris, siue canonis est attendenda, quam dispositio, vt in l. cũ pater. §. dulcissimis, de leg. 2. & in l. quod dictum. ff. de pact. etiam si opponeat verba impropriare, de quo vide gl. singularem, infra de cle. excom. ministr. & hanc opinionem etiam tenet Burr. Sed Domi. Car. dicit esse standũ primo intellectui, tanquã tutiori, & communiori. Sed tu dic, quod imo secundus intellectus est tenendus, quia ille est verior, & communior, cum teneatur à Modernis. de quo vide nota. per Io. de imo. in cle. ne Romani. de elect. & per Doct. in capitu. vt debitus. de appella. Ale. de Ne.

De maledicis. Rubrica.

Continuatur hæc rubrica ad præcedentes, hoc ordine, vi delicet, quia alia percussio fit, puta manu, alia lingua, cum maledici, & detractores quodammodo percutiãt, & supra visum est de percutientibus manu, recte nunc subijcitur rubrica de maledicis, videlicet de percutientibus lingua.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum competit etiam ei qui fuit in absentia iniuratus.*
2 *Iniuria tanto dicitur atrocior, quanto coram pluribus facta est.*
3 *Damni dati emendationem non tenetur quis remittere, & iniuriæ satisfactionem.* 4. 7.
5 *Iniuratus si fuerit superior, an possit ipse iniurantem punire.*
6 *Iudex ordinarius, potest de iure canonico in totum recusari.*
7 *Iniuriæ satisfactionem nemo tenetur remittere, sed rancorem sic.*

CAP. PRIMVM.

a Innotuit. [a] Maledicens Papæ puniendus est, vt alij deinceps deterreãtur & abstineant, & ipse arceatur, hoc dicit. Primo ponit culpam. Secundo illam puniri mãdat. Tertio ponit cãm. secunda ibi, ip sum. tertia ibi, vt pę-
b na. [b] Casus literalis. Quidã clericus in præsentia multorũ, q̃dã verba protulit in cõtemptũ, & depressionẽ officij, & beneficij domini Papæ. Significatũ fuit ei, mandat Papa cuidã, vt illũ clericũ a sua temeritate cõpescat, sic q̃ pœna illius sit aliis in terrorem. ne de cætero contra Romanam ecclesiã,
1 verba talia proponat. Bernar. † No. 1. quod iniu. ria, seu cõui-
c cium [c] alteri illatum, quanquam in absentia, est pœna dignũ, ex quo infertur, quem posse agere actione iniuriarum pro iniuria sibi illata in absentia. facit 5. q. 1. in c. primo, & quasi per totum. & ff. de iniu. lata apud Labeonem. §. si quis libel-
2 lo. † Secundo no. q̃ conuicium, & detrectatio, est magis de testabilis, & pœna digna, quanto cor am pluribus fit. Institu. de iniur. §. atrox. & in capitu. cum sit. infra de excess. prælato.
3 † Vltimo not. prælatum posse bona conscientia punire, & procedere contra detrectatores suos; non ergo tenetur remittere satisfactionem iniuriæ. pro hoc ca. olim. de iniu-
4 rijs. & c. grauis. de restitu. spolia. quod not. 23. quæst. 4. si is.
d & 80. distin. quasi per totum. [d] † In gl. 2. in fi. ex hac glosse. efficiuntur

ADDITIONES.

a ¶Innotuit. Adde Bal. & alios, in l. 1. C. si quis impe. maledixe.
b ¶Pœna. Pone exemplum, sm Inn. ocen. quia iste dixerat quod Papa multa faciebat, de quibus nullam habebat authoritatem, vel potestatem, vel quod ecclesia Romana non erat digna habere priuilegia, quibus Deus eã decorauit, vel quod ecclesia Romana non bene dispensabat beneficia pro subiectas ecclesias, vel secundum Host. dicebat quod Papa vendebat gratias. Ale. de Ne.
c ¶Conuicium. Adde hic Archi. in capitulo si qui sacerdotum. vndecima quæstione prima. vbi plene ponit, quid sit conuicium. Item de maledictione, vtrum sit mortale peccatum, vide tex. in capitu. vnum ora rium. §. criminis. alias, ea demum. in fin. vigesima quinta distinctio. & late per beatum Tho. in secunda secundæ, quæstione. 77. arti. secundo. & in ead. quæstione. articu. 1. ponit vtrum licite quis possit maledicere irrationabili creaturæ. & in ead. quæstione ar. quarto. ponit de comparatione maledictionis ad alia peccata.
d ¶Totum. Sed nota istum textum singulariter ibi, beneficij nostri. quod patus est beneficium, quod forte alibi non reperitur, secũdum Do. Carnale. & dicitur beneficium secundum Hostien. id est potestas, cuius ordinal. & dicitur beneficium secundum Hostien. id est potestas, cuius officium generaliter extenditur ad beneficia conferenda, dispensationes, & gratias faciendas, indulgentias, & priuilegia concedenda. quod nota. Ale. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuntur duæ sol. Prima est, quod iniuriam illatam personæ, debet superior remittere, sed illatam dignitati non; & sic potest intelligi illa l. vnica. C. si quis impe. male. & procedit ille tex. secundum vnum modum intelligendi. vt intelligatur quod debet remitti iniuria. Sed Accur. gl. aliter intelexit, videlicet quod persona iniuriās debet remitti ad principem, vt considerata qualitate personæ ei remittat vel puniat. iste intellectus plus applaudit illi literæ. [a] Secunda sol. glo. est. quod misericordia, & benignitate tenetur superior [b] remittere iniuriam. sed non de iure; imo ipsemet potest, ob hanc causam punire subditum contra eum excedentem, no. per Innocen. in cap. ex parte. el 1. de verb. sign. & vide bonum tex, in cap. si quis ergo. 2. q. 3. quæstio. 7. & cap. si quis ab episcopo. & glos. in cap. Romana. da pœnis. lib. 6. & disputauit Iacob. de Are. vt refert Cyn. in l. vna. C. ne quis in sua cau.

c & plene retigi in cap. cum venissent [c] de iud. † Sed quātum
5 ad propositū nostrum, sic communiter solet distingui. quod aut iniuria est notoria, & tunc potest ipsemet superiori illum punire, vt no. Innocen. in loco prælleg. & Cyn. vbi supra, hoc enim dictum ego limito, quando pœna est à iure
d expressa, [d] sed vbi pœna venit imponenda arbitrio iudicis, quod est regulariter secundum ius commune in actione iniuriarum, tunc dico quod iste superior tanquam suspectus potest recusari: quia posset in arbitrando excedere modum.
e nec excusat ibi notorietas delicti. [e] pro hoc quod no. glos. in capitulo. super his, de accu. & facit quod dixi in capitulo proposuit de appell. Aut iniuria nō est notoria, & tūc aut est illata personæ, & non potest, quia nemo potest esse iudex in facto proprio vt 23. quæstio. 4. inter quærelas. & in d. l. vna. C. ne quis in sua causa. Aut est illata dignitati, & potest, vt in d. c. si quis ergo. & in l. 1. C. de' of. eius, qui vi. al. gerit. In hoc tamen Petr. de Bell. per iustar. & placuit Cy. in d. l. 1. & videtur placere Io. An. hic, qui dixit quod quia in consequentiam tangit personam, si iste est delegatus, potest recusari: si vero est ordinarius, petetur adiūctus, vt in l. apertissimi. cum auth. sua. C. de iud. & quod dicitur de adiuncto, procedit de iure ciuili, secundum quod ordinarius non recusatur
6 in totum, vt no. in dictis iuribus. † Secus dicerem de iure canonico. nam etiam episcopus in totum recusari potest, si est suspectus, vt in c. si quis contra clericum, de foro comp. no. hoc dictum perpetuo. nam limitat iura communiter dicentia, superiorem posse iudicare; cum iniuria, seu causa tāgit dignitatem, vt possit recusari, quod etiam dico in c. cum
f venissent, [f] de iud. † An autem peccet, non remittens in-
7 iuriam? conclusio est quod rancorem iniuriæ debet remit
g tere. 90. dist. in c. si quis contristatus, quod limitat Barto. in l. si tibi decem. ff. de pact. referendo magistrum sententiarū, quando aduersarium pœnitet; aliàs notabiliter dicit, quod non tenetur sibi ostendere signa amicitiæ, & dilectionis. Sed satisfactionem iniuriæ nemo tenetur remittere, si non vult.
h pro hoc quod no. in d. c. si quis. & c. studendum. 90. dist. [h] & facit c. olim infra de iniu. & ex hoc infert Bar. in dicto loco,
i quod si infirmus dicit sacerdoti, [i] remitto iniuriam mihi illa tam per talem, quod censetur remisisse odium, & non satisK factionem iniuriæ [k] quod est bene notandum.

ADDITIONES.

a ¶Literę. Quod non est verum, imo magis applaudit illi literæ secundus intellectus, seu secunda solutio.

b ¶Superior. An, & quando superior potest punire subditum contra eum excedentem. Et vltra hoc adde glos. in cap. cum personæ. de priuilegi. in sexto, & vide omnino quod late scribit Ioannes Andreas, in not. in capi. fœlicis. §. fina. super versiculo. priuata. de pœnis, in sexta glos. in quo contingit. et primo, de sententia, excommunicatio. Et de hoc aliquid per Innocen. in capitulo dilectus, & in capitulo finali de pœ. is. Anto. in ca. primo, de officio delegat. vide omnino Abba. in capitu. dilectus, & capitulo finali. de pœniten. & Oldra. consilio septimo, & glo. in versiculo ecclesijs, & ibi Ioannes Andreas, in Clementina 1. de foro competenti. Et quod in facto notorio quis possit esse iudex in causa propria, tenet Antonius, in ca. ex parte decant. de referip. & allegat Innocentium in capiculo ex parte, de verborum significatione, & idem firmat Bald. in lege aperūissimi. C. de iudic. Cyn. & alij, in l. 1. C. ne quis in sua causa Item adde quod notat. Barto. in lege item apud Labeonem. §. idem ait. ff. de iniu. Et quod plene de hac materia scribit Domi. in capi. Romana, de pœnis, in 6. Item vide Archid. in capitulo. si quis ab episcopo. 1. q. 7. vbi dicit, quod si litigator dicat iniuriam iudici, non puniet ipse, sed puniet superior. Et dicit ita notare Innocen. & Hostien. in d. ca. dilectus, de pœniten. Item adde omnino nic Bar. in l. si quis forte. §. si quos. ff. de pœnis. & do. Anton. in ca. cum venissent. in fi. & quod ibi nota. de iud. & vide omnino illud quod eleganter de hoc scribit Hostien. in summa, de male. versiculo si qui verbo tantum, cum sequentibus. Lap. aliegatione 92. Ité vide omnino beatum Tho. in 2. 2. q. 108. art. 1. vltra medium. vbi tenet q si iniuria illata in aliquem, redundat in Deum, vel ecclesiam, tunc licet, vt propriam iniuriam, vlcisci. Sed inquātum iniuria concernit propriā personam, debet eam tolerare patienter, si expediat. Et vide textum, & glo. in cinter querelas. & c. Guilielmus. & 13. quæst. 3. quæ est hodie in c. dilecto, de sen. excom. in 6. & Doct. in capi. qui emendat. vltra medium. 45. di.

¶Adde quando de iniuria sibi illata quis possit cognoscere. Alex. cōsilio 35. 2. lib. Oldr. consi. 258. vbi dicit, quod capitulum ecclesiæ potest cognoscere de iniuria sibi illata.

c ¶Venissent. Vide ibi plenissime An. & Barto. in lege. si quis aliquid. ff. de pœnis.

d ¶Expressa. No. hanc nouam & singularem limitationem, quam etiam repetit idem do. Abb. in c. dile. infra de pœnis.

e ¶Notorietas delicti. Contrarium sentit Bal. in c. 1. §. iniuria. in prin. de pace tenen. vbi dicit quod si quis dederit alapam prætori, potest eum facere decapitari. Tamen illud dictum restringe, vt per Sal. in l. qui iurisdictionis. ff. de iurisd. omn. iud. Seb. Sap.

f De iud. Domin. Cardin. dicit, quod Bal. in d. l. vna. C. ne quis in sua causa, dicit hoc dictum, s. quod possit recusari, vt suspectus, nulla l. probari. & tenet cum opinione Iacob. de Are. quod indistincte dixi iudicem posse cognoscere, ex quo iniuria concernit dignitatē. Sed mihi magis placet opinio Petri & Cyn. quam sequitur Io. And. Bar. & Abb. Sic. per rationem quam allegant. satis enim est suspectus, ex quo iniuria illata diligitur in consequentiam concernit personam, & sola suspicio est iusta causa recusandi in dicem, licet suspicio ex multis causis descendere possit, vt dicit glos. notab. in ca. si contra vnum. in verbo, legirima. de offi. delega in 6. Verum autem valeret cōsuetudo quod quis possit in sua causa esse iudex But. dicit quod non, in ca. postulasti. de fo. compe. de quo dicve vbi Ale. de Ne.

g ¶Iniuriam. An autem Papa possit parcere iniuriam antipapæ, vide Oldr. in consi. 44. Item quod quis non teneatur remittere propriam iniuriā, nisi velit. Host. tenet in summa, de maledi. §. 1. verficu. vel dicit, quod tenetur. Item vtrum sit licita vindicatio, vide omnino beatum Tho. late in 2. 2. q. 108. arti. 1. Et ibi etiam in tribus arti. prox. seq. ponit plures quæstio. de vindicta. Et an quis teneatur remittere iniuriam, vel rancorem, & an remittendo, vnū videatur remittere aliud, & ad hoc vide omnino gl. fi. & ibi Bal. inst. de iniu. §. fi. Et quod notat idem Abb. in c. 1. circa fi. de iniur. & vide gl. in ver. emendet. & ibi latissime Domi. post Host. in Nouel. in ca. præiatus. de homic. in 6. & vide glo. in fi. cap. is qui. & cap. si illi, alle. hic in glo. fi. 1. q. 4. quia præsulatus, & vide glo. & ibi Doct. in ca. & qui emendat. 45. dist. Bar. in l. non solum. §. iniuriarum. ff. de iniu. & vt de Bar. post Cy. in l. diuus. ff. ad Sylla. vbi dicit quod remissio iniuriæ, facta in foro penitentiali, prodest in foro sæculari, & ita dicit contigisse in morte domi. Orto.

h ¶90. dist. Et vide gl. ea. dist. si quis contristatus. & 23. q. 4. si is qui.

i ¶Sacerdoti. Et facit quod dicit Bal. in l. si tibi. §. pe. ff. de pact. vbi ad literam dicit illud, qui remittit iniuriam tacite, vel expresse, non per hoc intelligitur remisisse damna, & interesse, vel expensas, quas est passus quinad oia ista possit agere, non obstante remisione iniuriæ expresse facta, vel tacite, dato, quod facit pacem, & remittat quæ cunque iniurias, adeo fis cautus, secundum ipsum, vt in instrumento concordiæ, & pacis, studeas remittere quicunque damna, & interesse, si vis quod plene fiat remissio. Item & plenius tenet nota. Bald. in l. si domus. in prin. per illum textum. ff. de ser. vrb. prædi. & Angel. de Aret. in §. præterea. primo, in fine. ff. de excep.

K ¶Iniuriæ. Gl. tamen tenuit contrarium Institu. de iniur. §. fi. sed illam gl. reprehendit Gul. de Cun & Bar. in loco prælegato. vnde in hoc non dicit verum. Dicit autem aliud glos. prælegata. quod comedendo, & bibendo, & ridendo cum eo, qui intulit iniuriam intelligitur remissa iniuria, quod intellige, dum tamen sit in libertate, per illud quod no. in capiculo super hoc de renun. de puella. quæ metu contraxit matrimonium, & adducta ad domum illorum, qui metum intulerunt, vbi est ridere, & iocari. nam per hoc, non intelligitur consensisse, nec metus fuisse purgatus, ex quo tunc non erat in libertate, quod no.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemans, an, & quando possit, & debeat ab episcopo loci absolui.*
2 *Lucre in corpus in defectum pecuniæ, habet locum in pœnis pro malefacio secus si est obligatus ex contractu.*
3 *Blasphemans qua pœna puniatur. 5 11.*
4 *Delictum quando est punibile in vtroque foro, an pœna imposita ab vno iudice, impediat aliam imponendam ab alio iudice alterius fori.*
6 *Blasphemans calore iracundiæ, an puniatur ita acriter sicut alij.*
Confessio facta calore iracundiæ, non præiudicat.
7 *Publice quando dicatur aliquid fieri.*
8 *Clericus blasphemans, quando puniatur.*
9 *Blasphemia est crimen, quod potest cognosci in vtroque foro.*
10 *Peccatum in spiritum sanctum quid sit, & an remittatur in hoc seculo.*
11 *Pœna pecuniaria est soluenda de pecunia quæ vsitata est in illo loco.*

CAP. II.

Statuimus. Hic ponitur pœna blasphemiæ tis Deum, vel aliquem sanctū, & maxime virginem gloriosam. Et primo ponit pœnam ecclesiastici iudicis. secundo, sæcularis ibi per temporalem. Casus literalis. Statuitur in capit. illicq; qualiter puniri debeat qui publice blasphemiam dicere præsumpserit contra Deum, & aliquem sanctorum eius, & præcipue contra beatam virginem. & per episcopum suum. pœna ista est imponenda, prout inferius in tex. annotatur. si vero aliquis pœnam istam recipere noluerit, ecclesiæ ibi interdicatur ingressus, & in obitu ecclesiastica careat sepultura. Item si blasphemus diues fuerit, per temporalem. Potestatem mulctetur, pœna quadraginta solidorum aliquin 30. siue 20. & si ad id non sufficit 5. soli. vsualis monetæ. nullam in hoc misericordiam habiturus, & si Potestas hoc non fecit, per episcopum compellatur, & hoc statuimus ponatur inter alia statuta communitatum. B. Not. 1. ex re

a ibi, maxime beatam virginem &c. [a] q in arbitrarijs dēt plus
b puniri delinquens in beatā virginē, quam ꝯ aliū sanctum. [b]
1 † Nota. 2. alium casum reseruarū episcopo in pœnitentia, vt
est absolutio illorū, qui publice præsumpserunt blasphema
re Deū, vel aliquem sanctū. inferior ergo ꝑsbyter non pōt de
tali delicto absoluere. ꝓ hoc q no. gl. in c. 2. de pę. & remiſ. li.
c 6. [c] & hoc procedit, vt dico qū publice blaſpemia fuit illata,
vt in tex. secus si occulte, tunc enim non imponitur, hæc pœ-
nitentia publica, nec casus reseruatur episcopo; imo pro-
prius sacerdos poterit absoluere ꝫm Host. & bene. q satis in
2 nuit hæc litera. † Tertio no q obligatus ad pœnā pecunia-
riā pro maleficio commisso si nō est soluendo, dēt luere in
corpus. & cōcor. ca. finē litib. de do. & cōtu. & melius in l. fi.
ff. de in ius vo. secus vbi esset obligatus ex ɔcto, vel quasi, qa
tūc expectatur donec peruenerit ad pinguiorē fortunā; &
d ſic intellige c. Odoardus, de sol. [d] † Itē no. casū in quo quis
3 priuatur ecclesiastica sepultura, qñ publice Deū, vel aliquē
sanctū blaſpemans, nō vult peragere iustam pœnitentiā hic
4 missā. † Itē nota casum in quo iudex ecclesiasticus, & ſecu
laris cōcurrūt ad puniēdū idē delictū, nec pœna imposita p
vnū, impedit pœnam imponēdam per aliū. nunqd autē hoc
fit trahendū ad alios, vt in delictis mixti fori, vterque possit
effectualiter punire. Doct. hic sentiunt q non. sed tu dic vt
no. in c. fœlicis, de pe. lib. 6. & c. in nomine. & facit q no. Ba. in
5 l. ff. vi bo. rapto. † Vltimo no. ibi nullā misericordiā habi-
turus &c. q ꝯ diſpoſitionē huius c. nō adhibent diſpenſatio.
dicit tamen Host. vnū dictū satis æquū, q ex magna cā pos-
ſit adhiberi misericordia, vt si persona est nobilis, vel hono-
rabilis, q nō deceat ſic publice pœnitere, & vult hāc pœnitētiā
decem lynis redimere. ꝓ hoc c. 1. de vo. & c. mulieres. de sē.
6 exc. c. medicina. de pœni. diſt. 1. q no. † Sed quæro, qd si calo
7 re iracundiæ, [e] vel ebrietatis, aliqs profiluit publice in blaſ-
phemiam. Abbas tenuit hanc pœnā non habere locum, licet
grauiter peccauerit, & pro hoc tex. ibi, relaxare, & ſequun-
tur Doct. recitando hoc dictū, & prima fronte videt æquū,
per verbum præsumpserit, positum in tex. quod soluat ca-
lorem, & iracundiam animi; sed accensus calore iracundię
vel vino, nescit quodammodo quid agat. vnde confessio
tunc facta non præiudicat, vt glo. singulariter dicit. in ca. ex
literis. de diuor. satis mihi placet hoc dictum in ebrioſo, arg.
in l. omne delictum. ff. de remiſit. vbi tex. no. ſed in accenſo
calore iracundiæ, forte non procederet, nisi maximus esset
calor iracundiæ, & ex iusta causa prouocatus esset, arg. in l. ſi
adulterium. in §. Imperatores. ff. de adul. secus antē si ex iniu
8 ria erat, puocat, vt puta ex amissione facta in ludo: nā da-
9 bar operā rei illicitæ. facit 15. q. 1. inebriauerūt. [f] † Secūdo q̄-
10 quia rex. dicit, publice &c. quando quis dicatur publice
blaſphemare, vt sit locus diſpoſitioni huius c. sol. dicit Host. q
quando blaſpemia est notoria de iure, vt quia conuictus, &
cōdemnatus in iudicio, vel facto, quia publice & palā, plu-
ribus, blaſpemiā intulit, facit c. fi. de coha. cle. & mulie. Itē di-
cit publice, qñ coram pluribus pſonis blaſpemauit, hoc re-
ſentibus postea eōp; & ſic licet non transierit in notorię
tatis est q probari potest, arg. in l. palam. ff. de verbo. signi.
11 nuitur ergo hic publicū, prout est ſpecies diſtincta à noto
10. q no. [g] † Tertio quæro an hoc c. habeat locū in clerico,
blaſphemante. communiter tenetur quod non, tum quia
clericus non agit publicam pœnitentiam, vt in c. 1. de biga.
& 50. dist. ex pœnitentibus. tum quia tex. in ver. tēporalem,
dicit q debet puniri per temporalem potestatem pœna pe-
cuniaria. Sed si esset clericus, non recurreretur ad iudicem
12 sæculare. punitur ergo clericus pœna arbitaria, & ita graue
posset esse delictum, q fieret depoſitio, vt innuit tex. 22. q. 1.
in c. ſi quis capillum. † Vltimo quæro cui sit applicāda [h] ista
pœna pecuniaria, qdam dicūt q iudici sęculari. Alij, & me-
lius q ſi exigitur à laico, applicatur indici sęculari; ſi à cleri-
co, applicatur iudici ecclesiastico. & ex hoc sentiūt Doc. &
bene, quod etiā clericus poterit puniri pœna pecuniaria ex
delicto. [i] Et no. ex præmiſſis, & tex. quod crimen blaſphemię
in Deum, & sanctos, est mixti fori. vnde iudex ecclesiasticus
pōt ob hoc pnnire laicū. & ſi q̄ratur quare Papa mādat hoc
poni inter alia statuta communitatum. Docto. dicunt, vt ne
mo possit prætendere ignorātiam, & vt Potestas debeat ob
13 seruare hoc statutum, ſi erit inter alia. [k] † In glo. ibi, niſi pę
nituerit, ſi vis ſcire quid ſit peccare in ſpiritum ſanctum, &
an remittatur hoc peccatum in hoc ſęculo. vide in c. pōt.
de pœni. di. 1. [l] & vide bo. glo. in capitu. 1. de voto. vbi fuit
permutatio pœnæ. † In ea. glo. ibi, olim laicus excommuni-
cabatur &c. ſentit ergo glo. quod hodie non excommuni-
catur. ſed dic melius, quod per iſtam prouiſionem ratio
tollitur, ar. in l. nunquam. ff. de act. & ob. & quod no. in c. ſę-
cularis. præalle. vnde ſi laicus non vellet hanc pœnitētiam age-
re bene poterit excommunicari, ar. in c. ſi. de exce. lib. 6. ibi
ibi, ma-
dicit, q tales possunt excommunicari. Item nota. q clericus
12 poterit deponi ſi delictum ſuum hoc meretur. † In gl. ſi. 1 ſi.
not. ex gl. iuncto tex. q pœna pecuniaria à iure imposita, de-
bet intelligi de moneta vſuali illius loci, vbi delinquitur. ad
idem l. nummis. all. in glo. Quid aūt ſi plures monetæ ibi sūt
in vſu. dicit Go. per illam l. nimis. & per ca. ex parte. de censi.
quod debet exigi minor. Host. dicit quod ſi altera est vſita-
tior, illa debetur, ſed hæc dicta possunt concordari, vt dictū
Hoſtien. procedat vbi magis vſitata: ſed vbi æqualiter, tunc
m dictū procedit Goffre. & est de mente illorum iurium. [m]

ADDITIONES.

a ¶Virginem, &c. Dicit quod ſtatutum, quod pro maleficio commisso de nocte debeat duplicari pœna. ſtat. aliud ſtatutum, quod qui blaſphemauerit Deum de Nocte, quæritur vtrum debeat duplicari pœna. Bar. in l. aut facta. ff. de pę. dicit, quod non, quia illud non dicitur maleficium, ſed maledictum. in contrarium facit glo. in verſ. iniuria. inſt. de obli. quæ ex delicto. na. vbi omnino vide Bal. qui hanc quæſtionem ponit ibi in terminis. Et ſi ſtatutum imponit cerram pœnam blaſpemanti Deum, & ſanctos, debet omnibus pœnis puniri. Vide Alb. in 1. parte ſtatu. q. 52. §. Item ad hoc vide quod notat Bar. in l. item apud Labeonem. §. ſed quod dicitur. maxime in ver. ſed quæro verum inter blaſphemiam. ff. de iniu. Item vide Arch. in c. ſi quis iurat p membra Dei, quæ in aliis hominibus repræſentātur. hoc dicit esse blaſpemiam. Et ad primum adde quod ſupra dixi in rub. de iud. circa fi. ver. item ſtatutum loquitur de peccato blaſpemantis Et quomodo intelligitur blaſphemia, vide omnino beatum Tho. in 2. 2. q. 13. q. 3. Item vide Host. in ſumma, de male. § quare. ver. linguam in blaſphemia. vbi dicit quod blaſphemia dicitur peccatū in ſpiritum ſanctū. Et ille dicitur blaſpemare, qui dicit quod Deus non eſt poteus, ipſum vituperando, ſicut faciunt ribaldi. Secus ſi quis iuret per corpus, vel per ventrem, vel per capillos Dei. ſed h. d. affirmando, ſicut Burgundiēſes, & Francigenæ, quia tunc non habet locum litera huiuſmodi ſtatuti. Item de blaſphemia, vide omnino Bea. Tho. in 2. 2. q. 13. arti. pri. 3. & quarto.

¶Adde quod appellatione maleficij non venit maledictum, Alex. conſilio. 77. 1. li.

b ¶Sanctum. Et dicit D. Car. quod abſque dubio debemus ipſum habere in magna deuotione, tanquam Chriſtianorum aduocatam, de quo ſe remittit ad c. 2. de celebr. miſſ. Ale. de Ne.

c ¶Lib. 6. Quæ ponit omnes caſus reſeruatos epiſcopo, ideo omnino eam vide. Ale. de Ne.

d ¶De ſol. Sed hoc plene declaraui in cap. cum tu-in addi. quæ in c. vnde Ho in ſumma, de pę quaſi prope finem illius additionis. ſcilicet de vſur. dic vt ibi dixi.

e ¶Calore iracundiæ. Et de hoc omnino Hoſt. in ſumma, de male. §. quæritur, ver. hoc autem ſecundum intelligas. vbi cōcludit, quod non excuſatur, niſi eſſet talis calor iracundiæ, qui dementiæ æquipararetur. Item ac calor iracundiæ excuſet à periurio. gl. tenet quōd ſic in l. 2. ibi, ver. non placet. C. de reb. credi. & glo. in l. ſi duo patrom. § fi. ff. de iureiuran. & faciūt quæ ſcribuntur per Moder. poſt ipſum Alb in capitu. ex literis. de diuor. Sed tamen in articulo hic poſito per Abba. diſtingue, vt per beatū Thō. in 2. 2. q. 13. ar. 2. in fi. qui dicit, quod aue blaſphemeans eſt ita turbatus, quod non aduertit id, quod dicit, eſſe blaſphemiam, & tūc non peccat mortaliter. Et ita etiā punctualiter in alia q. ver. de illo, qui ex curſu linguę iurat falſum, diſtinguit beatus Thom. in 2. 2. q. 108. ar. 3. circa fi. vbi dicit, quod aut non aduertit id, quod iurat eſſe falſum, & tunc excuſatur à periurio. Et vide Io. An. in c. 1. de homicad quod allegat iſtum tex. & Abb. in c. licet. de pęnis. vide quæ dixi. in c. poſtulaſti. de Iudæis. Bar. Be.

¶Adde an iracundiæ color excuſet dictum Lud. Roma. ſingul. ſuis conſil. 105. And. Bar.

f ¶Inebriauerunt. Tu tene opinionem Abb. quam Doctо. ſequuntur. Nam licet grauiter peccet ille, qui calore iræ præcedentis ex culpa ſua, dicit verba blaſphemiæ in beatam Virginem, vel in ſanctos, tamen non dicitur facere cum deliberatione, vt in c. illud propoſitorum. & capitu. ſeq. 11. q 3. Sed iſte tex. exigit præſumptionem quæ ſit cum deliberatione, ad hoc vt pœna eius incurratur, & ſic no. quod illud dicitur fieri cum præſumptione, quod cū deliberatione, non præcedente paſſione iracundiæ ad hoc impellente, ad hoc facit ſecunda q 3. quod no.

g ¶Quod no. Sed tu refert verba Hoſt. dicit enim quod quis dicitur publice blaſphemare, non ſolum ſi in platea, ſed etiam ſi in camera blaſphemauerit, multis aſtantibus, & audientibus, qui hoc referant ad epiſcopū, argumen. ſupra capit. proxi. & de exceſſ. prælato, quam ſit graue, & lege tertia. C. de ſumma. Trin. dicit hoc verum, dummodo iſte confiteatur, vel ſi negauerit conuincatur: alias ſi non conuincatur, licet corā pluribus dixerit, ſecus eſſet, vt quia forte illi non poſſent eſſe teſtes, vt quia furioſi, vel pupilli, vel ſecundum Hoſt. dicitur publicus quando eſt vulga tiſſimus, & ex hoc multos ſchandalizat, 20. q 6. c. ſi. & eſt notorius vel iuris, vel facti, de cohabitatio. cleri. & mul. c. veſtra, ſed iſta verba Hoſti, pñt ſimul iungi licet Doctor. ſimpliciter referant, quod quando eſt notorium iuris, vel facti, quod tunc dicatur publicus blaſphemator. & dicitur notorium facti, quando blaſpemia eſt adeo nota, quod nulla tergi uerſatione purgari poſſit, vt in c. cum olim. de verbo. ſig. if. Notorium aūt iuris quando blaſpemia fuit facta coram pluribus & hoc probatur per teſtes. Nā tunc efficitur notorium iuris, & nota. 1. q. 1. de manifeſta. & in c. veſtra. de coha. clerico. & mul. & hoc eſt q voluit dicere Abb. Sic.

h ¶Applicanda. Cui applicetur pœna, quæ imponitur blaſphemanti. de hoc vide eleganter Hoſt. in Summa, de maled. in §. fi. ver. ſed cui applicatur.

i ¶Delicto. Iſta fuit opinio Goff. & Abb. quam etiam Bart. ſequitur, & ipſa teneas, licet Do. Card. referat aliam opinionem, & ipſa ſequatur. & ꝓ opinione Goff. & Abb. eſt bonus tex. in c. cū fin. de hæret. in vi. vbi et pro crimine eccleſiaſtico, bona laici cōficantur apud ſiſcū iudicis ſęcularis.

K ¶Alia. Ad hoc optime facit c. venientes. de iureiuran. & cap. 1. eo. tit. in vi. & dicit Hoſt. quod ſi communitas non vult ponere, cōpellitur per epiſcopum, argu. huius literæ, & pro commento huius decretalis remittit ad ſummam, eo. tit. §. fi. Ale. de Ne.

l ¶Diſt. 1. Cui iunge gl. 25. di. qualis. Ale. de Ne.

m ¶Iurium. Idem dicit Bal. Ale. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 De clerico[a] excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante. Rub.

a ¶De clerico. Ad intellectum huius rub. vide vnum multum singul. dictum, & valde peregrinum, & canonistis incognitum, quod ponit sanctus Tho. in 4. senten. distin. 5. q. 2. articu. 2. vltra medium, vbi dicit, quod quicunque in peccato mortali existens, exhibens se ministrũ ecclesiæ, in quocũque specialiter, peccat mortaliter, & ideo dicit, quod si sacerdos existẽs in peccato mortali, baptizet, vel ministret ecclesiæ, non autem priuate, vt facit quælibet vetula in necessitatis articulo, peccat mortaliter. Ex quo dicto Tho. ego optime decido, quod diaconi, subdiaconi, & alii cantantes, & seruientes missæ, si sunt in peccato mortali, seruiendo peccant mortaliter, quod non est mihi nouum. Pro quo bene facit illud Virgilianum in 2. Aen.

Tu genitor cape sacra manu, victosque penates,
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo,
Abluero.

¶Et facit quod dicitur, quemlibet in peccato mortali existentem esse suspẽsum quoad se, vt est tex. in cap. fuit. de cohab. cle. & mulier. & vide gloss. magnam in cap. si inimicus. 11. q. 3. Et ita forte per prædicta erit dicendũ quod existentes in peccato mortali, si induunt sacerdotalib. vestib. sacerdotem celebrare volentem, ad quod plebeij, & vulgares non aduertunt, in auth. cales seruiẽtes, prout cantantes responsoria tempora interdicti sunt irregulares, vide Ant. post Innocen. in c. fi. infra de excessib. prælat.

Supra visum est de varijs delictis, propter quæ interdum clerici suspenduntur, & interdum deponũtur, interdum excommunicantur; sed quia quandoque clerici depositi excommunicati, vel suspensi celebrant, & ingerunt se diuinis, sicut prius, & posset dubitari de pœna eis inferẽda ex hoc nouo delicto, ideo subijcitur hæc rubrica. & de materia habetur 11. q. 3. placuit. & in c. pe. 50. di. accedens.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos depositus si celebrauerit excommunicatur.*
2 *Sacerdos depositus, non perdit characterem sacerdotalem, adeo quod si celebrauerit conficit eucharistiam.*
3 *Dictiones, olim, dudum, quondam, possunt significare tempus præteritum præsens, & futurum.*
4 *Depositio, vel excommunicatio iniuste prolata, an liget.*

CAP. PRIMVM.

1 SI quis episcopus. † Breue est, & pũ sic summari. Clericus depositus celebrans, excommunicatur. h. d. & non diuiditur. Casus literalis. Statutũ est in canone apostolorũ, q̃ si quis episcopus, presbyter, vel diaconus, iuste depositus fuerit pro certis criminib. & postea ausus fuerit attrectare ministeriũ sibi ante depositionẽ commissum, ab ecclesia ab scindatur. B. No. 1. ex tex. q̃ nõ solum episcopus, vel presbyter deponi potest, sed etiã diaconus. Quid autẽ de constitutis in minorib. dic, q̃ idem,
a vt in c. cum nõ ab homine, de iud. [a] Secundo no. pœnã depositi celebrãtis, seu administrantis officiũ sicut prius; debet. n. ab ecclesia abscindi. i. excõmunicari. nam per excõmunicationẽ, quis scinditur, & separatur ab ecclesia. i. à cõmunione
b fidelium, & à participatione sacramẽtorũ. [b] † Tertio no. iũcto
2 rubro, q̃ depositus nõ definit esse clericus; nã hic in c. & rubrica, appellatur clericus, ẽt post depositionem. nam character impressus in anima à Deo, non potest deleri per factum hominis, & facit ad id q̃ no. gl. in c. seq. cum depositus celebrans, vere conficit corpus Christi, de quo in ca. seq. latius.
3 Vltimo no. ibi dudum commissum, q̃ hæc dictio, dudum, communiter ponit qualitatem de præterito, & remouet de præsenti. Quandoque tamen ponit de præsenti, sic facit etiã dictio, olim, vnde versus.

c *Olim. iamdudum, quondam.* [c] *tria tempora signant.*

d vt in c. olim, de of. del. & in proe. [d] digest. † In gl. 2. ibi iniuste.
4 no. glo. q̃ sententia depositionis iniusta, tenet; & ligat sicut quælibet alia sententia iniusta, ex causa de quo in c. cũ inter, de re iud. No. tamen gl. prope. fi. q̃ sententia depositionis in iusta ex ordine, non tenet; secus in sententia excommunicationis, vt in c. sacro. de sen. exc. & quod ibi no.

ADDITIONES.

a ¶De iud. Et per Io. An. in c. 2. de pẽ. in 6. Ale. de Ne.
b ¶Sacramentorum. Monitione tamen præmissa, secundum Ab. & Doct. Ad hoc infra. de sen. exc. sacro. Ale. de Ne.
c ¶Quondam. Vide Fel. in c. ex parte. S. de ver. ob. ver. prima intelligentia. ; & ibi quid fi dicatur filius quondam talis, & pater viuat. Seb. Sap.
d ¶Procœmio. Et gl. in ver. olim. in l. 1. §. 1. vbi doc. ff. de ope. no. nun. & in lege nec emptio. ff. de con. emp. eundẽ Pan. in c. cũ contra. in prin. de pignor.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio potest fieri non solum ab ordine sacerdotali, sed etiã ab omnib. ordinibus.*
2 *Excommunicatio nunquam fertur in pœnam, sed depositio sic.*
3 *Sacerdos degradatus si celebraucrit, non incurrit excommunicationẽ, si prius non fuit monitus.*
4 *Sacerdos suspensus non solum potest celebrare, sed nec epistolam vel euangelium dicere, nec alijs ordinib. se immiscere. 7. 10.*
Irregularitatem incurrunt suspensi, si administrant.
5 *Degradatio presbyteri, vel inferiorum clericorũ, coram quot episcopis fieri potest.*
6 *Sacerdos degradatus perdit omne priuilegium immunitatis, nõ autem perdit potestatem conficiendi eucharistiam.*
8 *Sacerdos excommunicatus, vel depositus, tenetur dicere officium, aliter grauiter peccat, intellige priuate, non publice in ecclesia, infra, ea. prox. in secunda nota.*
9 *Excommunicatus peccat, ecclesiam ingrediendo, & alios non excitando.*
10 *Irregularis per quem possit dispensari.*

CAP. II.

SI quis presbyter. Degradatus, vel suspensus celebrans, & monitus nõ desistẽs excõmunicatur, & si nec sic desistat, per sæcularem potestatẽ, ad requisitionẽ ecclesiæ, exilio dãnatur. h. d. In prima ponit pœnam. In secunda aggrauat ibi, q̃ si. Casus literalis. Statutũ fuit in concilio Antiochen. q̃ si presbyter, aut alius clericus degradatus, fuerit ab officio pro certis criminib. suspensus, & ipse postmodum per contẽptum, & superbiam, de ministerio sibi prohibito agere præsumpserit, si ab episcopo suo admonitus nõ desiterit, excõicetur: & qui ei participauerunt erũt excõicati. Similiter de clericis, laicis, vel fœminis excõicatis obseruandum est. Si vero aliquis ista contẽpserit, & episcopus illa corrigere non poterit, inuocetur auxiliũ regis, & exilio damne-
1 tur. B. † No. 1. ex tex. ibi presbyter aut alius clericus; q̃ nedũ presbyter, sed etiã inferior clericus, potest ab ordinib. degradari ad idẽ tex. in c. præced. & in c. cũ non ab homine. & q̃
2 ibi no. ꝛ. de iud. † Secũdo no. pro certis criminib. suspensionẽ posse fieri ab officio propter crimen. & hoc casu non est necessaria admonitio, secus propter cõtumaciã. pro hoc q̃ no. Inn. in c. 1. de excess. præla. & inter cætera hic est vna differẽtia inter excõmunicationẽ, & suspensionem. nã excõicatio, nunquã fertur ab homine immediate, nisi propter crimen, vt in c. sacro. de sen. excom. & no. gl. 11. q. 3 episcopi. sed suspensio potest fieri propter crimen, & propter contumaciã, & est ratio, quia suspensio potest infligi in pœnam, quæ ad sui impositionẽ nõ requirit monitionẽ, sed excommunicatio nunquã fertur in pœnã, quia si excommunicatus vult se corrigere incontinẽti debet reconciliari, vt in c. ex parte,
3 de verb. sign. † Tertio no. q̃ degradatus ab ordine ecclesiastico, nõ est excõicatus. imo nec celebrans incidit ipso facto in excommunicationẽ, sed debet excõmunicari, monitione præmissa. † Itẽ no. ibi, aliquid sibi de ministerio [a] interdicto, &c. q̃ suspẽsus ab officio, incidit in irregularitatẽ, nõ solũ si celebrat missam: sed etiã si attẽtat aliquid attribuũ alicui de ordinib. ecclesiasticis, nã ab omni officio ecclesiastico est suspẽsus; & sic si presbyter suspẽsus, dicit epistolã, vel euangelium, efficitur irregularis. Item si exercet officium deputatum minoribus, de quo no. in ca. fi. de excess. præla. & pie-
b tate materia [b] per Ioan. Cal. in tract. de eccl. interdi. & pe-
c timo ex fi. literæ potest colligi ar. quod ecclesia nõ habet pœnam exilij; etiam contra clericum, sed cõtrarium tenet tam contra clericum, quam contra laicum, vt probatur in ca. 1. de cal. & 26. quæst. 5. episcopi. sed in hoc recurritur ad illud cum sæcularem, quando de facto episcopus non valet hanc pœnam imponere. nam hic inuocat auxilium brachij sæcularis, quod regulariter potest, vt in c. 1. de of. ord. Cõtra hoc tamen, & cõtra tex. opponi potest de ca. cum nõ ab homine, de iud. vbi dicitur, quod si clericus depositus, est incorrigibilis, puniendus est per iudicem sæcularem. Sol. secundum veriorem intellectum illius capituli, non requiritur alia traditio, vbi in corrigibilibus sequitur depositionem; & hic post depositionem incorrigibilis remansit in potestate ecclesiæ, sed potest dici quod hic non fuerunt seruata omnia quæ

ADDITIONES.

a ¶Ministerio. Vide Do. in c. accedens, de di. & in ver. opp. &c.
b ¶Et plene de materia. Adde hic Spe. in ti. de dele §. iuxta. versi. quid de simplici. qui dicit, quod si clericus suspensus, habens primam tonsuram, vel psalmistatum solum, & suspensus exercet officium pertineos ad psalmistam, est irregularis. & idem dicit Arch. in d. c. si quis presbyter à suo episcopo. 11. q. 3. & vide per do. Ant. in c. clericis, vel 2. de vita, & ho. cle. & vide de Do. in c. acolitus, circa med. 23. dist. vbi dicit, quod si acolitus efficitur irregularis, per quem dispensabit. de quo dicit notari per doc. in fi. de exce. præla. Sed de hoc vide per Alber. infra eo. in fi. vbi hoc competentius scribere debuissem.
c ¶Interdi. Hoc quod dicit Abb. Sic. procedit quando presbyter est suspẽsus generaliter ab omni ordine, quod intelligitur quando simpliciter est suspensus ab omni officio; secus si esset suspensus à celebratione missæ, vel ordine sacerdotali, quia tunc in alijs ordinibus posset ministrare, secundum Host. & Docto. de quo remittit se ad Host. ad summam, de sent. excom. §. fi. iub §. fi. Ale. de Ne.

2 quæ requiruntur, in d. c. cum non ab homine. [a] † In glo. 1. ibi
3 adiunctis sibi alijs episcopis, &c. de materia quot episcopi requiruntur in degradatione presbyteri, vel inferiorum, clericorum, dic vt plene, no. 15. q. 6. in summa. Et nunquid iste numerus episcoporũ requiratur in depositione verbali, id est, cum episcopus examinat causam requirentem depositionem, & cũ sniam profert, an vero requiratur in degradatione actuali, dic vt plene notat Io. And. in c. degradatio. de pœ-
4 nis lib. 6. in nouel. aliquid tango, in c. at si clerici. de iud. † Et
in gl. no. glos. nam ex ratione sua videtur velle, quod qualis-
5 cũque sit depositio, verbalis, [b] siue actualis, non põt auferre potestatem conficiendi corpus Christi; licet quidam distinxerint inter depositionem verbalem, & actualem. circa hoc militæ sunt sententiæ, sed communiter tenetur opi. glo. quã etiam tenent theologi. & ponit S. Thomas, parte 3. q. 86. & vide per Io. And. in nouel. post gl. suam, in d. c. degradatio. & glan c. accedens. 50. di. licet enim, per degradationem actuam
6 lem perdat clericus omne priuilegium immunitatis personæ, vt in d. c. degradatio, non tamen perdit potestatem con-
7 ficiendi [c] corpus Christi, ratio est, quia illa potestas causatur ex charactere impresso in anima per Deum inuisibiliter. vn
de ẽr per mortem, nõ perditur clericatus, vt no. 32. q. 7. in sũ
8 ma. [a] † In gl. in ver. præsumpserit, in fi. cõclude, q̃ si clericus
9 suspensus, vel excommunicatus, attentat aliquid attribuũ alicui ordini, tunc efficitur irregularis. secus autem si attentat aliquid exercibile per laicũ, vt quia cantat vnum responsorium in ecclesia, vel dicit aliquem versum, de psalmo; tunc enim licet grauiter peccet, non euitando communionem: non tamen efficitur irregularis, vt no. in c. illud, ꝛ. eo. & in c.
10 nata, de excess. præla. † Et hoc infertur ad q. gl. an posset dicere
11 officium, [c] & concludo quod non solum potest: imo de-
bet, & peccat excommunicatus, non dicẽdo officium, quia
delictum nõ debet sibi præstare immunitatem, vt in c. si ne-
cesse. de dona. inter vir. & vxo. & l. relegatorum. in fi. ff. de in-
terdi. & rele. debet tamen dicere, vt priuata persona, & priua
tim, vt no. ꝛ. capit. illud, de quo etiam per Host. in sum. eo. ti.
§. 1. Ex quo infertur quod dicendo officium, non debet dice
re dominus vobiscum, quia non est verbum priuatæ perso-
12 næ. de quo vide no. per Io. And. post Io. Mo. in c. 1. de sen. ex-
com. lib. 11. † In gl. in ver. obseruandum, in fi. vel dic secundũ
Io. And. quod sensus literæ est, vt quemadmodum clerici ex
cõicati, vel suspensi ingerentes se diuinis, debent aggrauari;
ita in laicis excõicatis ingerentibus se diuinis, pœna augeri
13 debet. nam scias quod excõicatus, etiam laicus, non debet
ecclesiam ingredi, aliàs debet expelli. 21. distin. clericos. & 25.
14 dist. electis. & peccat non euitando alios, vt in c. illud, ꝛ. eo.
15 † Extra gl. quæro, nunquid clericus in minoribus [f] constitutus exercens officium, sicut prius, post suspensionem, vel excommunicationem incidat in irregularitatem. Host. hic, &
Ioan. And. post eum, instat, arguendo pro & contra, sed con
clusio vera, & communis est, quod sic, quia iura loquuntur
indistincte, & ratio pariter concludit ad omnes clericos, dic
ergo, q̃ qualiscunq; sit clericus, si suspensus, vel excommu-
nicatus, exerceat aliquid deputatum alicui ordini, efficitur ir
regularis. i. quod amplius non potest exercere officium cle-
ricale, sicut alij clerici; nisi obtineat dispensationem à Papa,
16 vt in c. 1. de re iud. lib. 6. & vide quod ibi no. Io. An. de hac ir-
regularitate. ad idem tex. in c. 1. de sen. excom. eo. lib. † Nun-
quid autem episcopus, vel legatus possit dispensare. no. in c.
proxi. ibi videbis.

ADDITIONES.

1 ¶Ab homine. De quo dic vt ibi. Ale. de Ne.
2 ¶Depositio verbalis. Et adde hic eundem Abb. Pa. in c. 2. ante fi. sup. de sol.
3 ¶Conficiendi. Vtrum & qualiter degradatus conficiat, & pro opi. gl. vltra
4 illam d. c. degrada. ego allego gl. in ver. vsurpare, in c. 2. infra, de cle. non
resi. & facit gl. in verb. ordini. in c. post translationem. §. fi. de renun.
5 in contrarium, est gl. ma. in fi. c. accedens. 50. dist. vtrum degradatus
actualiter, possit contrahere matrimonium, vide quod no. per eundem
Abb. in c. 1. in fi. qui clerici, vel vouen. qui ad hoc allegat Io. And. in d. c.
degradatio. & quod degradatus conficiat corpus Christi, tenet sanctus
6 Thom. in 4. sen. dist. 3. q. 1. circa fi. Item quod excommunicatus conficiat cor
pus Christi, tenet sanctus Thom. in 4. sen. dist. 18. q. 2. artic. 2. Item de q.
7 Propositus, vide omnino Do. in c. accedens. 50. distin. & in d. c. degrada-
8 tio. §. fin.
9 ¶In summa. D. Car. allegat Beatum Tho. in 4. sen. q. 1. arti. 4. & in parte ter-
tiæ summæ, q. 82. ar. 8. & ista opinio communis tam Canonistis, quam
Theologis probatur, quia si degradatus actualiter, reconciliaretur, non
esset iterum ordinari, nam per degradationem actualem, non per-
dit ordinem, sed ordinis executionem. Item ex potestate ordinis, sacer-
dos conficit, de summa Tri. c. 1. §. vna. & est in hoc sicut minister Christi.
Vnde ex quo habuit semel hanc potestatem, non potest ei amplius au-
ferri, iuxta illud, quos Deus coniunxit, homo non separet. Item, quia si
per degradationem actualem tollererur hęc potestas sacerdoti, hoc es-
set ex toto tollere ordinationem Christi. sed etiam Papa non potest ex
toto tollere ius diuinum, licet possit distinguere, vt nota. de concess. pb.
Propositus, quamuis ergo clericus per degradationem perdat priuile-
gium. Cano. fi quis suadente. & priuilegium fori, & similia, quæ sunt de
iure positiuo, non tamen perdit potestatem conficiendi, & quæ sunt de
iure diuino. Vnde cõclude, quod degradatus actualiter, est priuatus exe-
cutione ordinis, & omni priuilegio sibi competenti, ratione ordinis, nõ
autem ipso ordine, i. charactere ordinis, qui est indelebilis, vnde ratio-
ne illius, si celebrat conficit, & hæ fuerunt rationes beati. Tho. quas hic
refert D. Car. Alex. de Ne.
10 ¶Officium. Vide Io. de Lig in repe. c. sicut dignum. in 3. q. supra, de cle. mi.
& Deci. in c. intelleximus, col. 2. ver. secundo principaliter no. supra, de
iudi. Seb. Sab.
f ¶In minoribus. Vtrum clericus in minoribus post suspẽsionem, ministrãdo in officio suo, sicut prius, efficiatur irregularis, vide quod de hoc
late scripsi supra, proxima, col. quod hic competentius scribere debuis-
sem. Bar. Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas incurritur ipso facto, citra aliam sententiam.*
2 *Irregularitas ex eo quod suspensus celebrauit, an possit dispensari per episcopum.*
3 *Sacerdos depositus, an possit restitui per inferiorem à Papa.*

CAP. IIII.

CLerici. Interdictus, & excommunicatus celebrans, monitus non desistẽs, depo
nitur. h. d. non diuiditur. Casus lit. Quærebatur de
pœna interdicti, vel excommunicati celebrantis,
qui monitus non desistit. Et respondet Papa, quod si qui cle-
rici ab episcopis suis, aut etiam de mandato Papæ ab alienis
episcopis interdicti, vel excommunicati fuerint; & ante ab-
solutionem diuina officia celebrauerint, nisi moniti incon-
tinenti reddiderint, perpetuo pro ausu tantæ præsumptio-
1 nis deponantur. B. † No. 1. ex textu, pœnam excommunicati, vel interdicti clebrantis diuina; debet enim deponi perpe
tuo ab officio, & beneficio, & hæc pœna est imponenda per
iudicem; aliam pœnã incurrit ipso facto, quia efficitur irre-
gularis, vt in c. 1. de re iud. lib. 6. vt dicitur, in c. præce. Not. 1.
ibi, diuina officia celebrauerunt. quod excõicatus celebrãs,
incurrit hanc pœnam in celebrando alia diuina officia, &
ideo dicit Io. An. idem esse si celebrat vesperas, vel matutinũ,
intellige hoc dictũ, vt dixi, in c. præcedenti. quando celebrat
2 in ecclesia, secus si priuatim in domo sua. † In gl. ibi intellige
hoc dictum dispensatiue, vult ergo gl. in hac prima parte, q̃
suspensus, interdictus, vel excommunicatus, celebrãs diuina
officia, debeat incontinenti deponi, quantumcũq; vellet se
corrigere, & quod de necessitate non requiritur monitio p̃-
cedens, vt probatur, ꝛ. c. proxi. & quod hęc monitio interue
nit dispensatiue Host. dicit, q̃ si non est paratus se corrigere,
solus Papa dispẽsat; secus si vult se corrigere, quasi monitio
hæc, requiratur, ad facultatem dispensandi. Dicit etiam Ho-
stien. q̃ legatus cum tali celebrante dispensat, si non per con
temptum celebrauit, licet scienter, etiam per supinam igno-
a rantiam. hoc tamen dictũ potius obseruatur [a] de facto, quã
probetur de iure, vt dicit Io. And. sed gl. concludit in sequen
ti quæstione, quod solus Papa dispensare potest, & põt dici,
b saluando opi. quod aut quæritur [b] nunquid per inferiorem
à Papa possit iste talis celebrans liberari ab irregularitate iã
causata: & dic, q̃ non, ita loquitur. c. 1. de re iud. & c. 1. de sen.
excom. lib. 6. quæ iura dicunt indistincte, solum Papam ab
irregularitate posse quẽ liberare. Aut quæritur de pœna de-
positionis imponenda per iudicẽ; & tunc procedat alia opi.
vt etiam ẽps dispenset cũ parato se corrigere; maxime quia
in celebrando incidit in pœnã irregularitatis ipso iure, & sic
facilius debet admitti dispensatio circa dispositionem alte-
rius pœnæ, ne duplici pœna conteratur, contra, cap. at si cleri-
3 ci. de iud. † Et in fi. gl. circa hanc vlt. q. nũquid depositus pos
sit restitui per inferiorem à Papa, multum variãt gl. & Doct.
Gl. ista concludit, q̃ nõ nisi snia fuerit iniusta. aliter dicit glo.
fi. q. 6. in c. ideo. & in c. si quis presbyter. 7. q. 1. & in c. episco-
pus, 11. q. 3. vide etiam gl. in c. quamuis. de reseri. lib. 6. & gl. in
c. contumaces. 50. dist. & per Io. And. in c. ex tuæ. de cle. non
resi. plene, per Spec. in tit. 2. §. nunc ostendendum. vers. 9. dixi
plene, in c. at si clerici, de iud. ad quod me remitto.

ADDITIONES.

a ¶Obseruatur. Non refert Io. And. prout dicit. Nam Io. And. dicit quod cõsuetudo, quæ plus valet approbatione. i. obseruantia, quam iuris proba
tione, habet quod legati de latere dispensant cum irregularibus, qui nõ
in contemptum clauium immiscuerunt se diuinis, etiam si id fecerint
ex supina ignorantia, vel etiam scienter, non tamen in cõtemptũ Clauiũ.
& bene dicit Ioan. And. quod ista consuetudo magis ex approbatione,
quam ex iuris probatione probatur; quia de iure solus Papa dispen-
sat, vt in c. 1. de senten. excommunicatio. in 6. & de hoc vide Speculato.
in titu. 2. §. nunc de episcoporum, versicu. sed nunquid potest episcopus,
& eo. titu. §. consequenter. versic. quid si legatus, vbi tractat de Scholari,
vel aliunde veniente, nunquid possit talis absolui à legato, cum irregu-
laritas non fuerit contracta in prouincia, sed extra prouinciam, vide
ibi. Ale. de Ne.
b ¶Quæritur. Vtrum episcopus dispensare possit cum irregulari. vide tex.
in c. vlt. §. fin. & ibi no. idem do. Abb. de cle. pu. in duel. & de q. hic posita,

vide

Universidad de Deusto
Biblioteca

vide Archi.in c.si quis presbyter a suo episcopo.11.q.3.& in Spe. de leg. §.nūc de episcoporū,& vide omnino Inn.in c.1. in glo.sua quę est super verſuſpensione. de cle.pere.& vide Arch.in c.si quis episcopus. in const. 11.q.3.vbi dicit,quod dato,quod existens in minoribus incurrat irregularitatem,episcopus tamen poterit dispensare super tali irregularitate. & vide etiam Arch.in d.c.nunc de episcoporum.in versi.verbis.vbi dicit quod dispensationes super criminalibus,vel super irregularitatibus,secundum curiæ vsum committuntur diœcesanis,quando autem, & per quem dispensari possit super irregularitate proueniente ex homicidio vide per Spe.in ti.de leg.§.iuxta,uer.quando autem,& per quem possit. Item an legatus de latere possit dispensare cum irregulari, qui celebrauit dum esset excommunicatus,vide eleganter per Spec.in d.tit.de legat. §.nunc de episcoporum.ver.sed nunquid possit episcopus vel legatus. & in eo.tit.§.consequēter.ver.quid si legatus de latere. & dico quod nō possit de iure,nisi sit ei specialiter commissum in priuilegijs à papa, qa poterit tunc cum ſecularibus,& alijs,qui sunt temporaliter,& non perpetuo moraturi in sua prouincia,dispensare,vide Spe.in d.§. consequēter.ver.nunquid legatus.Item de episcopo an dispensęt cum irregulari,qui celebrauit excommunicatus,vide gl.50.dist.miror.& gl.in ca.requiritis.§.nisi rigor.1.q.7.& gl.in verbo,dispensęs.in c.1.de eo, qui fur. ord.sus.Item uide Arch.in c.quæ de eem an.2.q.3.vbi late ponit an episcopus dispensare possit cum irregulari, qui celebrauit suspensus, Item vide Lap.all.13. in fin. vbi dicit, quod legatus potest absoluere irregularem,qui incurrit irregularitatem,celebrando suspensus, dummodo non fecerit in contemptum.Item adde hic Do. in cap. Ephesis. in 4.no. 14.dist. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos suspensus si celebrauit, perpetuo deponi potest, etiam quod nō fuerit monitus.*
2 *Irregularitas incursa per clericum, inducit depositionem.*
3 *Multitudo hominum si commiserit aliquam coniurationem, facit quod delictum mitius propter scandalum vitandum puniatur; principales vero grauiter puniuntur.*
4 *Sacerdotes alicuius ciuitatis interdictæ, si cogantur metu domini temporalis celebrare, an sint omnes irregulares.*
5 *Pauci, ista dictio in quot verificetur.*
6 *Accessorium an sequatur naturam sui principalis.*
7 *Peccatum vbi potest esse, & nō esse, potius est censendum quod sit, quā non sit, licet sit, uel fiat durior interpretatio, vide inf.c.prox.nu.4.*

CAP. IIII.

Excommunicati,vel interdicti celebrā

notorijs.sed in notorijs illiciiis poterit procedere,non seruato ordine iuris.Innon notorijs vero,debet seruare ordinem iudiciarium,vt in c.episcopi.de reb.eccl.non alienan.Pro hoc secundum Host.de rest. spo. conquerente.& de hoc vltimo habetur in Spe.de execu.sen. §.2. ver. quid si mandatur.Et de prędicta clausula,amoto quolibet illicito detentore,dic vt in c.cum nostris,de concef.præb.Sed de executione sententiæ, vel ad alios actus contentiosos,dic,vt in c.de cætero,de re iud.& in c.pastoralis. §.quia vero.de of.dele.tene tamen menti verba Inno.hic,cum quo transeunt Docto.de executione vero ad beneficialia,dic,vt in c.fi.de præsup. & in c.fi.de concef.præben.Item Inno.tractat quid si ille qui habuit sententiam pro se,spoliat reum,qui succubuit possessione rei , de qua erat lis.& dubium ex hoc pendet,videlicet an spolia inducat notoriũ,ita quod spoliatus contra quem est lata sententia,debeat repellià petenda restitutione,tanquam ipsa sententia inducat contra ipsum notorium defectũ tituli.sed de hoc dic,vt in c.constitutus.de fil.presby.& in cap.in literis. de restitu.spo.in 6.& per hoc ego omitto verba Inno.hic,& But.qui facit quasdã regulas quo ad hoc . Secundo Inno.quærit cui acquirit monachus , seu alius religiosus.Inn.dicit quod acquirit monasterio, etiam si fit fugitiuus de off.ordi.quanto.imo etiam si stipuletur sibi aliquid dari, vel monasterio,vel etiam personaliter,vel quocunque alio modo contrahatur,semper acquiritur monasterio.ff.de stipulatio.ser. l.siue mihi .Dicitur autem stipulari impersonaliter , quando nulla persona exprimitur cui debet dari. puta si dico promittis dare 10.& tu respondes,promitto, hic enim nullus exprimititur cui fit dandum.Secus dicit Innocẽ. si religiosus stipuletur alij,quia tunc non quærit illi cui stipulatur,quia religiosus non potest quærere alteri quam monasterio,vt seruus non potest alteri quærere quam domino,non quærit etiam hoc casu monasterio,quia non viuit.ff.de stipu.seruo. l.seruus meus.pro hoc quod in c.cõstitutus.de procur.in 1.glo.Et pro hoc apparet quod Inno.æquiparat monachum,seu religiosum seruo.& per hoc legitur communiter dictũ Inno.dicere quod omnia iura loquentia de seruis habeant locum in monachis.& in alijs religiosis profeisis.de quo per Bar.in l.1. ff. de stip.ser. & in l.cum hæredes.§.fi.ff.de acq.poss. Sed Do. Card. dicit, quod Inno. hic non dicit quod omnia iura loquentia de sertis habeant locum in monachis.sed posuit similitudinem inter seruum,& monachũ in modo acquisitionis.sed est etiam differentia inter monachum,& seruum , quã vide c.in præsentia.supra de proba.Sed quæro an ex contractibus monachi obligetur abbas?Innocen.dicit quod sic,sed non in plus quam ei fit à monasterio commissum.Item etiam si non habeat administrationem, adhuc obligatur monasteriũ,sed nõ tenetur efficaciter cũ non habebat monachus vnde soluat,de solut.Odoard.Host.aliter format quæstionẽ, an ex ꝯctu abbatis obligetur monasteriũ,& respondet quod sic.sed non in plus quã extẽdatur administratio sibi committa,arg.§.de fideiuss. qđ quibusdã.sed si non habet administrationẽ,adhuc obligatur.sed nõ cogitur soluere,cum non habeat vnde soluat,de solut.Odoardus, & intelligas Host. in hoc vltimo qđ loquatur in simplici monacho carente administratione,quia hæc verba non conueniunt Abbati quia eo ipso qđ est Abbas,habet administrationem.Et ex prædictis infertur quod si monachus contrahit cum aliquo,contrahens cum monacho obligatur monasterio,sed monasterium non obligatur contrahenti cum ipso monacho,quia monachus potest actionem quærere monasterio,sed non monasterium obligare,vt Inst.de auctо.tut.in prin. Vnde quamuis Abbas ex contractu monachi agere possit, non tamen tenetur rũdere , nisi de eo quod ad ipsum peruenerit.sed contra hoc facit,quia omnis contractus à iure prohibitus monacho nisi interueniat auctoritas Abbatis , seu imperium,vt in c.non dicatis.12.q.1.contractus ergo factus per monachum,nullius est,tanquam factus lege prohibente, vt C. de legi. l.non dubium. & 10. di.vides Sol. secundum Inn.lex & Canon intellexerunt prohibere quod non teneant ꝯctus facti per monachos quantũ ad hoc vt eis aliq̃d acquiratur.sed bene tenent quantũ ad hoc, vt lucrum proueniens ex tali contractu,quæratur Abbati,& per abbatẽ monasterio. Et si dicatur quod sicut monachus acquirit monasterio, ita deberet posse obligare monasterium,vt contrariorum eadem sit disciplina, in cap. cũ omnes.C.de procu.vbi minor ætas prodest minori ,non autem nocet. Nam si litigat valet iudicium inquantũ cõcernit fauoré ipsius minoris, sed inquantũ tangit ipsius prærogatiuam,est omnino nullũ ipso iure . & sic cessat reg.qꝝ quisque iuris,&c.& dicit glosl.Ex quo concludo , qꝝ intelligatur contractus prohibitus monacho carenti administratione,quatenus cõcernit præiudicium monasterij,secus vbi agitur de commodo , quia tunc monachus sine imperio abbatis,põt q̃rere monasterio,& cõtrahere ad vtilitatẽ monasterij,& istud sequitur et Io.Aud.D.Car.& Ba. Item quæro quid de maleficijs monachi,an ex eis,obligetur monasteriũ Inn.dicit quod non,nisi quatenus ad ipsum peruenit.Pro hoc ẽm Host. quia delictũ personæ,non nocet ecclesiæ,vt in capitu.cum venerabilis. de excep.& 16.q.6.si episcopum.& sic.nisi in vtilitatem monasterij versum esset,qa teneretur tũc quatenus esset vertum,arg.ff.si cer. per.l.si & me,& Titium.& ff.de condi.in de.l.nam hoc natura . Tertio quæro qđ si monacho auferuntur res,quas ipse monachus hẽbat distingue,Aut taler res erant monasterij,vel monasterium tenebatur ad custodiam illarum , & tunc Abbas potest agere contra auferentem illas res , sed ipse etiam monachus poterit agere abbate absente,secundum But. arg. l. 1. C.si per vim vel alio.modo.Aut ipectabant ad alium , & monasterium non tenet de perditione, & tunc non Abbas,sed ille cuius sunt res , aget furti,vel rei vendicatione,vel alia actione competenti . & per hoc dicit Inn.quod si monachus,pones quem erant depositæ moritur,abbas nullam habet actionem sed ille cuius sunt res.Nunc videndum est quid de possessione monachi,an acquiratur monasterio.& in hoc dicit Inno.qđ si possessio monachi,est iusta acquiritur monasterio ,ẽt ignoranti etiam si monachus sit fugitiuus,ff.de acquiren.rer.dom.l.1. §. per seruum . secus si iniusta,talis.n.est restringenda.Vnde talis possessio existens penes seruum non acquiritur domino.ff.de acqui.poss.quod meo.§ fin.si tamẽ dominus ratam habet talem acquisitionem sibi acquiritur.ff.de vi.& vi ar.l.idem.§.cum procurator.& sic vult etiam dicere Innoc. de monacho quia quoad acquisitionem, æquiparat monachum seruo . Sed circa hoc quæro,quid si possessio monachi fuit turbata,vel quid,si monachus spolietur,dicit Inn. quod Abbas poterit petere possessionem restitui,qa est ex tali turbatione actio ipsius monasterio.Itẽ Abbate absente, monachus poterit agere,argu.l. 1. C.si per vim,vel alio modo , vbi seruus agit pro reb.domini,quas tenet domino absente.Secundo quæro,quomodo sciretur quem possidere?Inno.dicit quod is qui aliquam rem possidet,presumitur illam possidere,nisi contrarium probetur,arg. 18. quæst.1.c. 1.& hoc dictum communiter sequuntur.Doct.Idem tenet glos.& Bar.in lapulatio ista.§. hic quoque.ff.de verbo.obliga.& Bar.ibi dicit , quod præsumitur possidere etiam ciuiliter ille qui detinet,& idẽ dicit hic D.Car. & sic talis præscribit,cum ad præscriptionem veri dominij sufficiat sola possessio ciuilis,& sine ea non præscribitur vt dicit Dyn.in reg.sine possessione.in vi.& Bart.ff.de acqui.poss.l.3 §.ex contrario.& Bald.& doct. in l.1.C.de seruis fugi.& sic volens probare præscriptionem obtinebit,si probat se retinuisse per tempus requisitum ad præscriptionem, nisi contrarium doceatur,puta quod medio tempore fuit apud alium possessio ciuilis.& dicit D.Card.se ita consuluisse in facto.Nam quidã vẽdidit vnu retẽto vsufructu,cui successit, & vẽditori alius,hæres vero vẽditoris detinuit tempore sufficienti ad præscribendum,consuluit D.Car. quod no præscripserat.Nam vendens retinẽdo vsufructum,retinuit solũ naturalem possessionem,sed ciuilẽ transtulit in emptorem,vt in l. quisquis.C. de do.hæres ergo venditoris non præscripsit, cum ciuilis possessio effet penes hæredem emptoris,ff.de acquiren.ter.domi.l.acquiritur,nisi de per hoc fuit expeditæ gl.Inn.ad quas quotidie fit remissio.Vltimo aduertę,quia Host.dicit colligi euidens argumentum ex hac litera, quod quicunque transcribit instrumentum,vel priuilegium,vel aliud scriptũ vel in publicam formam ea redegit, debet attendere diligenter qualitatem originalis in scriptura subscriptionib. signis, & alijs oib. & omnia quæ iacent pro posse prosequi,& recitare,ita quod de rasura,& lineatura fi fic ibi,& de diuersa subscriptione,& de alijs in transsumpto , faciat expressam mentionem, alioquin si hoc omittit,& dicit quod de verbo ,ad vebrum transcripsit,nullo dempto,addito,vel mutato,vt plerunque fit de facili potest incurrere crimen falsi,de his quæ fiunt à præla. quamo. in Authen.de instrumen.cau.1.respon.coll.6.Cauti tamen notarij solent dicere quod de verbo ad verbum trascripserunt,nullo quãtum ad substantialia addito,dempto,vel mutato , quicquid sit de punctis figuris, vel literis. & hoc tene menti , & melius caderet in princip. huis addi. quia concernit illud quod dicit Abb.Sicu. in fine huius capituli , & hic sufficiant in hoc capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia ecclesiæ.præscribuntur spatio.40.annorum.4.*
2 *Decimæ præscribuntur spatio 40.annorum.*
3 *Hospitalia gaudent priuilegijs concessis ecclesiæ.*
5 *Statuta, & omnia alia fauorabilia ecclesijs , non tolluntur minori spatio.40.annorum.*
6 *Possessio præsumitur semper continuata, probatis extremis , scilicet principio & fine.*
7 *Præscriptio circa vnam rem.an extendantur ad aliam connexam.*

CAP. XIIII.

1 ACcedentibus. † Cõtra priuilegia ecclesiæ minori spatio,10. annõ præscribitur.h.d.secundum verum intellectũ. Primo , ponitur partium comparitio, & actoris narratio.Secundo,iudicium datio, seu causæ commissio.ibi diseretioni.Casus literalis . Monachi Nouiac.in præsentia domini Papæ perebant terrarum decimas cuiusdam loci, & postquam templarij terras illas acquiesierunt, nihilominus monachi,decimas earũ per 40.annos,& amplius pacifice perceperunt.Sed modo de nouo templarij eas subtrahere moliuntur. ex parte templariorum allegabatur priuilegium,per quod de laboribus suis , ecclesijs soluere decimas non tenentur.Mandat Papa iudicibus,quatenus si abbas,& monachi probauerint quod à templarijs decimas de terris prædictis per 10. annos continue perceperunt,sine lite cõpellant templarios ad præstationem ipsarum quia cum tanto tẽpore contra priuilegia sibi concessa,decimas ipsas,soluerint eis,tacite renunciasse videntur,si vero in probatione
2 defecerint absoluatur tẽplarios ab eisdẽ.B. † No.1. ex reg. decimæ præscribũtur spatio 40.ann.ẽt cõtra ecclesiã.nõ. requritur tps dupliceatum,sicut requiritur in seruitute,nõ continua.de quo tamẽ dicẽdũ,vt no.plene in c.de quarta, de prescrip.& in l.si quis diuturno.ff.si serui.ven.& in l.1. C. de
3 & aqua. † Secũdo no. qꝝ etiam hospitalia,gaudẽt priuilegio
a 40.ann.sicut gaudent ecclesiæ,[a] vnde priuilegia fauorabilia concessa ecclesijs , videntur concessa etiam hospitalibus, & pijs locis,ista enim videntur æquiparari,vt in c.requisiti.de testa.firmat Io.And.in c.2.de in inte.rest.lib.6. & Barto.in l.
b omnia.C.de epis.& cleri. [b] Tertio.not.ibi,quod si in probatione defecerint &c. quod præscriptio 40.an. de necessitate probanda est,contra priuilegia ecclesiæ.Et per hunc text.tol litur opinio.qꝝ hic recitatur factum,nam hic Papa mandat istis auctoribus silentium imponi,nisi probauerint præscriptionem

ADDITIONES.

a ¶Ecclesiæ. Idem tenet Abb. in cap. 1. de restitutione in integ. cum multis alle.per Felyn.in cap.de quarta,de præscript.Vide Ale.in consi.210. incalle.per Felyn.in cap.de quarta,de præscript.Vide Ale.in consi.210. incipit. super eo,quod quæritur.in 1.vo.& in consi.211.inc,statuti: accurate respectis.in secundo volumi.Francisc̃um Curtium in consi.20. incip. in nume. Seb.Sap.

b ¶Cleri.Et idem dicendum est in quocunque loco pio, vtin Auch. de nalie §.vt autem.& ibi hoc tenet Ang. Ale.de Ne.

a ptionem 40.annorũ.[a] † In gl.1.in fi.generaliter cum quæritur,quanto tpe tollatur priuilegium ex cõtrauentione, pleno.in c.cum accessissent [b] de consti.& dic, vt ibi dicetur. Sed quoad terminos huius c.licet variæ dentur solutiones, & lecturę quæ potius inuoluunt intellectum,quã vtilitatem afferat,communiter tenetur cõclusio huius gl.qꝝ c.si de tertalit correctũ.nec per falsas solutiones,debemus vitare cor rectionẽ iurium . Conclusio ergo sit qꝝ cõtra priuilegia cõcessentia ecclesijs,non præscribitur minori spatio 40.annorũ.nã hodie contra alia bona ecclesiarum , nõ currit minor præscriptio,vt in auth.quas actiones C. de sacrosc. eccle. de præsc.quasi per totũ . Ideo hodie idem dicẽdum in præscriptio.cõtra priuilegia ecclesiæ,vt hic.Sed cap. si de terra, ideo dicit de præscr.30.an.quia tẽpore illius c. alia bona ecclesiarum,tanto tẽpore præscribebantur, vt in c. sanctorũ , de præscr.sed quia illud fuit immutatum,ideo & istud.† Et item tandem dicit Inn.in statutis & consuetudinib.fauorabilib.ecclesijs,vt non tollãtur minori spatio 40.ann.qꝝ est no tãdi.nam cũ expresse nõ possint isti de ecclesia huic iuri inducto in fauorẽ ecclesiæ renũciare , ita nec vnicã facere cõtrauẽtionẽ arg.in l.præses.C.de transt.sed in præscr.40.an. adest negligẽtia ẽt superioris in patiẽdo ; & illa est inducta , ne rerũ dominia diu sint in cõfuso,& incerto, quæ ratio cessat in vnica cõtrauẽtione.Non ob.c.cũ accessissent,de cõst. quia illud nõ cõcernebat principaliter vtilitatẽ ecclesiæ; imo ex conditione priuilegij,augumẽtabat[a] ibi cultus diuinus,ita in eo pro illorũ.de præb.vnde dicit Inn.& bene, qꝝ ad vtilitatẽ ecclesiæ posset allegari illud priuilegiũ,sed nõ ad vtilitatẽ sin gulorũ.& dic vt ibi plene no.[c] † Vltimo hic aduerte,quia gl. requirit hic in probãda pscriptione , vt sit cõtinuata possessio quolibet anno.& gl.alibi in ca.volumus.16.q. 4. tenet,qꝝ sufficit pbare extrema,s.principiũ pscriptionis,& finẽ, quia medium psumitur.& illam gl.tenẽt hic cõmuniter Doct.& so multũ allegari.[d] Sed tu vide Bar.[e] in l.Celsus.ff.de vsu.vbi post alios legistas dicit,sufficere qꝝ probetur initiũ possessio nis,& allegetur tũc possessio de præsenti, quia qui semel possidet,præsumitur possidere,ex quo allegat possessionẽ ad cõmodum propriũ,vt probatur in l.siue possidetis,ff. de prob. vbi no.qꝝ mihi satis placet ; nã perditio possessionis [f] est valde accedes,cũ requiratur desertio animi, & facta nõ præsumunt,imo semel posita qualitas,præsumit adesse, vt no.in c.semel malus.de reg.iu.li.6.& in c.si forte.de ele. c.li. & in c. fi.de pscr.Et ad istũ tex.põt rñderi,qꝝ pbat cõtinuata possessio,probãdo initiũ,& allegãdo possessionẽ de præsenti.& sic potest intelligi gl.& nõ reprobatur, cautũ tamen est pro re ambo extrema,s.principium,& finem,vt dicit glo.in c. volumus,† In gl.fi.s in fi.Et pro hac solutione gl. potest induci hæc ratio,quod tãtum præscribitur,quãtum possidet, quia sine possessione nõ procedit præscriptio,vt in reg.sine possessione.de reg.iur.li.6.Et ideo quoad alias terras, in qui nulla fuit possessio , non potest dici præscriptio. [h] Non obstãt iura in contrarium allegata in gl. quia ibi priuilegiũ ex toto tollitur,tanquam vnicum,& indiuiduum.nam recipiẽs aliquem in canonicum tanquam vnicum , vltra numerum contractus est ipse numerus ex toto. secus hic.quia non censetur priuilegia,quot possessiones,ex quib. debetur, decima,arg.l.fcire debemus.de ver.obl. tene menti.

ADDITIONES.

a ¶Et est notandum ex hoc tex. quod res transiens ad priuilegiatum, quoad priuilegio priuilegiati.& sic priuilegiatus succedens non priuilegiato, vtitur pro suo priuilegio,vidiftis similem tex.supra e. porro.

b ¶Cum accessissent.Vide ibi per laso.in l.fi.ver.3.principaliter quærit. supra de consti.

c ¶Colligo effectum verborum Inn.Et distingue , quod aut actus reputatus priuilegio,concludit in se tacitam renunciationem , & solus vnius actus potens ad tollendum priuilegium , dummodo contenientes priuilegio,habeant potestatem renunciandi,& hoc modo loquitur c.cũ accessissent,de consti.& c.pro illorum, de præb. & alia iura dicentia quod vno actu tollitur statutum, vel priuilegium . Aut actus non est per se sufficiens ad concludendam tacitam renunciationem validam , vt quia actus de se non est potens, vel persona non est habilis ad renunciandum , & tunc non sufficit vnicus actus, sed requiritur præscriptio, ex qua possit concludi tacita renunciatio.hoc autem sic declarat But. Nam si actus pugnans & repugnans priuilegio , est incompatsibilis cum ipso priuilegio,non potest cadere alia præsumptio, quam renunciationis,& sic per vnicum actum, tollitur priuilegium,& hoc modo loquitur cap.cum ac cessissent,de consti.& c.pro illorum.de præbend. Si vero actus , non est incompatsibilis priuilegio , tunc ex ipso non inducitur tacita renunciatio,quia potest cadere alia præsumptio , quam renunciationis huius enim cap.ex vnica solutione decimarum , non inducitur tacita , renunciatio priuilegij , quia solutio decimarum communiter , fit per vnicum monachum, vnde non videtur conuentus consentire ei quod ecclesia ignorat,vel licet sciat,non præsumitur renunciare voluntarie , vel potius ius suum redimere, quod licitum est supra de simo. dilectus . el Innocen. limitat illud quod dicit , videlicet quod per vnicum actum directo contrarium , & incompatsibilem tollatur priuilegium, vel limitatum . Nam secundum eum secus est de consuetudine , quia si aliqua potestas , vel ius est acquisitum quod consuetudinetur , puta si est introductum quod in certa ecclesia nulli assumantur in canonicos, nisi sint in sacris.Nam tum etiam si eligant aliquem in canonicum, qui sit in minoribus ordinibus , non videntur per hoc renunciare consuetudini in qua diu perseuerauerunt, quia non licet consuetudines infringere, 16.distinct. in his . Idem tenet Hostien. dicens,quod consuetudo non tollitur minori spatio 40. anno. sicut etiam non inducitur minori tempore. de elect.Cumana, & de consue.cap. fina. Eadem enim ratio est in desuetudine, quæ in consuetudine , de consang. & affi. tua. de elect.cum ecclesia.ff. de legibus. l.de quibus. & ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus Pius dicit Innoc. quod siue sint consuetudines , siue constitutiones,siue statuta,vel priuilegia honorabilia, vel vtilia ecclesijs , nunquã intelliguntur renunciare,nec per vnum,nec plures actus , quia eriam si expresse vellent,non posset,C.de transact. l. præses . & ff.de pact. l. contra iuris. §. fina. Nam hoc casu etiam si omnes de capitulo vellent aliquid facere, contra priuilegia, seu consuetudines,seu statuta sua , vnus solus posset contradicere,imo si omnes contraueniant,superior posset, & debet reuocare factum in damnum ecclesiæ,vt in cap. si quis presbyterorum.& in cap.ad nostram.de reb.eccle. non alienan.& in cap. 1.supra de his quæ fi.à ma. par. cap. Secus dicit Innocen. si sint aliqua quibus sit vtile renunciare ecclesię,vel sunt indifferentia. Nam tunc per vni cum contrarium, & incompatibile renunciatur , & hoc modo loquitur capi.cum accessissent. & cap. cum M. de consti. & cap. pro illorum. de præben. Not. bene ex verbis Innocen. quod vbi priuilegium , vel statutum,vel quicquid aliud est acquisitum ecclesiæ , dummodo sit ei vtile, vel honorabile,istud non tollitur per vnicum , nec plures actus contrarios, & incompatsibiles, & sic limitatur supra dicta distinctio collecta ex verbis Innocen.Item no.quod vbi consuetudo.priuilegium, vel statutum, vel quicquid aliud,est ecclesiæ vtile , vel honorabile , non possunt omnes de capitulo,illi iuri expresse renunciare . Nota tertio , quod vbi collegium vel capitulum vult aliquid facere contra consuetudines , vel priuilegia,vel statuta vtilia, vel honorabilia, ecclesiæ , vnus solus potest contradicere , etiam si omnes contentiant , tamen si vergit in damnum ecclesiæ,superior potest,& debet renunciare.No. vltimo,quod per vnicum actum directe contrarium,perditur statutum,vel priuilegium, vel quodcunque aliud ius quod sit vtile ecclesiæ , & illi potest renunciari , etiam si sit indifferens . Dicit vlterius Innocen. quod in casibus , in quibus canonici directe veniunt contra suum priuilegium , & per hoc illud perdunt,licet amplius non possint allegare priuilegium in suum fauorem, vt quia scilicet allegarent damnationem suarum præbendarum tamen nomine ecclesiæ poterunt allegare, siex receptione læditur ecclesia,vt quia propter modicitatem præbendarum,non inueniunt canonicos residentes.& idem dicit in omnibus similibus priuilegijs , quæ sunt fauorabilia ecclesijs , & canonicorum introducta , quia licet vnus renunciet,alius non intelligitur renunciare,& hæc verba Innocen.sequuntur Doct.hic;sed dic,vt plene habetur,vt in c.cum accessissent. supra de const. Ale.de Ne.

d ¶Allegari.Et ex hoc,Butr. sumit præticam probandi clericum continue residere in beneficio , quia sufficit probare residentiam extremorum . Ale.de Ne.

e ¶Bar.Vide Bar.& Aug.in l.vlt.conf.secundum quosdam.vbi hoc dicit Bal. in 1.consi.C.& in d.l.siue possideris.secundum quosdam,vide glo.Dom. Aug.& alios,in ca. cum ad sedem de resti.spolia.glosl. in ca.accedens. de conuer.coniug.& ibi An.alle.no.in ca.ex parte decani. de reser. vide An. in d.ca. ex parte.Abb.in ca. cum olim.el 1.de resti.spolia. Bar.in l. sicut. §.superuacuum.ff.qui.mo. pig.vel hypo.sol. & tex.fin. in ca. cum olim, el 3.de resti.spolia.vbi probatur, quod si semel possedi , præsumor possidere tempore spoliationis , ideo sufficit allegare quod tunc possidebam.Bar.in l.Celsus.de vsur.Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu.d. Pe.in ca. fi.de præscr.glo.in ca.cum ecclesia Sutrina.de causa pos.& propr. vbi Abbas,& alij,Spe.de prob.vbi tenet id,quod gl.Sed in ti.de pen. & pos.§.1. ad fi.videtur dicere contrarium.Vide abbatem in d.c.cum olim. el 1. & potest allegari gl.in simili,in c.vni §.fi quis per 30.annos. in ti. si de feu. fue.contro.Sed pondera,quia non videtur , quod non sit opus allegare, quia notorium resultans facto iuris,non est necesse allegare , sed iudex potest secus si resultet ex facto partis,quia posset allegari . Simile quod dicunt omnes in ca. cum apostolica,de his,quæ fi.à præl.quod sufficit al legare,quod concessio fuit facta ante concilium Latera. probando possessionem vetustam.Et vide Ioan.de Imo.consi.9. vbi consuluit , quidam fletit in ciuitate Bononiæ per 10.annos,& erat de castro sancti Petro tempore quo venit ad habitandum Bononiam , illud castrum erat subiectũ ecclesiæ,in medio 10.anno non erat subiectum, sed in decimo anno erat subiectum dicit quod non attenduntur media tempora; vide etiam cap. ex literis.de in int.rest.vbi dicitur olim,& nunc. Vide quæ ad idem dicit Bal.in l.settium.C.de testi.in l.fin.C.de eden.Ang in l. qui sella. §.ruslici. ff.de ser.ru.præd.D.An.in c.literæ.de dila.Matth. de Math. no. 113. facit quod voluit do.Pe.de Anch.c.cum de beneficio.de prœb.li.6.& consi.161. inc.in quæstione ecclesiæ. And. Bar.

f ¶Perditio possessionis.Hanc opin.sequitur Alex.in consi.67. inc. circa primum.in 1.vol.& in consi.113.inc.viso processu.in 1.vo. & in consi.80.in ci.examinato processu.circa princip.in 2.vol.& consi.80.inc.excellentissi.in 5.vol. Seb.Sap.

g ¶Gl.fi.Quia illã gl.sequit Arch.Io.de San.Io.An.& Doc. hic , & plures alij Doctores,quos allegat hic D.Car.& Arch.de quo arti. vide in c.cum ad sedem.de rest.spo. Ale.de Ne.

h ¶Præscriptio.Vnde Inn.dicit,quod si aliqua gens communib & generalib. priuilegijs,quæ habet non vtitur quoad aliqua, non intelligitur renunciare quoad alia,sed quoad illa tantum,quibus non vtitur,vt in l. volũtarie.C.de excu.tut.& in l.2.de his,qui sponte munera subeunt,& l.seq. & ff.de vaca.mun.l.prætor.§.fi. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus,siue priuilegiatus ratione certæ rei,vel loci,non dicitur exẽptus respectu alterius loci,vel rei.2. 6.*
2 *Priuilegium concessum respectu certæ rei,vel loci, non extenditur ad aliam rem,vel locum 6.*

Capellæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Capellæ, & capellani istorum dominorū, subsunt iurisdictioni episcopi.
Canonicus an possit habere ecclesiam parochialem.
Priuilegium concessum capellis suis, non extenditur ad capellas postea acquisitas.
Pronomen meum, tuum, & suum, verificatur tantum in præsenti.
Priuilegium exemptionis circa vnam rē, non extenditur ad aliā. 1. 2.

CAP. XVI.

CVm capella. † Ratione vnius beneficij, dicitur ille subiectus, qui ratione alterius est exemptus. hoc dicit. Vel aliter, & melius, exemptus rōne certæ rei, vel loci, non censetur exemptus respectu alterius loci, seu rei. est tex. notabilis, & multum allegabilis. In prima parte ponitur quere la. In secunda prouisio ibi, quo circa. Casus literalis. Capella ducis Burgūdiæ gaudet priuilegio speciali sibi à sede apostolica concesso, videlicet q̄ nullus archiepiscopus, vel episcopus in personas canonicorū ipsius capellæ sententias suspēsionis, vel interdicti, aut ēt excommunicationis audeat promulgare. Quidā canonici ipsius capellæ hēnt ecclesias parochiales, quæ subsunt episcopo Ligonensi, occasione dicti priuilegij dicunt se exemptos in his ēt, quarū iurisdictio ad alios pertinet, vt quamtūcunque grauiter interdictū excedat, nolūt sententiæ ipsius ēpi subiacere. Episcopus significauit hoc dño papæ, vnde mādat eidē quatenus inquantū exēpti sunt rone ipsius capellę, priuilegijs apostolicis deferat reuerenter, sed ratione aliarū ecclesiarū quas ab ipso episcopo habent, vel alias ad iurisdictionē episcopi pertinēt, officij sui debitum in eosdē libere prosequatur. B. † Not. 1. ex tex. q̄ priuilegiū concessum personis respectu certi loci, nō extenditur vltra locū, vnde cēsetur priuilegium potius reale, quā personale. [a] † Secūdo no. & tene menti, q̄ capellę istorū dominorū, & capellani ibidē administrātes, subsunt ordinarijs locorū, & nō magistris capellarū, nā & ipsi domini subsunt in spiritualibus episcopis locorū, vt in c. omnes principes, de ma. & obed. fortius ipsi clerici capellarum, & ipsa capella, episcopus enim fundat iurisdictionē suā in tota diœceſi, & in qualibet eius parte. 10. q. 1. p totum, & 16. q. 7. c. omnes basilicæ. & c. cū episcopus. de of. ord. lib. 6 † Vltimo no. ar. quē posse esse canonicū, & habere ecclesiā parochialē. quod intellige, vt no in c. gratia. de reser. li. 6. c. 1. de cōsue. e. li. & in c. de multa, in fi. de pben. † In gl. 1. ibi. l. cum stipulamur. & c. vbi si stipulor q̄d tibi dare, vel facere, in stipulatione solū venit id q̄ debetur ante tēpus stipulationis, & sic nō extenditur ad id q̄ fuit debitū in futurū. ita videtur diecēdū in proposito, vt priuilegiū concessū monasterio, & capellis suis, nō extendatur ad capellas postmodū acquisitas & huic ꝓrio inhærent. Host. & Io. & cōmuniter seq. pro quo optime facit l. si ita. ff. de aur. & ar. leg. vbi dicitur, q̄ si testator legat vestē suā, vel argentū suū, solū venit id q̄ erat tēpore testamenti. Nā hoc pronomen, meū, tuū, suū, &c. cū sit demonstratiuū, tātū verificatur in p̄senti. Itē facit q̄ ista priuilegia sunt odiosa, tanquā præiudicantia iuri ordinariorū, & ideo restringēda, vt no. in c. cū dilecti. de dona. Et materiā an, & quādo simpliciter dispositio concepta extendatur in futurū. no. Bar. in d. l. si ita. & aliqd in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & aliqd tangā in c. quia circa. ꝓ. e. vbi bonus tex. In ea gl. ibi, huic decretali contrarium, vī &c. Hæc glo. redit ad tex. vnde non continuatur ad præcedentia, sed opp. ꝯ tex. vt patet ex sequentib. & est vera eius solutio; nā rōne iuriū diuersorum concurrentiū in eadē persona, quis c ensēt diuersō iure, vt in c. olim, & q̄ ibi no. ꝯ. de re iud. & in c. ex literis, de prob. & in l. si consul. ff. de adop. [b] Sed † q̄ro in quo proderit priuilegiū hoc exēptionis respectu capellæ, ex quo alio iure sunt subiecti, Sol. priuilegiū hēt effectū suū si isti canonici delinquāt in loco capellæ, vel est contentio super iuribus illius capellæ. vnde in concernentibus illā capellā, priuilegiū habebit effectum suū, sed si delinquant extra capellā, & sic extra locum exemptum, vt vel conueniantur ratione ecclesiarum parochialiū, poterunt excommuniicari per episcopum loci, quia habens domicilium in vno loco, & prædium in alio loco, ratione illius prædij, potest ibi conueniri, licet aliās non sit subditus illius, vt in c. fi. de foro comp. ita in proposito. Vltimo quæro, an concesso priuilegio in terminis c. vt canonici nō possint excommunicari, nunquid poterunt conueniri corā episcopo. & aliter puniri. Docto. quod sic. nam per hoc nō violatur priuilegiū. imo tacite videtur hoc concedere vno denegato, ar. in c. nonne depressum. & in c. qualis. 25. dist.

ADDITIONES.

[a] ¶Personale. Nam secundum Inn. priuilegium est concessum ecclesiæ nō personis, But. autem dicit quod eo ipso conceditur priuilegium cum adiectione loci, pura canonicis talis loci, priuilegium tale non est mere personale, nec mere reale, sed personale, ad locum nō determinatum restrictum. Sed verior videtur op. Inn. quam communiter tenent Doct. scilicet quod priuilegium intelligatur reale, quia intuitu ecclesiæ intelligitur concessum, sed ratio restringitur solum ad personas ecclesiæ in priuilegio expressas. Ale. de Ne.

[b] ff. de adop. Vide in c. Raynu in gl. antep. supra de testa. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio concessa alicui monasterio, non censetur concessa capellis exemptis ab ipso monasterio. 4.*
2 *Argumentum ab absurdo, validum est in iure.*
Intellectus continens absurditatem est vitandus.
3 *Abbas debet stare immediate post episcopum, & præfertur aliis prælatis citra episcopos.*
5 *Exemptus si delinquit in loco exempto, à quo puniatur.*
Clericus an sortiatur domicilium in loco, vbi habet beneficium.
6 *Forum sortitur clericus coram illo episcopo, à quo suscepit ordines.*
7 *Appellans à sententia abbatis exempti, ad quem debeat appellare.*

CAP. XVII.

EXore. Abbas monasterij exempti pro membris non exemptis, ad synodum episcopalē accedere, & episcopo parere tenet. h. d. Vel sic & melius. † Per exemptionē concessam monasterio, capellæ sibi subiectæ, non censentur exemptæ. hoc dicit. Primo præmittit exordiū. Secūdo narrat factum, & partiū allegationes, ibi, cū igitur. Tertio diffinit, ibi nos. Casus literalis. Inter episcopum Vigoren. ex vna parte, & monasterium Euasen. ex altera quæstio vertebat super subiectione, ac libertate ipsius monasterij. Proposuit monasteriū, q̄ ipsum abbas sua fundatione liberum extitit & exemptū cū capellis suis ad hoc probandū induxit priuilegia Romanorum Pontificum, Celestini, vnum, & alterū Alexandri, & indulgentias Clementis, & Celestini, quorum vsum continuō à longis retro temporibus per testes ostendere nitebatur. Ex parte aduersa respondebatur quod in priuilegio Celestini aliquid vt cōtineri, per quod monasteriū videtur ad iurisdictionē episcopi pertinere, scilicet quod Abbas eiusdem primum locū post Vigorē. episcopū semper obtineat, sed hoc locū habere nō posset in generali concilio, neque in prouinciali, & sic relinquitur q̄ illud intelligitur in synodo episcopali, quare ad eius synodum venire tenetur. in priuilegio vero Alexandri quoddā aliud continetur, p̄ q̄ diœcesanus episcopus, in eodē monasterio iurisdictionē suā; quamuis non in omnibus, in quibusdā tñ retinuisse vī, quia ibi dicitur, q̄ episcopi Vigoren. à fratribus eiusdē monasterij aliqd inuiolate nō exigant, sed his cōtenti sint, q̄ fratres eiusdē monasterij Vigorē. episcopis præstare rationabiliter consueuerunt. per hoc vī quod aliqua de bonis suis abbates episcopis exhibere tenentur. Dominus Papa his, & alijs intellectis, cum à neutra parte sit probata p̄scriptio, sententialiter diffiniuit, quod monasteri um Euasen. liberum est in capite, tanquam prorsus ab episcopali iurisdictione exēptū, & soli Romanę ecclesiæ subiectum, tutela tamen ipsius Archiepiscopo Cantuariū reseruata. In mēbris vero, quæ nō probantur exempta, dicit episcopo sit subiectum, propter quod abbas ad synodū episcopi venire tenetur. & primū locū post Vigorē. episcopū tinere debet, & idem abbas pro ipsis membris non exemptis tenetur Vigoren. episcopo exhibere reuerentiam, & honorem. quibus exhibitis Vigoren. episcopus debet manere contentus. B. Nota primo proœmium tex. quia optimū exemplum exhortatione [a] iustitiæ. & habetur hoc proœmiū vique ad versi. cū igitur Apocalypsis. i. & 19. ca. & ponitur quoad hoc casum materialiter, & expone bis, acutus, id est ab vtraque parte scindens ad modū ensis, & nunc tangens actorem, nunc reum prout cā desiderat, prout facit hic Papa qui partim pronunciauit p̄ actore, partim pro reo. Secūdo nota, quod abbas non exemptus, tenetur ire ad synodū episcopalē. & si ipse est exemptus, & ecclesiæ sibi subiectę non sint exemptæ, quia tunc ratione illarum ecclesiarum tenetur ire. Et generaliter, an, & q̄si abbas teneatur ire ad synodū episcopalē. vide quod legit. & no, in c. quod super his. de maio. & obedi. & 18. di. in palea. quę incipit episcopus. † Tertio no. quod licet arg. à vitatione absurditatis. vnde fugiēdus est intellectus continens absurditatem. ad idem c. in Genesi, supra de elec. † Quarto no. arg. quod abbas debet tenere primum locum inter alios prælatos citra episcopum. nam ratione religionis, & dignitatis sibi primū deferendum est, pro hoc c. i. de præ. &c.

ADDITIONES.

[a] ¶Pro exhortatione. Et vide omnino ad commendationem iustitiæ, postchrum tex. in Auth. vt omnes obe. iudi. prouio. in prin.

[b] ¶De elec. Aut. autem hic colligit quod priuilegia, & rescripta in dubio, debent intelligi, & interpretari, vt ab ipsis excludatur absurditas, ne q̄ absurdum est priuilegium concedi, vt in minori ordine positus præcedentia in sede habeat vltra illos qui sunt maioris ordinis, & dignitate. ad hoc c. statuimus & c. solitæ. de maio. & obe. Ale. de Ne.

ue & quali. facit tamen iste tex. in communi, [a] quia hoc fuit concessum in priuilegiū, ergo secus de iure cōmuni, sed pōt responderi, quod priuilegiū operatur respectu aliorū abbatum ibidem existentiū. [b] Quinto no. q̄ etiam priuilegia ab ea parte producta, quæ prima fronte videntur contraria, debent per diuisionem reduciad concordiā, & sic limita c. impetrari. de fide instrumen. [c] † Vltimo not. quod mēbra monasterij exempti, non gaudēt priuilegio exemptionis cōcesso monasterio. tale enim priuilegiū, odiosum est, ideo aliquate non nō extēdendū, vt dixi in cap. præceden. In gl. in ver. aliqua, in fi. de hoc dic, vt plene no. in cap. pe. de confir. vti. vel inutili. in gl. in ver. quæ non probantur, in fin. & dic, vt not. ꝯ. inc. proxi. † Extra gl. quæritur, ad quid prodest illuc priuilegium respectu monasterij, ex quo respectu membrorū abbas est subditus. Solu. vt dixi in capite præceden. Si abbas delinquit in monasterio suo exempto, non potest puniri per episcopum loci, nec super iuribus monasterij tenetur coram episcopo respondere; sed respectu membrorum tenetur respondere coram episcopo, sicut enim exemptus ratione rerum alibi existentium, potest conueniri per ordinarium loci, vt in ca. 1. de priuile. lib. 6. ita ratione membrorum non exemptorum tenetur abbas respōdere corā episcopo; & sic potest abbas coram episcopo cōueniri, sed ratione domicilij [d] dicit Inn. Secus si ipse est exemptus, & ecclesiæ sibi subiecte non sint exemptæ, vide dicit But. quod quemadmodum testes ab eadem parte producti adiuuantur, & concordantur diuisionem, vt in c. cum tu. supra de rescript. ita & priuilegia ab eadem parte producta. Et idem est dicendum in instrumentis eadem ratione, non ob. c. imputari. eo. ti. quia debet intelligi vbi non possunt aliquo modo reduci ad concordiam.

[d] Domicilij. Multa de domicilio cleri accumulat Fel. in c. dilectus. in 2. vers. 1. conclusio. cum plurib. leq. 3. de reser. vbi multum commēdat, & in prima conclusio. Inn. hic. Seb. Sap.

[e] De iud. Et Inn. ponit exemplum quod clericus ordinarius ab aliquo episcopo inferat iniuriam alicui clerico eiusdem episcopi, & extra ipsius, & vesim. Secus dicit in abbate exempto, quid licet delinquat in clericos Cœcesani, cui debet reuerentiam, tamen coram eo conueniri non dēt, quia non est eius clericus, imo exemptus, licet in aliquo sibi debeat reuerentiam. Et ex hoc no. quod ratione solius clericatus quis possit conueniri coram episcopo, cuius est clericus id est, qui eum ordinauit, licet mutauerit domicilium, & non deliquerit in diœcesi sui episcopi. & hoc dictum communiter sequuntur Doct. sed mihi non placet, quia non dicitur quis ſtbditus, nisi ratione ordinis beneficij, vel domicilij, vt in c. cum nullus. de temp. ord. in 6. si non censetur subditus, ergo non potest conueniri coram eo. sed Doct. communiter tenent opi. Inn. Alex. Imol. Ideo ea prosequere. Et primo quærit Inno. quod si abbas exemptus delinquat in locis exemptis, in personis tamen non exemptis, vt quia est negligens in regimine ipsarum, vel eis iniuriam facit, an diœcesanus possit ipsum punire. Inn. dicit quod non, dicens quod non habet procedendi potestatem contra Abbatem in præmissis, quia isti non sunt modi, per quos diœcesanus acquirit iurisdictionem in personis exemptis. Dicit etiam Innoc. quod in prædictis casibus non poterit diœcesanus ipsum priuare ecclesia non exempta. nec eum suspendere, quia non potest ordinarius hoc facere, nisi cum causæ cognitione, sed non potest cognoscere de peccatis personæ exemptæ, ergo nec contra eam procedere Secundo, quæro, an quando Abbas est exemptus, & membra non exempta habeat aliquam iurisdictionem in membris, pura ecclesijs. Inno. tenet q̄ sic per no. in c. cum ab ecclesiarum. & in c. quanto. de off. ord. & hoc casu præsentabit Abbas clericos prælatis, & fiet vt dicitur ꝯ. e. cum & plāta re. ꝯ. in ecclesijs. & d. capel. mona. c. 1. nisi ecclesię essent iure concessæ monasterio, scilicet quoad legē diœcesanam, quia tunc Abbas instituet, 16. q. 2. c. 1. Idem si Abbas exemptus possideret aliquid in territorio episcopi debet coram eo conueniri coram ordinario, ratione contractus vel delicti, tamen in loco non exempto, vt in ca. 1. eo. ti. in vi. Tertio quid si Abbas est exemptus, & membra etiam sint exempta, sed populus est non exemptus, id est pareciani membrorum exemptorum sunt subditi episcopo. Inno. dicit quod si abbas delinquit in membris exemptis, diœcesanus nullam habet iurisdictionem in eo, vt in c. 1. e. ti. in 6. secus si delinqueret in parœcia non exempta, quia tunc potest puniri ab ordinario, ar. d. ca. 1. e. ti. in 6. Ad quem autem hoc casu spectat institutio, dicit Inn. quod Abbas potest instituere sine episcopo. Bu. dicit hoc intelligendum de institutione non auctorizabili. quia hæc pertinet ad episcopum, vt in ca. cum satis. de offi. ordi. vnde solum institutionem facere poterit, quæ habetur pro collatione, quod intellige, nisi episcopus concessisset Abbati, vt ratione dignitatis suæ, tanquam vicarius episcopi hoc facere posset, vt dicit Inn. in c. 1. de capel. mo. Quis autem in hoc casu debent deponere presbyterum institutum in ecclesia exempta, vbi populus est non exemptus. Inno. dicit quod Papa est adeundus pro depositione, vt in ca. ad hoc, de of. arch. & de sta. mo. ca. cum in singulis. in §. ordinentur. & ca. ea quæ. §. hoc autem. Sed Docto. dicunt, quod iste Abbas est episcopus, & sic de episcopo debet intelligi, & est tex. in ca. vni de ca. mo. in 6. prout ibi intelligi Ioan. And. Sed vbi & populus, & membra essent exempta, tunc Abbas in nullo tenetur diœcesano, & tunc pro depositione adeundus est Papa secundum Butrig. qui dicit, quod Innocen. hoc modo potest intelligi. quod intellige, nisi ecclesiæ essent pleno iure subiectæ, quia tunc Abbas posset deponere. 16. quæstio. 2. ca. 1. & vide supra eo. cum & plautare. §. in ecclesijs. & hæc sufficiant. Ale. de Ne.

CAP. XIX.

EX parte. Receptus sub protectione Papæ, per hoc non censetur exemptus. h. dicit, & secunda pars ibi, nos. Casus literalis. Clerici, vel etiam laici impetrant literas à domino Papa per quas recipit eos cum personis, & rebus suis sub ipsius protectione, queritur vtrum per talem protectionem exempti sint à iurisdictione episcoporum suorum. Respondet Papa quod per tales literas à iurisdictione episcopi non subtrahuntur. B. Nota. 1. ex tex. quod nedum per receptionem sub protectione, eximitur ecclesia. quando recipitur sub protectione, vt in cap. recepimus, supra eod. sed etiam persona singularis, siue sit clericus, siue laicus, quantumcunque exprimantur nomina propria in priuilegio. hoc voluit tex. ibi ex nomine. Ex prædictis tollitur contrarium quod posset formari de superfluitate, quia c. reperimus, loquitur quando ecclesia recipitur sub protectione. hic vero quando persona singularis recipitur. vnde gl. fi. intrat quæstionem. quid ergo operatur tale priuilegium, sed dic, plenius, vt dixi in dicto c. recepimus. [a]

ADDITIO.

[a] ¶c. recepimus. Sed quia hic videtur innui q̄ in priuilegio debeat exprimi propriū nomen illius cui conceditur priuilegium, quæritur an semper requiratur expresso proprij nominis in priuilegio, Et Io. An. & Bu. dicunt q̄ sufficit q̄ exprimantur circunstantiæ indubitatæ, de consan. & af. tua. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia si concedatur in proprios vsus aliquib. religiosis, illi non poterunt eius possessionem accipere, siue licentia episcopi. 2. 5.*
2 *Ecclesia potest concedi alicui loco religioso, in proprietatem, & in titulum.*
3 *Dominium transit in ecclesiam ex titulo solo, sed possessio non, nisi corporaliter accipiatur.*
5 *Possessio beneficij concessi in titulum potest accipi absque alia licentia episcopi, sed dari in proprietatem secus.*
6 *Episcopus an possit concedere ecclesias religiosis, vel possint conuertere in suos vsus proprios.*
7 *Ecclesia quando conceditur aliquib. religiosis in proprios vsus, quid cēsetur concessum.*
8 *Ecclesia concessa alicui in proprios vsus, non eximitur à iurisdictione episcopali.*
9 *Ecclesia si concedatur alicui pleno iure, quid intelligatur concessum, vide infra c. quoniam. in 1. no.*
10 *In alienatione prædij ecclesiastici, an requiratur authoritas episcopi loci, vbi est sita ecclesia, an vbi est situm prædium.*
In alienatione rei minorum, requiritur decretum iudicis, vbi sita est res.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XX.

Pastoralis. [a] †Religiosi quibus à Papa cõcessum est, vt ecclesias eis subiectas possint in proprios vsus conuertere, nõ authorita re propria: sed à diœcesano loci possessionem illarum ecclesiarum recipere debent, nisi in priuilegio aliud ex primatur. hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, ad qd. Casus literalis. Quidam religiosi, literas obtinent à sede apostolica, in quibus indulgentur eisdem, vt ecclesias suas, in proprios vsus conuertere possint, decedentibus personis illarũ. Quæritur vtrum licet authoritate propria possessionẽ illarũ intrare, vel per diœcesanum episcopũ in illas sunt inducẽdi. Ad hoc respondet papa, quod suo episcopo inconsultato, non licet eis possessionẽ earum intrare, quia per huiusmodi indulgẽtiam episcopali iuri, nihil intelligit derogari, nisi forte in ipsa indulgentia contineatur expresse, q episcopo incõsulto id facere possint. B.No.1. ex tex. ibi ecclesias suas, &c. q religiosi nõ possunt ꝓpria authoritate ecclesias sibi subiectas in pios vsus cõuertere debent ergo in illis ecclesijs instituere rectorẽ, non aũt reditus capere, & in eorũ vtilitatẽ cõuertere, & idẽ in alijs prælatis habẽtibus ecclesias subiectas, vt in d.c.ad aures, de excess. prælat. Idẽ si sunt prioratus mannales. seu reuerẽtiales, vt in cle. ga regulares, de supl. neg. præla. nã hic fuit impetrata indulgẽtia Pa.† Sedo no. ibi decedẽtib. psonis. & c. q cõcessio ecclesiæ in ꝓprietatẽ, nõ ꝓiudicat rectori nũc existenti, fed sortiter effectũ suũ demũ post eius mortẽ, & concor. c. consultationibus, de do. & cle. si vna., de re. eccl. non alie. † Tertio no. q ecclesia q̃nque concedit in titulũ, & hoc est regulare, vt §. de concess. præb. p tot. quandoque cõceditur in ꝓprietatem. i. tanquam quædam ꝓprietas, vt hic. nam religiosi non habẽt ecclesias in titulum, sed habeant eas, vt proprietatem quandam.† Quarto no. quod licet dominium transferatur in ecclesiam ex titulo solo, vt l. si. [b] C. de sac. san. eccles. ijs. & no. in c. 1. de consue, possessio tñ non transfertur, nisi corporaliter apprehẽdatur; quia possessio hẽt plurimũ facti, vt no. in d.c. 2. de consue. fa. in simili. l. cũ hæredes. in prin. ff. de acqui. possess.† Vltimo colligi põt, q dare possessionẽ ecclesiæ concessæ in ꝓprietatẽ, spectat ad epm, secus si datur in titulũ, vt in c. ad hoc. & in c. vt nostrũ. de of. arch.† Sed quæro, nũqd episcopus possit concedere ecclesias religiosis, vt possint conuertere reditus in vsus proprios, dic quod sic, dũmodo interueniat authoritas capituli, & subsit cã. vt qa religiosi sunt multum indigentes, vt probatur in d.c. consultationib. & in c. pastoralis, de donat. facit tex. in d. cle. si vna. [c] † Secundo q̃ritur, qd intelligitur cõcessum, qñ conceditur ecclesia in proprios vsus? dic concludendo post Docto. maxime Inno. q vr concessum regimen ipsius ecclesiæ in temporalibus, & spiritualib. tũ conseruabũt ecclesiã in statu pristino, vnde si ecclesia erat collegiata, dẽt ibi seruari collegiũ. si folebat instituí vnus rector, ponẽt ibi vicariũ, vt qa præsentabunt clericum episcopo, & ipse illum instituet in vicarium perpetuum. & sic regimen ecclesiæ recipiet vicarius ab episcopo; maxime si habet populum ar. in c. extirpandæ. §. qui vero, de præb. & in c. 2. de suppl. ne. præla. & in glo. cle. 1. in versi. ad mensam. & de excess. prælat. Ex causa tamen, cum authoritate episcopi potest commutari status ecclesiæ in alium vsum, magis Deo acceptũ, vt puta olim ecclesia habebat populum, & plurimos canonicos; nũc deficit populus, ponerit statui, vt diminuatur numerus canonicorũ, & reditus conuertantur in vsum piũ [d]. consequũtur ergo religiosi ex hac donatione, vt reditus supfluos possint cõuertere in ꝓpriũ vsum, & qñdoque solẽt deducere certã portionẽ pro vicario, & q̃nque reditus oẽs dimittere vicario, certã portionẽ sibi reseruantes, de quo in c. monachis, & cap. auaritiæ, de præb. & cle. 1. de iure pa. sed vbi ecclesia est connexa mensæ eorum, & pleno iure est subiecta, tũc nõ tenẽtur ponere vicariũ ibi perpetuũ, sed sufficit ponere rectorẽ temporalẽ, quẽ possunt ad libitũ reuocare. de quo vide gl. in cle. 1. de excess. prælat.† Ex quibus, & ex tex. no. q per hanc concessionem factam in proprios vsus, non eximitur ecclesia à iurisdictione episcopi, vt ꝓbatur hic in fin.† Sed q̃ro qd si concedat ecclesia religiosis pleno iure, [e] qd intelligatur concessũ? Sol. dicit Inn. q est cõcessum regimẽ in spiritualibus, & tẽporalibus, vnde habebũt ibi ipsi iura quasi episcopalia, vt no. ꝑ. c. quoniam. sed non possunt cõuertere fructus in vsus proprios, sicut episcopus, qui habet ecclesiã subiectam pleno iure, tamen non capit fructus pro vtilitate ꝓpria. sed si donator recepisset fructus pro vtilitate propria, & postea concessit pleno iure, videtur etiam cõcessisse quoad fructus, vt sic fiat largissima interpretatio quoad donatorẽ, [f] ar. in c. pastoralis. de do.† Vltimo quæro de quæstione quotidiana, & no. pone quod ecclesia [g] donata sit in vna diœcesi; doantor vero est in alia, imminet alienatio p̃dij ecclesiæ donatæ, quis episcopus interponet authoritatem in hac alienatione? Inno. dicit quod episcopus ecclesiæ donatæ, quia ecclesia est subiecta, vt hic; secus die, [h] vbi ecclesia habet prædium in alia diœcesi, quia tunc in alienatione illius interuenit authoritas episcopi, vbi ecclesia sita est, non vbi prædium est situm. ar. 1 2. q. 2. sine exceptione, cum similib. & hæc est prima opi. in materia. aliam opi. sentit gl. 17. quæst. 4. in vltionibus, vt interueniat authoritas episcopi, vbi p̃dium est situm. arg. in l. si prædium. C. de prædi mi. vbi si alienatur prædium pupilli existẽtis in alia iurisdictione, interuenit authoritas illius præsidis vbi prædium est situm. de hoc etiam per gl. 10. q. 2. casellas. ver. duo. Tertia opi. potest elici in simili ex dictis Cy. post Io. de Are. in l. si prædium, vt sufficiat authoritas cuiusue episcopi, per d. l. si prædium, coniuncta l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum. Quarta opin. est, vt ad cuiuslam interueniat authoritas vtriusque. arg. in l. iurisperitos, §. cum oriundus. ff. de excu. tuto. Ioan. And. ponit aliam opinio. vt de necessitate interueniat cõsensus vtriusque, quia interest episcopi loci, vbi ecclesia sita est, ne ecclesia depauperetur; & sic diminuantur iura episcopalia. Item interest episcopi, vbi prædiũ situm est, cum habeat prædium subiectũ, & ne ipsius possit coram eo cõueniri. D. An. tenet op. q sufficiat authoritas epi, vbi ecclesia sita est. quicquid dicatur in alienatione rei minorũ. & est opi. Inn. credo opi. Inn. ꝑ dere quoad vtrunque dubiũ, vt in alienatione rei ecclesiæ donatæ, interueniat authoritas episcopi ipsius ecclesiæ, per tex. optimum. in c. 2. de reli. do. & per text. hic in fi. Si vero prædium est situm vbi est ecclesia: tunc sufficit qđ intercessat authoritas ꝓ

ADDITIONES.

a ¶Pastoralis. Allegatur ille tex. ad hoc, quod verba importancia libertatem non operantur secundum effectum suum, quod tertium, sed solum iuter eos, de quibus dispositio loquitur, & quoad tertium seruatur ius commune. ita ad hoc alleg. Imo. in c. 1. de const. refert ibi fed. vel si. sed circa hoc, & similia. Seb. Sap.

b ¶L. si. Vbi no. Bar. circa fi. in pe. q. quod omnibus casibus, in quibus traditur dominium ipso iure sine traditione, nunquam tamen transfertur possessio, quod limita verum, nisi ex titulo vniuersali accedente possessio, tunc enim non solum dominum, sed etiam possessiones iure transferuntur. l. si adoptauero. ff. de preca. est gl. reputata sing. in c. si qua mulier. de q. vii. & Bar. expresse in auth. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. Cano. in præsentia, de proba.

c ¶Vna. ista est Doctrina Host. & communiter Doc. sequuntur. dicit tamen Host. quod debet seruari congrua portio vicario in instituendo, siue concessio fiat à Papa, siue diœcesano, de præb. extirpandæ. cum simil. Alexander. de Ne.

d ¶Pium. Supple, vbi magis fiat seruitium Deo, quam ibi, vbi primo erant, secundum Inno. qui etiam dicit quod si episcopus nollet consentire, ad superiore agatur, arg. in c. nullus. de iurepa. & idem tenet Host. & Doc. per no. in c. ante. de consue. & in c. cum omnes. de const. & in c. prohibemus. de censi. Ale. de Ne.

2 ¶1.dist.Sed aduerte ad aliqua pro declaratione.Et primo , quia tex.dicit seruantes iustitiam,& mollientes rigorem,in quo seruauerit iustitiam , & in quo rigorem temperauerit.Host.& Doc.dicunt, q iustitiam seruauit in numero quartædecimæ manus,& rigorem temperauit, quia propter vnumquodque quod in tex.dicitur,ſ.infamiam,ſuſpicionem,& ſcādalum,potuisset imponere purgationem septimæ manus,arg. ſup.e. ex tuarum.& sic purgatores fuissent 11. Secundo quæro de intellectu tex. ibi,nolumus improbare.Inn.dicit,q quidam dicunt, q noluit improbare,imo approbauit,quia propter immanitatem criminis,infamatus posset ſuſpendi ſtatim,non solum ab officio,sed etiam à beneficio,vt hic.Et dicit Inn.q etiam propter minora crimina,quis suspenditur ab officio, 5.q.1.Presbyter.& hoc tenuit ibi Hugo. Alij vero , q imo improbat, & sic remanet dubium,vt olim.Host.vero refert alios dicētes,q ex quo deductum fuit in iudicium,eo ipso q non improbat,approbat,arg. de probat. cum iamdudum in fi.Tertio quæro de intellectu literæ prope ſi. c.in ecclesiasticæ disciplinæ mucrone percellas. Host.exponit.i.degradatione quia secundum eū est duplex mucro in ecclesia.ſ.ſpiritualis, & temporalis.ſ.degradatio,vt hic.& de hom.pro humani.in 6.Alius autē est medicinalis,& disciplinalis.ſ.excommunicatio, quæ dicitur etiam mucro, 16.q.2.visis.& de reb.eccle.non alien.ſi quis. & de hoc duplici mucrone sequitur tex.in c.1.de sentēn.exc.in 6.Primus mucro.ſ.eradicans,non est tantum ad correctionem , imo ad punitionem. reddit enim hominem mortuum .i. inhabilem ad officiandum in ecclesia. ſi tamen celebraret conficeret,vt videtur in c.1.de schisma.nec cum tali de facili dispēsatur. de cler.non resid.ex tuæ.& est casus specialissimus,in quo fuit cum episcopo dispensatum in c.transmissa,supra de electio.Secundus vero mucro dicitur medicinalis, & disciplinalis, quia ad correctionem tantum, hominem à Deo separat,& separatum declarat.2.q.1.multi.24.q.3.notā dī.de quo arti.plene vide in c.1.de sent.excōi.6.Quarto quæro,an iudex possit procedere super inquisitione infamiæ.Docto. dicunt, quod sic in ordinario,secus in delegato.de quo dic,vt in c.cum oporteat , supra de accuſ.& in c.2.in v.gl.& ibi per Doc.infra eod.de accuſ.& hæc sufficiāt in isto.cap. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Infamia facti orta ex non probabilibus coniecturis, & ab emulis , est nullius effectus.*
2 *Testes,qui requiruntur in aliquo actu cum certis qualitatibus, si in loco,vbi actus celebratur,non reperiuntur testes cum dictis qualitatibus,sunt ādhibendi quales reperiuntur.*

CAP. XII.

CVm in iuuentute. No.ſp, q pp infamiam est indicenda purgatio: potest tamen quandoq; indici ēt,vbi non est indicenda, ad instantiam purgandi. Vel alitēr, & melius sic . Si infamia ortum nō habet ex probabilibus coniecturis,non est de necessitate indicenda purgatio ; potest tñ indici ad instantiam purgandi. h.d.& est casus nota.secundum istum intellectū.Prima pars, narrat factum, & petitiones procuratoris . Secunda petitionem improbat. Tertia, petitionem cum quadā protestatione admittit. Secunda ibi: vī. tertia ibi:cæterum. Casus literalis.Episcopus Quinqueecclesiensis. dicebatur habere immoderatam familiaritatem cum quadam nepte sua , pp quod rex Vngariæ sępe scripserat dom. Papæ, vt illam de Vngaria remoueret. vnde Papa scribit cuidam episcopo , vt sup hoc caute inquireret cum episcopis Vngariæ , & ipsi postmodū rescripserunt do.Papæ,q eum bonum virum,& honestæ cōuersationis esse credebant:personam ipsius multipliciter cō mendantes. Sed quia pater filium, quem diligit, corripit ad maiorem cautelam , dominus Papa mandauit eidem , vt ab illius familiaritate totaliter cessaret , quod siniſtra suſpicio de ipso haberi non posset , sed quidā malus homo rescriptū illarum literarū surripuit,& apud regem,& alios magnates, ipsum nequiter publicauit,vt magis infamaretur, sed Papa licet pulsatus fuerit multoties ꝺ ipsum, tū aduersus eū noluit commoueri,sciēs q facile dictū sequitur multitudo. postea vero cū dictus episcopus ad Strigonien. metropol. exiterit postulatus,quidā qui aduersabātur eidē,vt promotionē impedirent ipsius,cęperūt ipsum iterum infamare vnde ipse de quorundā amicorum suorū cōsilio, quendā procuratorem ad curiam destinauit,postulans à Do.Papa,q purgationem canonicam faceret indici ad suam innocentiā ostēdendam.Papa postulationē illam reputās minus prouidam, ab ea ipsum procuratorē sępe voluit reuocare.Sed quia procurator instabat,Papa mādauit purgationem eidem indici , cū duobus abbatibus, quāuis potestatus fuerit , q ex alia causa petitio talis improuide tunc fiebat. quia suffraganei Strigonien.ecclesiæ,vix eo tempore purgarent eundem , qui in facto postulationis contradicebant eidem , & suffraganei Colocen . ecclesiæ ipsum minime tunc purgarent , quia inter eum , & Coloc. archiepiscopum de Strigonien. metropoli , quæstio verteretur , vnde cum non sint alij pontifices in Vngaria , merito videbatur quòd per episcopos regni sui,
1 super illo articulo se purgare non posset . Ber.† Not. primo ex tex. singulariter , q quando constat infamiam processisse
a ab æmulis, non est ex ea indicenda purgatio [a] etiam ad instantiam aliorum,nec debet iudex conueniri ex tali infamia contra infamatū.Et ex hoc infertur, quod dixi in summario quòd vbi constat infamiam ex probabilibus coniecturis nō processisse,q de ea non est curandum,vnde nullum de iure habebit effectum,sed habet bene locum illud . Vanę voces populi non sunt audiendæ. in c.Ofius,de elec.& in l.decurio num. C.de pœ.Et idem voluit Bartol.in l. de minore, §. tormenta , ff. de quæstio, & hoc dictum optime probatur hic. Secundo not. text.ibi dictum facile sequitur multitudo,&c. hic dicitur.

Fama volat,transitque modum quocunque feratur.
Eximie crescit,sed non cito fama quiescit.

b No.[b] ibi super hoc bonū zelum &c.q nō debet aliquid fieri ex solo zelo,nisi subsit iudiciū rationis, facit ſm Hosti. contra religiosos prelatos , habentes tantum zelum in puniendis delictis , vt prætermittant ordinem iudiciarium , inquirentes quandoque de criminibus omnino occultis ; & ideo dicit periculosum, ignorantes iura promoueri in episcopos,

ADDITIONES.

a ¶Purgatio. Adde de hoc latius videndum Rom.consi.351.
¶Purgatio.Ad hæc faciunt not. per Bar. in l. de minore, §. tormenta, ff de quæstio. ubi ponit quòd fama debet oriri á fide digna persona , aliās non probat.ex quo ibi per Ale.& Sal.in l.ea quidem,C. de accuſ.in materia famæ. Seb.Sap.

b ¶No. Et dicit Goff. quòd hæc ratio est,quare plures qui intellexerunt ab vno, non probant,de testib.licet ex quadam, & ponit versum. fama volat &c. lat transiſque modum quocunque feratur.& maxime vt dicit B.Hieron. cum ad matronas peruenerit , quia ipsarum linguis ventilata , prouincias penetrat. Ale.de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a pos,de quo in c.1.de cõsan.& affin.[a] No.quod infamia facti, habens ortum ab æmulis,non impedit quem promouendũ ad dignitatem. Vltimo colligitur arg. q̃ numerus comparatorum est arbitrarius: nam hic fuerunt deputati duo abbates.& in c.inter,ℨ.eo.fuerunt 14.& in c.supra eod. dicitur de duodecim.& in c.ex tuarum.supra eod. dicitur de 7.arbitratur ergo iudex numerum, secundum qualitatem perso-
b næ,criminis, & infamiæ.[b] In gl.in ver.postulare.in fi.Inn. tenet, q̃ procurator potuit hoc postulare, licet sit generalis, sed forte Inn.motus est ex ratione gl. quia hoc videbatur vicinum mandato: nam cum esset super postulatione iam facta de isto episcopo,ne aliquo modo impediretur, propter infamiã,potuit petere purgationem infamiæ. arg. in l.ad rẽ mobilem.ff.de procu. tamen secundum Host. ista purgatio non erat de necessitate indicenda: tum quia petitio iniusta, vt in tex. tum quia Papa non astringitur dispositione iuris, vt in ca. proposuit, de concess. præbend.tum quia purgatio
c non dependet ex voluntate partis,sed ex dispolitione iuris.[c]
2 † In glosſ.fina.no.bene glo.& vide quod dixi in cap. inter,supra eod.in fi. Et facit hæc glo. iuncto tex.in arg. q̃ vbi testes de iure necessarij non reperiuntur in loco,tunc quales reperiuntur idonei iudicantur. Et hoc fuit consultum in quæstione facti,dicit statutum,quod ad confectionem inuentarij,requiruntur testes cum certis qualitatibus, opponebatur postmodum, q̃ testes non habebant qualitates requisitas,replicabatur, q̃ in loco illo nõ reperibantur testes cum illis qualitatib. & certe ex hoc debet actus tolerari. ad idem
d tex.cum gl.in c.cum dilecti,de ele.[d]

ADDITIONES.

a ¶Et affin.Host.dicit,q̃ isti erant sine pelle,sed idiotæ, q̃ ex bono zelo frequenter peccant religiosi,quia tantum zelum videntur habere ad corrigenda peccata,q̃ nullum ordinem volunt seruare,& de occultis etiam inquirere,& punire contra c.inter.ℨ.eo. vbi non proceditur, nisi contra infamatos,de accusa. qualiter.el 1. & quod dicit esse periculosum promouere ipsos ignorantes iura,arg.de consan. & affi.c.1. In omnibus.n. sequendum est iudicium rationis,& secũdum alleg.& probata,non secundum conscientiam iudicandum,de præben.graue.& de offi.ord.si sacerdos. neq; iuribus maxime canonicis præferenda est capitanea voluntas,de const.c.1.& c.ne innitaris. nec quis debet peccatum timere in observando iura,cum ipsa nullum peccatum nutriant 23.q. 4. qui peccat. 14.q.quilquis.& c.id præcipitur.& sic prædicta sunt exponenda ibi,secũdum conscientiam.1. prudentiam. Illi enim habent eroneam scientiã, seu conscientiam,& sic non habent prudentiam 15.q.1.§.& ibi de hoc in gl.quæ iudic.quidam. Ale.de Ne.

b ¶Infamiæ.Et hic fuerunt deputati duo Abbates, quia non poterat purgari per Pontifices Regni Vngariæ,cum essent inimici.de alio regno compurgatores non fuissent idonei,quia debeat esse vicini,vt in c.præceden.idẽ dicit Host.& Dod. Ale.de Ne.

c ¶Iuris.¶Sed aduerte,quia oppositio gl.non videtur ad propositum, quia procurator petendo purgationem indici domino, non defert alteri iuramentum.Sed dicit Dom.Card. q̃ gl.habuit respectum, quia purgatores habent iurare,vt infra c.proxi.Vnde procurator petens purgationẽ indici domino,videtur defere iuramentum ipsis compurgatoribus. & sic debet intelligi gl.Item inquantum gl.in 4.fol.dicit, q̃ habeat mandatum,vt colligitur ex litera,dic secundum Dom.Card. q̃ colligitur ex eo quod vocatur procurator, nam procurator dicitur ille, qui mandato domini aliena negocia ministrat,vt in l.1.ff.de procuratorib. Et inquantum Abb.Sic.allegat Host.dic,quod siue habuisset mandatum,siue non, nulla iuris necessitas cogebat Papam hanc postulationem admittere. Primo, quia erat improuida,vt in litera dicitur.Secundo,quia Papa nõ est subiectus iuri, de concef.præbend, proponitur. Tertio, non est efficax, quia indictio purgationis,& modus ipsius, non pendet ex voluntate,vel petitione partis,sed ex arbitrio iudicis,de hæret. excommunicamus.el 1.§ 1.& §.adijcimus. Vnde etiam si episcopus fuisset præsens, & hanc petitionem faceret,non teneretur Papa de necessitate iuris admittere.Sed Papa fuit protestatus, vt si episcopus in purgatione deficeret, non molestè ferat pœnæ impositionem,sed sibi potius imputet, fuit etia protestatus,vt cum contra iura faceret,non teneretur ius ignorare,de tẽp. ord.vel non est compos. Ale.de Ne.

d ¶De ele.Facit l.1.ff.de bono.possſ.& dicit ibi Butr.quod bonum esset prouidere,quod tempore pestis,seu mortalitatis,valeat testamentum, etiam non solenniter factum,quoniam tali tempore,nec notarij,nec testes requiri possunt.& vide Ang.in Auth.de non alien.§.quod autem.vbi dicit quod si quis decedit in peregrinatione, valet testamentum eius coram duobus testibus,ad instar militis,qui,quando est in expeditione, potest facere testamentum coram duobus testibus.l.milites.C.de testam. milit. vbi etiam est bona gl.Sed aduerte pro maiori declaratione, & opponitur quod etiam ad dicta æmulorum sic indicenda purgatio,vt infra c.accedens.quod est contra istum tex.Inno,soluit,quod hic erat certum infamiam esse ortam sine causa,vel ab iniusta causa.ſ.ex literis monitorijs Papæ.vbi autem certum non esset,bene indiceretur purgatio,supra eo.inter,de simo.licet 1.q.3.in cunctis.Sed Host.reprehendit Inn.inquantum dicit infamiam fuisse ortam ex literis monitorijs Papæ, per tex. ibi,amplius infamari.Nam ex hoc colligitur, secundum eum,quod antea erat infamatus,& sic infamia non habuit ortum ex literis Apostolicis, sed ex ipsis creuit.Do.autem Card.dicit,quod ista infamia prius orta, non sufficiebat ad purgatio nem,quia erat orta ab æmulis nec etiam sufficiebat quod esset ampliata, seu de nouo quædam maior exorta ex literis Apostolicis,quia erant monitoriæ.& istud est verisimum. & clare patet ex tex.Sed quantum ad contrarium.Abb.Sic.dicit,quod aut quæritur numquid ad dicta æmulorum,possit iudex procedere ad inquisitionem, intelligе super infamia.scilicet,an talis sit infamatus,vel non.& dicendum est quod sic.& hoc modo loquitur c.accedens,infra eod. Aut quæritur numquid debeat iudici purgatio, & dicendum est,quod non, vt hic.& maxime quia constabat, quod ex causa vili, & non sufficienti orta erat infamia. Host. vero dicit,quod ad dicta æmulorum nõ est indicenda purgatio, nisi ad importunitatem petentis,vt hic, vel nisi scandalum immineat,vt supra eod.inter.& de accusa. accedẽs.Sed tu omnino vide,quod dixi,in c.accedens,in vlt.addi.Sed oppo.inquantum dicit tex.quod Papa voluerit reuocare procuratorem, ne peteret purgationem. nam iudex non debet supplere de facto,quod sibi non constat. Host. soluit duobus modis.Primo,quod iudex fecit ad partem.1. non in iudicio. Ex hoc pro quod licet iudex regulariter non possit supplere: tamen potest partem instruere extra iudicium,quod faciat talem oppositionem, vel quod inducat tale instrumentum,vel illam exceptionem, quia sibi nocet,quod no.Secundo soluit,quod iudex semper potest minus prouidam petitionem repellere,sicut etiam potest iniustã dentib.lacerare. Hęc autẽ erat minus prouida,quia videbatur petere contra dominum suum, vt in litera,nam etiam posset deficere in ea præstanda.Ex hac fol.no. quod vbi quis in iudicio proponit aliquid improuide,iudex debet talem propositionem ex officio tollere,quia debet laborare, vt iudicium inter partes sit iustum,non autem debet permittere, quod alter ex litigantibus contra ius sibi præiudicet. Vnde istas ambas fol. Host. tene menti, quia Docto. ipsas sequuntur.Et de materia,an, & quando iudex de facto impleat,die,vt in d.cap.bonæ.el 1.de postulat. prælat.& per Bitro. in Lectia.§.hoc autem. ff. de damno infecto, & hæc sufficiant in hoc capi.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua coarctata loco, & tempore potest per testes probari.*

CAP. XIII.

1 DE testibus. Compurgator iurat de credulitate.h.d.De materia huius c.dic,vt habetur,in e.quoties,supra eod.& in gl.& habet locum ratio gl. quando negatiua de-
a set restricta ad certas personas, & loci.[a] nã tunc bene pũt testes deponere de veritate; tunc. n. potius eligunt de facto proprio, quam alieno, vt si dñt, q̃ talis postea nunt de facto proprio, quam alieno, vt si dñt, q̃ talis postea Titius,non commisit homicidium,quia nobiscũ erat,& nõ potuisset cõmittere,quin nos vidiſicemus:nã si testes talia deponerent,non esset locus purgationi,vt no.in e.prox.

ADDITIO.

a ¶Ad certas personas,& locum. Vult iste innuere, q̃ negatiua coarctatur loco,& tempore possit probari. De quo vide Bar. in l.1.C.de can. fra. vrb. Rom.& eundem,in l.hæredes palam, in prin. ff. de testa. & in Lectura ibi Bal.C.de prob.Ang.in Auth.de hære.& fal.§.hinc nobis.coll.1. & Alb. in l.1.ffisi cer.pet.& consi.42.vol.4. Zach.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus non solum super causa criminali,sed & super defectu,& inhabilitate,debet primari.*
2 *Spurius non potest sine dispensatione ad sacros ordines promoueri.*
3 *Negatiua non adstricta loco,& tempore,licet non probetur per testes, tamen aliquando probatur per iuramentum partis negantis,& quando non apparet aliud in contrarium.*
4 *Infamatus non admittitur ad purgandum, quando eius infamia potest per testes probari.*
5 *Filius non potest iurare de veritate se esse filium talis,sed de credulitate sic.*
Iuramentum de veritate,nunquam quis tenetur,nec debet subire,quando non potest haberi vera scientia.
6 *Filiatio quibus modis præsumatur.*

CAP. XIIII.

ACcedens. Infamatus super defectu natalium,non debet promoueri, si prius se purget. h.d. Primo ponitur quæstio. Secundo,prouisio,ibi,quo circa. Casus lite. Quidam diaconus,T.nomine,dum vellet in presbyterum promoueri,quidam æmuli sui dixerunt illum esse filiũ sacerdotis, sed quod diœcesanus ipsum noluit promouere, nec permittit illum ab alio promoueri.vnde ille diaconus ad do.Papam accedens prædicta eidem exposuit.Mandat Papa episcopo,quatenus si de hoc est publice infamatus,& de ipsa infamia constare non poterit,purgationem ab ipso recipiat,& ipsum promoueat ad ipsum officiũ sacerdotis, quia & si non sit notadelicti tñ est nota defectus impedientes ad sacros ordines pro-
1 mouendum.B. † No.1.ex tex. q̃ purgatio locũ habet, non solum super criminali,sed etiam super aliquo defectu,& inhabili-
a te,facit c.3.supra,de aposta.[a] †No.secũdo,quod nedum filius,
2 rius,de quo constat, ad ordines promoueri non debet sine dispensatione,sed etiam ille,de quo non constat, ex quo etiã mẽ de defectu natalium est infamatus.Et causas propter quas filius non legitimus promoueri non potest, vide per glos-
b in capitulo primo,& secundo.de fil.presbyt.lib.6. [b] Sed op-

ADDITIONES.

a ¶Supra de aposta.Vbi quis se purgat ab irregularitate apostasiæ, ad libros de testib.ram literis. Ale.de Ne.

b ¶Lib.6.No.3.ibi,alio secundum But. & D.Car. q̃ is qui habet conscientiam lasam,non debet permittere alium facere quod ipse non vult, vel non potest facere,de quo de offic.ordi. si sacerdos.& de ele. quia propter illud. Ale.de Ne.

po.contra tex.de ca.cum in iuuentute, supra eo. nã infamia ab æmulis orta,non habet effectum inducendi purgationẽ. Solu.vt ibi,& hoc no.ibi enim cõstabat infamiã habuisse ortum ab æmulis.hic vero non constabat,sed iste dũraxat hoc asserebat.Vnde Papa mandat purgationem indici,si publice esset infamatus.quasi dicat q̃ si ab emulis tantum hoc diceretur prout ipse asserebat,nõ esset de hoc curãdum. & sic
a potius concordat cum illo capitulo cum in iuuentute.[a] †In
3 glo.secunda ibi, quia negatiua[b] probari non potest.hoc ve-
b rum,si hæc negatiua esset probanda per testes,sed hic est,probanda per iuramentum asserẽtis,& per testes de credulitate. vnde dicit Io.An.& bene, q̃ vt plurimũ in purgatione, venit factum negatiuum, simile in c.1.de confeſſ.lib.6.vbi negatiua quæ aliàs probari non potest,admittitur in positionibus
4 vt sic possit probari per iuramẽtum.†Et in fi.gl. aduerte, qa si probaretur filiatio,prout dicitur in gl.nõ esset locus purgationi,quia hæc est vera probatio,quæ potest fieri super filiatione.& existente vera probatione,cessat purgatio,vt in c. feq.vnde considera varios modos probandi. Aut enim vult ille probare se fuisse habitum,reputatum,& nominatũ profilio Sempronij.&c.& tunc nõ est necesse, q̃ aliter se purget,
5 & de hac purgatione non loquitur iste tex.† Aut vult iurare, q̃ sit filius Sempronij,& non debet admitti,quia subiret per iurium,cum filius non possit iuramento asserere se filiũ Sẽpronij,aut vult iurare se fuisse habitum,reputatum, & nomi natum pro filio Sempronij,& ita se credit esse filium Sẽpronij;& tunc talis purgatio recipitur,& cõpurgatores iurabũt de credulitate, q̃ credunt eum verum iurasse.nam vt dicunt hic Host.Inn.& Io.And.de necessitate, peruertenda est forma iuramenti in hoc casu,vnde licet alius purgãdus debeat iurare de veritate,vt in c.quoties,ℨ.eo.in fi.in hoc tamen ca-
c sit iurabit de credulitate,[c] quia non potest haberi vera scien
6 tia.†Et no. ex prædictis, & ex tex. q̃ ex quo semel qs habitus,
d & reputatus fuit pro filio[d] Sempronij,fama sequens in con-
e trarium nosi nocet,[e] & inquãtum gl.dicit sufficere probare quem fuisse genitum ex vxore Titij, vt inferatur ipsum esse filiũ suum,quia ex quo quis est natus ex vxore alicuius, præsumitur natus ex marito;nec potest maritus eum non agnoscere in filium suum,nisi probaret tẽpore cõceptionis eum fuisse absentem,vel impotentẽ ad generãdum, vt est tex.no. in l.filium,ff.de his,qui sunt sui vel alieni iur.& ibi Bar. & idẽ dic si mater postea asseueret ipsum esse filium alterius,quàm mariti,vt non credatur ei in præiudicium filij.vt no.in d.l.filium,& no.gl.in c.officij.de pẽn. & remiſ.quod videtur procedere,etiam si probetur, q̃ tempore conceptionis mater
f habebat concubitum cum alio,& ad hoc tex. no. in l. miles, §.defuncto.ff.de adulte.[f]

ADDITIONES.

a ¶Iuuentute.Sed tu dic, vt ibi dixi in addi.vlt.& iste tex.probat, q̃ propter infamiã q̃ procedit ab æmulis,nõ fit indicẽda purgatio, vt patet in tex. ibi, si publice quadam nota fuerit respersus, quasi dicat si nõ solũ apud æmulos,sed communiter apud bonos,& graues viros. facit de accuſ.inquisitioni,§.inquisiuisti.Qui autem propriæ dicantur æmuli,dic q̃ proprie dicuntur inuidi,æmuli,vt ſ.de renunciat. lectæ. Multis autẽ modis potest sumi hoc nomen æmulus.de quo dic vt 43.dist.cimus. Vtrum autẽ æmulus possit accusare suum æmulũ,dic vt 2.q.6.decreto.& ibi,in gl.1. Seb.Sap.

b ¶Negatiua.Quando negatiua possit probari,vide remissiue per Fel. in c. tertio loco.sup.de prob.Lanf.de Ori. in rep. c. quoniam contra falsam. sup.de prob. Seb.Sap.

c ¶Credulitate.Sed Bu.dicit se credere, q̃ talis debet iurare de veritate,put potest,quia iurabit, q̃ fuit habitus,& reputatus à tali tanquam filius legitimus,qa fuit habitus, & tenta pro vxore talis.Ego credo opi.esse concordandas.Nã aut parentes mortui sunt,dum filius esset in pupillari ætate,ita q̃ nõ potuit discernere propter defectum ætatis,an fuerit tractatus vt filius, & hoc casu procedunt Spe.in ſſ.& Io.An.& communiter Doct.aut mortui sũt postquam ille,qui dicitur filius,peruenerit ad annos discretionis, & puto veram opi.Bu.i.vt debeat iurare se fuisse tractatum vt filium,&c.& se credere filium talis.Nam cum purgandus,debeat iurare de veritate, vbi potest habere scientiam seu notitiam,vt ſ.e.quoties .etiam hoc casu debet iurare de veritate præsumptiua, ex quo illius notitiam habet pater. Alexan.de Ne.

d ¶Habitus,& reputatus fuit pro filio.Adde Lanf.de Ori.in c. quoniam cõtra falsam,§.statuimus.ver.testium depositiones.nu.104. & ibi in apost. Cel.in versũ.filiatio sup.de prob.Fel.in c. per tuas.2.no.e. ti. iltum in cap. Michael.nu.1.& ibi no.in apost.ad eum.in ver.filius,sup.de fil.presby.& in cintelleximus,nu.7.& ibi iterum in apost.meis.in ver. filium marti, sup.de accuſ. Zach.

e ¶Non nocet.Illud fuit dictum Host.hic, qui dixit, q̃ si quis diu fuit habitus,& reputatus pro filio Sempronij,fama sequens in contrarium non nocet,arg.c.qui fil.si ar leg.peruenit.& cum hoc dicto transeunt Docto. communiter.Sed D.Car.dicit, q̃ inspiciendum est ex quib. coniecturis orta sit infamia,posset enim esse talis, q̃ opus erit purgatione, sup. eo.si quis.el 2.& quod ibi no.in gl.fi.Et hoc mihi placet, dum tamen ex verisimilib.coniecturis sit de nouo orta infamia, q̃ ille non sit legitimus, qui fuit habitus,& reputatus pro legitimo,nam potuit esse ante occultum;sed nunc propter infamiam de nouo exortam ex verisimilib.coniecturis,debet indici purgatio. Ale. de Ne.

f ¶ff.de adult.Sed aduerte ad intellectum literæ ibi,ipsum non differas.nam secundum Docto.debet subaudiri, remota conscientia scrupulosa, vel etiam occulta scientia,si quam habes, & ipie secrete monitus nolit abstinere,de temp.ord.ex tenore.& ratio est, quia post præstitam purgationem,tollitur effectus infamiæ,vt sup.e.ex tuarum,vnde propter illegitimitatem,non tamen potest repelli à promotione, ex quo purgationem præstitit.Item ad tex.ibi,promouere.ſuppie,alias non promouere-tur,durante infamia, non obstante q̃ possit allegari, quod ex proprio delicto non erat notatus,& sic continuatur quod sequitur in tex.quia & si non sit nota,&c. Ale.de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de crimine notorio, non potest se purgare,sed debet condemnari.*
*Causa si pendet coram delegatis, ordinarius debet silere.*10.
2 *Cognoscens carnaliter monialem,committit tria delicta, adulterium,sacrilegium,& incestum.*
3 *Litis contestatio an,& quando requiratur in inquisitionibus.*
4 *Notorium quando dicatur esse crimen adulterij, vel incestus.*
5 *Laicus potest testificari contra clericum,quando crimen est notorium.*
6 *Notorium probatur ex eo quod omnes de vicinia sciunt,*
7 *Delegatio admittitur in iurisdictionem ordinarijs.*
8 *Infamatus quomodo purgetur,quando nulla procedit inquisitio contra ipsum,nec accusatio.*
9 *Citatio, vel sententia an requiratur in facto notorio.*
10 *Rescriptum si est impetratum ad iudices delegatos super aliqua causa, non potest pars contra quam est impetratum illi renuntiare, sed pars quæ impetrauit,si,re integra.*

CAP. XV.

1 VM dilectus. †Super notorio crimine non est indicẽda purgatio,& pẽdente causa super criminibus corã papæ delegato,purgatio ab ordinario sup eis recepta nõ tenet.h.d.in prima parte ponitur auditoris datio.In secũda actoris petitio.In tertia rei respõsio.In quarta diffinitio.Secũda ibi,cumque idem tertia ibi,dictus.quarta ibi,iis igitur. Casus lit.Inter D.presbyterũ ex vna parte,& O.clericũ ex altera,super quibusdam ecclesijs quæstio vertebatur, pro qua dictus presbyter,& G.procurator ipsius O.proposuit, q̃ cũ D.presbyter esset publice infamatus super crimine incestus,eps Cõstantiensis ordinarius eius,ei purgationem indixit, qui cũ se purgare non posset, ecclesijs suis fuit ab ipso per sententiam destitutus,sed ipse nihilo minus eas per violẽtiã detinebat oc cupatas.Post modũ cum idem presbyter vxorẽ cuiusdã cõsanguinei sui publice detineret,quidã clerici cõtra ipsum super hoc ad quosdã iudices literas impetrarũt cõtinentes,vt si dictus presbyter super crimine adulterij,& incestus se non posset purgare,ipsum pœna debita castigarẽt, & cum eis cõstitisset,quod idẽ presbyter pro eo, q̃ in purgatione defecerat,ab episcopo fuerat condemnatus,ipsum tanquã contumacem prædictis ecclesijs priuauerunt,maxime cũ de crimine adulterij,& incestus, tanquã de notorio cõstitisset eisdẽ. mandans Abbati sancti Galli,ad quem beneficiorũ collatio pertinebat,vt beneficia illa cõferret,qui contulit illa O.clerico supradicto.vnde patebat super illis pdicto presbytero imponi silentium,& ipsi tradi possessionẽ illorum beneficiorũ. Ex aduerso D.presbyter respondit, q̃ processus iudicũ prædictorũ debebat merito retractari,cũ lit.contest.non processerit contra ipsum,adijciens etiam quod purgationẽ indictã sibi ab electo Cõstantiensi curauerit exhibere.fed ei respondebatur, q̃ talis purgatio non valebat,cum iudicio pendẽte corã delegatis, ordinarius non debeat indicere purgationẽ infamato,& ita tãquam coram non suo iudice facta dicitur. His,& alijs diligenter auditis,& intellectis,licet literæ delegatorum iudicum,vel ipsarum trãscriptũ D.Pa.ostẽsæ nõ fuerint,quia tamẽ ex tenore relationis ipsorũ iudicum, quam procurator prædictus exhibuit Do.Pa.constitit euidẽter,qd iudices illi processerint iuris ordine prætermisso, vnde Pa.tam processum illorũ,quã cõcessionẽ ecclesiarũ à prædicto Abbate de mãdato ipsorũ factam,authoritate Apostolica rerta ctauit,præcipue cũ relatio iudicum cõtineret repugnantia, & aduersa,dicebatur enim q̃ crimẽ ciusdẽ presbyteri adeo notoriũ erat, qd nullus locus inficianti penitus existebat, vt pote cuius vniuersus populus testis erat.& tamen ibidem præmittitur,quod eidem presbytero terminũ peremptoriũ affignauerunt,in quo se purgaret si posset,cum nimirũ si crimen erat notoriũ, non erat illi purgatio indicenda,sed in eũ condemnationis sententia proferenda.Si vero nullus apparuerit accusator,& super prædictis criminibus, vel ipsorum altero apud bonos,& graues fuerit infamatus,purgatio canonica indicetur eidem;non obstãte,quod coram prædicto electo dicitur se purgasse,quia pendente iudicio coram dele gatis,non debet ordinarius purgationẽ indicere infamato. B.No.1.ex tex.iudicem ordinariũ posse procedere cõtra in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

famatum eidem purgationē canonicā indicendo, ab sq; eo, q terminus accusare volentibus statuatur, vel q præmittatur inquisitio super veritate. Et certe non cauillando, nec dānando literam, hic videtur casus pro eis quæ dixi, in c. inter, ℣. eo. licet Inn. super hoc insistet, vt ℣. subijciam. Secūdo no. re tento eodē modo intelligendi, quod deficiens in purgatione super graui crimine, pōt priuari bñficijs suis, licet nullus alius agendi modus præcesserit, quia, vt ℣. dixi. hic non apparet, de accusatione, vel inquisitione præcedenti, quod est cōtra opi. Io. And. in c. significasti, ℣. de adul. vbi dicit talem tñ suspendi debere. & de hoc, ℣. Tertio no. q ex eodē facto, qñq; oriūtur duæ species criminū separatæ. vnde ex retentione, & abusione vxoris consanguinei, oriebatur crimen incestus, & adulteriū, nā incestus oriebatur, quia affinis; adulteriū vero, quia coniugata. facit tex. in l. si adulterium cū incestu. ff. de adult. † Ad idem vide glo. no. in c. virginibus, 32. q. 1.

2 a quæ dicit accedentē ad monialē, cōmittere tria delicta. [a] Primum, quia sponsa Dei cōmittit adulterium. Secundū, q consecrata, committit sacrilegiū. Tertium, quia affinis spiritualis, committit incestum. vnde de quoliber istorum criminū accusari potest. An autem punitus de vno, puta sacrilegio, possit accusari postea de adulterio, vel incestu, tangit ibi gl. sed melius Bar. in l. Senatus. ff. de accu. & dicendū, vt ibi in gl.

3 † Quarto no. ar. opt. ex tex. quod ēt in processu inquisitionis, dēt fieri lit. contest. aliàs si proceditur ea omissa, ēt cōtra absentē, non valet processus, hoc singulariter colligitur ex tex. subtiliter intelligendo verba sententiæ secundum inquisitionē. Hoc dictum tñ intellige qñ inquisitio fit ad petitionem alterius principaliter eam promouentis; quia tunc ille habetur loco accusatoris; secus si fieret ex puro, & mero indicis officio, quia tunc non est cum quo fiat contestatio. Et hoc modo intellige c. quoniam frequenter. §. sunt & alij, vt li. non cont. vbi vr probari cōrariū. & hęc est vera, & cōmunis conclusio. maxime Hosti. hic, & in c. clamor, ℣. de testi. cū his, quæ dico plene, in d. §. sunt & alij. & ad hoc solet quotidie allegari ista litera, cui vr concordare, c. cū Io. ℣. de re iud.

4 † No. vlterius, & tene menti, quod crimen, fornicationis, seu incestus, vel adulterij, potest adeo esse notorium, vt iustificationi locus nō sit. vnde absq; alia indagine potest iudex procedere ad impositionem pœnæ. & loquitur iste tex. qñ notorietas surgit ex fola retentione mulieris in domo, vt quia fortē in lecto, vel in mensa simul iacent, seu natus est inde filius, qui est cuidens argumentum incontinentiæ paternæ. dicit tex. in c. priusquā. 22. dist. & facit hoc c. ad no. in c. vestra. & c.

b fi. de coha. cle. & mu. † Item no. tex. optim. probantem, q in

5 delicto [c] notorio, laici pōt testificari contra clericos. vnde

c hic dicitur, q populus vicinię erat testis notorietatis; & hūc tex. singulariter alle. gl. in c. de cętero. ℣. de test. in materia huius c. † Item collige, q notorium causatur ex eo, q notū est

6 d viciniæ. & no. modū probandi notorii. [d] nam testis satis vr reddere sufficiētem causam, si dicit, q omnes de vicinia dicunt. [e] † Vltimo collige, quod Papa committendo causam

7 contra aliquem clericum, vr tacite admere iurisdictionem inferiorum, quoad illam causam, adeo, vt non valeat processus coram inferiore iudice agitatus. de quo no. in c. cum M.

f de consti. & per Inn. in c. vt nostrū, ℣. de appel. [f] In gl. ibi, sed suspendi ab officio. aduerte, quia glo. videtur inuoluere istū passum. nam c. inter, ℣. eo. in prin. quod disponit de suspēsione tantum, non loquitur de deficiente in purgatione, sed in infamato, contra quem incipit processus. Vnde aduertēdū, quod aut quærimus de modo procedendi contra infamatū à principio, & hoc casu debet seruari, q dixi, in d. c. inter. Aut quærimus de modo puniendi deficientem in purgatione; & hoc casu loquitur iste tex. & plene tetigi materiam. in cap. accedens, de accu. & communis conclusio, in d. cap. accedens. est, vt in pœna imponenda attendatur modus agendi, vt si præcessit accusatio puniatur, vt conuictus in accusatione, si præcessit inquisitio, puniatur, vt conuictus in inquisitione.

8 † Sed dubium est, qñ nullus modus agendi præcessit, vt quia iudex nulla præmissa inquisitione super veritate, indixit purgationem infamato, & hoc casu voluit Io. And. in c. significasti, de adulte. vt tantum suspēdatur. & optime facit iste tex. Inn. hic, in prima oppo. hoc tetigit, sed postea concluſit oppositū, dicēs, quod ex quo infamia est contra aliquem, & iudex non hēt probationes promptas, potest absq; alio, sibi in dicere purgationem, & deficientem priuare beneficijs suis: & ēt deponere, si crimen est graue. & pro hoc facit c. cum P.

g ℣. eo. & optime facit ista litera, vt ℣. tetigi. [g] Sed ob. dictum Io. And. in d. c. significasti, vbi solent ista allegari pro contrarijs. Sed pro cōcordia poſſet dici, quod aut iudex indicit purgationem ad effectum indicendi pœnitentiam, vel vt sileat infamia: & tūc procedat illud c. significasti, nam vbi infamia silere non potest, debet fieri suspensio ab officio. 2. q. 4. presbyter. & ita, si est deficiens in ea purganda, suspenditur ab officio. Aut iudex procedit contra infamatum, vt princ. eum beneficijs suis, si se non purgauerit. Et hoc casu potest procedere iste tex. & opinio Inn. vel aliter. Aut crimē est graue, ita quod iudex ex officio suo, aliàs arbitrio suo imponeret pœnam priuationis; & tunc illa imponeretur, aut non est ita graue; & tunc fiet suspēsio. Nā sciendū est, q vbi procedit per inquisitionem, mitior pœna imponitur, quam per accusationem, vt in c. qualiter, el 2. de accu. & pœna est arbitraria, & ita mitior debet imponi, quando proceditur contra deficientem in purgatione, cum sit præsumptiue conuictus, & nulla præcessit inquisitio. cum ergo pœna sit arbitraria, & delictū hic commissum fuerit separatum, & longe grauius a delicto commisso, vt in c. significasti, potuit iudex ibi arbitrari pœnam suspensionis, & hic arbitrari pœnam priuationis. & hoc plus placet, & secundum hoc possumus limitare ea, quę dixi in c. accedens. Ex prædictis pōt inferri ad solutionem alterius oppositionis, quæ potest formari contra tex. vr. n. q ex quo iste purgauerat se, vel fuerat condemnatus corā Cōstantien. Episcopo, q nō debebat amplius onerari super purgatione prestanda. Sol. dīt qdā q Papa voluit isti facere gratiam, vt non obstante prima cōdemnatione, posset iterū se purgare, si vellet. Sed posset aliqua alia solutio, & melior dari, quod aut quis fuit absolutus, quia prestitit purgationē, & tunc non debet iterum onerari, ita loquitur c. ex tuarum, supra eod. à contrario: aut fuit condemnatus, sed condemnatio propter rebellionem suam non habuit effectum; & tūc potest iterum impeti, quia non debet condemnatio, sibi immunitatem prestare. Tertio potest solui, quod presbyter nō excipit de priori processu, quia faciebat contra eum. Quarto pōt solui, quod Episcopus Constantiensis iniuste processit, quia non habebat priuare, sed suspendere. sed ab hac solutione recedit Innocen. vt supra dixi; & ideo tene alteram ex prædictis. facit quod notat Barto. in l. sepulchra, in fi. ff. de se-

a de sepul. vio. [a] In gl. in ver. non erat inducenda, ibi, citatio tamē faciēda est. de hoc an citatio, †[b] & sententia solēnis interb uenire debeāt in facto notorio, dic vt no. in c. ad nostrā, el 3. de iureiu. in cap. ex parte. de verbo. signifi. in capitu. vestra. de coha. cle. & muli. Et aliquid tango in capitu. cum olim. de re iudica. vbi texr. In glos. in ver. apud bonos. in fi. tenet ergo gl. quod sufficit talis infamia ad indicendam purgationem. Et ad capitu. qualiter, respondet, quod nō contradicit, sed non dicit quare. Ioan. Andr. dicit, q illud capitulū loquitur in inquisitione, istud in purgatione; & sic videt sentire opinio gl. quoad purgationem indicendā. de hoc per Inn. & Hostien. in d. capitu. qualiter. & ibi plene dixi. Et quoad propositum distinguerem, quod aut subest scandalū, nisi se purget apud bonos & graues, & est indicenda purgatio, quia solum scandalum per se sufficit ad purgationem indicendam, vt in capitu. inter, supra eod. aut non subest scandalum; & tunc nō est indicēda purgatio. textus videtur iudicio meo in capitu. cum in inuentute. supra eod. nam ibi infamia peruenit ad regem, & regni maiores, sed quia habuit totum ab æmulis, Papa noluit moueri contra illum, etiam ad purgationem, nisi deuictus instātia illius. pro hoc quia quando infamia, nō habuit ortum ex probabilibus coniecturis, no. di citur infamia quoad iuris effectum, sed vanę voces populi, de quibus non est curādum, vt in cap. Osius. de elect. & l. decurionum. C. de pœnis, per Bartol. in l. de minore §. tormenta. ff. de quęc

c stio. [c] In gl. fin. ibi nullam habuit iurisdictionem &c. †. No. be

10 ne gl. iuncto tex. quod is, contra quem causa commissa est per Papam, non potest adire ordinarium loci, & ren untiare rescripto, quia iudicium redditur in inuitum, nec valet processus coram eo initus. Secus dicit Host. quando pars, quæ impetrauit rescriptum, re integra, ad ordinariū accedit parte aduersa consentiente, quia videtur tunc renunciare rescripto, & delegatus non debet eos amplius audire. argu. in l. sed si. cum l. sc. ff. de arbi. de quo vide quod no. in Spe. in tit. de legat. §. restat. versi. item si nitur. & dic etiam, vt no. in c. ex conquestione, de rest. spo.

ADDITIONES.

a ¶ Tria delicta. Adde gl. a 7. q. 1. in capit. virginibus. quam tamen cum dicta ibi Imitabis, vt per Bald. in c. 1. quibus modis feud. amit. in versi. Feu. & Alex. in l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. vt non procedat in cognoscente ignoranter, & quæ sit pœna clerici cognoscentis sciēter monialem, dic, quod deponitur, & in monasteriū detrudit. Imprædic. c. causa, & capi. & si quæ. & capit. si quis episcopus. laicus vero, secundum leges, pœna capitis plectitur, l. si quis non dicam rapere, & ibi Doct. C. de epis. & cle. Zac.

b ¶ Cle. & mul. Vide omnino gl. de coha. cle. & mul. Ale. de Ne.

c ¶ Delicto. Admittuntur laici ad probandum notorium crimen clerici. & vide omnino. An. Abb. in c. cum non ab homine. de iu. an autem admittēntur ad probandum famam, vide Ant. in c. in literis, supra, de testi. Bar. de Bellen.

d ¶ Notorium. Nunquid autem in hoc casu sufficeret reddere rationem suę quia vicinus. vide Bal. in l. 1. C. de collu. dete. vbi sentit, quod non, quia secundum eum, in ijs quæ oculos vicinorum solent latere, non est concludens illa ratio, quod etiam voluit Fel. in c. literis, supra de præsump. Mo. post Ale. in l. 1. ff. si cer. pet. Seb. Sap.

e ¶ Dicunt. Hostien. autem dicit illud esse notorium apud populum, quando à quocunque quæsieris, siue iuuene, siue sene, siue puero, siue magno dummodo rationem habeat, reponder quod ita est. secundum eum ergo hic argu. quod hoc modo probatur notorium facti, ei am si nihil dicatur de visu, pura quod Bononiæ fit studium. Nam testis super hoc interrogatus, non dicet se vidisse, sed de hoc esse communem famam, nemine refragāte ad hoc alle. de dolo & contumacia, cum olim. & de accusa. eadentia. Dicit quandoque aliquid esse notorium, quod recipit aliquam dubitationem, de quo remittit ad capitulum bonæ. de elect. habetur per Ioan. Andre. & Innocen. in nouella, in capitulo primo de off. delega. vbi ponit pulchram glos. super modo probandi notorium. de quo dicy vl plene habetur in capitulo vestram. de coha. cle. & mulier. Alexander. de Neuo.

f ¶ Supra de app. Sed tu. no. ex hoc vlterius quod vbi iudex fert sententiam, tanquam super facto certo, seu manifesto, & tanquam super dubio, non valet, tanquam contineat repugnantiam. quod nota. Nec obstat quod iudex possit ex abundanti recipere probationes, vt in c. bonæ. el 1. de elect. cum sim. cum nihil sit tam certum, quod non possit in dubitationem deduci, vt in Auth. de tabel. circa medium. nam probationem recipere ex superabundanti, non est prohibitum, vt in contrario, sed indicere super certo, tanquam super dubio vel econtra bene est inhibitum, vt hic. Idē dicit But. & hoc modo declara gl. super verbo, indicenda.

g ¶ Tetigi. Inn. multum se inuoluit, sed finaliter dicit, quod si scandalo, vel periculo, vel infamia, vel graui suspicione interueniente, in dicitur purgatio, præcedente inquisitione vel non, si obtineat in purgatione dentcia. boni testimonij, & ab infamia absoluetur, & contra eum amplius inquiri nō poterit, nisi prout dictum est supra eo. ex tuarum. Si vero decesserit in purgatione, non punitur de crimine, ac si esset conuictus per accusationem, sed priuabitur beneficijs, §. eod. cum P. Salno quod vt ibi no. etiam deponetur propter maiora crimina, si pra eo. inter fateur ei quod de crimine directo damnari non poterit ad finem corporalis pœnæ, ac si per accusationem processum esset, & cōmuniter hic tenentur Doc. cum verbis Inn. & dicit Bu. no. quia materia purgationis non habet locum, quoad corporalem pœnam imponendam. Item quod processus purgationis, vt non integer dispensēt in quantitate pœnæ, sicut dicitur de inquisitione. Ale. de Ne.

ADDITIONES.

a ¶ Vio. Sed secunda sol. quam ponit Ab. Sic. scilicet, quod condemnatus cōpellitur se purgare, mihi non placet, tum quia fi fuit priuatus beneficijs, eo quia defecit in purgatione, non potest amplius quantum ad eūdem effectum procedi contra ipsum, vt de elect. cum dilecti. (Nam condemnatus, & punitus habetur pro absoluto ex quo pœnam soluit, vt in l. si quis cum totum §. plane. ff. de exce. rei iud. & ibi Barto. & per eum in l. sepulchra. ff. sep. vio. ad idem bo. tex. in c. at sit clerici in fi. §. de iud.) Tum quia quod denuo se purget est magis fauorabile condemnato, quam damnato. Ratio, quia si præstiterit purgationem, absoluetur. Et sic condemnatio facta eo, quia defecit in purgatione, tolletur, quod non est dicendū, cum sententia condemnationis trāsierit in rem iudicatam. Vnde necesse est tex. intelligere, quod Papa admisit istum presbyterum de gratia, vt dicit Inn. vel quod non fuerit oppositum de priori processu. Vel quod dicitur in prin. c. quod iste presbyter defecerit in purgatione est allegatio partis, & non erat verum quod defecerat in purgatione. Et istæ solutiones resultant ex diuersis intellectib. quos Doct. dant ad istum tex. de quibus non est instandum. Nam tex. videtur sioi, contrarius, quia in pœna iuris confirmati, possit accusari de crimine, de quo fuit exceptum, qui articuli hic examinatur, & in ca. cum dilecti. de electio. Item, examinat Doct. nunquid si de crimine est actū ciuiliter, possit accusari criminaliter, quę omnia sunt examinata in cap. de his, de accu. Doct. ēt tractant, nunquid si processum est, & etiam est examinatū, in d. c. de his. Tractat ēt Docto. nunquid post accusationem, vel inquisitionem admittatur denunciatio. Inn. quod sic. per cap. quemadmodum, de iureiu. Nam pōt ad pœnitentiam denunciatio fieri, non obstante quod fuerit punitus per accusationem, vel inquisitionē. Quærit vlterius Inn. vltra prædicta, q d si quis oppo suit exceptiones dilatorias ad eligendam rescriptū, & fertur inia cōtra ipsum, quam acceptat tacite, vel expresse. Et Inn. dicit quod si poſtea eadem velit opponere contra alium in eadē causa, non admittitur, ex quo semel calumniatus est, ff. de except. rei iudi. l. cum quæritur. & ll. sequen. Host. vero dicit contra hoc esse casum in cap. veniens, el 2. §. de testi. Sed soluit, quod illud cap. procedit in ciuilibus. sed quod §. dixit Inn. in criminalibus, vt d. l. fi cui. quia in istis quandoque res iudicata, præiudicat quoad alios, vt in c. cautam. cum ibi no. §. qui filius. leg. Dicit Host. quādoque eadem exceptio etiam in eodem iudicio, & ad eundem effectum sæpius proponitur, vt in c. 1. de except. lib. 6. Sed illud c. loquitur in exceptione excommunicationis. Bu. autem distinguit dicens quod quando exceptionis obiectæ idē est modus opponē di, idem est modus probādi, & idem finis. & hoc casu dicit But. quod hoc clarum est, quod semel repulsus, amplius non admittitur, vt in cap. cum dilecti, de elect. & dicit hoc esse verum vbi est eadem specie, & numero, secus si sic diuersa numero, licet eadem specie, puta quia nouiter creatur. & sic intelligit c. pia. de excep. in vi. Nam quoties excommunicatus in iudicio comparet, toties ius opponendi de nouo creatur. Et circa hæc omnino vide capitulū ex parte, cum ibi not. de appel. & c. dilectus filius. I. saracenus. supra de rescrip. Ex hoc infert Butri. quod si opponitur exceptio cōtra rescriptum, & iudex ipsam examiner, & reijciat, poterit hoc non obstante opponi in vim peremptoriæ. Nam hic est diuersus modus proponendi, quia prima exceptio fuit opposita ad differendum, secunda uerò ad perimendū. Item subest diuersus modus probandi, quia prima exceptio opposita in vim dilatoriæ, discutitur summarie; sed oppolita in vim peremptoriæ, discutitur plenarie, vt not. in d. capit. veniens, de testi. & plenius in ca. fin. de ord. cog. & dicit Butri. idem esse dicendum, si esset diuersus modus probandi tantum vel diuersus modus opponēdi, vel finis diuersus tantum, vt patet in d. capitu. veniens. Et ex hoc infert ad aliud dubium, scilicet an si crimen est deductum per viam exceptionis, possit de eo agi per viam accusationis, & videtur quod non, maxime quando exceptio deducitur contra electum, quia habet se ad instar accusationis, hoc est quod ex ea sequitur vindicta, vt in cap. super his. de accu. Sed Butr. dicit concludendo verba Innocen. quod si idem est finis, & modus producendi, & probandi, tam super exceptione, quam super accusatione, obstat exceptio rei iudicatæ, vt in c. cū dilecti, de electi. Si vero est diuersus finis vtriusque in genere, & specie, quia exceptio est ad repellendū, accusatio vero ad pœnam, sicut in terminis cap. cum dilectus de ord. cog. nitūc accusatio non repellitur exemplum, testis est repulsus a testimonio propter crimen, nam de eo potest accusari, d. c. cū dilectus. Tertio dicit Bu. quoad hoc, quod si finis est diuersus in specie, sed idem in genere, & q a vtrobique agitur ad pœnam, sed alia pœna imponitur si agitur per viam exceptionis, & alia si per viā accusationis, & hoc casu dicit Butri. quod si ambæ pœnæ sunt naturales, & sunt originales, & ciusdē fori, q tūc licet vna excedat aliam, tollitur vna per aliam, quia ambæ tendūt ad vindictā, vt in l. Senatus. & quod ibi no. Bar. ff. de accusa. sed si ambæ pœnæ non sunt naturales, sed accidentales, vel diuersi fori, tunc vna non tollitur per aliā. Ex hoc infert quod si exceptio opponitur ad repellendū quem à beneficio, postea accusetur vr puniatur, non tollitur pœna, quia super crimine excepto non iudicatur, licet ille contra quem exceptio opponitur appellet. Et quia exceptionem non sequitur vindicta sua natura prætmordiali, cum ad vindictam actum non fit, sed ex accidenti sic, puta si propter infamiam remoueatur quis a dignitate, quia infamibus non debēt patere portæ dignitatis, vt in l. 1. C. de infam. lib. 12. Idem dicit si pœnæ sunt diuersi fori, vt patet ex not. in cap. excommunicamus. de hære. puta quia vna est ipiritualis, vel vna impolita a l. ciuili, alia vero a l. canonica. In quātum dicit Butr. quod punitus in foro ciuili, poterit puniri eodem crimine in foro ecclesiastico, & econtra, videtur contra tex. in capitulo, & si clerici in fine. de iudi. sed pro eo facit text. in capitu. forensis. §. per hoc. de pœni. in 6. de quo per Bart. in l. Senatus. ff. de accusa. & in l. 1. ff. vi bon. rap. Dicit vlterius But. quod si idem est finis, sed est diuersus modus probandi, quod idem est dicendum, vt supra dixi. vt possit accusari de crimine prius deducto per viam exceptionis, & allegat no. per Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oli. Per hoc infert But. quod si opponitur exceptio criminis, ad finem, vt quis deijciatur a beneficio, & excipiens succumbat, non auditur, si nolit accusare ad eundem finem, (scili cet vt priuetur beneficio. Sed oppo. contra tex. pro declaratione. nā iste tex. sentit quod relationi detur fides, quod est falsum. quia non creditur iudici, nisi quatenus apparet in processu, vt in cap. quoniam contra, de probatio. Host. soluit, quod isti erant plures. nam licet non credatur vni iudici, vt in d. capit. quoniam contra faliam. de probatio. tamen creditur pluri. de quo in c. cum à nobis, de testi. & dicit hoc approbare consuetu dinem Romanæ curiæ, scilicet quod credatur relationi plurium iudicū. Dicit etiam Hostien. quod credimr relationi vnius iudicis contra partē Producentem, donec probetur contrarium, vt hic. Vbi vero non est pars nec est sigillum notum, & authenticum, non creditur. Si vero habet sigillum notum, & authenticum prima facie statur, sicut publico, & authē tico, auditur tamen volens probare contrarium. de elect. c. cum inter R. &c. scriptum. de fi. instr. de quo dic, vt in c. cum à nobis. de testi. & in ca. ex conquestione. de rest. spo. dic, vt in c. cum à nobis. de testi. & in ca. ex conquestione. de rest. spo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Actio criminalis de iure canonico non terminatur tempore, quoad hoc vt no possit iudex ex officio inquirere, vel purgationem indicere; sed quo ad accusationem tollitur.*
2 *Delictum si fuit punitum in foro contentioso, potest tamen puniri iterum in foro pœnitentiali. & econtra.*
3 *Prælatus, an debeat se purgare de delicto commisso ante prælaturã, & an possit indici sibi purgatio per illum, qui eum promouit.*
4 *Adulterium, an, & in quib. dicatur esse de atrocori.*
5 *Dispensatio in matrimonio circa cognationem spiritualem, nunquam reperitur, quod ab ecclesia Romana fuerit obtenta, secus in cognatione carnali.*
6 *Promouens scienter aliquem homicidam, vel aliter irregularem, punitur, & promotus deijcitur.*
7 *Inquisitio semper debet continere qualitatem criminis, & circumferentias, quando sit ad pœnam imponendam aliàs forte secus.*
8 *Tutor potest remoueri in generali suspicione, etiam non habita qualitate, nec forma suspicionis.*

CAP. XVI.

a ACcepimus. [a]Non sufficit, prælato de crimine non infamato, iurare, cũ se purgat, q̃ sit immunis ab illis criminibus. sed iurare debet, quod post suam promotionẽ, illa crimina non cõmisit. h.d. Et quatuor sunt partes. In prima iudicum consultatio super forma purgationis, quã purgandus offerebat. In secunda ibi, ipse, purgandi supplicatio. In tertia ibi, porro, ipsius formę reprobatio. In quarta ibi, ideoq; cãę cõmissio, cũ expressione debitæ formæ. Casus lite. Archiepũs Bisuntinus infamatus erat de simonia, & de incõtinentia, & quod iustitiam vendebat. Papa mandat quibusdam, vt super prædictis purgationem eidẽ indicerent, qui recepto mandato, ipsum citauerunt ad præsentiam suam. ipse ad diem præfixum cõparuit, & iuramẽtum purgationis obtulit sub hac forma, videlicet, quod erat immunis ab illis criminib. super quib. se purgare debebat, sed iudices talẽ purgationem admittere noluerũt significantes hoc domino Papæ. Ipse vero ad apostolicam sedẽ accedens asseruit, q̃ ipsi volebant vt assereret, q̃ nũquam à natiuitate sua passus fuerit lapsum carnis, vnde petebat quatenus saltem super purgatione incontinẽtiæ mitigaret rigorẽ, sed Papa nõ credit q̃ sub illa forma exactũ fuisset iuramẽtum ab ipso, sed potius pfumit q̃ alia de causa sub illa forma se purgare volebat, videlicet q̃ immunis erat ab illis criminib. de quib. erat infamatus, tanq̃ dimissis per pœnitentiã iam esset immunis, ab illis, sed hoc iurare, temerarium erat cũ beatus Iob dicat. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea. vnde Papa præscriptã formã, secũdũ quam iurare volebat, reprobat, vt indiscretã temerariã, & ineptã, mandans prædictis iudicib. vt si voluerit, & potuerit se purgare, secundum hãc formam se purget, videlicet q̃ illa crimina grauiora scilicet simoniam, vẽditionem iustitiæ, & incontinentiam, de quib. extitit infamatus, iuret se non commisisse post quam fuit in Archiepiscopũ assumptus, & compurgatores sic iurent, quod credunt illum verum iurasse. quo facto illum dimittant in pace, alioquin ipsum ab ecclesia Bisuntinen. debeant remouere. B. No. 1. ex tex. quod infamatus de delicto, non compellitur se purgare à tempore natiuitatis suæ; quinimo si esset prælatus, iurat tm̃
1 à tempore promotionis. † Et ex hoc collige vnũ dictũ satis pulchrũ, quod de iure canonico, tempora non sunt præfixa
b ad impetrandũ contra aliquem de crimine; [b] sic licet de iure ciuili post quinquennium non possit quis impeti de adulterio: & etiam post viginti annos in alijs criminibus, l. quere la. C. de fal. l. adulte. C. de adulteriis. & quod ibi no. tamen de iure canonico ad ista tempora nõ habetur hic respectus. nã poterat ibi esse imperitus, elapsis triginta annis. Et facit tex. iste pro opinio. gl. in c. admonere. 33. q. 2. quod puto verum indistincte, quoad indicendã purgationem, vel quoad procedendũ per inquisitionem contra infamatũ, ne infamatus toleretur in administratione diuinorum; secus forte esset dicẽdum in accusatione directa, quæ instituitur ad pœnam infligendam, vt illa tanquã odiosa restringatur ad terminos iuris ciuilis, cum expresse cautũ non reperiamus contrarium de iure canonico, ar. c. 1. de noui ope. nun. & optime facit c.
2 cũ venerabilis, de exce. vbi crimen falsi tollitur spatio inducto à iure ciuili, & vide quod ibi no. † Secundo not. q̃ per pœnitentiã non tollitur pœna naturalis delicti, & sic agens pœnitentiam de delicto, in foro pœnitentiali, potest de eo accusari
c in foro contentioso, [c] vt ibi luat pœnam, pro hoc d. c. admonere, & quod dixi in c. de his, 3. de accu. & hoc ideo, quia diuersi sunt effectus istarũ pœnarum; nam in foro animæ imponitur pœnitentia, vt satisfaciat Deo, quẽ læsit; sed in foro contentioso, vt satisfaciat reipubli. quã scandalizauit; iõ punitur in loco, vbi deliquit. 3. q. 6. in c. 1. & in c. 1. de rap. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. No. 3. q̃ etiam post pniam actam de delicto, non potest quis veraciter alie
d rere se immunẽ ab illo delicto, quia forte nõ recte egit pniã. facit, de pen. di. 2. c. 2. [d] No. ibi etiam si simplex fuero. &c. quã homo rectus potest dici simplex, & capitur tunc simplicitas in bonã partem, quasi sine plica, & sine inuolutione crimi-
e nis. Vnde duplex est simplicitas, quædã est contraria dolo, & de ista loquitur hic, quædã est contraria discretioni, & illa
f der estanda; & tunc dicitur simplex, quasi sine discretione, & sine mixtura sapientiæ. [f] Vltimo no. formã, quã prælatus dẽt præstare in se purgãdo. debet. n. fieri purgatio per verba cer-
g ta, & clara, vt quod non cõmiserit, [g] &c. † In gl. 2. in fi. no. gl.
3 vult. n. q̃ hodie non cõpellatur quis se purgare, nisi à tpe promotionis. Ex quo infertur, quod de delicto commisso ante promotionem, non possit prælatus accusari, nec contra eũ inquiri, vel purgatio indici, q̃ clarius tenet gl. pe. Hoc vltimũ placet Philip. nisi crimen si enorme. Host. vero dixit, quod prælatus superior non põt amplius inquirere de crimine prius cõmisso, quia aut non inquisiuit tempore promotionis, & fuit in culpa; aut inquisiuit, & non dẽt denuo inquirere. Circa hunc articulũ aliud sentirem. videlicet, quod aut tpe promotionis nõ emanauit edictum, vt quicunq; vult aliq̃d obijcere, cõpareat intra terminum. &c. iuxta formã c. fi. de ele. lib. 6. & tunc accusari põt; & nedũ ipse, imo promotor suus. arg. 50. dist. si quis viduam. & in c. fi. 23. dist. & optime facit c. fi. qui accu. possunt. Inquisitio vero fieri non debet per eundẽ superiorẽ, qui promouit; ex quo mores suos approbauit. 3. 2. q. 5. c. horrendus. nisi crimina adeo fuissent occulta, q̃ probabiliter potuisset superior ignorare. tũc. n. nõ obstante opi. Host. puto eum procedere posse, pro hoc tex. in
c. nulli. de ele. li. 6. electores possunt opponere crimina contra electum, si pro babiliter tpe electionis illa ignorabant, & idem dico eadem ratione in purgatione indicenda. Aut terminus præfixus fuit; & tunc si iste, qui vult accusare erat in
dioecesi, nõ dẽt audiri; secus si erat extra dioecesim, vt in c. fi. g
ma. accu. poss. vbi tex. optimus. & tenet Fed. in consiliis suis. vnde pari ratione, nec inquisitio fieri poterit nam præsumitur q̃ malitiose fiat. Dubitarem tñ in crimine inducente irregularitatem, vt in homicidio, q̃n erat occultũ tpe promotionis; sed nunc ex probabilib. coniecturis orta est infamia, nũquid ipse prælatus posset inquirere, ex quo ipse non reperitur in aliqua culpa. & forte potius esset dicendũ quod sic. nam
ꝛria opinio sapit absurditatẽ. Et ad istum tex. posset respõderi, quod de istis criminib. erat infamatus post promotionẽ suã, nã simonia, & venditio iustitiæ, vt plurimũ cõmittuntur p prælatum post promotionẽ, & communiter infamia de incontinentia oritur ex vitio commisso post promotio-
h nẽ. & ideo vsque ad istud tẽpus duntaxat debet se purgare. In glo. in ver. ignorat. in fi. vel respõde aliter ad illud c. q̃ loquitur in compurgatoribus, istud vero loquitur in purgando. Et ratio diuersitatis potest esse, quia purgãdus potest ista

ADDITIONES.

a ¶Accepimus. Vide Bar. allegantem hunc tex. in pulchro casu, in l. 1. §. accusationem. in fi. ff. ad Turpil.
b Crimine. Verum de iure communi possit quis perpetuo impeti de crimine. vide quod no. Abb. post lo. And. in c. cum hẽret. de eo, qui du. in matrim. quam pol. per adulte. Ale. de Ne.
c Contentioso. Vide lo. de Ana. declarantem, in c. 2. supra, de maledi. & pede Anch. in reg. peccati venia. in 1. op. de reg. in. lib. 6.
d c. 2. Ratio est, quia pauci sunt qui agant perfectam pœnitentiam, possibilẽ clerici. Vñ Ambrosius, plures dicit seruasse innocentiã baptismalem, quam veram pœnitentiam eg. sse, de pœn. dist. 1. sunt qui arbitrantur & dist. 3. reperiuntur. quod expone, vt ibi per gl. & Doct. Ale. de Ne.
e ¶Contraria dolo. Quotuplex sit simplicitas, vide Georg. Nattam. in rep. cle. iæpe. in prin. in verbo, simpliciter. de verb. sig.
f ¶Sapientiæ. Vide tex. cum gl. 15. q. 1. si cupis. & 39. di. Petrus. vbi etiam gl. tractat, an simplicitas repellat a promotione, omnino vide illam gl. quia est notabilis. Ale. de Ne.
g ¶Commisit. Nam hic reprobatur forma purgationis, scilicet, quod quis iuret quod sit immunis, &c. & est ratio secundum Inn. quia licet quod Deum sit immunis propter pœnitentiam, tamen potest accusari, vt de his. de accu. & 33. q. 2. admonere. Et ex hoc no. But. esse differentiam inter verum quis dicatur immunis à delicto, vel dicatur non commisisse, quia ille qui non commisit, est immunis quoad vtrunque forum, scilicet spirituale, & contentiosum, sed ille qui est immunis à delicto, est solum immunis quoad forum pœnitentiæ, non autem quoad forum contentiosum. Et ex prædictis infert D. Car. quod si accusatus respondet libello, se innocentem, seu se insontem, non audietur, quia debet respondere super delicto, scilicet si maleficium, de quo est accusatus, commiserit, vel non, & allegabile. no. per Bar. in l. 1. §. accusatorem. ff. ad Turp. vbi Bar. dicit, quod si accusatus respondens accusationi, dicit se non esse culpabilem, non admittitur talis responsio, sed debet super facto respondere, scilicet an commiserit vel non, quia vtrum sit culpabilis, vel non, spectat ad iudicem, vt in l. 1. in prin. ff. ad Turp. & allegat etiam hoc c.
h ¶Purgare. Sed vide circa hoc no. per Doct. in c. cum non ignores. supra, de præben. vbi de hoc arti. Ale. de Ne.

ista forma velle iurare animo decipiendi iudicẽ, per æquiuocationẽ; sed compurgatores cum ignorarẽt, an ille egerit pœnitentiã, non possunt intelligere illud verbũ, immunis, de peccatis pœnitẽtiæ; sed credunt eum nõ commisisse illa deli-
4 cta. † In gl. in ver. simonia in fi. aduerte, quia cũ tex. hic faciat mentionẽ de trib. criminib. & dicit ea computari inter grauiora. gl. hic nõ probat, nisi de simonia, de qua tamen certissimũ est, q̃ computetur inter grauiora, vt est glo. in c. tanta,
5 de fi. † Sed contra tex. opponi potest in eo, q̃ incontinẽtiam cõputat inter grauiora; cũ alibi tex. nedum fornicationem simplicẽ, sed ipsum adulterium cõputet inter minora, vt patet in c. at si clerici. §. de adulterijs, & ibi no. de iu. & q̃ no. gl. 22. q. 7. c. quid in omnib. & tex. in c. quia tua. 50. dist. qui dicit paucos reperiri sine vitio incontinẽtiæ. ad idem q̃ no. lo. de Lig. in c. ad nostram. de hære. vbi dicit peccatum mẽdacij, grauius esse, quã sit simplex fornicatio, quia primũ magis est cõtra naturam, q̃ fm. Et ideo quidam dicunt, q̃ computatur incontinẽtia inter grauiora, propter frequẽtiam delicti, vel quia facilius anima separatur à Deo, vel tertio potest
6 dici q̃ [a] in episcopo sit graue peccatum, cũ episcopus nõ dicatur cõmittere simplicẽ fornicationem: imo semper committit adulteriũ spirituale, cum habeat ecclesiam suã in spõsam. & habeat ordinẽ sacerdotalem, & episcopalem. ad hoc q̃ no. Pau. de Lea. in cle. 1. de off. ord. & maxime quãdo habeat cõcubitũ cum illa dioecesi sua, quæ dicitur filia sua spiritualis, vnde grauis pœnitentia, & pœna imponẽda est episcopo, vel sacerdoti pro delicto incõtinẽtiæ commisso cum filia spirituali. 30. q. 1. c. nosce. & in c. pe. & vlt. magis enim abstinẽdum est à cognatione spirituali, quam carnali, quia cũ agnatio spiritualis ꝓcedat ex venerabiliori parte, est magis
7 venerationẽ digna, vide text. opt. 30. q. 3. c. 1. & c. Pictauium. † Vnde ecclesia Romana, nunquam legitur dispẽsasse circa cognationem spiritualẽ; & tamen quotidie dispẽsatur in cognatione carnali, circa matrimoniũ contrahẽdum. † In gl. in ver. post quã. ibi, approbati sunt mores ipsius. aduerte ga
hæc ratio gl. nõ est vniuersalis. nam procedit in delicto occulto, quia ex quo superior promouẽs illud ignorat probabiliter, non vi approbare. tex. est in c. nulli, de elect. li. 6. ꝑall. ité non procedit ratio gl. in eo qui approbare nõ poterat, vt puta in episcopo promouẽte homicidã, vel alias irregulare. quinimo, & episcopus promouẽs, punitur, & promotus deijcit, vt in c. si quis viduã, 50. di. in c. fi. 34. di. vnde hæc ratio gl. nõ concludit in successore qui nõ fuit in culpa; & ideo de
8 hac materia dic melius, vt dixi super gl. 2. † Extra gl. opp. cõtra tex. & videtur q̃ ista inquisitio [b] generalis, nõ debet admitti. quoniã cum alicui impingũtur aliqua crimina, debẽt exprimi omnes circũstantiæ delicti, vt quo mẽse, quo anno, cum qua persona delictũ cõmissum est. &c. vt habetur in l. libellorũ. ff. de acc. canonizata. 2. q. 8. c. per scripta libellorũ. nom. n. debet quis vagari cum iactura alterius. l. prætor edixit. ff. de iniu. & in c. vt quis duas. de ele. li. 6. ad idẽ c. vt circa. & c. 1. co. ti. & li. nam remotis circũstantijs delicti, quodãmodo tollitur ipsi reo defensio. Sol. Inn. circa hoc ista ponẽdo opin. nam quidã stãt contrario, dicẽtes, q̃ vbi infamia est generalis, vt puta infamatur quis de delicto incontinẽtiæ, & nõ dicitur cum quo illã commisit, q̃ talis infamia tãquam nimis incerta, & generalis, est respuẽda alij vero dicũt quib. assentitur Inn. q̃ cõtraria loquuntur in accusatione, seu inquisitione, seu in indictione purgationis ex quo ignorãtur circunstãtiæ, seu sunt occultæ, nõ sunt necessario exprimendę ad terminos infamiæ, faciẽda est inquisitio, vel indicẽda purgatio, vnde si infamia est generalis, fier inquisitio generalis, & indicetur purgatio generalis, vt hic, & in c. licet. de sim. vbi Papa generaliter inquisiuit de simonia, sufficiẽtia, & de rebus captis in naufragio. vnde tm̃ valeat species quoad speciẽ quãtũ gen⁹ quoad genus, & cõtra ar. in l. si duo. ff. de ad. tu. & idẽ dicit Inn. q̃n objicitur crimen cõtra petẽtẽ cõfirmatione, vt repellatur: & nõ sit necesse exprimere circũstantias maxime si objicẽti inra se ignorare. arg. in l. in actione. ff. de
9 iur. nã fm cum cũ inquisitio fiat, vt eniteat bona fama, si expedit rei tur circũstantiæ, operaretur cõtrarium effectum, [c] quia multa occulta publicarẽtur, & cũ his dictis vt plurimũ
10 ntiunt Doctores nostri. ex quib. habetur maxima limitatio ad iura in cõtrariũ allegata. Sed tu aduerte, quia Bar. sequendo Bal. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. tenet contrariũ, q̃ sicut in accusatione, ita, & in inquisitione debẽt exprimi circũstãtiæ delicti, quia inquisitio succedit loco accusationis, præterquã in inscriptione ad pœnã talionis. & ad istũ tex. re-
11 spon. ibi Bar. q̃ procedit, quãdo inquisitio fit, non ad pœnã, imponẽdam sed vt prælatus tanquã indignus remouetur ab administrõne. † Nam hoc casu tutor, tanquã suspectus, põt remoueri ex generali suspicione, vt in l. hæc. n. ff. de susp. tuto. & ita prælatus ex generali infamia. Sed aduertendum, quoniam priuatio beneficij, est pœna nõ modica in clerico, cũ ex eo sustẽtetur, & multis etiam sumpti. forte illud acquisiuit, vt dicit tex. in c. super hoc. de renun. facit c. super iijs. de accu. & q̃ no. in c. querelã. de proc. & esse prælatũ est honor & commodum: sed nõ sic esse tutorem. Ex quo satis posset dici, q̃ aut inquisitio sit, vt dũtaxat remoueatur ab administratione, non autẽ vt pœna inferatur. & tũc cum non dicatur criminalis, vt in c. qualiter, & q̃n 2. de accu. procedit opi. Bar. nã infames non debẽt administrare in ecclesia Dei, maxime cũ se purgare nõ possint. vnde respectu iudicis nõ est pœna. secus videtur, q̃n iudex procedit inquirẽdo, non vt removeatur ab administratione, sed vt puniat de delicto, tunc enim procedit dictũ Inn. Ex quo infero, q̃ vbi prælatus procedit cõtra subditum beneficiatũ, & non eximit ad quẽ finẽ agat, q̃ tunc cũ pœna sit arbitraria, & possit punire aliter, quã priuando beneficijs, vt no. in c. inquisitionis. de accu. q̃ tũc nõ admitteretur inquisitio sine circunstãtijs. sicut dicimus, q̃n agitur de iniuria criminaliter, vt non possit interue-
d nire ꝓcurator, quia pœna est arbitraria, & posset iudex [d] imponere pœnã corporalem, & sic habetur respectus ad id qd cõtingere potest, vt in l. fi. C. de iniur. & 3. q. 9. § nisi, Et hæc no. quia sunt quotidiana, & cõsidera quod tacite Inn. sensit illam opi. Iac. & Barto. in eo q̃ reddit rationem specialitatis quia inquisitio fit, vt bona fama eniteat &c. quæ quidem ratio non procedit quando fit inquisitio principaliter ad pœnam imponẽdam. Et ideo in foro ciuili cum semper inquisitio sit ad pœnam imponendam, debent exprimi circunstã-
c tiæ [c] nec Inn. videtur sentire contrarium per illam rationẽ.

ADDITIONES.

a ¶Quod. Host. dicit quod pro duob. respectib. fornicatio computatur inter grauiora crimina. Primus est, quia est communior, & sic grauior, quam cætera crimina. sic exponitur 32. q. 7. quid in omnib. & in c. at si clerici. in gl. quæ inc. ar. contra supra de iud. Vel est grauior, quia per ipsam perditur bonum conscientiæ rectæ, vt in c. fi. de tempo. or. nullum enim est crimen, quod ita auferat bonum conscientiæ rectæ sicut fornicatio, vt ibi no. Ale. de Ne.
b ¶Inquisitio. Vtrum possit fieri generalis inquisitio, absque specificatione circunstantiarum delicti. vide omnino quod notaui super in.
c ¶Effectum. Ista sunt verba formalia Inn. dicit enim non esse mirandum, si aliud est in accusatione, in qua sunt exprimendæ circunstantiæ, vt in c. tuæ. de proc. & in l. libellorum. ff. de accu. & 2. q. 8. libellorum. quia accusationes sunt odiosæ, & pro magna parte fiunt ad prosecutionem suarũ iniuriarum, & pro eis grauissima pœna irrogatur, secus in inquisitionibus, fit. n. inquisitio vt eniteat fama bonorum. sed si exprimeretur persona cum quib. delicta dicuntur commissa, inquisitio consequeretur cõtrarium effectum, scilicet quod fieret ad aliorum diffamationem.
d ¶Posset iudex. In arbitrarijs iudex potest imponere pœnam corporalem. ad hoc. vide gl. in 5. in fum. Inst. de iniur.
e ¶Circunstantiæ. D. Car. ad finem commenti distinguit. discurre per casus. Primus est quando inquisitio committitur generaliter super statu ecclesiæ, tam in capite, quam in membris, & hoc casu inquisitio fit generaliter & etiam testes generaliter interrogantur, secũdum formam. de qua in c. qualiter, & quando. el 1. de accu. Idem dicit si fieret inquisitio generalis contra certam personam. de quo in d. c. qualiter. Secundus casus, quando inquisitio fit specialiter de certo crimine contra certam personam, sed tamen proceditur ad pœnitentiam, seu ad correctionem, & talis causa non potest dici criminalis, arg. de accus. super his. & quia iste modus procedendi, non habet similitudinem cum accusatione, non est necessaria expressio circunstantiarum. Sed de modo procedendi in tali casu, dic vt plene in c. nouit. de iudic. Tertius casus fit, quando inquisitio fit ad pœnam, sicut supra de cal. ca. 2. sed aliquis denunciat crimen iudici, ad hoc vt inquirat, & hoc casu talis denunciator tenetur exprimere circũstantias, arg. d. c. 2. de calum. & hoc etiam dicit hic Inn. & Doct. Quartus casus quando iudex procedit ex officio per inquisitionem, nemine denunciante, seu inquisitionem promouente. & hoc dicit D. Car. quod licet varia dicantur, verius sibi videtur, quod cum inquisitio succedit in locum accusationis, quod sint in ea exprimenda crimina, sicut in accusatione, arg. de accus. inquisitioni. & vbi in accusatione non debent exprimi, nec etiam in inquisitione, ponit exemplum, quando in accusatione non debeant exprimi circunstantiæ, videlicet quando deducitur in accusatione delictum non habens determinatas circunstantias, vel habens causam successiuam, non momentaneam. nam tunc non est opus expressione, vt si accusatur quis quod occupauit talem ciuitatẽ. nam est opus quod exprimantur confinia ciuitatum, vel si dicitur quod tenuit eam occupatam per annum, non expedit quod apponatur mensis. C. de hære. auth. prælentes. & per Bar. in l. libellorum. ff. de accu. vbi autem in accusatione debent exprimi circunstantiæ, quod est regulariter, vt in l. libellorum, & 2. q. 8. libellorum. & inquisitione debent exprimi circunstantiæ. Nam etiam si ciuiliter agatur de crimine, debent circunstantiæ exprimi, vt in c. tuæ. de proc. Et ex hoc infert Dom. Car. quod si quæritur an purgatio canonica possit in genere indici, quod debet idem dici, sicut dictum est in inquisitione, siue sit præmissa inquisitio ante indictionem purgationis, siue etiam non præmissa inquisitione indicatur purgatio, q̃ potest fieri, vt in c. præce. quia indictio includit tacitam inquisitionẽ, & ad effectum, vt deficiens in purgatione, puniatur vt conuictus, & si præstat purgationem, absoluatur, vt supra eo. inter. & ca. ex tuarum. & per hoc dicit quod si agitur, vt prælatus remoueatur à prælatione vel à dignitate debet fieri specificatio circunstantiarum, quia hæc est magna pœna, de renuncia. super hoc. & ad l. hæc non. ff. de susp. tut. allega. per Bart. respondet q̃ nulla est pœna quod tutor remoueatur ab administratione, & istam opi. in subtilitate iuris puto veriorẽ, per c. tuæ. de procur.

tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

…amen sa ris æquâ videtur distinctio Abb.Sic.tu autem cogita.Sed si quæ
…ritur,an,& quando opponitur exceptio criminis contra testem debeant
exprimi circunstantiæ,dic,vt in c.præsentium.de test. in 6. vbi per Io.&
D.Do.Sed si opponitur exceptio criminis contra promouendum , dic , vt
in cle.constitutionem.de elec.Sed aduerte vicerius ad glo.in verbo. præ-
sumitur , quæ colligit ex tex. quod ea quæ sunt dubia quoquo animo
fiant interpretantur in partem tutiorem. Nam Host. colligit aliter ar. ex
tex.ſ.quod iudex discretus,debet cauere ne per positionem,processatio
nem,vel aliam propositionem cauillosam seu dubiam aliquid admit-
tat in periculam animarum,concordat c.oblatæ de app.vel per quod ve
ritas obscuretur,vel ipse,vel pars decipiatur , vel suo processu illuda-
tur.Ad idem ,vt lite non cont. quoniam.in princ.& de alie. iu. mu. cau-
sa fact. c.1. quæ verba no.Sed D.Card. dicit quod argum.glo.bene colligi
tur in tex.sed ipse dicit quod potius est facienda interpretatio in partē
virisimiliorem,vt in c.cum tu.de testamen.& hæc sufficiant in hoc cap.

De purgatione vulgari. Rub.

Quia duplex est purgatio, quædam canonica, quia canō
inuenit eam.de qua supra dictum est,quædam vero vulga-
ris,quia vulgus introduxit eam , ideo sequitur nunc videre
de vulgari.

CAP. PRIMVM.

a [illegible]Vra susceptionis.[a] Duella,& aliæ purgatio
nes vulgares prohibitæ
sunt quia per eas multoties condemnatur ab-
soluendus,& Deus tentari videt,h.d. totus ti. Et
secunda pars huius ca.ibi,tuæ.Casus lit.Quære-
batur vtrum sup possessionib.ecclesiarum,possint fieri duel
la.resp.Pa.q nec super ijs,nec alijs debēt fieri.B No. 1. ex tex.
b plātum nō debere sustinere iniri duella .[b] .i.bellum duorū,
neque super possessionib.ecclesiarū.nec alibi; & sic est vnus
casus in quo ecclesia vendicet sibi iuridictionem in laicos
impediendo ista duella.Et est ratio,quia per ea videtur tenta
ri Deus,vt in c.fina.infra eodem.ergo legatus suus,vt est præ
latus quilibet,potest se intromittere,& impedire. itē propter
periculum animarum,vt in c.1.& 2.supra de torneamentis.
Secundo aduerte,quia dupliciter potest tex.intelligi ibi , su-
per ecclesiarum possessionibus &c.Primo vt intelligatur su
per possessionib.1.super plateis,& prædijs ecclesiarum,quia
ecclesiæ consueuerunt habere plateas amplas , & aptas ad
hoc. Secundo potest intelligi quando est contentio super
possessionib.ecclesiarum,vt propter hoc non fiant duella,
& vterque intellectus est bonus in se.

ADDITIONES.

a ¶Cura susceptionis.Vide Bar.in l.imperator.Adr.ver. item inducitur ad q. ff.
de stat. ho.

b ¶Duella.Quod duellum sit reprobatum.vide Ias.in l.ex hoc iure.ff. de iu.
& iur.& And.Sic.in consi.antepe in c.illud in medium referam.ver.si.ca-
pio nunc aliam dubitationem.in 1.volu.Bald.late in ti.de pa.te.in § si ru
fficus.Alb.in l.qua actione.§.si quis in colluctatione ff.ad l. Aqui. Ang.in
disputatione.inci.renouata guerra.Car.in cle. pastoralis. de re iu.Io.de
Lig.in tra.de duello,facit Paris de Put.vbi late de quæstio.occurientibus
in materia duelli. Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Libellus vnus potest formari super eodem crimine contra plures, secus super diuersis criminibus.*
2 *In istis duellis quæ inceuntur ob aliquas differentias.si vnus moriatur, non per hoc creditur illi quod fuerit in culpa super dictis differētijs.*
3 *Merum & mixtum imperium an possint præscribi.*
4 *Sententia retractatur multis modis.*
5 *Sententia retractatur, & non transit in rem iudicatam, si pars pro qua fuit lata,confiteatur ipsam iniustam, vel de eius iniustitia constet notorie.*
6 *Restitutio in integrum aduersus sententiam,non conceditur,nisi à solo, principe.*
Index qui tulit sententiam,non potest ipsam amplius reuocare,nec eius successor.

CAP. II.

[illegible]Significantibus.[a] Summatū est ℨ.c.prox. In prima ponitur con-
quæstio.In secunda prouisio.ibi,vnde.Casus litera
lis. [a]Quidam accusauit V.laicum,& fratres eius su
per quodam furto,cum quo coacti sunt inire duellū,in quo
peccatis alijs præcedentib.ceciderunt,propter quod fuerūt
per consules Spoletanæ ciuitatis bonis ꝓprijs spoliati , sed
postmodum furtum est apud alios inuentū, domino facien
te reuelatū,quod fuerūt inno centes.Isti fratres significaue
rūt hoc Dom. Papæ,petentes sibi super hoc prouideri,vnde
1 mandat cō sulibus illis,vt ablata restituant vniuersa.B.† No.
1.ex tex.q de eo.crimine possunt plures in e.libello ab codē
accusari;secus vbi crimina essent diuersa. de quo 2.q.1. phi-
beat,& l.1.C.si reus,vel accu.fuc.mor.& lege hos accusare.ff.
b de accu. [b]† Secundo no.q in istis duellis, quæ inceuntur ad
2 probandū innocentia alicuius, non sp detegitur veritas; qa
vt plurimū cessante diuina dispositione,ꝑualet fortior,& in-
c geniosior.& est ℨ nobiles maxime de Hispania,de facili ineū
3 tes ista duella, [c]cū inter eos est cōtentio.† Tertio no.argu,
quod consules Spoletani habeant iurisdictionē, sed contra
hoc facit,quia Spoletana ciuitas est de patrimonio ecclesiæ;
ergo tota iurisdictio est apud ecclesiam Romanā.Sol. dicit,
Host.q ab olim ēt ciues Spoletani, vt cōseruarēt sibi ius vni
uersitatis,elegerūt sibi cōsules,qui habebant iudicare de vi
liorib.causis;sed postmodū paulatim vsurparunt sibi totā
risdictionē.vnde eligunt sibi Potestatē,& Capitaneū,& ꝯtra
contemnūt sententiam summi pontificis. vnde cō cludit q
cum ipsi vsurparint sibi iurisdictionē non possunt allegare
præscriptionē,quia in reb.inuasis,& occupatis nō currit ꝓ
scriptio.Inst.de vsuca,§.q aūt.92.di.illud.& c.fi.de præscr.Et
hoc est dictū notabile ℨ omnes cōmunitates Italiæ,quę per
d vsurpationē exercent merum,& mixtum imperium.[d] vnde
nō possunt allegare iuridice prescriptionem,licet aliud sen-
tiat Bar.& minus bene,in l.omnes populi.ff. de iust.& iu.Sed
pōt ibi intelligi Bar.de legitima ꝑscriptione;secus de illegiti-
c ma, vt ipsemet tangit in l.1.ff.de aqua plu.ar. [c]† In glibs.pp
4 probabilē errorē bene retractatur sententia &c.Aduerte,qa
loquitur hic nimis generaliter,& non reddit sufficienter rō-
nē diuersitatis,quare in iuribus alleg.in prin.gl.non retracta
tur sententia pp errorē.sed hic,& in casib.sequentib.in gl.re
tractatur pp errorē. Doct.ēt vario modo loquūtur, sed da
re expediendo intellectū c.colligendo sparsim dicta ꝑ Doct.
& aliqua addendo, dic,q multiplex pōt esse intellectus.c. Et
primus intellectus est, q ideo fuit retractanda hęc sententia,
qa fuit lata prætextu probationū reprobatarū,& fallacium,
sicut enim sententia lata per falsas probationes retractatur,
vt in c.cum venerabilis,supra de excep. & C. si ex fal.instru.
per

ADDITIONES.

a ¶Literalis.Vide Bal.in l.1.C.de iur.& fac.ign. Bar.de Bel.

b ¶ff. de accu.Sed Bar.in l.hos accusare.§.lege,de accu. distinguit, quod aut
vnus vult accusare plures de eodem delicto,vt quia illud fuit commissum
& tunc etiam si essent mille, possunt accusari vno libello,vt in l.vim pal
sam.§.incestu.ff.de adu.& l.qui pupillam,in fi.eo.ti.& intelligę vnum de
lictum,etiam plura facta simul,vt puta.percusserunt vnum diuersis per-
cusionibus,vnus cum gladio,alius cū baculo , vel duo inuicem simul
percusserunt.nam hoc totum est vnum factum,secundum Bar. Quare
ad hoc vt omnes vno libello possint accusari , vt in l.si quis homici. C.
de accus.ad hoc quod not.in l.1.in fi.magnæ glo.C. vnde vi. Item intelli-
ge vnum factum mandantis,& facientis,vt in l.nihil,§.fi.de adul. hoc si
fallit in crimine adulterij,vbi non possunt accusari eodem libello mari-
culus,& fœmina.vt in l.si maritus § fi.ff.de adul. & in l.eos .C.ex.tit. & ob
colligitur ex l.denūciasse. § fi ff.de adul. Aut vult qs accusare diuersos
de diuersis criminib.diuerso tpe commissis,tunc potest accusare diuersis
vt in l.cum rationib.C.de accn. non tamen eo.libo,vt in l. hos accusare.
§.lege.ff.de accusa.Plures vero,quam duos non potest accusare,nisi forte
vel suorum iniuriam prosequatur,vt in dicta lege, hos accusare.§.lege.
Sed Host.dicit,quod etiam duos non potest accusare,nisi suam,vel suo-
rum iniuriam prosequatur,quia vna accusatio per aliam impeditur.vt
in d.l.hos accusare.§.lege.& ff.de adul.l.inter liberas. §.fi. & ad d.l.cum
rationibus.respondet quod ibi narratur factum.nam si de duobus esset
fisset, ita de duob.negasset,sicut de tribus.& de materia remittit ad tam
mam de ordi.cog. De hoc etiam in Spec.de accusat.in princi.sed tu vide
opi.Bart.quia in d.l.hos accusare.§.lege,prohibetur quod quis non ac-
cuset duos eodem tempore,& sic vno libello.ergo diuerso tempore.Si
rib.libellis diuersis poterit accusare.& hoc probatur in lege, cum ratio
nibus.C.eod.ti.quod habens duos reos vel tres,non potest tertium accu
sare,nisi suam,vel suorum iniuriam prosequatur .& sic ille textus per-
mittit quod quis accuset duos , sed non tres , nisi suam , vel suorum
iniuriam prosequatur,Vnde Hostie.non intellexit illam l.Ad l. inter li-
ras.§.fi.de adul.dic,quod probat opinionē Bar.& facit contra opi.Host.
Nā ibi,non dicitur quod si maritus accusauit duos de alio crimine,po-
test iure matici tertium accusare,qsi accusatio adulterij,non cōputare
in numero trium accusationum. cū maritus in hoc ꝑsequatur suam,vel
suorum iniuriam,& sic non censetur tres accussasse. &c. Ex quo no. q
ille tex. permittit duos accusari,sed non tres,nisi quis suam,vel suorum
iniuriam prosequatur.Sed pone quod quis accusat plures in crimine ad
caiu,in quo non potest accusare,an teneat processus si non opponitur.
Bar.in d.l.hos accusare.§.lege,dicit quod iudicium tenet, si non oppo-
nitur.facit l.si accusatorib.C.e.ti.& quo d ibi no.fallit in crimine adul-
terij.de quo si accusant masculus, & fœmina,dato quod non opponatur
contra hoc aliqua exceptio,tamen iudicium est ipso iure nullum.
vt in l.si maritus.§.fi.ff.de adult.& per hoc habetis expeditum articulū
an vous possit accusare plures.Quid autem econtra , an plures possint
accusare vel non,dic,vt per Bart.in l.si plures.ff.de accusa.& vidutis in
2.de calum.& in c.quoties.de purgatio.can. Ale.de Ne.

c ¶Duella.Et dicit In. quod in Lombarda legitur Imperatorem dixisse quod
multos legatos vidimus iustitiam fouentes clipeo iustitiæ amissile.Vide
Spec.in ti.de accus.§.fi.ante fi.fuadet aboleri cētuetudinem Franciæ quæ
talia sustineat. Ale.de Ne.

d ¶Imperium.An possit præscribi merum,& mixtum imperium multa ad
hoc tradit Ias.in l.imperium.ff.de iurisd. om.iud.& Fel.in c. auditis.de
præ. de præ. Seb.Sap.

e ¶Flu.at.But.autem simpliciter hic in fin.commenti dicit, quod per hoc
patet quod ciuitates Italię tanquam iniuste tenentes no possunt ꝓscri-
bere merum & mixtum imperiū, quicquid dicit Bar.in l.cunctos pō-
pulos.C.de Sum.Tri.& fid. catho. Sed satis æqua est opi. Abb. Sicu. per
quam saluatur Bartol. de quo tamen dic,vt dixi in capitu. per venera-
lem.supra,qui ti.fiat le.tangunt etiam Docto.in c.licet.de fo.comp. Alex
xander de Ne.

per totum.ita & fortius hæc sententia retractari debet;cum
hæc probatio duelli sit fallax, & à iure reprobata. & hūc in-
tellectum sentit gl.in fi.licet obscure. & tenet Hosti . dicēs q
ipsemet,qui eam tulit,potuisset retractare,si erat ordinarius
vt no.in c.qualiter .ĩ.de acc.facit l,absentem.C.de accu & q
no.in c.cum cessante,de app.Secūdus intellectus est,q istud
duellū fuit indictum per iudicem,ſm statutum, seu consue
a tudinē loci,vt patet.ibi,coacti [a] &c.& sic sententia ista fuit la-
ta ex probatione nō integra , sicut ergo quādo sententia est
lata ad iuramētum partis, delatum per iudicē , potest retra-
ctari,comperta veritate,vt in l.admonēdi.ff.de iureiu. & no.
in c.fi.ſ.c.ti.ita & ista sentētia,cōperta veritate,debuit retra-
ctari,& iste intellectus est optimus,& procedit etiā præsuppo
nēdo q tempore huius c.duellum istud nō esset reprobatū
& huic intellectum sentit Vin.Tertius intellectus, q sententia
fuit hic nulla ex defectu ordinis iudiciarij, vt in l. prol atam.
Cod.sent.2.q.5.c.ei qui.in §.diffinitiua. & q no. q. 1.in sum-
ma. Quartus intellectus , vbicunque causa sententiæ redit
ad non causam,nec infringitur effectus sententiæ,debet re-
ctari comperta veritate,sicut in l.si fullo. ff. de condi. sine
cau. vbi dicitur q si dedit fulloni pannos lauandos , & ipse
eos perdidit,& sic fuit condēnatus ad æstimationem, q re-
per tis reb.per dominū retractatur sententia, quia causa red
dit nō causam,nec infringitur effectus sententiæ, cū iste hēat
bona fua,ita in proposito,isti fuerūt condēnati,quia præsu-
mebātur subtraxisse illas res.reb. ergo repertis, cessat causa,
& accusator nihil perdit,facit q no.Bar.in l.si fine.ff.rem ra.
hab.& puto hoc voluisse dicere Inn. hic, dum dixit propter
æquitatē casus superuenientis,receditur hic à sentētia, vt d.
l.si fullo.& ff.comm.l.in cōmodato. §.vl. vbi dicitur,q si cō-
modatarius perdidit rē commodatā,& sic fuit cōdemnatus
ad æstimationē,reperta re, tenetur dominus restituere æsti-
mationem.[b] Quintus & vltimus intellectus potest esse pro-
pter notoriam iniustitiā sententię,nā notorie tunc cōstabat
de eius iniustitia , & notorietas iniustitiæ reddit sententiam
5 nullā, [c]vt in c.inter cæteros,de iu.no.Inn.in c. fraternitatis ,
de frig.nam sentētia iniusta tenet propter præsumptionē.
quæ præsumptio cessat vbi notorietas iniustitiæ est in con-
trariū,arg.8.di.veritate manifesta. † Pro hoc facit q no. sin-
gulariter Inn.in c.quia plerique.de immu.eccl. vbi dicit,q si
pars pro qua sentētia lata fuit, confiteretur eam iniustā , q
debet retractari,fortius ergo retractāda est, vbi notorie cō-
stat de eius iniustitia,& maxime de iure canonico. nō.n.de-
6 bet sustinere quē retinere rem cū peccato. Et per hoc mul-
tū limitatur l.cū putarem.ff.fa.er.vbi dicitur , q si ego erā
heres in totū,& accepi tecum iudiciū, quasi esses cohæres ,
7 meus,& sic diuisa fuit hæreditas inter nos,q licet postea cō
stet de cōtrario , nō possum à te repetere indebite solutū. [d]
8 Ex prædictis clare paret intellectus c.& ratio diuersitatis in
hoc c.& iura cōtraria.† Et aduerte ad vnū notabile dictū
9 Host. [e] si est verum.dicit.n.q si sententia lata est contra ius li
tigatoris,& transiuit in rem iudicatā,licet nō debeat iure or
dinario retractari , possum tū petere restitutionem in inte-
grū ex clausula generali arg.in c.ex literis.de in integ. rest. &
in l.1.ff.ex qui.cau.ma.& idem sentit glo. in l. fideiussor. §.in
omnib.ff.man.& in d. l. si sine. & licet Doct. nostri transeāt
cum dicto Host.tū Doct.iuris ciuilis, cōmuniter hoc nō ad
mittit,vt no.in l.1.C.de cond. indeb. & per Bar.in d.l.si sine.
Omnino placet hoc vltimū, nisi à principe petatur hæc resti-
tutio in int. nā solius principis est hoc concedere. pro hoc
10 facit l.diui. ff. de pę. & ibi Bar. Nam cū sententia faciat ius
inter partes,vt in c.cū inter.de re iu.& l.res iudicata.ff.de reg.
iu. nō potest inferior à principe ius parti quæsitū tollere .
11 vt idē l.j. & 2.C.sen.rescin.nō pos.vbi iura generaliter dicūt,
Nec proferēs , nec successor potest sententiam retractare. [f]

ADDITIONES.

a ¶Coacti.Et dic quod fuerunt coacti lege,vel consuetudine loci,vel de facto
ita subaudi ad verbum coacti. Ale. de Ne.

b ¶Estimationem. Sed dicit Bar.ibi quod agitur actione ex eo contractu;& non est electio aduersarij an restituat rem inuentam , vel pecuniam ha-
bitam.& hoc modo loquitur illa in commodato.§.fi.ff.cōmod. Aut agit condictione sine causa,& tūc debet agere præcise vt restituatur pecunia, quam solvit propter rem perditam,& hoc modo loquitur l.si fullo.ff.de condictio. sine causa. Ale.de Ne.

c ¶Sententiam nullam . Vide de hoc remissiue per Feli. in ca. si quando. in prin.§.de of.delegz.Et Adde quod si contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam,pars fuerit admissa ad disputandum de iustitia ipsius,si apparet de iniustitia,debet illa sententia retractari,vt per Fel. in c. quo-
niam contra falsam.ver.fallit quarto.supra de proba. Seb.Sap.

d ¶Solutum.Sed ille tex.multum facit in contrarium , quia dicit quod etiā veritate cognita impeditur repetitio,quia solutum ex causa iudicati,nō potest repeti:& tamen ille tex.multum obstat,quia dicit veritate cogni-
ta.sed si veritas fuit cognita per iudicem,quod non esset hæres:ergo non constabat sententiam fuisse iniustam,quia facta in iudicio,vel nota iudici,vt dicit Inn.in c.ex infinuatione.de appel.Sed dic quod ille tex.po
test intelligi duob.modis. Primo modo , quod veritas fuit cognita extra

iudicium,scilicet ab ipsis qui inuicem diuiserunt hæreditatem, non aūt
erat notorium , nec in iudicio fuerat cognitum . Secundo quod veritas
fuerat cognita à iudice,& tunc ille tex. valde obstat.Sed hoc modo intel
ligendo,valde facit contra opi.Inn.in dicto c.quia plerique.de immu.ec-
cle,Sed solue,quod illa l.procedit de rigore iuris ciuilis,opi.vero Inn.&
Doc.iuris canonici,de æquitate canonica,quæ etiā in foro sęculari erit
seruanda,quia ius canonicum non vult quod quis retineat rem , quam
constat ipsum retinere cum peccato . Vnde etiam iudex sęcularis in fo-
ro suo idem debet seruare , vt dicit glol. in regu. possessor malæ fidei. &
Docto.in c.fin. de præscrip.& Bar.in l.priuilegia.C. de sacrosanct. eccles.

e ¶Notabile dictum Host.Adde quod cum hoc dicto Host. concordat An. in
cap.cum Bertold.ver.duodecimus.de sententia,& re iud. & vtrum quā-
do sententia transit in rem iudicatam,possit ille,contra quem est senten
tia lata,petere restitutionem in integrū ex clausula generali,text. est no.
& ibi Bar.in l.fideicommissum.ff. de confes.Et facit quod in simili q. not.
Ioan.de Imo.in repe.cap.fin.ver.sed hic est aduertendum.de præscrip.&
ibi late notaui. Bar.Bellen.

¶Adde Ang.consi.178.

f ¶Retractare.Bu.dicit quod semel consuluit quendā valentissimū aduoca-
tū qui respondit, dictum Host.esse æquum,sed forte in practica non ser-
uaretur,salrem vbi est quid imputetur illi contra quem est ſniā , quare
non appellauit,quia non videtur subesse causa retractandi sententiam,
sed si non habeat instrumenta,quæ postea reperta sunt,non est quid im
putetur,& hoc modo potest saluari dictum Hosti. & profecto ista fuit
mens Host.ista non sunt verba sua formalia, dicit enim quod sententia
lata contra ius litigatoris,licet sit iniusta,non retractatur ex superueni-
ti euentu sine probatione, nisi fuerit appellatum, vt in iuribus hic alle-
gatin prin.glo.vel nisi aliud contingat propter periculum animæ , sicut
in causa matrimoniali de frigi.fraternitatis.quia nec transit in rem iudi
catam,de re iu.lator,& c.consanguinei.vel nisi sit nulla, vt quia lata per
falsos testes,vel per falsa instrumenta,quia retractabitur contraria veri
tate reperta,vt in c.cum venerabilis,supra de excep.& in toto tit. C.si ex
fal.instr.vel si est lata obtentu probationis reprobatæ , & hoc casu scili-
cet,quando lata sententia est nulla,is qui eam tulit,potest eam reuocare
seu retractare,si est ordinarius,vt hic,& de acc.qualiter.el 1.& hæc pro-
cedunt secundum Host.quando iudex processit ad petitionem agentis.
Sed si ex officio processum est,tunc videtur secundum eum quod senté
tia possit reuocari ex eodem officio,non autem ad requisitionem partis
vt no.de testi.cum tuas.& c.cum clamor. & c. cum cessante. de appella.
arg.de reg.iur.ca.1.maxime æquitate,& veritate pensatis,de transact. c.
fi.& forsan vbi error probabilis reperitur,etiam si sententia transiuerit
in rem iudicatam,posset subueniri læso ex generali clausula,si qua mi
hi iusta causa videbitur esse,argu.de restit.in integ.ex literis. & ff. ex qui.
cau.maio.lege prima.§.fi.Dicit tamen se spatiosius hoc tractasse in sum.
de senten.& re iud.sub rub,de senten.§.quot sunt eius species. sub §.dif
finitiua.& sub.§.sed nunquid.& hoc simpliciter.Nō.duo ex verbis Host.
Primum est,quod vbi index ex officio processit,potest ex eodem officio
reuocare sniam, quæ transiuit in rem iudicatam,subsistente iusta causa.
non tamen ad requisitionem partis, sed ex officio suo , maxime æqui-
tate,& veritate pensatis,argumento capitu.fin. de transa.Secundum est
quod vbi error probabilis est,etiam si iudex processit ad petitionem al-
terius,nihilo minus potest retractari sententia per restitutionem in inte
grū ex clausula generali,si quam ihi iusta causa esse videbitur.& hoc cla
rius dicit in præalle.§.quot sunt eius species.in fi.vbi dicit posse dici,qd
vbi probabilis error reperitur, subuenire potest læso , aduersus senten-
tiam,ex clausula generali,iudicis officio implorato.hoc vltimum dictū
Host.puto verissim.fi scilicet quod vbi subest probabilis error , vel iusta
causa,q sententia,quæ in rem iudicatā transiuit,possit retractari p resti
tut.in integrū.& hoc tenent Bar.in l.1.C.de sen.aduer.'sicum latis.fi.10.
allegat Inn.in c.vltra tertiam.de testi.& hoc vide in c.cum Bar.de re iudi.
vbi Doct.idē tenent.Sed cōtra hoc fortiter facit l.1.in fi.ff. de q.& l.diui
fratres.ff.de pę.quę dicunt quod ēt propter instrumenta de nouo reper
ta,nō debet reiciudi sententia,sed dic secundum Bar.in dictis ll.Aut petit
tur reuocatio snię,& misericordiæ:& hoc casu null° inferior à principe
potest facere misericordiam aduersus sniam;etiam propter instrumēta
de nouo reperta.& hoc modo loquuntur contraria. Aut petitur restitu-
tio ex clausula generali,si quæ mihi iusta causa videbitur;& tūc ista po
terit reuocari per quemlibet iudicem habentem potestatem concedendi
rest.in integrum.& hoc modo intelligendi sunt Doct. prædicti. quod
tene menti.& plures casus, in quibus sententia quæ transiuit in rem iu-
dicatam, potest reuocari, collegi in capi. fraternitatis.de fri.& malefi.
vbi vide.Sed primum dictum Host. scilicet quod quando index proce-
sit ex officio,quod ex causa ex eodem officio, sed non ad requisitionem
partis,possit reuocare sententiam,maximę æquitate , & veritate pensa-
tis,non videtur mihi verum,licet Ioan. And.& Dom. Car. cum eo tran-
seant . nā videtur contra l.1. §.fi.ff.de quæst.& l.diui fratres.ff. de pœn.
quæ dicunt solum principem posse reuocare.Et ex his habes quod Abb.
Sic.non dicit hic simpliciter verum,sed ipsum intellige vt supra dixi.Tu
discurre per casus.Primus est, quando index erat in ordine iudiciario,
& tunc sententia est ipso iure nulla,vt in l.prolatam. C. de senten. & in-
terlocutor. omnium iudicum . & secunda q. 3. §. difinitum. sed hoc
intellige vbi ordo est substantialis,secus si ordo non est substantialis,pu
ta quia est ordo vnius causæ ad aliam causam,puta vt prius cognoscatur
de possessione,quam de proprietate,dato.n.q ordo iste præremittatur
tamen si non appellatur,sententia valet,& remanet firma,vt in l.1. C.de
appel,& de hoc dic vt per gl.51.q.1.in sum.& per Bar.in d.l.prolatā. Se-
cundus casus est , quando interuenerit error in prolatione sententiæ ,
quia iudex tulit eam aliter,quam proferre volebat.& hoc casu si manife
ste constat de errore,non valet sententia, quod non præsumitur dixisse
q mente non cogitauerit,vt ff.de sup.leg.l.Labeo.de reg.iur.in ambiguo
nam verba deseruiunt intentioni,& non econtra,de appella. secundo re
quiris.& in c.intelligentia,& in c.præterea.de verbo. signifi. Sed si non
constaret de errore,tunc staretur sententiæ,vt ff.de arbit.l.qualem.& ff.
de re iudi. l.iudex. Tertius casus est, quando iudex tulit sententiam se-
cundum quod volebat,sed tulit aliter quam debebat , & tunc expresse
fuit lata contra ius,vel error fuit expressus in illa, & tunc est nulla 2. q.
6.§.diffinitiuæ.& post prin.versi.item si sententia,quæ est lex 2.C.quan-

do pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do prouoca. non est necesse. Aut error non est expressus in sententia, nec est expresse lata contra ius scriptum, sed fuit lata contra ius litigatoris, & tunc tenet, nisi appellet ur, vt §. de re iudi. inter. & in d. l. 2. C. quando prouo. non est necesse. Sed hunc vltimum casum limita, vt §. dixi in princip. huius add. & de hoc etiam habetur in Spe. de arbitr. §. fi. versi. quid ergo. & hæc sufficiant. Ale. de Ne.

CAP. III.

Dilecti filij. Summatū est §. capi. 1. In prima parte ponitur querela. In secunda dat iudices ibi, cum igitur Casus lit. Liuonienses ad fidem de nouo conuersi, grauem querimoniam ad sedem apostolicam transmiserant, quod fratres tē pli, & filij qui super eos habēt temporalem potestatem, si ali quando de aliquo crimine infamantur, compellūt eos subi re iudicium ferri candentis, & si qua exinde sequatur aduſtio, pœnam Regalem infligunt. Cum ergo iudicium istud sit interdictum, quia Deus tentari videtur, mandat papa cuidam iudici, quatenus dictos fratres, & alios per censuram ecclesiasticam cōpellat, vt ab huiusmodi conuersorum grauamine, omnino desistant. B. No. 1. ex tex. papam habere potestatem, & iurisdictionem supra principes sęculares, inquantum abutuntur iurisd. temporali in grauamen subiectorū. Secundo no. vnam causam, quare reprobetur purgatio vulgaris, nam per eam Deus tentari videtur, vt in litera, cum ferrū ignitum naturaliter debeat lædere tangentem, vnde in hac purgatione vulgari agitur, vt miraculose hoc nō cōtingat.

De iniurijs, & damno dato. Rubr.

Continuatur ista rubrica ad præcedentes hoc ordine, supra visum est de varijs excessib. tam prælatorū: quā subditorum. verum quia ex eis frequenter inferuntur iniuriæ, & dāna irrogantur, merito post p̄cedētes titulos, subijcitur iste.

SVMMARIVM.

1 *Delicta, quæ concernunt vindictam publicam, non tolluntur mutua cō pensatione, secus si concernunt interesse partis.*
2 *Prouocatus ad iniuriam, an poterit per prouocantem accusari; & an ligetur statuto faciente mentionem de percutiente. vide infra nu. 4.*
3 *Animal irrationale, si prouocatur ab alio, & illum occiderit, non tenetur dominus. vide infra in c. fi. in fi.*
Percussus, vel vulneratus, siue aliter debilitatus, potest agere ad suum interesse, vel expensas, contra illum qui dedit causam debilitationis, etiam si non iacuerit in lecto. 6.
5 *Homicida, siue aliter debilitans aliquem ideo quod tempore vitæ sue re manebit debilitatus, tenetur ad omnia, & ad omne illud quicquid ille potuisset lucrari.*
7 *Iniuriatus si remiserit iniuriam, non censetur remisisse suum interesse, sed tantummodo rancorem.*
Iniuriatus non tenetur remittere iniuriam nisi ab eo petatur.
8 *Homicida non tenetur de homicidio, quod dolo non commisit.*
9 *Iniuriatus potest agere contra iniurantem criminaliter, & ciuiliter; non tamen simul.*

CAP. PRIMVM.

Sirixati. Breue est, & propter eius brenitatē non summatur, nec recipit diuisionem. Casus litera. Ista quinque capitula hic sequentia sunt veteris legis. In primo dicit, quod si homines rixati sunt adinuicem, & alter alterum lapide, vel pugno percusserit, nec mortuus fuerit, sed iacu it in lecto, q̄ p̄cussor soluat illi operas derditas, & expensas
1 in medico restituat. B. † No. 1. ex tex. quod rixa præcedens, non excusat percussionē sequentē, vnde percussor nihilo minus tenet, ex p̄cussione sua, licet rixæ calor præcesserit, cō
a cordar l. fi. ff. de sica. [a] Et potest adduci hæc litera in arg. Titius & Sempronius percusserunt adinuicē, vel dixerunt sibi conuicia alternatim, nunquid istæ percussiones, vel iniuriæ, tollantur mutua compensatione inter se, & sic conuentus super iniuria, vel percussione, possit dicere, non teneor tibi respondere, quia tu me percussisti, vel iniuriam intulisti. & dicendum quod non debet audiri sic excipiens. cum. n. istæ rixæ, & percussiones sint separatę ad diuersa facta, & versant circa diuersa, non tollūtur mutua compensatione. secus q̄n versantur circa idem factū, vt mutuum adulteriū mariti, & vxoris: circa matrimoniū. n. cū agitur ciuiliter ad separādū matrimoniū, quoad thorū, & lucrandū dotem, bene tollun
b tur hęc delicta mutua compensatione, [b] vt in c. intelliximus,
c de adul. & ibi per Inno. [c] Et prędictam conclusionem tenet
2 Spe. in ti. de accusa. §. 1. in ver. quid si vocaui te, & ibi recitat nota. dictū quorūdā, asserentium quod si tu prouocasti me dicto, vel facto, ad iram; & ego si sic prouocatus de dicto, vel facto offendi, non potes agere ꝯ me, quia dedisti cām; & calor iracundię, calumnię vitio caret. 2. q. 3. si quem pœnituerit §. notandum. quod dictū mihi ex toto nō placet, vt omnino vitetur pœna, quia vt supra dixi, ista versantur circa diuersa. vnde quilibet potest agere pro iniuria sua, & regulariter nō licet vlcisci. C. quando lic. sine iud. se vindi. per totum. argu. per locum à speciali. facit l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l.
d Aqui. vbi bonus tex. q̄ percusso [d] nō licet insęq̄ percussorē su
gientē, pro hoc pōt adduci hæc litera. nā hic nō pōderatur, quis fuerit author huius rixę, & nihilominus indistincte per cussor tenetur. ad idē d. l. fi. ff. de sica. puto tū quod mitius pu nietur iste, qui prouocatus offendit; quia difficillimū est iustū dolorem compescere, vt in simili vult tex. §. fi. in l. si adulterij.
3 §. imperatores. ff. de adult. † Et hæc procedunt inter homines habētes rōnē. secus vbi dicendum inter ipsa animalia irrationabilia, q̄a si animal prouocatū, aliud occidit, non vt teneri dominus, de quo in l. 1. §. cū arietes. ff. si qua. pau. fe. dix.
c q̄ no. gl. in c. si bos alienus, §. c. ti. [c] † Et faciunt hæc ad statu
4 ta impōētia certā pœnā pro qualibet percussione, nunqd pronocatus percutiens, incidat in illā pœnā statutariā, dicit
f dū est q̄ sic, [f] qa statutū loquitur indistincte; sed iudex exofficio suo dēt illā pœnam ex cā moderari, fm no in l. qd ergo, §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. & laut facta. in fi. ff. de pę. & hoc vltimum no. voluit Bart. in simili. in l. 2. ff. de re eo
3 not.per Io.And.in c.quamquam,de vsu.lib.6.& per Cal.ỹ.in
4 prooe.huius cõpillationis.Nec ob.ca.inebriauerũt. 15.q. 1. quo fundat se Inno.quia ibi est mera pœna,sed hic est
5 super quo fundat se Inno.quia ibi est mera pœna,sed hic est interesse ex parte patientis damnum . [b] † Secundo no. ibi opem tulisti,qr ẽt de iure canonico,præstans opẽ , tenetur sicut principalis,tam ad æstimationẽ damni,quã ad pœnam, nisi ageretur criminaliter,vt in l.vnica;C.de rap. virg.& in c. c barto.ff.de fur.statutũ [c] tñ faciens mentionẽ de cõmittẽte delictũ,non comprehendit opem præstantẽ. nã aliud est ferre opem ad delictum, aliud committere delictũ pro hoc text.hic vbi ista ponuntur , vt diuersa. & optime facit textus in d.l.is qui opem.& ibi Bartol. hoc nota , & quia quotidie accidit. [d] † Tertio nota.tex.ibi imperitia tua,&c.contra medicos,& alios artifices,vt si per eorum imperitiam alicui dãnum illatũ est,qr tenentur ad æstimationẽ damni. facit l. illicitas,prope.fin.ff.de offi.præsid.& c.ad aures,de etate & qualit.& no.in c.tua.ỹ.de homi. idẽ dicerem in Doctore [e] cuius imperitia damnum alicui illatũ est,vt quia perdidit cãm , vt tunc teneatur Doctor ad emendã damni. qr ẽt vult Host. in c.alumniam. ỹ.ti.prox. [f] No.quatuor in versi.qr si,qr pro dãno dato ab animali alicuius,non tenetur dñs in solidum ad emendã,sed liberatur dãdo animal, nisi dñs fuisset in culpa, tunc.n.tenetur insolidũ,nec liberaretur dãdo animal,vt putã si animalia naturaliter erant ferra,vt vrsus,leo, & similia , & si dñs tenebat ea in publico,vel non bñ custodiuit, vel si nõ erãt naturaliter fera,tñ ex consuetudine solebãt esse noxia,vt bos erat solitus cornu petere,vel equus calcitrosus, 6 & similib.casibus tenetur dominus insolidum, si non diligenter custodiuit. † Vltimo no.qr non quilibet dans occasionem damni tenetur de damno, sed ille solus,qui potuit ob 7 uiare damno,& non obuiauit.In glos.in verbo, ignorantia, ibi, quoties conuicium dicitur circa hoc conclude post Host. quod aut dicit quis conuicium [g] alteri in accusatione,vel in denunciatione,& probat,& tunc nõ tenetur. vnde in libello dico te latronem,vel adulterum;& probo , non teneor.idem si repellam te à testimonio, quia hoc facio authoritate iuris,& non animo iniuriandi,vt in c. testimoniũ, ỹ.de test.& c.licet ỹ.de accu.de quo in l. itẽ apud Labeonẽ. ff.de iniur.Si vero extra iudicium;& tunc aut impingo falso tibi conuicia,& teneor,vt ff de iniur.per totũ,& hic in princip.& in ca.cum te.de re iu.Aut dico verum , vt quia voco Spurium vti es,vel cucurbitum.& si expedit Reipublicæ ista esse nota,non teneor:secus autem vbi non expedit scire cũ nõ operatur nisi infamationẽ,vt ex text.not.in l. cũ qui nocentem.ff.de iniur.Exemplum , expedit Reipublicæ scire te esse latronem,vel adulterum;& tunc si dixi tibi hoc conuicium,& volo probare ita esse,nõ debeo puniri,secus vbi nõ expedit Reipublicæ,vt quia appello te bastardum , vbi nihil pertis,secus si dicerem,vt repellerem te ab ordine;vel dico te, cucurbitum,quia non expedit hoc scire respectu demeriti
h quia magis dolet ipse,quam alius,& sic in simili. [h]

ADDITIONES.

a ¶Damnificandi.Vide Dec.tenentem contrarium in c.1. in 1. lect. supra de consti. Seb.Sap.

b ¶Damnum.De hoc dixi in d.c.fi egressus supra eod.

c ¶Statutum.Statutum puniens facientem delictum , non habet locum in præstante opem.Et vide in simili quod nota.in c.inter solicitudines.Inp. pe purgatio.canon.per eundem Abb.& adde quod idem in terminis dicit Antonj.in capitu.fi.de pace.Sed distingue,vt per Paul.de Cast. in l.ne cessarias.§.de vendendo.ff.de pigno.actio.vbi distinguit an statutum loquatur in rem,vel personam, Bar Bel.
Statutum.Vide late Ange.& de Are.& Ang.Arimi.in tract.malefi.in ver.An dream auxiliatorem,& in verbo dictus And.armatus , & in verbo,dicto maleficio semper astitit. & per Feli.in c.sicut dignum, supra de homi. & per do.Bar.Ver.in cõl.pe.inci.scio magna.& in consi.2.in cip.super casu.

d ¶Accidit.Vide no.in c.mulieres.de sen.ex.com. Ale.de Ne.

e ¶In Doct.Vide do.An.in d.c.tua nos.de homi.& ibi dixi. And.Bar.

f ¶Tit.prox.Dicit autem Gosi.quod culpa quandoque præcedit quandoque sequitur,quandoque inest.Ad primum allegat l.qui occidit.§. in hac.ff. ad l.Aqui.& l.qui foueas.eo.tit.Ad idem ỹ.e.c.2.& 3.sequitur in medico qui bene secuit,sed incuratum reliquit.Culpa autem inest, qñ quis male secat.Verunque probatur,ff.ad l.Aqui.l.idem iuris.in prin.Sed tu vide quod dixi in c.tua,supra de ho. & ibi no. quod culpa non debet committi,nec ante factum,nec in facto,nec post factum,& istud idem figuficat.Dicit autem Iuno.quod iniuria dicitur contumelia , vnde oritur actio iniuriarum,vt in leg.1.& per totum,ff.de iniur.Quandoque iniuria dicitur culpa,& dicitur iniuria,i.non iure factum, vt ff. ad l. Aqui.l. 5.§.iniuriam,& C.ad l.Aquil.l.2. Ale.de Ne.

g ¶Conuicium . De ista q.vide elegentissime,& melius,quam alibi,per Io. And.in addi.Specu.in tit.de iniu.in quadam addi.magna,vbi recitat omnium opiniones.& per D.Abb.in c.cum te.de re iu.& an teneatur actione iniuriarum,qui dicit alicui conuicium,& postea probat.adde quod no.Bald.Inst.de iniur.§.1.& vide etiam Ang.& Pau.in l.3.in prin.de li.& posth.& de hoc vide per Oldrad.in consi.53.& per Ab. in 2. parte stat. c.45.& vide omnino per Bald.in apo.in l.si vero.6.qui pro rei qualitate ff.qui fatild.cog.& per Bar.in l.eum qui nocentem,in prin.ff.de iniu.& p Cyn.in l.si non conuinci.in 6.q.C.de iniu.item de quæstione hic posita, vide omnino Sali.in l.4.quæ incipit.si non est. C.de iniu. istam differentiam inter conuicium,& contumeliam,& improperium, vide per beatum Thomas in 2.2. quæstione.72.arti 1.circa fi.vbi dicit quod si quis dicat alicui quod est fur,hoc non solum est conuicium , sed est contumelia,quid autem sit improperum, declarat iurisconsultus. in Litem apud Labeonem,§.conuicium.§.seq.ff.de iniu. improperium enim est,si quis reducat ad memoriam alicui auxilium , quod ei contulit necessitatem patienti.alias etiam quæstiones de cõtumelia ponit D.Tho.in præl.2.3. & 4.articulis illius 2.qũ. & vide quæ notaui post.Ab.in cap.1. circa prin.de male.item ad quæstionem quam ponit hic Ab.vide quod not.Bar.& Ange.in l.quæ omnia.in prin.ff.de procu.item adde quod fi testibus contra me productis oppono,quod sunt infames,vel criminosi , ex hoc ab eis non possum conuenir actione iniuriarum.ita dicunt Gul.de Cu.Bald.& Ang.in l.fi.ff.quod quisque iur.per illum tex.& allegant in arg.l. qui cũ maior.§.libertus.ff.de bo.li.& Libertus à patrono.ff.de in ius vocan.Dicit tamen quod tutius est protestari,quod non opponit animo iniurandi.Et dictum eorum intellige,quando illud,quod opponunt , est verũ, nam si esse falsum,opponens bene conuenire tur.Ad hoc, l .iniuriam la grande.§.fi quis iniuriarum. ff.de iniur.Quid autem de obiciente alicui crimen per viam exceptionis in iudicio,quod non probat, an possit conuẽtione iniuriarum,plenissime dicunt Specu.in tit.de accu.§. 1. circa fin.verific.sed pone quod obijciens.vbi etiam per Io. And. in addi. vbi omnino vide pro decisione quæstionis,quam hic scripsi in fi. apost. magnæ.& postquam hoc scripseram,me audiente do.Fran.de Are.legan do dicebat se per prædictam singularem doctrinam to.An.in addit.in ar dua facti quæst.in ciuitate Ferrarien. si defendisse quendam facerdotem quem alias oportuisset fugere de ciuitate,& ideo ipse multum exclamabat. Bar.de Bel.

¶Adde Pe.de Anch.consi.63.vbi etiam in facto consuluit , &dicta Oldra. sunt illa quæ refert Io.An.in loco.supra alleg.

h ¶In simili.Pone verba Host. cum quibus communiter Docto. transeunt. quærit enim Hostien.quid si aliquis vocat aliquem periurium,vel adulterum,& verum dicit an puniatur,distinguit,quod aut dicitur accusans do,& denunciando,& ad pœnam,& tunc si probat non tenetur, vt ff. de iniur.l.eum qui nocentem.& C.de iniu.l.si quidem.§.fin.aut hoc facit excipiendo,ad hoc vt repellat ab ordine,vel testimonio , vel similibus de testibus ex parte.cum enim hoc concedatur à iure,non videtur iniuriam facere,de electi.cum ecclesia. cum fin. Aut dicit solum ad infamandum,nec habet tustam causam dicendi,& tunc tenetur actione iniuriarum,vt d.l.si quidem.C.de iniur.& 6.quæst.1.ex merito.& capitu. deteriores.facit l.si vxor.in 1.respon.ff.de adul.secus in eo qui vocat aliquẽ bastardum,vt repellat ab hæreditate,tunc enim non tenetur, qui filiũ leg.lator.& capitu.causam.Sed Bar.in l.eum,qui innocentem. ff. de iniu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simpliciter tenet, quod aut expedit Reip. talem iniuriatum manifestari, & tunc si est verum, non tenetur, quia expedit Reip. infamiam alicuius manifestari. f. vel ne admittatur ad testimonium, vel aliud officium subeat. Aut non expedit Reip. talia manifestari: & tunc tenetur iniuriatum, quia Reip. non interest talia dici, videlicet, tu es cœcus, vel claudus & puto opin. Bar. esse verum, f. vt etiã si quis dicat animo infamandi nõ puniatur quando Reip. expedit vitium, vel crimen detegi, & hoc probatur in d. l. eum qui nocentem, vbi tex. loquitur de illo qui dixit animo infamandi, & irrogandi iniuriam, & tamen dicit, q̃ non punitur, si verũ dicit, quia peccata nocentium expedit Reip. manifestari. Bed glo. in d. l. eum qui nocentem. hoc limitauit, dicens q̃ debet intelligi, nisi quis formaret famosum libellum, animo infamandi, quia tunc etiam si verum diceret puniri deberet, etiam si Reip. expediret illum detegi, vt in l. 1. C. de famo. lib. Sed in quæstum ℈. concluſum est, q̃ obijciens homicidium, vel aliud crimen, tenetur actione iniuriarum, si illud non probat, an sufficiat in genere obijcere, puta si dicitur, tu es vnus malus homo, Bar. no. in l. turpia. in prin. ff. de leg. 1. dicit, quod non sufficit stare in genere maledicionis, puta si diceretur, tu es homo impius, & pessimus, & similia, sed necessarium est quod deleãdat ad speciem, puta si dico tu fecisti furtum, vel homicidium. Ex quo no. quod quando alicui maledicitur, in genere, non potest agere actione iniuriarum, etiam si conster iniuriantem dicere fallum. ponit enim in d. l. turpia, Bar. aliud dictum, scilicet, quando quis dicatur aliquem infamare, puta si dicit statutum, si quis aliquem de aliquo maleficio diffamauerit, puniatur certa pœna. & Bar. dicit quod non requiritur quod ex dicto surrexerit infamia, vnde accusans de diffamatione non tenetur probare quod infamia surrexerit ex maledictione. Nam infamare dicitur, qui pronunciat aliquod verbum, infamiam alicuius continẽs, vt in l. item apud Labeonem. §. liber homo, ff. de iniur. & in l. lex Cornelia. §. fi. cum l. seq. e. ti. & C. de famo. lib. 1. & hæc tene menti. Ale. de Ne.

De pœnis. Rub.

Continuatur ad præcedentes hæc rub. hoc ordine, quia supra vilum est de varijs excessib. propter quod pœnæ debentur, merito subijcitur nunc rub. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Delictum toties punitur, quoties iteratur. nn. 3.*
Actor condemnatur in expensis toties, quoties deficit in probando.
2 *Contumacia vnius non potest multari supra tres vices, quãdo sest commissa circa eandem rem, secus si circa plures.*
3 *Delictum vnum pluries perpetratum eodem instanti, vel tempore, an pro pluribus puniatur, stante statuto, quod delinquens puniatur.*
4 *Furta commissa in alijs territorijs aggrauant furtum postea alibi commissum, non tamen potest ex illis specialiter puniri.*

CAP. PRIMVM.

1 PEa quæ. † Breue est, vel põt sic summari, roties puniendus est criminosus, quoties delictũ iterat. & pone exemplum in c. pia, de exce. li. 6. vbi excommunicationis exce. potest ℈ actorem pluries opponi. ibi dicitur, quod quoties deficit in probando, toties debet puniri in expensis, vt ℈. etiam subijciam. Casus literalis. Quærebatur vtrum vna satisfactio, plura peccata comprehenderet. Consultus Papa,
2 respõdet, q̃ quoties quis peccat, toties puniri debet. B. † No.
a 1. ex tex. q̃ frequentia, [a] & repetitio delicti, nõ præstat, aliquam immunitatem respectu pœnæ, imo toties est puniendus, quoties illud delictum cõmittit. Sed contra hoc facit l. fi. C. de modo mulct. vbi iudex pro contumacia sæpe, & sæpius iterata, nõ potest mulctare, nisi vlq; ad tertiam vicem. variæ dãtur ibi solutiones, & in l. nunquã, ff. de pri. delict. vera & communis fol. est, vt si cõtumacia reperitur in eo. facto, locũ habeat lex cõtraria, exemplum, iudex citat Titium sub certa pœna, vt compareat tali die ad recipiendum libellũ nõ comparet, iterum citat eum sub alia pœna, vt veniat ad respodẽdum libello, si nõ comparet habet locum pœna, sed vltra pro eo facto nõ punit, quia satis videtur punitus; secus quãdo contumacia cõmitteretur in diuersis articulis, seu in diuersis factis, quia toties potest puniri, quoties cõtumaciã
b committit. vt hic, & in l. nunquam. præall. [b] † Et pro declara
3 tione huius tex. sciendum, q̃ quãdoq; comittũtur plura de
c licta [c] ex parte committẽtis, & ex parte recipiẽtis, vt quia ho die percussi te vnico ictu: eras alio ictu, & in dubio habet locũ iste tex. & d. l. nũquã. quandoq; delictum reiteratur codẽ impetu, vt quia eodem impetu plurib. percussionib. te percussi, vnde potest dubitari si eras clericus, nũquid inciderim in tot excõmunicationes, quot fuerunt percussiones, codẽ modo si dicit statutũ, quicunq; dederit alteri alapã, puniantur in centũ, quidam in codẽ impetu dedit tres alapas; codẽ mõ põt quæri in adulterio reiterato eadã nocte. veleadẽ hora, nunquid puniatur pro plurib. adulterijs. quandoq; delictũ videtur vnicum ex parte committẽtis, sed plura ex parte recipiẽtis, vt percussi te cum calcarib. seu cum forcipe, vnũ fuit delictum ex parte mea. sed ex parte tua plura, quia plura vulnera illata fuerũt, & statutum punit pro quolibet vulnere in cẽtum, nunquid puniatur toties in centũ, quoties fuerũt vulnera illata, de ijs, & similib. potest dubitari, nũ quid habeat locum iste tex. vt reiteretur cõdemnatio ex ite
d ratione delicti [d] & quia materia est longa, & subtilis, videe plene per Bar. in d. l. nũquam. vbi etiam multas remissiones facit, & per Io. An. in reg. delictum, de re iur. lib. 6. in mercu,
e & aliquid no. in c. contingit. ℈. de sen. exc. [e] † Vnum tamen
4 no. q̃ si quis commisit plura delicta [f] in vno loco. & in hoc
f territorio commisit aliud delictum, vel reiterat illud, nõ potest puniri pro delictis alibi commissis, nisi alia ratione, hic fortiatur forum, sed pœna aggrauari potest, ex delictis alibi commissis, exẽplum, no. in fure, qui commisit varia, & diuersa furta in vno territorio, nunc in altero territorio committit vnum furtuũ, tunc habito respectu ad alia potest dici famosus latro, & poterit hic, vbi commisit tũ vnum furtum suspẽdi tãquam latro famosus, l. capitaliũ. §. famosos ff. de pœnis. licet directe nõ possit puniri pro delictis alibi cõmissis.
g & hoc singulariter ponit Bar. in l. si cui. in fi. ff. de accusa. [g]

ADDITIONES.

a ¶Frequentia. Adde hic q̃ no. Ioan. de Lig. in cle. dignum. in §. q. prine. de celeb. missa. vbi ponit, an ille, qui tenetur dicere officium, si omittat totum vnius diei, dicatur toties peccasse mortaliter.

b ¶Præall. Sed tu distingue, & dic, q̃ aut loqueris in pœna, aut in mulcta. Si in pœna, & tunc dic q̃ ista potest infligi toties, quoties quis deliquerit, vt dicit gl. in l. quicunq;. C. de ser. fug. & illam gl. sequitur Ias. de Are. vbi de in illa imponenda, non põt aggrauare, quia non est ipse, qui peccat, infligatur, sed lex, vt in l. 1. ff. ad Turp. & 2. q. 3. §. notandum. Sed mulcta est ita: quæ relinquitur arbitrio iudicis, & ideo quia illa potest grauare non conceditur a iure ita latæ habenæ in inferẽdo mulctã, secus in infligendo pœnam. Vnde si loqueris in mulcta, & tũc, ẽt iudex vult mulctare pro delicto quod vertitur in alterius iniuriam principaliter, & potest puniri tories quoties deliquerit, vt dicit Dyn. & Bar. vbi ℈. Aut delictum non vertitur principaliter in alterius iniuriam, sed concernit principaliter correctionem morum, & tunc distinguẽdum est. Aut cõtumacia fuit delictum continuatur circa idem, aut circa diuersa, vt dicit etiam hic Abb. Sic, & capies eius verba, quæ fuerunt tac. de Beluiso in quadam disputatione, & Bar. in d. l. nunquam plura, qui dicit tres solutiones infungendas & ita feci ex his reducendo prædictam distinctionem. Ale. de Ne.

c ¶Delicta. Istam distinctionem pulchre ponit Pe. de Anch. in c. cum venit, de re iud. li. 6. & vide gl. & quod ibi no. super Ab. in clem. 1. de sen. & vide bonum tex. in Lillud. in fi. ff. ad l. Aquil. vbi tex. dicit, quod vulnus continuatur cum morte eod. momento illata, & idem de aggressura dicit gl. in l. qui de crimine. C. de accu. & idem dicit Bal. in l. aduersus. in fi. C. de fide. vbi etiam subijcit q̃ si statutum punit delatorem armorum, & vnus tunũ punit percussorem, q̃ percutiens cum armis nõ punitur, nisi per statuti dispositionẽ de percussione, cuius contrariũ videtur sentire Bal. de Bel. in Auth. de armis. §. præsente. per illum tex. item adde hic q̃ gematio pœnarũ, non habet locum in corporalib. Vnde si statutum dicit, q̃ ei qui dederit alapam Potestari, debeat abscindi vna manus, si quis dederit duas, nõ abscindẽtur duæ manus, sed secũda pœna mutabitur in pecuniariam, & idem esset in similib. statutis publicantib. pœnam, puta si fuerit factum in platea, & est ratio, quia in corporalib. non est dare duplicationem, sed esset magis, quam duplicatio. ita dicit no. Bar. in l. unus. §. in pub. de leg. 2. & Bal. in l. vnica. in fi. C. de sent. quæ pro eo ℈ inserũt, adde Barto. in l. vulgaris quæstio. ff. de fur. & de illo, qui vulneratus, quem cum forcipe, siue biburce, aliàs bifurca. & idem Alb. in 2. parte st. a. q. 41. & vide cũdẽ in ead. parte st. a. q. 31. quid si quis vno impetu dicit alicui plura verba iniuriosa, an puniri debeat pro qualibet iniuria, vel pro vna tantum, vide Alb. in 2. parte st. a. q. 42. & si statutum imponit certam pœnam blasphemiati Deũ, & aliam blasphemanti sanctos, an habeat locũ in eo, qui vno impetu blasphemauit Deũ, & sanctos, an ambabus pœnis debeat puniri. Alb. in 2. parte st. a. q. 44. & vide etiam in hac materia aliam q. quam ponit Alb. in 4. parte st. a. q. 85. & vide Alb. in 1. parte st. a. q. 63. & si vnus fuerit accusatus, quod fecerit insultum, maxime si feriat, licet maxime, varijs modis summatur in iure, tamen fiet eius interpretatio hoc casu vt intelligatur, si statutum in eodem impetu, secũdũ Imo. post Bal. in l. diuortio, in prin. ff. soluma. qui etiã inter cætera dicit, pro fin. gl. in præall. qui crimine. C. de accus. & de illo, qui facit vnum impetu semel plura furta, an debeat suspẽdi vigore statuti de trib. furtis, vide Bal. in auth. sed nouo iure. ver. vlterius quæro. C. de ser. fug. & de illo qui vno impetu dixit vni plura verba iniuriosa, an toties possit conueniri actione iniuriarum, vide omnino Bar. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniu. item quando statutum diuersimode punit iniuriantem vulnerantem, & de omnib. puniri vult. vide omnino late per Io. An. in addi. Spe. in rub. de homi. & de ista multiplicatione pœnarum, vide omnino in rub. de iud. Et circa id q̃ dixian confundantur insultus, vulnere, vide omnino Maria. in repetitione, Capituli qualiter & quando. in j. quæ 10. quæst. prime. de accusa.

¶Adde de percutiẽte cum forcipe Ang. consi. 22. & de dicente verba iniuriosa. Ale. consi. 112. li. 2.

¶Adde hic quod no. Io. de Lig. in cle. dignum. in 6. q. prine. de cele. mis. vbi ponit, an ille, qui tenetur dicere officium, si omittit totum vnius diei, dicatur toties peccasse mortaliter.

¶De hoc vide gl. 6. q. 1. imitare. & Spe. in tit. de sent. prolat. in fine & de cõtu. §. fi ver. sed pone iudex: vbi omnino vide. Ale. de Ne.

d ¶Delicti. Vide Alex. in l. inficiando, §. infans. ff. de fur. Ias. in l. eum qui. §. in popularib. ff. de iureiu. cum multis alleg. per dom. meum Curtium iun. in pe. c. fi. supra de consue. Seb. Sap.

e ¶Excom. Vide etiam no. per Bal. & Paul. de Cast. in l. quicunq; C. de ser. fug. vbi examinant istam materiam. Ale. de Ne.

f ¶Plura delicta. Hoc dictum etiam ponit dominus Ab. in c. 1. sup. de cle. per cuss. & vide quæ ibi de hoc plene scripsi. Bar. Bel.

g ¶ff. de accusa. idẽ dicit Bal. & Pau. de Cast. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. Sed quæro pro intellectu tex. qualiter accipiat verbũ, fuit actio fingitur q̃ qualibet trãgressione pceptorũ. Sed stricte ius sumitur. & collusione, q̃ facit accusator cũ reo, l. 1. & 2. ff. de quar. & 2. q. 2. §. notandum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos si fuerit iniuratus, censetur facta iniuria episcopo, adeo quod ipse poterit agere actione iniuriarum.*
2 *Sacerdos si decedat ab intestato, multis consanguineis relictis, eius bona debent diuidi inter pauperes Christi.*
3 *Pœna quæ soluitur pro iniuria facta alicui presbytero, an applicetur episcopo, vel hæredi ipsius.*

CAP. II.

1 PResbyteri. Dicit, quid faciendum sit de pœna, quam soluit interfector presbyteri. h. d. Vel sic. Interficiens presbyterum puniendus est, & pœnæ pars ecclesiæ cui præfuit, alia pars pro eius anima distribuit. Primo ponitur
a dictum. Secunda ratio ibi, quia. Casus literalis. [a] Si aliquis interfecerit presbyterũ, & compositio inde fiat accepta pecunia soluitur illius episcopo, ita q̃ medietatẽ tribuat in vtilita
2 tẽ illius ecclesiæ cui præfuit, & alteram pro anima defuncti
4 pauperibus eroget. Ber. † No. 1. ex tex. q̃ pro iniuria illata sacerdoti potest agere episcopus loci: nã infertur iniuria, nedũ personæ ipsius sacerdotis, sed ẽt ecclesiæ vniuersali, vt in c. cum desideres. ℈. de sen t. excommu. & c. parochianos. e. tit. facit 2. q. 7. accusatio. Secundo no. q̃ licet sacerdos habeat propriã ecclesiã, non tamen pœna in totũ applicatur ipsi ec-
b clesiæ, [b] sed medietas sibi, & medietas episcopo, vt pro eius anima in eleemosyna iuste destribuatur. Et ex hoc videntur insurgere duo specialia in ista pena ad alia bona, q̃ dimittit presbyter cũ decesserit; nã illa bona in totũ applicantur ecclesiæ, cui præfuit, si non habuit consanguineos, vt no. in c. 1. de successib. ab inte. 12. q. vlt. c. fi. & in c. relatum. 2. de test. sed ista pœna, in totũ nõ applicatur ecclesiæ, vt hic. Secunda specialitas põt esse, q̃ epus hic aliquid capit; sed ex illis bonis nihil capit. si habuit ecclesiam. Et aduerte quia litera habet duplicem intellectũ. Primus est, vt episcopus destribuat medietatem in eius eleemosyna. i. pro necessitatibus suis. Alia lectu. vt destribuat pro eleemosyna sacerdotis infecti; & sic magis egenti. ar. in c. non satis. 86. Et possumus reducere ad cõcordiam distinguendo, quod aut episcopus est indigens, & põt tunc retinere sibi istam partem; aut non indiget, & dẽt
2 distribuere inter egentes. † Ex quo infero, q̃ bona presbyte
c ri decedẽtis sine consanguinitate, [c] debẽt peruenire ad episcopum loci, non vt sibi retineat, sed vt distribuat fm distinc-
2 tionẽ præcedẽtẽ. quod no. † Vltimo aduerte quia iste text. non aperit quid si iste sacerdos habuisset hæredẽ de sua consanguinitate, nunquid tunc pœna applicatur hæredi, an episcopo, vt hic dicitur. & Doctor. hoc non tangunt. Sed ego satis putarem. vt hæres admittatur pro iniuria, quatenus tangit personam presbyteri, pro hoc est tex. in fi. qui dicit quod nullus est hæres proximior, quam ecclesia. Sed certum est q̃ succedens iure sanguinis, excludit ecclesiam in alijs bonis, vt no. in d. ca. 1. de suc. ab intest. ergo intelligatur hæc litera, vbi decedat sine hærede sanguinis. facit quod dixi in c. 1. ℈. titu. prox. In gl. 2. in fi. de hoc, cui applicetur ista pœna pecuniaria quam episcopus exigis à subditis, dicam infra cap. seq.

ADDITIONES.

a ¶Casus literalis. D. Car. dicit hoc c. non est hodie in practica quia non imponitur pœna pecuniaria pro interfectione presbyteri.

b ¶Ecclesiæ. Ad hoc istum tex. dicit singularem Roma. in sing. 443. sed posito. & in l. stipulario ista. §. alteri. in fi. ff. de ver. oblig. refert Feli. in c. irrefrabili. §. cæterum. 4. ver. limita secundo, supra de of. or.

c ¶Consanguinitate. De hoc etiam vide per Do. Abb. in ca. excommunicamus. el grande, de hære. Bar. Bel.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus non habet iurisdictionem aliquam de iure communi sed de consuetudine secus.*
2 *Pecuniaria pœna non debet de facili imponi per prælatos, quia cẽsentur ex cupiditate quadam illam imponere. nu. 4.*
3 *Archidiaconus, qui de iure speciali habet aliquam iurisdictionem, potest exercere sententiam censuræ.*
4 *Statutum, vel consuetudo quod pro omni delicto imponatur pœna pecuniaria, non valet.*
5 *Pœna potest mitigari per quemcunque iudicem de crimine cognoscentem, dum pronunciat, postea vero non.*
6 *Pœna si non reperitur determinata à iure, vel consuetudine, erit arbitrio iudicis impone nda. nu. 4.*
7 *Pœna pecuniaria potest imponi per episcopum laico, etiam sibi tempora liter non subiecto si per aliquod crimen est factus de sua iurisdictione.*
8 *Pœna, quam soluunt criminosi, cui acquiratur.*

CAP. III.

1 PIcet. Archidiaconi, & alij prælati, qui in criminibus dispensare non possunt, pœnã pecuniariam imponere non possunt, vbi à iure alia statuitur. Ita communiter summatur, vel sũma aliter, & melius. non dẽnt prælati q̃ crimino
sis sustinendis, pecuniã exigere, nec etiam correctionis cã, ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere. hoc dicit Primo ponit Archidiaconorum actus reprehensibiles. Secundo mandat illos inhiberi, & combesci. ibi, mandamus. Casus literalis Archidiaconi Conuentren. episcopatus, p̃ corrigendis excessibus, vel criminibus, à clerici pecuniam exigebant. Item pro annua exactione quandoque rectores ecclesiarum suspendebant, ecclesias interdicebant, à vicarijs denarios exigebant, vt eos in ecclesijs celebrare pmitterent, hæc & alia committebant ℈ canonũ institutа. Mandat Pa. Catuarien. Archiepiscopo, quatenus hæc, prædictis Archidiaconis distrctius interdicat, si autem cõtrauenire præsũpserint, eos ecclesiastica censura cõpellat. Bernar. Nota 1. ex tex. q̃ in eodem episcopatu possunt esse plures Archidiaconis; & sic eadẽ dignitas est multiplicabilis in eadẽ diœcesi, de
1 quo in ca. quoniam abbas. de offi. deleg. † Secundo not. Archidiaconum sibi posse quære iurisdictionem cognoscendi de criminib. & puniendi, & hoc intelligo de iure speciali; nã de iure cõi, non fundat intentionẽ suam, nisi super his q̃ habentur in capitulo. ad hoc. in §. in quadã. de offi. Archid.
2 & ibi per Ioan. And. † Tertio not. ℈ istos prælatos inferiores de facili imponentes pœnam pecuniariam. Quarto nota, q̃ pro annua exactione non debet fieri suspensio, vel interdictum. & intellige qñ ista annua exactio erat indebita. nam si erat debita, bene põt suspensio fieri, & interdictũ poni, vt in
3 c. quæsiuit. de his quæ fi. à maio. par. ca. † Vltimo no. q̃ Archidiaconus, & alij prælati inferiores habentes iurisdictionẽ ẽt de iure speciali, possunt exercere sententiam censuræ. & sic possunt excommunicare, suspendere, & interdicere. Et facio hanc conclusionẽ circa potestatẽ exercendi censuram ecclesiasticam, q̃ quicunque iudex ecclesiasticus habet iurisdictionẽ fori contentiosi, siue de iure cõi, siue de iure speciali, sententiam censuræ proferre põt, argu. hic, & in c. 1. de sẽ. excommunica. lib. 6. & in cap. sicut. de simo. & in cap. cũ in ecclesijs. de maio. & obed. in c. cum ab ecclesiarum, de offi. ordi. An autem curatus possit excommunicare no. in d. c. cum ab ecclesiarum. & in capitulo. si sacerdos, eod. tit. dico plene in repetitione capitu. si quis contra clericum, de foro
4 compe. † In gloſſ. in versic. Pœnam. in fi. Not. gloss. ad quam quotidie fit remissio, cum quæritur, an iudex ecclesiasticus
a possit imponere pœnam pecuniariam. [a] & facit gloſſ. hic tria membra, nam quandoque ius pro delicto imponit pœnam pecuniariam, quandoque imponit aliam pœnam certã, puta deponitur, vel priuatur beneficio, quandoque nullã pœnã certam. Primo casu quando imponitur pœna pecuniaria, q̃libet iudex de crimine cognoscẽs, potest illam imponere. Secundo casu, qñ imponitur illa pœna certa, distingue an iudex possit dispẽsare. an nõ. Tertio casu, f. qñ nulla certa pœna imponitur, tunc concludit glo. q̃ est in arbitrio iudicis, quam pœnam imponat. quod nota. fed fm membrũ non vt procedere indistincte quia nimis restringit hanc literam; tum quia quilibet iudex cognoscens de crimine, põt ex causa, dum p̃nunciat, pœnam temperare, vt 2. quæst. 3. in capitu. si quẽ pœnituerit. §. notandum. & in l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his, qui notan. infa. & in l. hodie. ff. de pœnis. vnde in hac materia sic distinguerem, quod aut quæritur, nunquid iudex ecclesiasticus possit imponere pœnam pecuniariam mulctan do, aut pœnam diffinitiue imponendo. Primo casu dicendũ est, quod sic, si illa magis timetur, argum. in c. de causis, de offi. dele. & in l. vnica. ff. si quis ius dic, nõ obtem. & nota. Io. And. post Host. in c. 1. de homici. lib. 6. & satis sentit glo. quia pœna certa non est statuta pro contumacia arcẽda, vnde po
5 test imponere, prout sibi videtur, vt in d. c. de causis. † Secũdo casu principali, quando vult imponere diffiniendo, aut subest statutũ, vel consuetudo, vt pro quolibet delicto imponatur pœna pecuniaria, & non valet, q̃a insurgit dissolutio, nullã enim deliquens pertimescit culpã, cũ sperat cãm nummis redimere, vt dicit tex. in c. pauper. 12. q. 3. & hoc tenuerũt Io. An. & Host. in c. fin. de consti. & in c. 2. de delict. pue. Aut subest statutum seu consuetudo, vt vltra pœnã iuris, imponatur pœna pecuniaria; & valet, dummodo non p̃cedat ex radice cupiditatis; põt enim episcopus adiuuãdo canonem, imponere nouam pœnam, vt in capitu. 2. de ele. & Io. An. in c. fi. de off. archid. Aut non subest statutum, vel cõsuetudo, & tunc aut extra iudicium, prælatus vult exigere pecuniam pro delicto, & non põt, quia certi modi sunt in iure statuti procedendi contra delinquentem, & puto q̃ ita faciebant isti archidiaconi, quia extra iudicium sine causæ exigebant pecuniam pro delicto commisso, & susti-

ADDITIO.

a ¶Pœnam pecuniariam. Quando iudex ecclesiasticus posit imponere pœnam pecuniariam, late explicat Fel. in c. irrefragabili. §. cæterum, col. 1. ver. 1. conclusio. cum se. supra de of. or. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sustinebãt criminosos in delictis recepta pecunia. Aut vult iudex procedere iudicialiter, & tũc si certa pœna nõ est imposita, potest imponere pœnam pecuniariã, si illa magis timetur, vt hic in gl. Si vero est certa pœna statuta, & tũc si cũ causæ cognitione, volũt illam temperare pronũciando, possunt per iura superius allc.† Nam hoc videtur cõcessum cuicunq; iudici cognoscẽti de crimine, vt ex causa possit tẽperare pœnã, dum pronũciat, sed postquam pronũciauit, hoc nõ potest, vt in d.§.notãdũ. & l.1.ff.ad Tur. nisi possit dispẽsare super illo crimine, vt in d.c.at si clerici, in § si adulteriis, de iu. nisi esset mulcta imposita, quæ potest propter inopiã rei, etiã ex post facto temperari, vt est tex.no. in l. illicitas. in fi.ff. de offi. præsi.† Vlt. aduerte, q̃ vbi pœna [a] nõ est in iure expressa, debet imponi cõsuetudinaria: & si iudex excedit cõsuetudinẽ, dicitur excedere modum, ad hoc tex. iuncta gl. in l. hodie. ff. de pœnis, & in præall. l. quid ergo. §. pœna grauior, sed cõsuetudine cessante, venit arbitrium. † Sed quæro nũquid episcopus possit imponere pœnã pecuniariam laico tẽporaliter sibi nõ subiecto? Io. An. post Host. sentit in c. 1. de hom. li. 6. q̃ non, sed debet eã facere infligi per iudicem sæcularẽ, alle. c. 2. de maledic. & c. postulasti. §. de Iudæis, & c. cum sint leges, de hær. li. 6. hoc dictum mihi nõ placet, ex quo n. est casus, in quo etiã iudex ecclesiasticus vẽdicat sibi iurisdictionẽ in laicos, nõ apparet ratio, quare in casib. prædictis nõ possit sibi imponere pœnam pecuniariam, & q̃ possit, induco tex. 16. q. 1. c. statuimus, & 17. q. 4. c. quisquis. Et ad iura in cõtrarium alleg. respondeo illud fieri pro faciliori executione.† Sed quæro, quid fiet de ista pœna [b] pecuniaria, quam iudex eccleiasticus exigit in casu permisso Host. in sum. in tit. de offic. ord. §. quid pertinet. ver. nõ tamen debet dici q̃ aut ex statuto imponitur pecuniaria pœna in casib. permissis, & tunc potest iudex illam retinere sibi, & sic potest intelligi c. dilectus, de offic. ord. & c. 2. de delic. pue. Aut non subest statutum, sed iudex ex officio suo in casibus in quibus potest, imponit pecuniariam pœnam, & tunc posset sibi retinere, tamen si vult euitare suspicionem cupiditatis, debet deputare in piam causam, & idem no. Io. And. hic, & in c. 1. de hom. præal. Sed de iure ciuili cui applicetur mulcta, seu pœna pecuniaria, dic, vt no. in l. 4. C. de modo mulc. in l. agraria, ff. de termi. mo. & ibi vide.

ADDITIONES.

a ¶Vbi pœna. Si iudex in imponendo pœnam arbitraria n, excedit cõsuetudinem, dicitur excedere modum, sed vide gl. fin. in ver. alioquin, in c. inquisitionis, de accu. qui alle. & dicit non esse alibi do. Anch. in c. de causis, circa prin. de of. dele.

b ¶Illa pœna. Quando episcopus imponit pœnam pecuniariã subdito, cui applicet hæc pœna, & adde q̃ no. D. An. in c. vt clericorum, de vi. & ho. cle.
¶Adde videndum Lu. de Ro. sing. suis fol. 10.
¶Adde quod voluit Alie. fo. 15. Lud. Rom. in suo sing. 463. inci. Sed posito casu, de quo vide eundem sing. suo 620 inc. Regula est, & Gem. in c. fi. canonici. §. fi autem, & ibi Phi. Fra. & Cel. in apo. ad vtrumq; qui hoc sing. alle. de of. or. li. 6.
¶Illa pœna. Vide Pe. de Anch. in consi. 12. inc. spiritualis iudex, vbi vult, q̃ vbi punitio criminis spectat ad iudicem ecclesiasticum, pœna applicatur iudici sæculari, sed reprobat Car. in cle. 2. §. 1. in 2. q. de hær. & Fel. in d. c. irrefragabili. c. cæterum. col. 1. sup. de of. or.

SVMMARIVM.

1 *Litigans temere, vel calumniose si succubuerit, condẽnatur in expẽsis.*
2 *Litigans de ipso quod succumbit in causa, præsumitur calumniose, vel temere litigasse.*
3 *Condemnatio expensarum, quomodo fit, quando fertur sententia in fauorem absentis, & contumacis.*
4 *Iuramentum calumniæ, non excusat à condemnatione expensarum.*
5 *Litigans cum consilio aduocati, si succubuerit, an, & quando condemnetur in expensis.*
6 *Litigans pro vna opinione alicuius quæstionis multum dubitabilis, si succubuerit non condemnatur in expensis.*
Litigans cum consilio alicuius accutissimi Doctoris, si succubuerit, non condemnatur in expensis.

CAP. IIII.

Alumniam. Victus condemnatur victori in expensis, etiã in causis, pecuniariis, & vnũ casum excipit. h. d. Primo legẽ, recitat, quam secũdo approbat, ibi, quoniam. Casus lite. Qui calumniose litigant, puniẽdi sunt, & de calũnia puniuntur ẽm q̃ leges præcipiunt, etiam quia istud sacris consonat institutis, præcipit Papa, vt dæ cetero in pecuniariis causis victus victori in expensis legitimis cõdemnetur, 1 nisi feratur sententia pro absente. B.† No. primo ex tex. q̃ victus cõdemnandus est in expensis, non solum cum calumniose litigat, sed etiam cum temere, & ad hoc solet allegari quotidie hæc litera cõcor. l. cum quem temere. ff. de iud. Et differẽtia est inter calumniam, & temeritatem, nam calũnia consistit in animo, & non potest probari ex actis, sed tamen probatur ex coniecturis, cum sit quidam dolus, l. dol. C. de dolo. & c. 2. de renun. li. 6. Temeritas vero, potest esse sine dolo, & probari ex actis, vt quia habẽs iniustam causam, non habito cõsilio peritorum, credẽs proprio capiti se habere, bonam causam, litigauit. talis. n. dicitur temere litigare. Secũdo no. q̃ in cõdemnatione expensarum, standũ est legib. imperialibus, ex quo non cõtradicunt canonib. Et expediendo totum intellectum huius c. vna cũ gl. subijcio quatuor quæsita. Primum est, nunquid quilibet deficiẽs in iudicio, præsumatur calumniosus, seu temerarius; & sic habeat locũ condemnatio expensarũ. Secundũ, quomodo sit procedẽdum in condẽnatione expẽsarum, quãdo sẽtẽtia fertur in fauorem absentis cõtumacis. Tertium, nũquid succumbẽs, qui iurauit de calumnia, debeat cõdemnari in expensis. Quartũ, quid si iste succumbẽs etiam litigauit cum cõsilio aduocati.† Et quoad primum communiter tenetur hic, & in casinem litib. de dolo & contum. q̃ eo ipso, q̃ succũbit, præsumitur calumniosus, vel temerarius, & venit cõdemnandus, in expẽsis, nisi ex aliquib. indicijs appareat eũ probabiliter, litigasse. nam iura simpliciter dicũt, victum victori in expensis cõdemnãdum. & sic præsumitur à iure calumnia, vel temeritas eo ipso, q̃ succumbit. † Quoad secũdam quæstionẽ, sunt principaliter duę opi. vna est, vt quãdo sẽtẽtia fertur pro actore absente, & cõtumace, q̃ tunc reus debet detrahere de sua cõdemnatione principali expẽsas, quas fecit in lite, sed succubuerit. & hoc statutũ fuit in odium absentis cõtumacis, qui habebat bonam causam, & voluit esse cõtumax. & istam etiã opi. sentit hic gl. & fuit Pla. antiqui Doc. uris ciuilis.[a] Alia opi. & cõmunior est, vt præsens victus, condemnetur absenti victori, etiam in expẽsis, sed de ista cõdemnatione expẽsarum, debet res suas expẽsas detrahere, & hęc opin. l. placet glo. in l. properandum. in §. fin autem reus. C. de iud. & sequuntur hic Io. And. & communiter Doct. nostri. nam ex primi opi. sequeretur inæqualitas, fm Io. An. inter actorem, & reum, quia si sẽtẽtia ferretur pro reo absente, actor præsens victus, nõ posset expẽsas suas deducere, ex condẽnatione, quia nulla est condẽnatio, cum reus rãum absoluatur. Item quia absens punitur dupliciter. primo, ga non reficer ẽtur sibi expẽsæ. secũdo, quia de condẽnatione principali detraherẽtur expẽsę rei. Et aduerte, quia iste te. in fi. loquitur nimis generaliter, & videtur innuere, q̃ quãdo sẽtẽtia fertur pro absente, tũc fit illa condemnatio expensarum. Sed ius ciuile loquitur magis clare in d. l. properandũ §. fin autem, vbi dixi q̃ quando sententia fertur pro actore, absente, tũe in pœnam ipsius, reus debet de cõdemnatione, sua detrahere expẽsas, quas fecit in lite, vnde variatur intellectus illius l. an debeat intelligi de condemnatione. f. principali, vt quia tenebatur soluere cẽtum, & expẽditur vnde detrahẽdo illa 20. tantum, remanẽt octuaginta soluẽda absenti: an vero intelligatur condemnatione sua, f. expẽsarum, & sic cõdemnatur reus absenti victori in principali, & in expẽsis, & de expensis actoris absentis, potest detrahere expẽsas, quas fecit. & certe licet intellectus cõis sit æquior, tamen alius intellectus videtur mihi verior. primo per istũ tex. in fi. nõ impropriãdo literam. vnde cum tm̃ tex. hic faciat mẽtionẽ de cõdẽnatione expẽsarum, dicens victũ victori cõdemnandum in expensis, nisi sententia pro absente feratur, ergo vt sit vera exceptio, debet intelligi, vt victus tunc non condemnetur victori in expensis, ergo cum l. properandum dicat, q̃ de condemnatione sua reus detrahat expensas, quas fecit in lite, non possumus intelligere, nisi de condemnatione principali. Ad istẽm iudicio meo, videtur tex. in d. l. properandum. in §. fin autem vbi dicitur q̃ sine vna parte presente, siue absente decidatur lis, semper victus debet victori condemnari in expensis. & omisit casum, quando lis decidit vno præsente, & alio absente; quia tunc non fit condemnatio expensarum, si sententia feratur pro absente, vt b superius dixeram, allegando §. fin autẽ. [b] nec obstat ing. quæ-

ADDITIONES.

a ¶Ciuilis. Sed tu dic, q̃ gl. non aperit. nam dicit q̃ victus præsens, sumptus suos de condemnatione deducit. vnde potest intelligi dupliciter. Primo mõ, q̃ dedugt de condẽnatione expensarum, in qua præsens condemnatur absenti habẽti bonam causam. Itẽ secundo potest intelligi q̃ deduceret de cõdẽnatione principali, & sic nõ apparet qualiter gl. intelligatur.

b ¶§. fin autem. Sed Ab. Sic. non condẽnauit illum tex. Nam ibi dicitur q̃ si. ne parte absente, siue præsente, vtraque lis fuerit decisa, victus victori debet condemnari in expensis. Item q̃ etiam alterutra parte absente. i. reus. siue actor sit absens victus victori debet condemnari in expensis. Ergo ibi nõ est obmissum, quando vnus est præsens, & alius absens, imo ibi est decisum quod si fertur sententia, reo præsente, actore absente, reus præsens debet condemnari actori absenti in expensis. & idem e contra re præsente, & reo absente. Si ergo reus præsens debet condemnari in expensis actori absenti, debẽt deduci expensæ rei de condemnatione expensarum, quia reus præsens condẽnatur absenti. & sic ibi est casus pro opi. communi. Ale. de Ne.

litas, quam adducit Ioan. An. quia ideo obseruatur, ga cum actor absens obtinet in cã, consequitur luerũ expensarũ rei, merito ex condemnatione principali deducuntur expensę rei. Sed quando reus absens absoluitur, tunc nihil consequitur. vnde durum esset, q̃ de propria bursa solueret, maxime cũ ipse actor fuerit in culpa, cum vocando ad iudiciũ. & fatis punitur, ex quo victus non cõdemnatur sibi in expensis, & pro hoc intellectu ẽt facit, quia absens contumaciter nullas, vel modicas expensas facit. vnde expensæ præsentis, qui semper fuit in iudicio, excedunt communiter expensas absentis; vnde verisimiliter non possunt deduci istæ expensæ p̃sentis ab expensis absentis, quæ fuerant modicæ. deducat ergo ex condemnatione sua in odium illius. vel saltem si voluimus tenere communem opin. dicamus, vt ex tota condemnatione, tam super principali, quam super expensis possit rens deducere suas expẽsas, & si non sufficiunt expensæ absentis ad compensationẽ, fiat deductio de condemnatione principali, cũ tex. in d. §. fin aũt. dicat indefinite de cõdẽnatio [a] ne sua &c. † Quoad tertiũ, nũquid iuramentum calumniæ [a] excusat à cõdemnatione expensarum, communiter tenetur q̃ nõ, vt hic, & in l. 2. C. de iuram. cal. nam vt ponderat Ioan. And. & bene, victus condemnatur in expensis, non solum quando calumniose litigauit, sed etiam quando temere litigauit, vt hic in prin. Iuramentum ergo calũniæ, quanq̃ excusare videatur à calumnia, non tñ à temeritate excusat. Itẽ de calumnia iurabatur olim tpe, sicut & hodie; & tñ iura genera liter præcipiunt cõdemnationẽ expensarum, ergo iuramentum calumniæ non excusat à condẽnatione expensarum. Tertio facit æquitas, cũ videamus litigantes, facile iurare de calumnia, vnde iniquũ esset ex facilitate temere litigantis, victorem debere damnificari in expensis. Quarto ego addu co c. fin. s. ti. px. vbi si culpa, imperitia, vel negligentia tua, dãnum datũ est mihi, licet cesset dolus, & calũnia, teneris mihi ad emendã. ergo si per temeritatem tuam, & facilitatẽ in litigando, seu imperitiam tuam sensi damnum expensarum, tu [b] debes mihi reficere illud damnum. [b] † Quoad quartum, qd 5 si succumbens litiganti de consilio aduocati? Host. hic distinguit, q̃ aut non detexit sibi totam veritatem; & tunc imputandum est sibi: de se enim conqueratur: nam apparet te meritas, seu imperitia, & facilitas ipsi[c]. Aut detexit veritatẽ, q̃ sciebat, sed veritas probabiliter eum latebat, vt quia succesrat in ius alterius, & non potuit melius instrui: & tũc parcit sibi: nam qui in ius successit alterius, iusta ignorantiæ causam censetur habere. in reg. is q̃, de reg. in. li. 6. [c] Aut dicit totam ueritatem, sed aduocatus, vt lucraretur, dedit sibi cõsilium litigandi, & tunc tenetur aduocatus de suo. arg. in l. rẽ non nouam. C. de iudi. Aut per imperitiã, seu negligentiã ad [d] nocati perdit cãm: & tunc tenetur ẽt aduocatus de suo [d] ar gu. in c. ad aures. de eta. & qual. & facit tex. optimus in c. fi. & q̃ ibi dixi. 3. ti. px. † Sed Host. videtur ommittere aliud mem [e] rẽũ notabilius, qñ scilicet habuit consilium sine dolo vel imperitia aduocati, vel alterius Doctoris. vt puta erat lex multipliciter intelligibilis, & difficilis, ex qua pendebat decisio quæst. tunc enim si habuit consilium secundum vnã partem, satis puto hunc debere euadere condemnationẽ expẽsarum, quia hic cessat calũnia temeritatis. & hoc casu excusat iuris error, vt in l. regula. ff. de iu. & fac. ign. & quod no. [f] ff. de obli. quæ ex quasi delic. nasc. in prin. [e] Idem putarem, vbi haberet consilium secundum vnam opi. acutissimi Doctoris, vt licet succumbat propter communem in contrarium nihilo minus euitet condemnationem expensarum, per notabile dictum Ioan. Andr. in ca. 1. de constitu. lib. 6. in ver. sed neque ex multitudine. & tex. no. in l. 2. §. sed neque. C. de ve. in. enuc. & quod no. Zenze. in cle. ne Romani. de elẽctio. & dico in c. finem, de do. & contum. [f] Innoc. hic posuit vnam gl. satis no. super materia condemnationum expensarum, quæ communiter hic omittitur, quia tractatur in d. c. fi. & in c. consuluit. de offi. deleg.

ADDITIONES.

a ¶Illud. Istud vltimum credo verum, & hoc modo concorda opiniones. Alexander. de Ne.

b ¶Iuramentum. De hoc etiam vide Spe. & Io. An. in ti. de expen. §. nunquid de expensis. ver. in hoc autem est differentia, & ver. quid si est talis causa, & per Bar. in l. qui solidum, §. etiam. ff. de leg. 2. & in l. eum quem temere, C. de iud. & in auth. generaliter C. de epil. & cler. q̃ tenet opin. Docto. hic. Sed in l. properandum. §. fin autem. C. de iudi. secutus fuit opi. Iac. But. q̃ dicit, quod iuramentum calumniæ excusat nedum à præsumpta calumniã, sed etiam à præsumpta temeritate, quia in illo iuramento continetur, quod iurans credit se habere iustam causam, & ideo debet intelligi quod credit iustis rationibus, & non temerarijs. & Bart. dicit quod lacet habuit bonum intellectum. & dicit quod calumnia consistit in animo, ideo non pot probari directo. Sed temeritas faciliter pot ex actis colligi, & sic vult. Bar. q̃ iuramentum calumniæ, indistincte excusat à præsumpta calumnia, sed à præsumpta temeritate ita demũ excusat, nisi ex actis deprehendi possit eum, qui succubuit, temerarie litigasse, quia tũc non excusaretur ã condemnatione expensarum, ex quo constat ex actis ipsum non habuisse iustam causam litigandi. & hoc modo debet intelligi gl. a. q. 1. in primis. quæ tenet quod iuramentum calumniæ excusat à condemnatione expẽsarum: nam debet intelligi nisi ex actis appareat eũ temere litigasse. Bal. plene examinat istum artic. in auth. generaliter. C. de epis. & cle. & aliter loquitur, quam facit Bar. sed non me extendo vlterius, sed vos remitto ad c. finem litibus supra de dolo & contu. vbi ille arti. plenissime examinatur. &c. Ale. de Ne.

c ¶Lib. 6. Et dicit Host. & Docto. quando iudex absolpit ab expensis illum cõtra quem fert sententiam in lite principali, debet in sententia causam exprimere, scilicet quare non condemnauit in expensis, allegat Anthea. de iudic. collat. 6. Ale. de Ne.

d ¶De iuo. Quod aduocatus teneatur, firmat Fel. in c. tua nos, supra de homi. Gzor. N. in cle. sæpe, §. quæ omnia, supra de prob. Fel. in c. pastoralis, ver. dubito de dicto. supra de iudi. Seb. Sap.

e ¶In prin. Sed ego distinguerem, prout distinguit Bart. in l. 1. C. de pœ. iud. qui male iud. vbi Bar. tractat, an si iudex erat in facto, de quo sunt opi. inter Doctor. an excusetur quo minus teneatur satisfacere illi contra quẽ tulit sententiam. Et ibi Bar. distinguit, quod aut eligit opi. quæ communiter improbatur, & communiter contraria opi. seruatur, & tunc debet condemnari, quia minime sunt mutanda, quæ certam interpretationẽ habuerunt, vt in l. minime. ff. de leg. Aut sunt opiniones ita fortes, quod quandoque seruatur vna opi. quandoque alia, & tunc iudex excusatur, quia errauit errore probabili. nam propter opin. lex dicitur incerta, vt in 1. consti. C. de quib. sic dices in parte succumbente. Ale. de Ne.

f ¶Et cõtum. Sed Bal. in l. 2. C. de pœ. iud. qui male iud. dicit, qd̃ præsumitur imperitia in eo qui tenet nouas, & insolitas opi. Vnde dicit, quod in iudicando nunquam est recedẽdum à consilio prudentium, maxime glossarum. Vlterius me non extendo, sed de eo quod dicit Abb. Sic. dic, vt per Docto. in d. c. finem litib. & in d. cle. ne Romani. de elect. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Clericus deponitur si deserit causam bello, vel ipse personaliter pugnauerit. intellige vt infra. nu. 3.*
2 *Clericus incitans aliquem ad bellum iustum, non deponitur.*

CAP. V.

1 Vod in dubijs. † Clericus causã, seu operam præbens bello, deponendus est. h. d. Casus lit. Quærebatur de pœna clerici, causam, seu operam dantis bello. Consultus Papa respondet, quod sacerdotes, qui gubernant nauẽ ad pugnam, & qui personaliter conflictũ exercent, & alios incitant ad pugnandũ, omnes sunt deponẽdi. Ber. No. primo ex tex. tria delicta depositione digna. siue ergo clericus exerceat gubernationem nauis, seu exercitus ad pugnã dum, seu corporaliter pugnet, siue alium incitet ad pugnã, deponi potest. Secundo nota. ex ratione literæ ibi, enormiter peccãt &c. q̃ pro quolibet enormi crimine, clericus deponi põt. facit in c. fi episcopus. 16. q. 7. inuentum. & de iud. c. cũ non ab homine. & in c. at si clerici. eo. ti. & ibi plene dixi, quæ sunt crimina depositione digna & aliq̃d tanquam, j. ca. px. 2 nõ habetis alia notanda. † In gl. ibi, interesse bellis [a] &c. no. a bene gl. aperte enim vult maxime iuncto tex q̃ vbi bellũ est iustum; licet sacerdotibus, nedum alios incitare ad pugnã, aut ad conflictum, sed etiã interesse in ipso conflictu. quod tamen intellige, dummodo non ipsi pugnent, quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnãdũ, ẽt ꝫ Saracenos, & alios infideles, vt in c. multa, §. de voto, & in c. conuenior. 23. q. vlt. quã intellige nisi opprimantur, & nõ possent aliter euadere mortẽ. nã tũc licite pugnãt, adeo q̃ irregularitatẽ nõ incur- 3 runt, ẽt interficiendo, vt in cle. si furiosus. de homi. † Inn. hic variauit in materia ea. nã primo dicit, q̃ licet prælatus habẽs iurisdictionem temporalẽ, possit ex iusta causa indicere bellum, & alios incitare ad pugnam, aut conflictum; tamen si interest ipse in conflictu, & incitat alios dicendo, pugnate fortiter, seu emittit voces exhortando eos ad pugnam, qd̃ forte talis incurrit irregularitatem. Hostien. dicit q̃ sine forte, si hinc inde sequitur mors, vel membri mutilatio. sed quia prædictis obuiare videntur capitu. penul. de homi. & de cle. b percus. cap. pen. & vlt. dixit postea [b] q̃ causa defensionis possunt clerici interesse, satis potest dici, qd̃ aut clericus ex iusta causa infert bellum, puta qui habet iurisdictionem temporalem, & tunc non debet interesse. Aut est ibi causa defensionis, non tamen erat necessitas incuitabilis, & tunc si sequitur mors, vel membri mutilatio ex percussione sua, effici-

ADDITIONES.

a ¶Bellis. An, & quando licitum sit prælato, vel clericis pugnare in bello licito, vel eis præsse, vel alijs indicere bellum, vide quod de hoc dixi latissime post D. Abb. in cle. pe. de homi.
¶Adde late Card. consi. 1. de treu. & pace.
Pa. quod eorum confessio audienda est, & eis de criminibus alijs consilium imponendum; quia licet huiusmodi pœnitẽtia nõ sit vera. i. fructuosa, quoad vitam æternam, admitti tamen debet eorũ cõfessio, & pœnitentia est eis indicenda. B. No. 1. ex tex. quod regulariter perseuerans in peccato, non repellitur à confessione quandoq;, tamen contra, vt in vsurario manifesto, vt in c. quamquam. de vsu. lib. 6. tamen in veritate licet Do. excipiant illum casum, non videtur mihi recta exceptio, quia ibi confessio, & absolutio denegantur, & hic tantum absolutio. nam admittere ad confessionem dẽt sacerdos quẽlibet, quia forte dicet se velle de cętero abstine-
b re, sed absolutionem non contrito, non faciet.[b] Secundo no. quod vera pœnitentia non est fructifera quoad vitã æternam, quia quãdiu quis est in peccato, est hostis, & inimicus Deo. ideo non potest mereri vitam æternam: nec agere per-
1 fectam pœnitentiam, de pœn. dist. 3. c. sunt plures. † Tertio no. pœnitentiam iniungendam, etiam non habenti propositum abstinẽdi à peccato, quia licet nõ prosit quoad vitam æternam, ex quo nõ est in charitate, prodest tamen quoad multa alia, de quib. in gl. 1. & super ea dicam. Et no. quod tali consulendum est, vt sæpe cõfiteatur, vt in fi. literæ, quia ex frequenti confessione, facilius resipiscit peccator. Sed quæro nunquid absolutio sit isti iniungenda? Do. & bene, dicunt quod non, nam iste tex. dicit, quod consilium est tali exhibẽdũ, ergo nõ absolutio. Item deficiens in vno, factus est oĩum reus, vt in c. defleat, j. de reg. iu. vnde non potest absolui ab illo, cũ non sit in charitate. In gl. 1. ibi, cum de alio crimine pœnitentiam egerit, gl. videtur velle, q peracta pœnitentia de vno peccato per existentẽ, & perseuerantẽ in alio peccato, prodest, cum de alio crimine pœnitentiam egerit, & sic concludit, q valet pnia acta in statu non gratiæ; & proderit aduenienti statu gratiæ. Et licet hic simpliciter Doctores transeant cum gl. tñ Archi. de pę. dist. 3. in fi. dicit cõiter teneri, q nec satisfactio, nec confessio valeat in statu non gratiæ, quia cũ quis sit extra charitatẽ, & inimicus Dei, nõ põt digne satisfacere, ideo concludit, quod adueniente gratia debet iterum confiteri, & item satisfacere: Puto tamen, qđ si non valeat in totum illa pœnitentia, minor tamẽ nunc imponetur, quia vt sequitur in gl. bona acta in peccato mortali, aliqua-
2 liter prosunt. † Et in gl. & no. glo. singulariter, ex qua habes
c tres effectus[c] bonorum, quæ qs agit in peccato mortali.[d]
d extra glosſ. adduntur etiam duo alij effectus, quia demon non habet tantam potestatem in peccatore aliquando bona operantem, sicut in corpus omnino subditum peccatis, & omni bono vacuum, vnde legitur in decalogo. & est text. cum gl. de conse. di. 4. cap. postea signatur. dęmonem dixisse de iudęo, inueni vas vacuum, sed signatum, ita quod ꝑpter illud bonum desistit à proposito nocendi. Item valent hæc bona quoad assuefactionem, quia cum homo assuefacit se ad bonum, de facili mutatur animæ prauitas, q facilius perseuerat in bono. sicut e contra de facili assuefactus ad malũ,
non

ADDITIONES.

a ¶Quidam. Pro intellecta huius decr. vide omnino Pe. de Anch. in rep. reg. peccati venia. i. n 3. 4. & 5. op. sed maxime, in 4. & omnino quod elegantissime scribit S. Tho. 3. Sen. dist. 20. q. 1. ar. 3. vbi concludit, quod de vno peccato, non potest quis satisfacere sine alio. Item vide S. Tho. dist. 2. ar. 1. vbi concludit, quod licet non possit remitti damnatio vnius peccati mortalis, alijs remanentib. tamen pœnitentia non est ei deneganda. Et vide gl. in ver. denegetur. in c. super eo. de rap, & gl. ma. & plenam, in c. sceleratior. ver. his authoritatib. de pœ. dist. 3.
b ¶Non faciet. Sed profectò Abb. Sic. nõ bene respexit illum tex. quia si bene respexisset, non reprehenderet Do. Nam in d. c. quamquam. de vsur. in 6. prope fi. dicitur. Nullus inter sit testamentis manifestorum vsurariorum, aut eos ad confessiones admittat siue eos absoluat, nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam exhibeãt cautionem. & sic ille tex. prohibet vsurarium admitti ad confessionem, & absolui. vbi est tex. op. pro Do quicquid dicat Abb. Sic. Ale. de Ne.
c ¶Tres effectus. Vide omnino quę hic late notaui in tex. Et adde quoad istos effectus in gl. connumeratos, dicit idem esse in existente in peccato mortali S. Th. in 4. Sen. dist. 15. q. 1. ar. 3. vltra med. sed hoc intelligit in satisfactionib. actuum interiorum, & non relinquentib. effectum suum in satisfactione, vt est ieiunium, q relinquit afflictionem corporis, & elemosyna, quæ relinquit diminutionem patrimonij, quia tales satisfactiones in peccatis factæ, non oportet, q omnino iterentur, quia qcunq; quoad illud, quod eis manet per pœnitẽtiã Deo acceptæ sunt. Quod perpetuo tene menti. quia est valde singularis limitatio, vel determinatio ad illam q. frequentissimam. An pnia iniuncta per sacerdotem in peccato mortali facta, profic pœnitenti, an vero sit necessaria iteratio, in quo vidi quã plurimos confessores errare, ideo nunquam exeat mentem tuam ista pegrina decisio. Item, an suffragia, quæ fiunt pro alio, per illum qui est in peccato mortali, prosint illi pro quo fiunt, vide glo. in can gratiosus, & ibi no. 3. q. 5. Item adde hic Do. in c. deinde. ver. & sic no. ar. quod ea, quæ geruntur. 26. dist. & vide quæ de hoc no. Dom. 49. di. in summa cir. prin.
d ¶Tres. Quod prosint bona opera existenti in peccato mortali, vide Fel. in c. 3. in fi. supra, de hær. & post Abb. ibi. Seb. Sap.

cum inferior, de maio. & obe. Bar. in l. si sic leg. ff. de lega. 1. & videtur tex. no. in l. fideic. ff. de fidei. libe. & hoc no. quia facit
a ad statuta. & ad multas alias dispositiones.[a] †In gl. in ver. ec-
5 clesiæ deuotione, in fi. forte enim secundum Host. interfecit quos cõseruare tenebat, vel poterat; vel destruxit domos innocentiũ, vel cõdemnauit non damnificãtes. nã in ipso cõflictu, raro seruatur modus. licet ergo ageret rem licitam, tamen quia excessit modum, debet pœnitentiam agere, sic & in foro iudiciali punitur, qui se defendendo excessit modum, vt in cap. olim. el 1. de rest. spo. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. & pleue no. in l. 1. C. vnde vi. & in d. capit. olim. Item si iste nõ excessisset modum, ad hoc propter remorsum conscientiæ, quem habebat, debebat sibi iniungi pœnitẽtia, ar. in c. per tuas, el 2. supra de simo. & quia bona rum mentium est timere culpã, vbi culpa minime reperitur.
b 5. dist. ad eius vero.[b]

ADDITIONES.

a ¶Dispositiones. Idem dicit Bar. & remittit ad no. per Barto. in extranag. ad reprime. in verbo, videtur.
b ¶Vero. Vide tex. no. 23. q. 5. excommunicatorum. vbi etiam bo. gl. dicit, q ẽt si iste ex certa scientia deliquisset, tamẽ propter causas allegatas in text. cum eo mitius est agendum. Sed quæro de intellectu verbi, reconciliari, positi in tex. Inn. exponit in foro pniali absolui. Secundo quæro, quid significãt hæc verba absoluo Inn. dicit, q sonant. i. denuncio te absolutũ, quod non fieret, nisi peccator absolutionem peteret, vt j. eo. omnis. vel absoluo, à pœna æterna, quæ commutatur in temporalem, pro hoc facit quod no. j. c. prox. in gl. 3. pro quo etiam allegat de pœ. di. j. si peccatum & remittit ad sum. eo. ti. sub rub. de remif. 18. & ibi omnino vide Host. ad hoc, an ecclesia dicatur ligare, vel absoluere. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ concessæ per non suum prælatum, non prosunt nonsubditis.*
2 *Pontes reficere est actus pius, quod est notandum pro testamentis ad pias causas.*
3 *Confiteri nemo potest alij, quam proprio sacerdoti, quia non est suus iudex; & si confiteatur, non potest ab eo, nec absolui, nec ligari.*
4 *Indulgentiæ concessæ per episcopum vnius diœcesis, an prosunt alijs alterius diœcesis.*
5 *Confiteri quis non potest peccata sua alieno sacerdoti, licet in eius parochia peccauerit.*
6 *Iurisdictio in pœnitentialibus non potest prorogari, sed in iudicialibus sic.*
7 *Peregrinis tutum est, quod habeant licentiam a proprio episcopo, ad hoc vt gaudeant indulgentijs, quę reperiuntur in locis, ad quæ habent peregrinari.*
8 *Indulgentiæ ad quid, & quando prosunt.*

CAP. IIII.

1 VOd autem. †Indulgentiæ,[a] quæ conce-
a dũtur per prælatos nõ subditis, non prosunt, nisi proprij iudices hoc concedant. n. d. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio ibi, hoc volumus. Casus literalis. Quæritũ fuit à Papa, vtrum remissiones, quæ fiunt in dedicationibus ecclesiæ, aut conferentium ad ædificationẽ pontium, prosint alijs, quam his qui subsunt illis qui has remissiones, faciunt. Respon. Pontifex, q cũ à non suo iudice, nullus ligari valeat, vel absolui, huiusmodi remissiones, illis solũmodo prosunt, quibus proprij iudices concesserunt. Ber. No. i. ex text. duos casus in quibus licite concedũtur remissiones, seu indulgentiæ. Videlicet ad dedicationes ecclesiarum; nam quando ec
2 clesia quælibet consecratur, solet episcopus consecrans cõcedere certa tempora indulgentiarum intrantibus illam ecclesiam, seu porrigentibus aliquod auxilium, vel subsidium, velquid simile. †Secũdus casus pro ędificatione pontium. ex quo collige, q cõstructio, ac ędificatio põtiũ, est actus prius qđ intellige qñ pons fit, seu efficitur in aliquo loco periculo so, vbi peregrini, & pauperes, sæpe patiebãtur mortis periculũ in transitu, p hoc facit l. ad instructiones. C. de sacrosc. ec. l. portus. C. de op. pub. & idẽ dicendũ in alijs actib. pijs, de quo
3 in c. cũ ex eo, & c. nostro, j. e. ti. †Scdo no. q forus pœnitẽtialis in multis regulatur ad limites fori cõtentiosi; sicut enim in foro cõtentioso nõ põt quis absolui, vel ligari à nõ suo iudice. ita in foro pœnitẽtiali. Et ex hoc, & ex tex. no. q in foro pœnitentiali non põt ẽt laicus prorogare iurisdictionẽ non
4 fui iudicis. †Et ex hoc infero, & ex generalitate tex. q licet qs confiteatur proprio sacerdoti semel in anno, non tñ in alijs vicibus in eodẽ anno confiteri debet alieno sacerdoti sine licentia proprij sacerdotis; quia ab alieno iudice non potest quis solui, vel ligari, & sic intellige c. omnis. infra eodẽ. licet enim quilibet sacerdos, dum ordinatur recipiat potestatem ligandi, vel absol uẽdi; habet tamen illã in habitu, & non in actu; quia nisi habeat subditos, illam exercere non potest, vt dicit tex. 16. q. 1. c. vbicunq;. §. ecce. facit in ar. l. obseruare. in fi. ff. de of. proconf. & c. presenti. de of. or. li. 6. & hoc tene, q a est de mente Do. licet aliqui Theologi teneant contrarium.
5 †Item no. q in foro pœnitentiali non sortitur quis forum exactu commisso intra limites alienę parochiæ, licet enim intra parochiam alieni episcopi concedentis indulgentiã, exercem actum, propter quem conceditur indulgentia, non tamen propter hoc gaudeo indulgentia. Item si delinquo intra limites alienę parochię, non enim per hoc teneor cõfiteri presbytero alienæ parochiæ, vt est glo. no. 16. q. 1. capi. placuit. el 1. dixi in c. 1. de rapt. optime facit iste text. nã sicut ex actu permisso, & meritorio, non subijcior iurisdictioni al
6 terius in foro pœnitentię, fortius nec in actu damnato. † Et ex hoc, & ex tex. etiã no. q non potest ẽt laicus, se subijcere iurisdictioni alterius; licet aliud sit in foro iudiciali, de quo in l. 1. ff. de of. procon. & in c. Romana. de fo. cõp. li. 6. & in c.
b per venerabilem, qui fil. sint leg.[b]. †Vltimo no. q indulgentię
7 cõcesse ab alienis episcopis, possunt prodesse non subditis si ꝑprij iudices hoc cõcesserint, & ideo tutissimũ est, & valde expediẽs, vt volẽs peregrinari, & visitare loca pia, habeat licentiã à proprio iudice, & gratiã percipiendi de alienis indulgẽtijs, hoc tamen intelligo de indulgentijs concessis ab alio, q à Papa, nã respectu Papæ, quilibet est subditus, ca. cuncta per mundũ, & c. per principalẽ. 9. q. 3, vnde in gaudẽdis indulgentijs concessis per Pa. nõ fit differentia inter subditos, & nõ subditos, nisi indulgẽtia esset restricta ad habitatores cer
8 ti loci, quod cõiter sic nõ conceditur, sed generaliter. † In gl. in ver. prosint. Ex hac gl. colligũtur quinque op. circa effectũ indulgẽtiarũ. Prima, q prosunt quoad Deum, sed nõ quoad ecclesiam; quia nihilo minus tenetur hic peccator agere pœ
c nitentiam de peccato.[c] Hæc opi. damnatur, quia minuit priuilegium concessum Petro, & ecclesię, cui data fuit potestas ligãdi respectu cęli, & terræ. 14. q. 1. quodcũq;. Itẽ vt tex. cõtra hãc opi. in c. cũ ex eo. vbi dr, q per indulgentiã, satisfactio pœnitentialis eneruatur. Secũda opi. vt prosint indulgentiæ quoad pœnitentiam hic iniunctam ex superbundanti, & ad cautelam. Hæc opin. nimis vilificat claues ecclesiæ secundũ Io. An. & parum prodessent indulgentię. Tertia opin. vt prosint quoad Deum, & quoad ecclesiam, sed concedẽs onerat sed ad satisfaciendum pro illo ieiunijs, & orationibus. cõtra hanc opi. facit, quia concedens hoc, nõ intendit; imo quandoque ita sunt modica merita concedentis, vt sibi soli non sufficiant, vnde communicare alijnon intẽdit. Quarta opi. est, q valent in purgatorio respectu pœnitẽtię hic neglectæ. Sed hæc opi. remunerat negligẽtiam. Vltima opi. vt prosint etiã quoad pœnitentiã hic iniunctã, dummodo proprius sacerdos qui iniunxit pœnitentiã, hoc concedat, vt possit compensare penitentiã cum indulgentia, aliàs secus. Hæc opinis restringit potestatẽ, & effectum indulgentiarum. Nã vi
d hæc indulgẽtia proficiscatur ex thesauro ecclesię, cuius potestatem dispensandi habet Papa, debet prodesse quibus Papa concedit, vel alius prælatus ad hoc habẽs potestatem vnde non est necessaria licentia sacerdotis, licet sit consulta vt habeatur licentia.[d] Vltra gl. datur, & alia opi. quæ videtur cõmunis, quã sequitur Gof. Host. & Io. An. & communiter
c alij Doc. q istę indulgentię prosunt[c] prout verba sonant, & quoad

ADDITIONES.

a ¶Indulgentię. Adde hic quæ in secunda opp. scribit Anto. vbi ponit, quod episcopi possint concedere subditis suis indulgentiam extra propriam diœcesim, vt possint exercere, quæ sunt fori pœnitẽtialis, & vide gl. magi. in c. nuper. de sen. excom. & vide Pe. de Anch. in repe. c. postulasti. in. 3. de fo. comp. vbi ponit, vtrum episcopis possint subditis concedere indulgentias pro operę in alterius diœcesi constituendo, & si episcopus concedit indulgentias pro opere constituendo in alterius diœcesi, sine licentia ipsius episcopi, an hæc indulgentia prosit saltẽ subditis concedentis. vide Old. in consi. 83. Et an ille qui decepit sibi error, credens indulgentiã veram, quę nõ erat vera, tradidit eleemosinã, consequatur indulgentiã, ac si fuisset vera. vide Old. in cõs. 56. Itẽ an interdicti gaudeãt beneficio indulgẽtiarũ, vide Io. Cal. in tract. de ecc. l. interdict. in 6. Mebro. & b
b ¶Sint leg. Idem dicit Bur. colligit enim ex tex. quod forus pœnitentialis, & eius potestas est improrogabilis, etiam quoad laicos absque licentia proprij iudicis. Ale. de Ne.
c ¶Peccato. Et vt intelligas primam opi. gl. pone, qđ quis habuit animũ indulgentię nam tanto minus erit in purgatorio, quantum minus fuerit, c
per annum pœnituisset in vita. Ale. de Ne.
d ¶Licentia. Sed Io. Anan. allegat aliam rationem. dicit. n. q opera satisfactoria, inquantum pœnalia, valent ad solutionem debiti, etiam si minus faciat pro alio, sicut etiam quis potest soluere pro alio ea, quæ sunt in thesauro ecclesiæ quæ non sunt determinata pro aliquo, sed communiter sunt pro tota ecclesia, & allegat Paulũ, ad Collo. j. vbi dicit, impleo ea, quæ desunt passioni Christi carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, cuius factus sum minister. Item constat quod ea, quæ sunt communitatis, distribuuntur singulis de communitate, secundum arbitrium illius, qui præest multitudini. Papa ergo qui præest, & alij quibus concessum est dare indulgentias, possunt eas concedere ad effectum, vt prosint suis subditis, etiam sine confessoris licentia, quia ea vratur. Ale. de Ne.
e ¶Prosunt. De indulgentia plenaria, quantum prosit Christianis, vide tex. in c. ad liberandum. ver. item circa indulgentiam plenariam. §. de indul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

non potest peragere bonum, hinc scriptura dicit, facies meretricis facta est tibi &c. † Et predicta inducūtur ad questionem quotidianā, nunquid clericus existens in peccato mortali, mereatur dicēdo officium. Et cōclusio Abba. & Ioannis Andreæ est quod prodest dicere officium ad pœnam euitandā. nam vt patet ex prædictis, bona quæ quis egit in hoc sęculo, quandoque prosunt ad vitam ęternam, quandoq; quoad pœnam euitandam. Nam si quis est in statu gratię, tūc bona prosunt quoad vitam æternā, si extra gratiam, tunc quoad pœnam euitandā. Aut ergo clericus dicit horas suas in statu gratiæ, & tunc prodest sibi quoad vitā ęternā. Aut est extra gratiam, & tunc prodest sibi quoad pœnā euitandā, quia si non diceret officium; tunc puniretur, & idem dicit in omnibus alijs præceptis affirmatiuis, vt honora patrem &c. dilige proximū &c. Si enim quis adimplet hæc præcepta in statu gratię, prosunt ad vitam ęternam promerēdam. Si extra
a gratiam, prosunt ad pœnam euitandam.[a]

ADDITIO.

a ¶Euitandam. Tu referas latius hunc artic. nam Abb. quærit, an excuserur ille, qui in mortali peccato, vel in excommunicatione, dixit horas suas. ad quas ēt de necessitate tenetur 91. di. clericus. de cele. missi. c.j. & c. dolētes, & Ab. p prædicta arguit quod sic. Nā si bona, quæ quis facit eo statu prosunt ad minus supplicum subeundum, vt dictum est, restat quod ex his liberatur, & pœnam euitat, alias si sic dicere, nō prodesset eidem, nō vitaret pœnam, sed augumētaret, quia sic dicendo perinde esset ac si nō diceret, quo caiu si esset in bono statu, mortaliter peccaret, ergo idem si in malo statu. Circa hoc tamen distinguit. Nam quædā sunt quæ obligāt semper, & vt semper, vt sunt prohibitiones, vt non occides, non mięchaberis &c. & in his declinans, seu delinquens, mortaliter peccat, cum sui natura sint mala, de iureiur. & si Christus, vers. quædā. Quædā vero sunt quæ obligant semper, sed nō vt semper. vt assertiones nomenclatorū. sicut, honora patrem, & matrem, &c. & ista q̄nque prosunt ad vitā ęternam promerendā, & ad euitationē pœnæ, scilicet cū fuerit in bono statu, quādoque ad euitationē pœnæ tūc, scilicet cum fuerit in malo statu, quia tunc prosunt ad minus supplicium subeundum. Cū ergo existēs in malo statu faciendo opera charitatis, ad quæ pcise tenetur, pœnā euitet quam non faciendo incurreret, patet quod excommunicatus, vel existēs in peccato mortali, liberatur, dicendo horas canonicas, à pœna, quā nō dicedo incurreret. Itē sicut ex certis causis excusat impotentia à præceptis affirmatiuis, sic & ab horis dicēdis, de quo in c. dolentes, de celebr. miss. sed in ꝓhibitionib. nulla necessitas excusat, q̄a debemus potius omnia mala pati, quam malo consentire, vt in c. factis, quod met. cau. fed cōclude dicta Ab. & Doc, q̄a tria concludunt. Primum, quod existens in peccato mortali, vel excōicatus, tenetur dicere horas canonicas, & hoc tenet gl. 27. di. presbyterum. debet tamen priuatim dicere, non autem officiando ecclesiam, vt dicit illa glo. & quia tenetur dicere, sequitur quod dicendo ipsas liberatur à pœna, quā non dicendo incurreret. Secundū, quod necessitas excusat ab horis dicendis, sicut etiā excusat necessitas à præceptis affirmatiuis, de quo in c. j. & c. dolentes. de celeb. missa. Tertium, q̄ præcepta obligant semper, sed nō ad semper. sed prohibitiones obligant semper, & ad semper. Circa hoc clarius loquitur so. Cal. & D. Car. in c. cum ex iniuncto. § licet autem in 5. colum. in ver. octaua est opi. Io. Cal. & ibi dicunt esse sciendum quod inter obligationes præceptorū affirmatorum, & prohibitiones præceptorū negatiuorum, multū refert Nam prohibitiones obligant semper, & ad semper 23. q. 5. si non licet, & hoc ideo, quia sunt de peccatis quæ sunt mala, nec possunt bene fieri, de iureiu. & si Christus. vers. quædam. & pro tanto dicitur quod quis potius debet omnia mala pati, quam malo cōsentire. 32. q. 5. ita ne. & quod met. cau. sacris. Sed percepta affirmata licet obligent semper, tamen propter circunstantias interdum quis excusatur ab illorum obseruantia. vnde interdū potest, imo debet dicere parentibus, non noui vos 93. dist. diaconi. Sed pro declaratione literæ quæro, an sic dare casum à quo quis non potsit abstinere. Nam text. videtur innuere quod sic, ibi 3 abstinere non posse. fed contrarium est verum, quod peccatum, est adeo voluntarium malum, vt non sit peccatum nisi sit voluntarium 15. q. j. c. j. & 15. distinct. de iudæis. vnde intellige text. quoad satuam opinionem pœnitentis, quia quandoque quoad satuam opinio. peccatoris videtur sibi non posse à peccato abstinere, q̄d tamen est falsum, quia à quocunque peccato quis potest abstinere, pro hoc vide tex. cum gl. 12. di. verum. Secundo quæro quod consilium debeat exhibere sacerdos pœnitēti, asserenti se de certo peccato non posse abstinere. dic quod debet exhibere consilium, de missa singulis diebus audiēda, vel de peregrinatione, & similibus. Vltimo q̄ro de intellectu tex. ibi, crebris, & salubribus &c. Host. dicit, quod littera hoc intendit, scilicet, quod si ille frequenter confiteatur, & acquiescat monitis, & consilio discreti sacerdotis, p hoc paulatim ad contritionem inducitur per Dei, & sacerdotis auxilium, & sic ad veram pœnitentiam peruenietur. & remittit ad sum. eo. ti. versi. quæ inducunt homines, & hæc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium si est impossibū alicui in pane, & aqua, potest adimpliri in alijs cibarijs, deficiente pane. nu. 2.*
3 *Ieiunium, siue votum, an possit commutari sine superioris authoritate.*

CAP. VI.

1 ¶Icet. †Qui ex pœnitentia debet certa die in pane, & aqua ieiunare, potest deficiente pane, alijs cibarijs vti, hoc dicit. Primo ponit dictum. Secundo eius determinationem ibi, discretioni, &c. No. primo ex tex. sacerdotem posse iniungere pœnitentiā ieiunandi certis diebus in pane, & aqua. hęc ergo pœnitētia à iure est approbata. Scdo no. quod non volens adimplere pœnitentiā, sibi inūctam, potest illā commutare, & agere prout potest. † Tertio
2 a nota, quod obligatus ad ieiunandum in pane[a] & aqua, non potest vti alio cibo, nisi ex causa. Sed quæro q̄a tex. loquitur hic in pœnitentia iniuncta, quid de ieiunio ad quod se obligauit ex voto. Idem est dicendum secundū Do. & bene, vt propter carentiam panis, possit vti alijs cibarijs, etiam carnibus, si alia cibaria desunt. Item si propter infirmitatem impedi-
3 tur, vt in cap. consilium, supra de obserua. ieiun. † Sed quæro, nunquid hanc commutationem possit quis propria authoritate sibi facere. Inn. quod non, nisi desit superior. Dicit tamen Host. quod hoc casu, quo superior haberi nō potest; de bet postea quam citius potest adire superiorem, arg. in cap. venerabilem. supra de electionib. & in cap. eos. de sententia. excommu. lib. 6.

ADDITIO

a ¶In pane. Adde, quod non potest talis, qui est obligatus, ieiunare in pane, & aqua vti aqua Zucharata, secundū Bal. in c. & si Christus. de iureiu. dū nunquid vti possit aqua salis, vide in simili Anto. in cap. non vt apponeres. & de bapti. & videtur quod non, per tex. in c. admonere. 33. quæst. 2. vbi dicit tex. pane, & aqua, & sale, quia si non expressisset de sale, deeo non intelligeretur.

SVMMARIVM.

1 *Propter oppressionem filiorum, an imponatur pœnitentia publica, vel secrenis.*
2 *Irregularis, etem incurrit clericus, siue alter, ex delicto commisso; etiā ex lata culpa.*
Lata culpa non equiparatur dolo in penalibus.
Negligentia affectata, æquiparatur dolo.
3 *Irregularitas non incurritur ex delicto commisso ex sola culpa lenissima.*
4 *Occultum dicitur aliquid esse, etiam quod aliquibus sit notum.*

CAP. VII.

Quæsitum. Sacerdotes Græci procurātes, vel studio negligentes oppressionem filiorum suorum, deponuntur; & ita est publicū, publice puniūtur. hoc dicit. Et sic, & ratione, vt faciat ad tit. Sacerdoti Græco procurāti, vel studiose negligēti oppressionē filiorū, non imponitur pœnitentia publica, sed debet abstinere ab altaris officio. & alter in secreto agere pœnitentiā, sed si delictū est publicū, debet publice agere penitentiā. hoc dicit. Primo quæstio. Secundo resp̄sio: ibi, hinc. Casus literalis. Cōtingit quandoque quod sacerdotes Græci, quibus licitum est vti legitimo matrimonio, opprimunt filios suos in lecto. Quæritur vtrum publica pœnitentia sit eis imponēda pro filijs oppressis, si eam sibi petāt iniungi. Respondet Pa. quod si ipsis procurātibus, vel dissolute negligentibus, filij oppressi reperiuntur, ab officio altaris debent perpetuo abstinere, & grauior pœnitentia est eis
1 laicis imponenda, non tamen publica, nisi in publicū, id vo-
a niant; sed si ex incuria ipsorū, mortui sunt in cunis, & illud est occultū, pœnitentia illis imponatur pro arbitrio sacerdotis, & ad terrorem aliorum ad tempus abstineāt ab officio mi-
1 stę. Ber. † No. primo ar. ex tex. quod pœnitētia publica
a bet imponi pro delicto oppressionis filiorum; nam illi facerdotes postulabant sibi imponi, quasi de iure non esset imponenda in tali casu. Concludetamen quod aut delictum est graue, & scandalizans totam vrbē; & tunc laico imponitur pœna publica, & solennis, in c. in capite. 50. di. 26. q. 6. c. fi. Aut est graue, sed non generat scandalū, & tunc aut est occultum & non imponetur pœnitentia, neque solennis, neque publica, sit clericus, vel laicus, vt d. c. in capite. & dixi in c. 1. 5. eod. Aut est publicū, sed nō est scādalosū, & tūc imponit pœnitentia publica, sed nō solēnis. vt in d. c. fi. iūcto c. 1. 5. eo. ti. Scdo no. sacerdotē incurrere irregularitatē ex lata culpa ad homicidiū cōmissa, vnde quantūcunq; delictū sit occultū, & per
2 petuo abstinere ab altaris ministerio; secus si est imponēda
b pœna[b] in foro contentioso, quia lata culpa non sufficiat ad puniendū pœna l. Cornel. de sicar. sed requiritur dolus, vnde in hoc casu, lata culpa non æquiparatur dolo, vt in l. 1. de sicar. & l. 1. & l. lege. ff. eod. titu. Quantum ergo ad irregularitatem, lata culpa
c tem, lata culpa[c] æquiparatur dolo, vt hic, quod tene mem-
nam

ADDITIONES.

a Pœnitentia publica. Vide secundum D. Thom. in 4. Sen. distinct. 24. quæst. 1. in art. 3. circa finem. vbi dicit. quod clerico non debet, nec potest imponi publica, & solennis pœnitentia pro peccato, quod commouet totam, vrbem, sed publica non solennis prout est peregrinatio. per modum cum baculo, bene potest indici clerico, etiam à sacerdote. Item adde hic gl. in capitulo si quis sacerdos. 20. quæst. 1. & cap. confirmandum. 50. distinctio. De Bellentz.
b Pœna. Adde hic quod notant gl. & Inn. in c. sicut dignum, circa fi. de homicid. Bar. de Bellen.
c ¶Lata culpa. idem tenet Felin. in capitul. presbyterum. in 1. nota. de homicid. Seb. Sap.

nam studiosa negligētia, dolo æquiparat, & inducit irregularitatē, & studiosa negligētia dī lata culpa; quia vī quodāmodo affectare delictum ex tanta negligentia. Pone exemplum in parentibus collocantibus infantem trium mensiū in me-
a dio eorū, qui postea reperit oppressus. [a] Tertio no. quod le-
3 uissima culpa in homicidio, nō inducit irregularitatē, quod tene menti, & procedit text. si sine actu, & sine alia procura-
b tione homicidium interuenit.[b] † Vltimo not. quod dicitur
4 occultum id, quod est aliquibus notum, pro hoc litera ibi, ad terrorem aliorū, &c. debet ergo intelligi quod aliqui sciebant; & tunc capitur occultū pro specie distincta à notorio &c. In gl. in verbo, id in publicum &c. in fi. not. gl. quia vī magistra in hac materia, & ad hāc remisi in c. 1. 5. eo. cum queri tur, an solennem, seu publicam pœnitentiā debeat clericus agere. & distingue vt in gl. & habet locum hæc dinīctio, nedum in clericis Græcis, sed etiam latinis, vnde tex. facit mentionem de Græcis, quia ipsi & nō latini communiter habēt
c filios,[c] vt in c. cum olim. supra de cler. coniug.

ADDITIONES.

2 ¶Oppressus. Doct. communiter accipiunt studiosam negligentiam, pro lata culpa. Sed D. Car. exponit illa verba studiose negligenti. 1. ex proposito. non adhibenti diligentiam, ad hoc, vt filius opprimatur, sicut de illo, qui non vult intelligere, ad hoc vt excusetur si non agit ea quæ sunt bona, & ad quæ tenetur, vt 27. dist. §. fi. & istud mihi magis placet, licet forte Do. habuerint eundem sensum. Ale. de Ne.
b ¶Interuenit. Doct. communiter intelligunt istum tex. prout dicit Abb. Sic. nam accipiunt verbum incuria, positum in tex pro culpa leuissima. sed Do. Card. accipit hoc verbum pro negligentia, scilicet quæ cadit in culpam leuem, per ca. ex parte. de consue. & q̄ ibi no 3. gl. & credo hoc esse verius. Sed no. bene verba Ab. Sic. q̄ ēt sunt de mēte Do. f. quod leuissima culpa cōmissa quoad homicidiū non contrahit irregularitatem. sed fm Do. Car. ēt leuis culpa commissa quoad homicidium, non inducit irregularitatem, & hoc procedit quando sine actu, & sine aliqua procuratione culpa fuit commissa. Nam si interuenit actus, & propter ipsum, etiā culpa leuissima homo fuerit occisus, vel mutilatus talis incurrit irregulari tatem vt gl. sing. in c. significasti. 3. de homici. vnde illam gl. limita per notata hic per Doct. & tenementi. Ale. de Ne.
c ¶Filios. Sed quæro de duobus. Et primo, nunquid si fit publicum, infantem mortuum negligentia parentum habeat locum illud quod dicit tex. in fi. Do. dicunt quod sic, dummodo non immineat scandalum, nec de scandalo sit infamatus, vt in c. ex literis. el. 1. de homic. Secundo quæro, quare tex. in prin. dicit, q̄ infantes in lectis inueniuntur oppressi. sed postea in ver. verum, dicit, quod in cunis inueniuntur mortui. Doc. dicunt, q̄ ideo tex. facit hanc distinctionem, quia videtur maior culpa si parentes tenent filios teneros in lecto, quam si in cunis, imo à iure est prohibitū ipsos tenere in lecto, vt in c. consuluisti. 2. q. 5. & solet per constitutiones synodales prohiberi sub grauibus pœnis ne infantes vique ad certam ętatem teneantur in lectis. & hoc ideo quia ibi facilius opprimuntur, dixi in c. fi. supra, de his qui filios occid. & ibi vide. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia est iniungenda a sacerdote, secundum qualitatem peccatorum, & contritionem confitentis. nu. 2.*
2 *Contrito, peccatoris, potest esse tanta, quod absolueretur absque pœnitentia exteriori.*
Confessores sunt eligendi illi, qui sunt sanctiores, ad hoc, vt a Deo facilius exaudiantur.
Sacerdotes etiam criminosi. conficiunt verum corpus Christi.
3 *Moderari, verbum, quid significet.*
4 *Sacerdos si imponit confesso pœnitentias minores solito, an ipse confessus statutus quoad Deum.*
Sacerdos potest pœnitentiam peccatori imponendam moderari, secundum arbitrium suum.
Pœna quæ potest imponi pro aliquo delicto, potest per ipsum iudicē moderari.
5 *Sacerdos etiam simplex, potest absoluere ab homicidio, & adulterio, et alijs magnis criminibus; exceptis quibusdam paucis, episcopo reseruatis.*
6 *Sacerdotes quib. est diminuta potestas absoluēdi per episcopum, possunt recurrere ad superiorem.*
7 *Sacerdos non debet imponere pœnitentiam non valenti ipsam agere, ne inducat ipsum in desperatione.*

CAP. VIII.

1 Deus qui. [a] †Sacerdos pœnitentiam arbitrari debet, secundum quantitatem excessus pœnitētis, & contritionem, & alias circunstātias. hoc dicit quoad ti. Casus literalis. Liuonienses de nouo erant cōuersi ad fidem, nihilo minus cōmittebant aliquādo excessus, quæ fuit episcopus Liuoniēsis, & quidam fratres, qui cum ipso erant, qualiter esset eis pœnitentia imponenda. Respon. Pa. quod cum pœnitentia, non tam secundū qualitatem excessus, quam fm pœnitentis contritionem per discreti sacerdotis arbitriū sit moderanda, pensata qualitate personarū super fornicatione, adulterio, homicidio, & alijs criminibus, consideratis circūstantijs omnibus, & præcipue nouitate Liuonienlis ecclesię, cōpetens pœnitētia delinquentibus est imponēda, prout saluti eorū viderint expedire, & sequentes apostoli vestigia dicentis, lac dedi vobis, nō escā, eos paulatim instruatis in onside; cfessionis formam, & orationem dominicam, & symbolum illos solicite edocētes, interim tamen facīm corporis & sanguinis in consuetis festi-
2 uitatib. & in mortis articulo tribuant eisdem Bernar. † Not. primo ex tex. quod in pœnitentia imponenda multum consideratur contritio cōfitentis. nam ipsa contritio est maxima pars pœnitentiæ. Est enim quædam pœnitentia interior, in eo quod defletur, & doler peccatum commisisse, & ideo dicit hic
b Hosti. & bene, quod tanta posset esse confitentis cōtritio,[b] quod absoluetur absque satisfactione exterioris pœnitentiæ.
c Item no. gl.[c] de consec. di. 4. baptismi vicem. nā hoc casu, & si nō sit pœnitentia exterior; est tamē interior. Ex quo infero, quod non est de necessitate, vt pro quolibet peccato morta li, agat quis septennē pœnitentiā, quia illud est ordinariū, sed potest esse tanta contritio, & aliæ qualitates alleuiantes delictum, vt non sit necesse ita longæuam pœnitentiā agere, pro quo vide gl. no. de pę. dist. 3. c. sunt plures. Item ipse sacerdos pōt ex officio suo dispensare, & multū de pœnitētia remittere, vt est tex. no. Aug. de pę. di. 1. c. quē pœnitet. & maxime in ipsius orōnibus, & bonis operibus; vnde sacerdotes, dicūtur comedere peccata populi. 2. q. 1. ca. ipsi sacerdotes, & quanto sunt sanctiores, tanto facilius à Deo exaudiūtur, ide sp de bent eligi sanctiores ad intercedendū pro peccatore, licet enim oēs sacerdotes sine criminis differētia, pariter cōficiāt verū corpus Christi. 1. q. 1. si fuerit. & c. multi. & de coha. cle. & mul. c. vestra, tamē inquantū preces mittuntur ad Deum pro peccatoribus, non ita exaudiuntur mali, sicut boni, vnde alibi canon dicit. Si is qui displicet mittitur ad intercedendū, irati animus ad deteriora prouocatur. 3. q. 7. indicet.
d & c. in grauib. & videtur tex. 49. dist. in prin.[a] & quod ibi no.

Secundo

ADDITIONES.

a ¶Deus qui. Pro intellectu huius dec. vide omnino quod elegantissime scribit Spe. in suo aureo reperto. de pœ. & remiss. §. fi. qui incipit, sciendū est q̄ mensurā & vide Dom. in c. omnes. circa fi. ver. & no. gl. 64. dist. Et de illo, qui ex certa scientia accedit ad eum, qui sibi leuio rem imponat pœnitentiam, vt mihi de facto contigit, an consequatur fructum cōfessionis, vel pœnitentiæ, vide omnino Doc. in c. si quis præposterā. in j. oppo. 50. d. Et adde quod illud, quod dicitur, pœnitentias esse arbitrarias, vt hic, & c. mensuram. de pœn. di. 1. & in c. tempora plenitudinis. 16. q. 7. est verum à principio, quando imponuntur, sed posteaquam sunt impositæ, per eūdem sacerdotem sine causa legitima mutari non possunt. Ad hoc est gl. no. in c. quod super his. in ver. impotens. de voto. quam ibi ad hoc not. D. Ant. in fi. pro quo bene facit tex. in l. acta. §. de ampliand. ff. de reiud.
b ¶Contritio. Posset esse tanta contritio pœnitentis, vel confitentis, quod sacerdos poterit illum absoluere, absque iniūctione aliqua satisfactionis. Et hoc idem tenet gl. in ver. doloris. in c. mensuram. de pœnit. di. 1. q̄ gl. in ver. sine pœnitentia, ibi vel partem, vel totū. in c. si is, qui. 23. q. 4. Sed contrarium aperte videtur dicere tex. in c. nullus debite. de pœn. di. 1. qui dicit quod omnino requiritur aliqua, quantūcūque sit modica satisfactio. Et hoc bene signa. Sed vide omnino gl. magistralem. in d. c. nullus debite. quæ videtur concordare cum his quæ hic dicuntur, & respondet ad tex. illū. Et adde ad hoc quod no. gl. & ibi Ab. in c. super eo. de rapt. & quod ipsemet Ab. scribit, in c. 1. de eo, qui mit. in poss. super gl. in ver. licet voluntatem. & ibi videas in ver. & hæc procedūt. & vide D. Ab. in c. 2. in fi. 3. eo. Et vide An. in c. j. de eo. qui mit. in poss. Et ad illud, quod dicit hic Do. Ab. post Host. vide Arch. in c. de monachis. §. fi ergo. 16. q. 1. vbi dicit se audiuisse à multis theologis, qui melius sciunt, quam Iuristi, q̄ quod potest esse tāta cōtritio peccatoris, quod absque alia satisfactione exteriori in hoc sęculo, & absque aliqua liberalitate prælati, sine vlla pœna purgatorij, habebit vitam æternam, propter maximam misericordiam Crexoris. Et cū hoc quod dicit hic Ab. concordat in terminis Domi. in c. ceftamentū. 6. di. & all. d. c. mensuram. & idem dicit D. Abb. in c. inter opera, circa medium, de spon. & idem dicit in terminis sanctus Tho. in 4. sen. di. 20. q. 1. circa fi. Sed in contrarium est gl. in c. ad hoc vero. in ver. in baptismo. 32. dist. Sed pro concordia prædictorum, vide omnino doctrinam valde singularem in c. præter. §. ad hoc vero. in fi. 32. dist. De hoc etiam vide per gl. in cap. omnis. 45. distinct. & in commino. per Cald. in rep. cap. nostro. de pœnit. & remiss.
c ¶Gl. illa loquitur de latrone, qui in cruce positus, nullam potuit facere satisfactionem exteriorem, nec potuit recipere baptismū, ideo fuit exaudictus, ar. ab infantib. ad hoc vide omnino in terminis, quæ pulchre scribit sanctus Tho. in 4. sen. dist. 20. q. 2. ar. 2. vltra me. versi. ad tertium dicē dum, quod sacerdos minorem. &c.
d ¶In prin. Ibi est gl. magna singularis, quæ dicit quod orationes malorum sacerdotum, prosunt sicut bonorum, his qui non elegerunt scienter malos sacerdotes, vt habemus conformes suis moribus. nā talib. non prosunt, alijs vero fic. quod no. Sed aduerte verba Abb. Sic. quæ videntur sentire q̄ sacerdotes teneantur orare pro pœnitente, qui sibi est confessus sua peccata. hanc q. mouet gl. de pę. di. 1. quā pœnitet. in ver. facilius. & tenet idē q̄ sacerdos teneatur orare pro pœnitente, non ēt propter hoc dicit quod vtilius sit confiteri pluribus, quia quanto plurib. confiteatur sua peccata, tanto plures ad orandū pro se obligat. sed illam q. latius examinat Host. in sum. e. ti. §. in quo tenet sacerdos. ver. Scdo tenet sacerdos. vbi dicit q̄ sacerdos teneatur orare, & eleemosynas impendere, & aliqua bona facere illo qui sua peccata sibi confessus est. & alle. de pę. di. 6. qui vult confiteri Dicit etiā Host. quod sacerdos in prin. missæ ante canonē consecrationis debet orare pro vitijs, qui sibi fuerunt cōfessi in primo, Memēto. & post canonem debet, in 2. memēto, orare pro mortuis, qui sibi fuerunt confessi. Dicit etiam q̄ ad multa alia tenetur sacerdos pœnitenti, quę plene vide per eum in præl. §. Ale. de Ne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 †Secundo no. q̄ pœnitentia moderanda est per sacerdotē, secundum arbitrium discreti viri. & pondera verbum moderanda, quia sonat in diminutionem, vt in c.ii. ī. de verbo. sig. Diminuit ergo pœnitentiam ordinariam, secūdum arbitriū suum. sed vt dixi requiritur arbitrium discreti sacerdotis. nō
4 ergo hoc dimittitur suæ voluntatis arbitrio. † Et facit hoc ad quæstionem quotidianam. Sacerdos imponit pœnitentias minores debito, nunquid iste cōfessus sit tutus quoad Deū. Et conclude quod si nulla culpa reperitur in confitente, vt quia probabiliter credebat cum peritum, & paratus erat recipere pœnitentiam, etiam maiorem, tunc satis tutus est, sed sacerdos indigne arbitrās se obligat quoad Deū. Si vero cōfessus fuerit in culpa, quia sciebat eum non peritum; & tunc non est tutus, peccatum tamen est dimissum & pœnitentiā condignam perficiet in purgatorio. vide gl. no. de pœ. dist. 1. in c. mensuram. Et ex hoc tex. no. in d.c. mensuram. collige quod pœnitentiam arbitrari potest sacerdos, non solum q̄n specifica pœnitentia iure non reperitur expressa, imo etiam vbi canon expresse imponit pœnitentiam. Nam reperiuntur fere 46. canones pœnitentiales imponentes specificas pœnitentias pro certis peccatis, quos omnes colligit Host. in sum. eo. tit. Potest enim sacerdos ab illis canonibus pœnitentialibus ex causa discedere, & minorem pœnitēriam imponere, vt hic, & in d.c. mensuram. sicut dicimus in foro iudiciali, iudicem posse pœnam minuere iure expressam. l. hodie. & q̄ ibi no. ff. de pœ. & l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his, qui no-
5 insa. & dixi in c. licet, ī. de pœnis. † No. 3. ibi, adulterio, homicidio, &c. iūcta suprascriptione, ibi enim scribitur episcopo, & fratribus, & sacerdotibus, q̄ sacerdos potest absoluere ēt
a de magnis criminibus, etiam de homicidio, [a] vt singulariter probatur hic. & sequuntur per hanc literam communiter Doct. Non ergo est necesse adire Papam, vt vulgares dicūt, nec ēt episcopum, sed etiam simplex sacerdos potest de his absoluere. & regula est, q̄ exceptis quibusdā reseruatis cp̄o, & paucis, de quibus per gl. in c. 2. de pœ. & remiss. lib. 6. ab omnib. aliis possunt sacerdotes absoluere. Sed episcopi solent hodie p statuta sibi reseruare multa, vt homicidiū, & similia. & in hoc attendenda essent illa statuta. & de iure hoc facere possunt. & arctando potestatem sacerdotum sibi subiectorum, arctant per consequentiam potestatem fratrū mendicantiū; quia fratres mendicantes non possunt absoluere, nisi prout possunt presbyteri parochiales. vnde & si nō directe, indirecte tñ pōt minui eorū potestas, vt dicit gl. no. ī cle. dudum. de sepul. Ego tñ crederem, q̄ vbi episcopus multum opprimeret potestatem sacerdotum, maxime causa graui non vrgente, q̄ possunt sacerdotes recurrere ad superiorē, cum videat eorū officiū valde diminutū. facit de excess. prel. c. ad hæc. No. 3. ibi, prout saluti, &c. q̄ sacerdos in imponenda pœnitentia, debet id discernere, quod tendit in salutem pœnitentis. vnde ēm Host. & bene, debet cum absoluere, etiam
6 imponendo sibi pœnitentiam tautū vnius pater noster. † Sit ergo valde cautus sacerdos, vt si videat peccatorem non vo
b lentem agere pœnitentiam condignam, [b] vel q̄ de facili non explebit illam pœnitentiam, debet sibi imponere valde leue, ne adducat eum in desperationem. 26. q. 7. in c. alligant. non tamē per hoc existimes, q̄ sine pœnitentia dimittatur peccatum, quia si hic digne non agitur, perficietur in purgatorio. 25. dist. c. qualis. & 33. q. 5. c. quid ergo. Item no. tria quæ dēt scire quilibet Christianus, vt est oratio dominica, scilicet pater noster. Item symbolū, id est, Credo, & confessionem pro
c hoc, de consec. distin. 4. c. nos ante omnia. [c] Vltimo no. ibi, in mortis articulo, &c. pro consuetudine generali, vt in mortis articulo exhibeatur Corpus Christi.

ADDITIONES.

a ¶De homicidio. Aduerte quod illud procedit in homicidio simplici, secus est in homicidio qualificato, vt declarat Fel. in c. ppendimus, in prin. infra, de sen. excom. vide etiam Fel. in c. sicut dignum. ver. & scias, quod his casibus. supra, de homi. Seb. Sap.

b ¶Condignam. Ad hoc vide omnino in terminis quæ pulchre scribit S. Th. in 4. sen. dist. 20. q. 1. art. 2. vltra medium. ver. ad tertium dicēdum, quod sacerdos minorem. &c.

c ¶Omnia. Sed iste tex. solū dicit, de duob. scilicet. de oratione dominica. & de symbolo. dicit. n. quod leuātes de sacro fonte, sunt fideiussores apud Deum pro baptizato, & quod debēt eum monere vt seruet mandata Dei, & docere symbolum, & orationem dominicam, quæ duo etiam ipsi patrini tenentur scire. Ad istum tex. ego respondeo, quod non debet intelligi, quod quilibet Christianus teneatur scire, Confiteor Deo. sed debet intelligi quod sacerdos debet instruere pœnitentem in forma confessionis. primo confitendo 7. peccata mortalia principalia. Secundo si decalogum est transgressus caute, & discrete de singulis quærendo, prout expedit, & non vltra. ita intelligit Host. istum tex. & remittit ad sum. eo. ti. §. qualiter sacerdos. & ita intelligit D. Car. Sed quæro de intellectu literæ istius. dicit. dicit hic est suaue, vnde significat suauem, & lenem pœnitentiam. esca autem est dura, vnde significat asperam pœnitentiam. & ita exponit hic D. Car. Ale. de Ne.

SVMMARIVM.

1 *Possessio sumitur aliquando pro tota substantia rei, puta proprietate.*
2 *Alius, quid significet.*
3 *Filius natus ex vxore alicuius, in tantum præsumitur filius mariti, vt non creatur matri asserenti contrarium, etiam si probetur adulterium, vel fuerit natus in loco suspecto.*
4 *Filius cui mater dixerit ipsum non esse filium sui mariti, an debeat ei credere, adeo quod restituat bona alijs, qui erant successuri ab intestato.*
5 *Vxor quæ supposuit sibi partum alienum, an, & quo casu teneatur illud reuelare marito.*
6 *Iudex, vel testis debet dicere veritatem, etiam quod per hoc esset venturum aliquod scandalum.*
7 *Vxor quæ supposuit sibi partum alienum, qui successit suo marito, an teneatur in foro conscientiæ restituere illis, quā aliàs successuri erant ab intestato.*

CAP. IX.

Officij. Auditur mulieris cōfessio, quę sibi partum alienum supposuit, [a] vel proprium ex adulterio suscepit. nec illud marito vult detegere. h.d. Primo, consultatio. Secundo, respondeo, ibi, quoniam. Casus lit. Mulier quædam cum prolem non haberet, nec speraret habere, timēs ne viri possessio deueniret ab alios, succum quarundā herbarum potauit. & sic venter eius intumuit, & grauidam se ostendens, partum sibi supposuit alienum. Illa timens maritum, qui prolem suam omnino credidit, nō audet ei facinus reuelare. Mulier animæ deras prouidere, confessa fuit hoc Cardinali Sancti Laurentij presbytero in iudicio pœnitentiæ. Cardinalis significauit hoc Do. Pa. petens ab eo vtrum fraude ista durante, sit ei pœnitentia iniungenda. Resp. Papa, q̄ sicut mulieri, q̄ ignorabat marito de adultero prolem suscepit, quamuis illud viro nō audeat cōfiteri, nō est pœnitētia deneganda; ita nec ista mulieri pœnitentia est deneganda: & præcipue si per verbū alios intelligat alienos, ad quos timeat possessionē viri deuolui,
1 sed competens sibi satisfactio est iniungenda. B. † Nota. ex tex. quod verbū possessio q̄nq; sumitur pro tota substantia alicuius, & sic possessio q̄nq; sumitur pro proprietate rei, in c. quoniam frequenter. §. quid si super, vt lit. non conce-
2 †Secundo no. ibi. Ad alios, quod hæc dictio alius, [b] quandoque denotat diuersitatē in substantia tñ, sed facit politionem
b que denotat diuersitatē in substantia tñ, sed facit politionem ciusdē qualitatis cum præcedētibus. q̄nq; denotat diuersitatem in substantia, & qualitate, vt in fi. literæ. ibi, Intelligat alienos, &c. [c] Tertio no. q̄ non valenti sine periculo satisfacere
c nos, &c. [c] Tertio no. q̄ non valenti sine periculo satisfacere
d de delicto, non est pœnitentia deneganda. [d] Vlt. no. ex literæ, quod sacerdos curatus, est index competens in illis ca-
3 sibus hic expressis. † In gl. 2. ibi, Quia ei non crederetur, &c. No. bene gl. q̄ ex quo quis est natus ex vxore alicuius, in tantum præsumitur filius mariti, fauore matrimonij, vt non credatur matri asserenti contrarium. Et idem communiter tenēt Legistæ in l. filium, all. glo. in l. si vicinis scientibus. C. de nup. Imo plus est, q̄ quādiu potuit generari ex marito, quā præsumitur ab alio generatus, etiā si probaretur adulterium eo tempore per mulierem commissum, vel quod mulier peperit extra domum mariti, etiam in loco suspecto, vt in l. miles. §. defuncto. ff. de adult. & no. in dictis iuribus. ibi.

ADDITIONES.

a ¶Suppositi. Nota de crimine suppositi partus, quod de iure ciuili mulier potest perpetuo conueniri. ita decidit notabiliter Spe. in tit. de arce. §. 2. in antep. col. per istum tex. & per l. qui falsam. §. 1. ff. de fal. vbi etiam dicit, idem esse de muliere, quæ abiecit parum in odium mariti, & sequitur Io. And. in addi. Spe. quod tene menti ad similitudinem l. querela. C. de fal. & eorum, quæ tradit Io. And. & Do. Ab. in c. cum hēret. de eo qui duxit in matri. quam poll. per adult. Bar. de Bel.

b ¶Alius. De hac dictione, alius, vide late Fe. in c. sedes, vol. 3. ver. dictio, alius supra de rescrip. Ale. in consi. 34. inci. viso themate. in 1. vol. And. Bar. in consi. 6. iuc. sapienter ni fallor, in 1. vol. Ale. in l. si fugitiui, in 3. vol. & in consi. 11. incip. prælare, & in consi. 23. incip. Sapiēter, eod. volu. & in consi. 28. incip. Scripsit bellissime, in 1. vol.

c Alienos. &c. Bu. autem colligit quod hæc dictio, alius, quādoque significat diuersitatem substantiæ tantum, quandoque substantiæ, & qualitatis quandoque vero non diuersificat, quandoque implicat. & de hac distinctione, dicitur in c. sedes. supra de rescr. & c. deinde. 2. c. di.

d ¶Deneganda. Butr. autem dicit quod vbi peccatum est occultū, & fateri non potest sine reuelatione, tunc peccatum est reuelādum, sed si restitutio est periculosa, nolenti reuelare est pœnitentia indicenda, & alia dicit petens satisfactio iniungenda. & istud est de mente Host. & Do. Dicit Host. quod ideo hic imponitur pœna, etiam non facta satisfactione, quia hæc mulier non andebat detegere, vel non poterat probare fraudē, sed plene satisfacere, & hoc est de mente literæ, in verbo, satisfactio. sed colligit D. Car. q̄ quando de peccato non potest plene satisfieri, sufficit cōpetens satisfactio. & dicit quod debet esse talis, & tanta, ne ie dendeo de pœn. dist. 1. non tibi dico. Ale. de Ne.

2 cit tamen Host. [a] quod non credens matri, habet sortem animū, quia ipsa melius scit, quam alius, & non est verisimile eā
4 in hoc dicere mendaciū, ar. c. afferte, de præsumptio. † Vnde, b si mater detexerit veritatem filio, [b] & filius habet cōscientiā
b si mater detexerit veritatem filio, [b] & filius habet cōscientiā læsam ex delicto matris, debet credere, & omnia bona restituere; aliàs, si faceret contra conscientiam, ædificaret ad gehennam, vt in c. literas. de restspo. & in c. per tuas, de sim. Sed si non habet conscientiā læsam, puta quia nullo modo vult credere matri, tunc non tenetur ad restitutionem; & ita limi
ta dictum legistarum in iuribus prælleg. qui dicunt istū fuisse fatuum, qui ad assertionem Reginæ asserentis cum nō es-
5 set filium regis, cessit regno. † In fi. glos. hæc glo. videtur sentire, q̄ propter periculū excusetur hæc mulier. Sed gl. sequens
c reuelare absque periculo, tenetur reuelare; alias non est tuta quoad Deum, & si post reuelationem, maritum sentiat illum retinere pro filio, mulier est tuta quoad Deū, quia maritus potest de suo disponere prout libet, vt in l. re mandata. C. mand. & c. de his, de sepul. quando autem dicatur mulier posse reuelare absque periculo, exemplificat Hostiensis in sum. eo. titu. §. quibus & qualiter. vbi ponit istam materiam plene in ver. quid de muliere, & plurib. seq. Sed aduerte, licet Doct. non declarent, ego non credo quod mulier teneatur aliquo casu reuelare marito, vel alteri quando maritus sciebat illum esse filium genitum ex alio viro, & non ex se. & quod hoc casu mulier non teneatur ad restitutionem, quia certus certiorari non debet. & scienti, & nolenti non infertur dolus, vt in reg. eum qui certus. & in re scienti, lib. 6. Quoad secundum casum dico, quod si est periculum in reuelando, non debet reuelare, quia
1 nes de diœceſi,poſſunt dici parochiani prælatorum, ſeu epiſcoporum.concor.c.1.℣.de rapt.& cap.apoſtolicæ, ℣.de donа.Secundo no.q̃ incidens in ſententiam canonis,debet de nunciari publice excommunicatus , & hoc ſpectat ad officiũ prælatorum,ẽt nemine requirente.& dẽt talẽ facere vitari,donec ſatisfecerit læſo,& fuerit abſolutus:non ergo debent prælati eſſe cõtenti ſimplici excommunicatione canonis,ſed debent procedere ad publicationem,& facere talem euitari:excommunicando alios, qui communicauerint ſecum,vel alio modo.Vlt.no.q̃ ẽt religioſis læſis , & iniuratis, ante oĩa ſatisfaciendũ eſt. poſſunt ergo ẽt religioſi agere ad ſatisfactionẽ iniuriæ.de quo plenius,& qualis erit iſta ſatisfactio,dicam in c.tua nos,infra eo.Sed quia hic dicitur in ſi.literæ q̃ incidens in hanc excommunicationem , debet literis ordinarij ſe conferre ad curiam pro abſolutione. Quid ſi iret ſine talibus literis? Sol. dicunt Docto. qđ nihilo minus abſolueretur arg.in c.ſacro infra, e.& in ca. cum pro cauſa, Sed tunc ſolet talis remitti abſoluendus ad ordinarium loci,vt appareat an expreſſerit falſam cauſam in abſolutione, arg.in c.ex parte, de offici. ordi. deferuntur ergo iſtæ literæ ordinarij,vt appareat de veritate, & ſerie facti, propter quod incidit in excommunicationem.Sed oppo.contra literam,
2 † Et videtur,q̃ poſſit appellari,ne fiat iſta denunciatio, cum poſſit percutiens clericum prętendere excuſationem: nam forte cum percuſſit ſe defendendo,vel cum non cognoſcẽdo;& ſic in excommunicationem nõ incidiſſet. & pro hoc capit.peruenit.ſupra de app.vbi dicitur,deferendum tali appellationi.Sol.concordo ſic,aut notorie conſtat talem incidiſſe in excommunicationem;& tunc habet locum iſta litera, vt appellatio non habeat impedire vires denunciantis ; cum per talem denunciationem ampli us non ligetur , pro hoc c.paſtoralis. de appel. Quandoque vero ſic notorie nõ conſtat;imo reuocatur in dubiũ , vtrũ percuſſerit vel non, vel an ex cã eũ excuſante,& tunc deferendũ eſt appellationi, & ita loquitur contrarium.Item aduerte, q̃ vbi notorie nõ conſtat de tali excommunicatione, debet ordinarius ante denunciationẽ facere citare illũ,quem denũciare excõmunicatũ intendit,quatenus defendat ſe ne denuncietur excõ
municatus.pro hoc vide gl.no.in cle.præſenti, de cenſib. & in cle.2.de pœ.& debet iudex excepti ſi probationib. denunciare talem incidiſſe in canonẽ; & ab hac denũciatione poterit appellari,niſi notorie conſtet de ℣rio;q̃ à ſententia legis non appellatur; tñ à ſententia iudicis declarantis quem incidiſſe in pęnã legis,appellari poteſt.pro hoc vide bonam gl.in c.cupientes,de elect.lib.6. & facit c. cum ſecundum leges.de hær.e.lib.6.& quod ibi no. † In gl.j.ibi,ſed monachus
3 non poteſt.&c.hoc limita verũ,niſi monachus eſſet abſens, puta in ſtudio,vel præſens, & prælatus ſuus eſſet longe abſens,proucratore non dimiſſo.nam tunc poſſet agere monachus ex præſumpta voluntate,& licentia ſuperioris, ſicut dicimus in filiofamiliàs. pro hoc l.ſi longius.ff.de iud. & in l. ſed ſi vnius.in §.fin.ff.de iniur. facit quod no. in c. ex parte, ſup.de accu.& in c.periculoſa,ne cle.vel monachi . lib. 6. vi
4 de gl.in c.non dicatis.12.q.1. † In ea.glo.ibi,ſecus in eccleſia ſęculari.Hoc intellige verum, ſecundum Hoſtiẽ. de actione competenti ipſi clerico.nam competentem eccleſiæ,poteſt eccleſia remittere . ex iniuria enim illata clerico ſęculari , actio naſcitur,& clerico, & eccleſiæ . vnde actionem competentem clerico,non poteſt eccleſia remittere,ſed competentem ſibi,ſic.ita econtra , actionem competentem eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

siæ,nõ potest clericus iniuriatus remittere, sed quatenus tãgit personam suam,sic.ad hoc.c.cum desideres. & c. cõtingit.j.e.& q no.in c.fi is qui.22.q.4.& in c.Salonitanæ. 63. di. Quid autem si clericus iniuriatus habet plures ecclesias, cui illarum competit actio iniuriarũ.dicit Host. considerãdũ est,an altera sit in commẽdam,& altera in titulum. vel an iniuria fuerit irrogata propter alteram tãtum. ar.in l. itẽ apud Labeonem.§.ait prætor.de iniu.& c.relatum.2.x. de testa.Et cõclude,q ecclesia,vbi est intitulatus,habet actionem.Si vero vtraq; in titulum,& si propter alteram tãtum iniuria est irrogata,illi soli competit actio. Si vero propter vtranq; vel simpliciter iniuria est irrogata, tũc competit actio vtriq; nã ex eadem iniuria potest actio competere plurib.personis,vt puta si iniuria infertur vxori alicuius,actio competit sibi,itẽ marito,item patri.de quo in l. 1.& 2.ff.de iniu. cum simi. In gl.fi.ibi.clerico,aut sæculari debet dari,&c.Hoc intellige ſm Doc.& bene in emenda quæ fit ratione iniuriæ tangẽtis personam clerici, sed quatenus iniuria tangit ecclesiam emendabitur ipsi ecclesiæ iniuriatę,& si plures habet ecclesias,dic
5 vt sup.dixi.† Et in fi.die glo. procedere vbi non[a] percuteretur clericus. nam ex percussione clerici,committitur sacrilegium,quo casu potest adiri iudex ecclesiasticus, supra laicum,vt in ca. cum sit generale.x.de fo.comp.& ca. quisquis. 17. q. 4. Idem etiam putarem, vbi iniuria fieret clerico sine percussione, quia talis iniurians potest dici malefactor clerici ecclesiæ.pro hoc bonus tex.in cap. olim,sup. de iniur.& pro hoc facit d.c.cum sit generale.

a ¶Vbi non. Vide omnino gl.& ibi Arch.post Lau.in c.fi.11.q.3.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Forma absolutionis ab excommunicatione canonis,si quis suadente.*
2 *Conuersi alicuius ecclesię,gaudent priuilegio canonis si quis suadente.*
3 *Delictum commissum inter homines communiter viuentes, est minus punibile.*
4 *Percutiens clericum causa correctionis,non est excommunicatus.*

CAP. X.

EX tenore. Ponitur forma præcepti, q sub virtute iuramẽti fieri debet illi, qui pro violẽta manuum iniectione in clericum excommunicatus absoluitur.h. d. Et secunda pars ibi,mãdamus.Casus lit.Quidam canonicus B.nomine violẽtas manus iniecit in quendam subdiaconum; quia forte p absolutione ad sedem apostolicam ire nõ poterat.Archiepi scopus Ianuẽsis significauit hoc dom. Papæ mãdat eidem, quatenus iuramento prius recepto ab ipso B. q suo debeat stare mãdato,authoritate Papæ ipsum absoluat,& sibi in virtute iuramẽti præcipiat,ne de cætero,in clericũ monachũ, vel alicuius religionis cõuersum,manus injiciat violẽtias: ni si se defendẽdo;aut de mãdato suorũ prælatorũ, hoc fecerit,vel nisi super eũ habeat prælationis officiũ, aut magisteriũ, aut eũ ipso in eadẽ ecclesia socius esse noscatur. Bern.
1 † No.1.ex tex.formam,& practicã adhibẽdam in absolutione ab excõmunicatione can.si quis suadẽte.sufficit.n.præstare iuratoriam cautionem de parendo mãdatis ecclesiæ. & post absolutionem debet fieri præceptũ,vt hic dicitur. Intel lige tamen,q prius debet satisfieri læsis, si iniuria est notoria.vt in c.ca noscitur.j.eo.& no.Io.An.in c.ad hæc.j.e.No. 2.modum præcipiẽdi ei,qui iurauit parere mãdatis alicuius vt præcipiatur sub virtute præstiti iuramẽti.pro hoc c.breui,de iurein.& c.veniẽs,& c.Quintauallis.eo.ti. † Tertio no.
2 ibi alicuius religionis conuersum,&c.q cõuersi alicuius re-
a ligionis,[a] gaudẽt priuilegio can.si quis suadẽte.[b] & fere om-
b nia iura loquẽtia de cõuersis,q gaudeãt hoc priuilegio,loquuntur de religiosis cõuersis. Quid autem in cõuersis ec-
3 clesiæ sæcularis.die vt dictum fuit in c.nõ dubium.x.c. † Vltimo no.q delictum percussionis cõmissum inter homines simul viuẽtes,alleuiatur ratione societatis, & cõmunionis. quia communio est mater discordiæ.l.cum pater. §.dulcissimis. ff. de leg. 2. & ideo qui simul incidit in excommunica-
c tionem non iurat,[c] q de cætero nõ percutiet socium, quia de facili fieret contrauentio. excommunicatus tamen est, percutiendo clericum socium, se non iurat ratione prædicta.& de absolutione faciẽda in hoc casu,dic vt no.in c. qũ
4 x.de vi.& hon cler. † Vltimo quæro, quid si moderate quis percutiat clericum sibi seruientem causa correctionis Doctores dicunt,talem non esse excommunicatum, quia non potest in hoc notari violentia.ar.hic in eo, q excusatur prælatus.vel magister.& facit 23.q.1.paratus.

ADDITIONES.

a ¶Religionis. Adde quæ posui in apos.ad istum in c.cum & plantare,nu.4. in apost.in ver.terrij ordinis,sup. de priuil. Zach.

b ¶Si quis suadente. Vide Ab.in c.dilecta.x.de ma.& obe.& in c. 1.x. de reg. Gem.in c.per exemptionem,de priui.in 6. Seb.Sap.

c ¶Non iurat. Vide quod habetur in c.clericos,de cohab.clerico. & mulier. Aud.Barb.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitię dicuntur iustum impedimentum ad eundum ad aliquem locum.*
2 *Absolutus à diœcesano,si data opportunitate non vadit ad Papam,reincidit in excommunicationem. vide similem casum in c.ea noscitur. nu.2.& in c.quod de his,in vlt.no. infra eo.*

CAP. XI.

DE cætero. Excommunicatũ pro percussione clerici,absoluit episcopus,si sine periculo Papam adire nequit. debet tamen sibi mãdare, q adeat Papam,impedimento cessante.d.Et secũda pars ibi, sed est. Casus lit. Quidam pro violenta manuum iniectione in clericũ,fuit excõmunicatus, & propter capitales inimicitias,vel alias iustas excusationes venire ad sedẽ apostolicam nõ poterat. quærebatur à domino Papa,quid cum eo agendũ esset:respondet Papa,q licet diœcesano episcopo recepto iuramento,ſm morem ecclesiæ,sibi absolutionis gratiã impertiri. sed est illi sub iuramẽti debito iniungendũ,vt quam citius opportunitatem habuerit, Romanũ Pontificem adeat,mandatũ apostolicũ suscepturus,
1 B.† No.1.ex tex.q inimicitiæ, & alia impedimenta tẽporalia,excusant ab onere adeundi Papam pro absolutione ab excommunicatione:sed poterit absolui à diœcesano,& impedimento cessante, debet comparere coram Papa, vt hic in fi.tex.intellige q in propria persona compareat, vt in ca. q in dubijs.j.e.nec ponderatur quæ fuerit causa inimicitiæ. Satis.n.est,hunc habere iustam causam nõ accedendi. ar.in l.nec timorẽ.ff.q met.cau.& in c.veniens.de spon. Secundo no.ibi,diœcesano episcopo.q absolutio ab hac excõicatione,etiam subsistẽte causa impedimenti, non cõpetit inferioribus prælatis,citra episcopum,de quo dixi in c.monachi,x.e. Vtrimo no. q absolutus propter impedimentũ ab eo, cui nõ competebat aliàs potestas absoluẽdi,debet impedimẽto cessante,ire ad illũ,cui cõpetebat absolutio.Et circa hoc dubitatur de duobus. Primo,nũquid tex.iste habeat locum in excommunicatione lata ob aliam causam, vt non valeãt ire ad Papam,possit absolui ab episcopo.Inn.tenet q sic,& ita
2 re hodie probarur in c.eos.eo.ti.li.6.vbi bonus tex.† Secundo dubitatur quid si captata opportunitate, non vadit, ad illum cui competebat absolutio: die q statim reincidit in eandem excommunicationem,vt in d.c.eos.In glo.fin. Dic melius, q aut opportunitate captata, vadit ad Papam, & tunc non petit denuo absolutionem, sed recipiet mandatũ apostolicum duntaxat,pro hoc iste tex.in fi. Si vero opportunitate captata,non adit Papam,tunc est periurus,quia nõ seruauit iuramentum,& reincidit in eandem sententiam excommunicationis,non q prima reuiuiscat,sed est nova excommunicatio à iure lata propter conremptum istius,vt in d.c.eos.& per hoc respondetur ad arg. gl.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione non solet dari, nisi absoluendus præstet cautionem de parendo mandatis ecclesiæ.*
2 *Stylus curiæ si omittatur in literis,literæ redduntur suspectæ.*
3 *Excommunicatus à delegato,an possit absolui ab eo.*
4 *Excommunicatus pro iniuria manifesta,non absoluitur,nisi primo satisfaciat.*

CAP. XII.

ADhæc. †Cum Papa absolutionẽ excõicati delegat,mãdat recipi cautionẽ, deparendo mãdatis ecclesiæ.h.d.Casus lit.Iudex delegatus ex causa rationabili excõicati aliquẽ, excõicatus literas impetrauit ad aliũ delegatũ, iste secũdus delegatus mandauit ordinario,vt illũ habeat absolutũ,quem prius denũciauerat excõicatum ad mandatũ prioris delegati.dubitabat ordinarius, quid facere deberet consultus Papa respondit, q si in secundis literis continetur expresse de recipienda sufficienti cautione, ipsum excommunicatum absoluat ordinarius, quia Romana ecclesia absolutionẽ istiusmodi iudicis delegatorum nequaquam consueuit alij delegare, nisi in literis commissionis sit expressum,de sufficienti cautione præstanda ab his qui debent absolui, & mandato ec-
2 clesiæ debeat obedire.B. † No. 1. ex tex.in literis attenden-
a dum stylum curiæ,[a] & si prætermittitur,literæ reddũtur suspectæ.vt in c.quam grauí.de cri.fal.& in c.cãm.sup. de reis.
3 † Sed opponitur contra tex. nam videtur q delegatus qui excom-

ADDITIO.

a ¶Stylum curiæ. Adde quod no.in apost.ad istum,in c.quam grauí, in apost. in ver. præsumuntur falsæ.nu.1.sup.de crim.falsi. Zach.
¶Stylum curiæ. Vide multa quæ cumulat Fel.in c.x.ver,stylus curiæ. supra de rescri. Seb, Sap.

excommunicauit,possit absoluere, absq; alio mandato. vt in c.quærenti.de offi.del,Sol.dẽt tex.intelligi qñ delegati qui excõicauerunt erant mortui,vel reuocati,vel excõicauerũt post sententiam diffinitiuam, & ter.minus erat lapsus:quib. casibus oportet recurrere ad alium pro absolutione,vt in d.
4 c.quærenti.† In gl.fi.ibi sola iuratoria sufficit. No. gl. sed intellige ſm Io. And. quando non constat de iniectione manuum notorie:nam si constaret,deberet fieri absolutio, nisi prius fieret satisfactio,quod puto verum.pro hoc c.prox.nã excommunicatus pro iniuria manifesta non absoluitur,nisi primo satisfaciat,vt c.ex parte.1.de verb.sig. & in c.venerabilibus,de sent.excom. lib.6. & intellige quod sequitur in gl. secundum iura superius allegata.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum potest absolui à legato Papæ.*
2 *Excommunicatus per canonem si quis suadente,potest in articulo mortis à quocunque absolui:dummodo si reconualuerit vadat ad sedem Apostolicam pro absolutione.*
3 *Iniuriatus,tenetur iniuriato satisfacere de iniuria,secundum qualitatẽ personæ iniuriatæ.*
4 *Actio iniuriarum expirat per lapsum anni.*
Absolui quis non potest ab excommunicatione,nisi satisfaciat iniuriato,licet annus sit elapsus.
5 *Pauper excommunicatus, an teneatur ire pro absolutione ad Papam.*

CAP. XIII.

EA nosci tur. Excommunicatus per canonem si quis suadente, si diues vel pauper sit,per Papam,vel eius legatum absolvẽdus est,fallit in muliere.sene,infirmo,vel mutilato, qui per episcopum absolui possunt. h. d. Primo exceptionem ponit.secundo regulam.ibi,alios.Tertio quandam determinationem, ibi.vero. Casus literalis. In principio huius decre.dicitur,quòd episcopus potest absoluere mulieres,senes,& valetudinarios,seu mutilatos,ab excommunicatione propter violentam manuum iniectionem in ecclesiasticam personam, satisfactione præstita, iuxta facultates ipsorum: alij vero omnes pauperes,siue diuites ad apostolicam sedem vel eius legatum pro absolutione sua se præsentent. si vero tempore infirmitatis, timore mortis, à suo prælato fuerint absoluti iuramento præstito, iniungatur eisdem,vt sanitate recepta ad Romanam ecclesiam, vel eius legatum accedãt, mandatum apostolicum recepturi.B No.1. ex tex. quatuor casus, seu quatuor species personarum, quæ non tenentur pro absolutione ire ad Papam. Et no. quia tex.de mulierib. loquitur indistinctẽ;& sic si mulier iuuenis, vel sui iuris, diues, vel pauper sit, non tenetur pro hac absolutione ire ad
1 Papam,quia itineratio earum periculosa est. † Secundo no. legatum Papæ posse absoluere ab excommunicatione, etiã
2 in casu episcopo non permisso.& de istis legatis,dic, vt plene leg.& no.in c.pen.de offic.leg.† Tertio no.quòd tempore mortis potest excommunicatus per can. si quis suadente,absolui ab alio quam à Papa. recuperata tamen sanitate, tenetur ire ad Papam,vel eius legatum,aliàs reincidit ipso facto in eãdem excommunicationem,vt in c.eos.eod. ti.lib.6. Sed quæro qui dicãtur destituti membris. Sed procedit tex. in istis claudis, cęcis, & alijs multifarie impeditis in mẽbris; omnes enim tales dicuntur miserabiles personæ,& gaudent hoc priuilegio. Vlt.quæritur hic.dicit tex. q absoluti tempore necessitatis debent necessitate cessante adire Papam, vel legatum,suscepturi mandatum apostolicum, &c. nunquid sufficiat dum legatus est in transitu? Inn.hic ponit duas opiniones. Quidam dicunt, q sic,vt.n.possunt absoluere, ita, & hoc mandatum iniungere. Alij contra,quòd in transitu possunt absoluere propter periculum mortis, & tunc accessorium iniungere mandatum;seu mandare principaliter non possunt, sed debet recurri ad legatum proprium non ad trãseuntem. Host. placet primum dictum, sed certe licet primũ sit æquius;secundum tamen est verius, secundum Ioan. An.
3 de quo per Spec.in tit.de leg.§.dicamus,ver.sed tunc.† In gl. in ver.iuxta facultates, in fi. Sed quæro, qualis erit ista satisfactio. duæ opi. ponuntur per Doct. vna quæ versatur circa expensas,damna, & interesse, & quia clericus non debet petere æstimationem iniuriæ: sed propter dignitatem clericatus debet ignoscere,vt in l.si quis in hoc genus. C. de sacrosan.eccl. Alij vero dicunt quos sequitur Host. quòd non sufficit isti iniuriato flectere genua,& petere veniam;imo tenetur satisfacere de iniuria illata. & æstimabitur iniuria secundum qualitatem,& quantitatem personæ iniuriatæ, & iniuriæ,& emendabitur ipsi clerico.& pro hoc bon.text. in cap.
4 olim.supra,de iniu.& hæc opi.est verior; sed alia est æquior. Item aduerte, † quia licet actio iniuriarum expiret per lapsum anni, in l.si non conuicij. C. de iniur. tamẽ per viam exceptionis compellitur iniurians excommunicatus satisfacere,etiam post annum,quia non debet absolui, nisi primo satisfaciat, vt hic. quamquam ergo directe per viam actionis non possit post annum consequi iniuriatus æstimationem iniuriæ,consequetur tamen eam indirecte,[a] quia aliàs non audiretur petens absolutionem,secundum Hostien. &
5 bene. & hoc no. † In glo. in vers.pauperes.Ioan. And.dicit, buòd pauper mendicans,aliàs potens ad eundum, tenetur ire ad curiam,si aliàs mendicando, potest sibi prospicere,sicut in loco in quo manet. & hoc casu loquitur iste text. Si vero est pauper non mendicans, nihil habens vnde viuat, nisi ex artificio suo,quod exercere non potest in itinere,habet locum contrarium, ex quo enim non est solitus mendicare, sed ex artificio suo viuere, non tenetur pro absolutione obtinenda mendicare. & ita loquitur contrarium. quod no.Imo plus dicit, quòd si solitus mendicare ex mendicitate,prospiciebat sibi,& vxori, & itinerando non possit prospicere vxori, tunc non teneretur ire, quod satis mihi placet.

ADDITIO.

a ¶Indirecte. De veritate huius vide Fel.in c.fi autem.supra,de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens, vel interficiens clericum, qui contempto clericali habitu, enormitatibus se immisceat,excommunicatus non est, non tamen impune interficit.& nu.8.*
Excommunicatus est vitandus ante denunciationem. & num.5.& 4. quando certum est ipsum esse excommunicatum, secus si sciam solum. & num.7.
2 *Iniurians clericum,conuenitur coram iudice ecclesiastico.*
5 *Crimen etiam occultum afficit criminosum.*
6 *Clericus immiscens se enormitatibus,ipso iure perdit priuilegium can. si quis suadente.*

CAP. XIIII.

VM non ab homine. Autẽ denunciationẽ vitandus est excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericos:nisi sit occultus.h.d.
1 primo.† Interficiens clericum,qui contempto clericali habi-
a tu[a] se enormitatib.immiscuit, excommunicatus non est, hoc secundo. Et duo sunt dicta. Secundum ibi,in articulo. Casus lite. Aliquis est excommunicatus pro violenta manũ iniectione.sed nondum est denunciatus,quæritur vtrum ab alijs sit vitandus, respondet Papa, licet nondum denunciatus,debet tamen illum euitare, nisi forte id tibi soli constet, quo casu ipsum priuatim quamdiu ab ecclesia toleratur,tãtummodo debes euitare,vt saltem rubore confusus, pro latenti excessu satisfacere compellatur.Secundo quæritur,aliqui occidebãt clericos, qui contẽpto habitu clericali enormitatib.se immiscebant,quæritur an occisores tantum clericorum sint excommunicati.resp.Pap.q in odium clericalis excessus, & in terrorem similium excommunicationum sententiam non incurrunt,tamen penitentia aliquantulum asperior est illis imponenda, quàm si in laicos talia commi-
2 sissent.B.† No. 1.ex tex.ibi,quòd sacrilegio, &c. quòd injiciẽs manum violentam in clericum, committit sacrilegium, & tanquàm sacrilegus coerceri potest, & coram iudice ecclesiastico conueniri.17.q.4.si quis deinceps.& c.quisquis.& su
3 pra de fo.comp.cum sit generale.† Secundo no.q vitare tenemur excommunicatos, nedum nominatim ab homine, sed etiam excommunicatos à iure; licet adhuc per hominẽ denunciati non sint excommunicati. & hoc qñ certum est
4 illos esse excommuicatos.† Tertio no.quòd in publico non debemus vitare excommunicatum à iure, quando excommunicatio probari non potest,vt quia alicui tãtum hoc notum est. Et hanc puto rationem huius literæ,ex quo enim non possumus cum conuincere de excommunicatione,nõ debemus vitare in publico cum dedecore, vel infamia sua. arg.6.quæst.2.in cap.si tantum.& ca.placuit. facit l. diffama-
5 ri.C.de ingen.manu.† Quarto no.ibi,pro latenti excessu,&c. quòd canon pœnam ipso iure pro delicto inferens, afficit delinquentem quantumcunque occulte:Constitutio ergo fori contentiosi ligat criminosos, quantumcunque occul-
6 tos.pro quo vide bon.gl.in cle.1.de hære.† No.in §. in articulo,secundum veram lecturam casum quo clericus sine alia admonitione perdit ipso facto priuilegium canonis, si quis suadente, videlicet quando contempto clericali habitu immiscet se enormitatibus , & hoc est notandum contra istos clericos,

ADDITIO.

a ¶Clericali habitu. Adde Gem.in rub.de vi.& honest.cle.nu.6.& ibi Celsus in apost.in ver.vestium.istum in c.1.post Inn.nu.1. & quod ibi posui in apost.ad eum,in vers.ipso facto.supra,de apostat.& præall.Gemi.in c.1. nu.2.& ibi iterum Cels.in apost.ad ipsum,in ver.ipso iure,præl.tit.de vi.& honest.cler.lit.6. Zac.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clericos, qui indebite relicto habitu, efficiuntur stipendiarij, seu armigeri: quòd quantumcunque isti cognoscant, & notum sit alijs, eos esse clericos, non habeant priuilegium immunitatis personæ. Nam si non cognosceretur, tunc non esset dubium per cap. si vero, supra eodem. Nec hoc esset in odium istorum clericorum, sed propter probabilem ignorantiam percutientium. verus ergo intellectus huius §. est, q̃ licet sciat ipsos esse clericos tamẽ propter hũc excessum, exuti sunt priuilegio cano. si quis suadente, sicut dicimus in clericis coniugatis, quia relicto habitu, pariter pdunt priuilegium immunitatis psonę. Et aduerte 3 quòd iste tex. nihil dicit de priuilegio fori, nunquid ergo tales clerici capti in huiusmodi enormitatib. possint puniri per iudicem
7 laicũ de quo dicam plene in c. perpendimus. j. eo. † In glos. 1. ibi, nisi solus hoc sciam. No. bene gl. nam Inn. in c. inquisitioni. infra eod. in quadam add. visus est voluisse excommunica
a tum à iure, debere vitari [a] citra denunciationem, quãdo notorium est illum in excommunicationẽ incidisse; secus vbi non est notorium, sed multis pateat. ar. 2. q. 1. multi. Sed certe illud dictum Inn. videtur contra istum tex. cum in principio generaliter dicat excommunicatum à iure vitandum, absque alia denunciatione. & excepit tantum vnum casum, quando scilicet vni soli hoc pateret. secus ergo si plurib. licet non inducatur notorium. nam exceptio firmat regulã. 32. q. 7. cap. dominus, vt supra. dixi. Ratio huius exceptionis esse potest, quia ex quo solus scio, & sic probare non possem, de-
b beo silere; aliàs de facili daretur materia infamandi [b] aliquẽ. Sed quando plurib. hoc notum est, audacter debeo eum cui tare, etiam in publico, cum possim eum conuincere. ar. in l. diffamari. C. de ingen. ma. & melius in l. eum qui nocentem. ff. de iniu. Non ob. cap. multi. 1. q. 1. quia loquitur de criminosis, quos nisi sint excommunicati, vitare non debeo. non autem loquitur de excommunicatis à iure. dicit tamen Inn. in prę al. c. inquisitioni, q̃ si quis in vna prouincia esset excõmunicatus notorie; & in alia prouincia mihi soli pateret, q̃ debeo eum vitare ibi, etiã in publico, quod satis placet, quia non potest iste dici ab ecclesia toleratus, pro quo facit quod no. glos. in cap. ad nostram. 3. de iureiur. & Innocen. in c. tua. in fi. de coha. cle. & muli. In glo. in ver. minime coercerentur
3 ibi, (perpendimus.) & ibi plenissime dicam. † In gl. fi. Sed quęro nunquid ista pœnitentia imponatur istis occisoribus cleri corum, de necessitate. Doct. videntur velle hoc quoad cautelam tantum, vt sic potius necessitate quam voluntate talia prosiliant. puto aduertendum, q̃ aut ex parte occidentium bellum est iustum, & tunc procedat dictum Doct. vt ad cautelam imponatur hęc pœnitentia, aut bellum est iniustũ, & tunc imponenda est de necessitate. & hunc puto intellectũ c. nam licet propter hoc delictum clerici perdant priuilegiũ immunitatis personæ, non tamen per hoc sequitur, q̃ impune liceat tales clericos occidere. & tunc patet esse verum intellectum huius c. cum tex. præsupponat pœnitentiam imponendam, etiam pro occisione laicorum, quod est menti tenendum in perpetuum.

ADDITIONES.

a ¶Vitari. An excommunicatus debeat euitari ante denunciationem. vide quæ cumulat Fel. in c. Rodulphus. supra de referip. Seb. Sap.
b ¶Infamandi. Adde de hac materia Lu. Ro. cons. 387.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de excommunicatione, est vitandus donec se purgauerit.*
2 *Participans cum excommunicato, incurrit excommunicationem, etiam q̃ sit participans, episcopus, vel in alia dignitate constitutus.*
3 *Papa participans cum excommunicato, non incurrit aliquam excõmunicationem, licet aliter peccet.*
4 *Iuramentum quod præstant absoluendi ab excommunicatione, an sit de substantia absolutionis. & nu. 8.*
5 *Excommunicatus licet satisfecerit damnum passo, adhuc indiget absolutione.*
6 *Habitus pro excommunicato per solam famam, est vitandus.*
7 *Absolutio ab excommunicatione, an possit peti per procuratorem.*

CAP. XV.

1 Vm desideres. Ante absolutionem, cõmunicandum nõ est excommunicato, licet iurauerit parere mandatis ecclesiæ, vel composuerit cum offenso. Vel sic. † Infamato de excõicatione, cõmunicandũ non est, nisi se purget, vel ad cautelam absoluatur. h. d. & tria sunt dicta quæ patent per §. Casus lit Primo talis quæstio hic ponit, aliquis erat ex cõicatus, & iurauit stare mãdatis ecclesię, episcopus ante absolutionem reddidit ei cõmunionem, quæritur vtrũ sibi, ab alijs sit communicandũ, & an eps ei eõmunicare debuerit. Respondet Pa. q̃ iuratoria cautio quam præstant excõicati, potius ad cautelam ex consuetudine ecclesię introducta est, quam ex rigore canonum, nec propter iuramentũ dẽt quis dici absolutus, nisi absolutio fuerit subsecuta, nec dẽt cõioni restitui aliorum, cum constet ipsum excõicatum fuisse, & verũ sit eum absolutũ non esse. nec eps, nec alij debẽt ei cõcare, nisi fm formã ecclesiæ post iurm fuerit absolutus, quia qui excõicato cõicat, est excõmunicatus. Sed a quæstio talis est. publica fama est aliquẽ esse excommunicatũ, ppter violentam manuum iniectionem in clericũ, quæritur an propter famam illam debeat euitari. Respondet Papa, q̃ nec eps, nec alij dẽnt ei cõicare, nisi de hoc ad arbitrium episcopi se purgauerit, vel saltem ad cautelam ante fuerit absolutus. Tertia quæstio est, aliquis verberauit clericũ, & ipso mediãte, verberator cum clerico est reconciliatus, quæritur an sit ei communicandũ ab alijs, respondet Papa, qđ licet ille talis clerico satisfecerit, tñ ecclesię quàm offendit nõ satisfecit; & nisi iscundum formam ecclesię fuerit absolutus, nõ est ei ab alijs
2 cõmunicandũ. B. † No. 1. ex tex. q̃ nemo [a] dẽt cõicare excõ-
a cato ante absolutionem, qualisc̃unque dignitatis existat. vide etiam episcopus communicãdo cum excõmunicato ante absolutionem, incidit in excommunicationem; nam ista indifferenter excommunicat participantes excommunica-
3 to, cui oẽs subijciuntur. vt in c. infra, de const. † An aũt Papa communicando excommunicato incidat in excõicationẽ. Gl. in c. nulli. supra eo. concludit q̃ nõ, & ratio est manifesta, quia hoc vinculum excõmunicationis cõtrahitur à iure positiuo, quo papa nõ ligatur, vt in c. proposuit. de concess. prę bẽ. dicit tñ no. ad illam gl. q̃ aliàs papa peccat. q̃ intellige, q̃ nõ subest causa sibi cõmunicandi: nã tunc Papa non solum facit contra ius positiuum, sed ẽt contra ius diuinũ, quia ita habetur in euãgelio, qui nõ vult se corrigere & excõicari, propter hoc dẽt haberi velut ethnicus, & publicanus. vnde Papa cum sit subiectus legi diuinæ. 25. q. 1. sunt quidã, peccant. non habendo eum tanquam publicanũ & infidelem, quia aũt si excõmunicatio, quę cõtrahitur propter participationẽ dic vt in c. concubinę. j. cod. vbi de hoc dicetur. Secũdo no. q̃ episcopus non potest ex sua voluntate aliquem absoluere ab excommunicatione, & ideo licet velit per cõmunionem suam illi redditam, eum haberi pro absoluto, non potest. cus est in Papa, quia ipse non subiacet certę formæ, sed ęs subijcitur dispositioni iuris. de quo in cle. si summus. eo. tit.
4 † Tertio no. q̃ iuramentũ, q̃ præstant hodie absoluẽdi ab excommunicatione. de quo in c. ex tenore, j. eo, fuit introductum ex quadam consuetudine ecclesię. Ex quo infert, q̃ iuramentum non est de substantia absolutionis. de quo tandic, vt j. subijcià cũ gl. Quarto no. in §. secundæ quęstionis. ar. op. pro his quæ dixi in c. præced. q̃ vbi excommunicatus plurib. nota est, debent scientes vitare excommunicatum. nec tra omnem denunciationem. nam si sola fama sufficit, sicut
5 tius vbi habetur certitudo. † Not. in §. 3. quod non sufficit excommunicato satisfacere de eo, pro quo fuit excommunicatus, nisi absolutionem consequatur; imo excommunicatus, donec satisfecerit, eget absolutione, de quo per gl. no. in cle. 3. de dec. Item not. q̃ ex iniuria illata clerico, nascuntur duæ actiones iniuriarum, vna cõpetit ipsi clerico, quatenus iniuria tangit personam suam; alia competit ecclesiæ, cuius iuria infertur ex persona clerici, & remissio, seu compositio facta cum clerico, non tollit actionem competentem ecclesiæ. & pro hoc text. ibi, ecclesiæ tamen, quàm offendit &c. Nam loquitur de ecclesia particulari, cui satisfaciendum est propter iniuriam illatam clerico, vt dixi in c. parochianos supra eodem. Et puto q̃ etiam patri ipsius clerici competat actio iniuriarum, pro hoc q̃ no. in c. per venerabilem, qui filij sint legi. cum clericatus nõ eximat à patria potestate. sicut aliud sensit gl. in c. indecorum. de ęta. & qua. sed primum verius, vt probatur in d. ca. per venerabilem, per locum à fo-
6 ciali. † In glos. in versic. si publica fama. [b] sed quando iste de-
b vitandus. Inno. ponit duas opi. Quidam dicunt cum deliquerit in se purgando. Alij vero q̃ cũ differt præstare purgatio-
c nem, [c] & hoc videtur placere Inn. sed puto inconuenienter. vitandum, cum infamia inualuit contra eum. arg. in c. illud de cler.

ADDITIONES.

a ¶Nemo. Vide quod no. Io. Cald. in tract. de eccl. interdict. in 6. mebro prin. in 4. quæst.
b ¶Si publica fama. Adde Bal. in c. 1. circa princ. ver. no. q̃ excommunicatus in ti. hic finitur lex. deinde incip. consuet. re. vbi dicit, q̃ per famam probatur excommunicatio, donec probetur contrarium per aliam famam vel indicium, quia episcopus ei communicat. & ita dicit notari in nouella. in c. prudentiã. de of. del. & omnino adde hic q̃ late scripsi post glo. ver. sciuisti, in c. cum cõingat. de refer. vbi singulariter ista declarat. Item ¶Si publica fama. De hac gl. facit mentionem Bald. in c. 1. in prin. in ti. hic finitur lex. in vsi. feu. & Gem. in c. pro humani. §. fi. de homi. lib. 6. Seb. Sab.
c ¶Purgationem. Hanc tenent Domin. in c. pro humani. § fi. de homi. lib. 6. vide quod pro hoc no. gl. in c. dilectus. §. in verbo, faciendi; circa medi. de ordi. cogn. Bar. de Bel.

de cler. excom. minist. Nam tractatur hoc casu de modico præiudicio, & de fauore animę, ideo fama hoc casu facit plenam probationem, & hoc videtur velle iste tex. nam indistincte dicit cum vitandum, nisi se purgauerit, & purgationem præstiterit. Non ergo reddẽda est sibi communio, ante purgationem præstitam, vel absolutionem obtentam ad cautelam. In gl. fi. ibi, vt scilicet iuramento præstito, &c. Dic, quòd imo tex. loquitur de forma absolutionis, tradita, in c. à nobis. 2. in fi. infra eod. vt scilicet præstito iuramento de paren-
a do mandatis [a] ecclesiæ, introducatur postea in ecclesiam cũ psalmo pœnitentiali, oratione dominica, &c. vt ibi dicitur. nec opus est, quod alia sententia feratur super absolutione.
7 † Ex his infertur ad quæstionem [b] nunquid absolutio ab excommunicatione possit peti per procuratorem: Inn. dicit, quod non, quia hæc forma requirit præsentiam personæ. fatetur tamen, quòd vbi subest iusta causa, poterit procurator interuenire. pro hoc c. quanto. 2. q. 5. sed Host. tenet, q̃ in
b distincte non potest interuenire procurator, quoad ecclesiam militantem; quia absolutio requirit confessionem, cõtritionem, & introductionem in ecclesiam, cum solennitate prædicta. & dictum gl. communiter tenetur. nam si valet excommunicatio, etiam non seruata debita forma, fortius absolutio. Satis tamen mihi placet opi. Inn. vt vbi non subest causa, comparet absoluendus, & pro hoc vide bo. gl. in d. c. quanto. & dicit Spe. in ti. de procur. §. 1. ver. item opponitur quòd in curia Romana hoc seruatur. de quo etiam per Archid. in c. vt officium, de hær. lib. 6. † Infertur etiam ex prædictis ad aliam quæstionem, [c] quæ sequitur in gl. nunquid valeat absolutio iuramento non præstito? Quidam, quod nõ, quos sequitur Host. nam cum sit de forma, non valet absolutio forma non seruata. arg. c. quia propter, de elec. Nõ ob. iste tex. dicens fuisse inductum hoc iuramentum ex consuetudine: quia hodie hæc consuetudo redacta est ad ius commune. Glo. hic concludit contrarium, & communiter tenetur opi. gl. nam, vt dixi in præced. q. sicut tenet excõmunica-
c tio [d] non seruata forma, ita absolutio. ar. de pę. diss. 1. in c. verbum. facit c. venerabilib. in §. vbi autem, eod. tit. lib. 6. vbi patet quod absolutio iniusta tenet, quod no.

ADDITIONES.

1 ¶De parendo mandatis. Concordat c. ad hoc. 2. de app. Sed interdum iuratur de parendo mandatis absoluendis vt in c. cum ecclesiis. de ma. & obed. Idem dicit gl. in c. ex tenore. & vide tex. in c. nuper. in fi. de sen. excom. in c. prudentiam. §. fi. de of. dele. & ibi Ant. dicit, quod inter hæc nõ est differentia.
2 ¶Quæstionem. Vtrum absolutio ab excommunicatione possit impetrari per procuratorem. & adde gl. in ver. absens, in c. de manifesta. 4. q. 1. vide Spe. in tit. de procur. §. ratione igitur sui. in ver. 16. in secunda absolutione. & vide bonam gl. magi. in c. qui ad agendum, de procu. li. 6. quæ dicit, q̃ absolutio ab excommunicatione, sicut legitimatio personæ, non datur. dici posset q̃ non possit impetrari, nisi habeat speciale mandatum. & alleg. c. q̃ de his. j. eo. qui tex. indicio meo mihi facit, sed dic, q̃ absolutio ab excommunicatione, sicut legitimatio personæ non absurde dici posset q̃ non possit impetrari per procuratorem. per tex. sing. in l. 2. C. de his qui ve. ætat. imp. qui em tex. etiam ad hoc allegar gl. in reg. potest quis per alium. li. 6. & de quæst. hic posita per D. Ab. vide omnino in terminis pulchre per Arch. in c. cum aliquis. 11. q. 3. vbi concludit idem quod Spe. in d. § ratione igitur. & vide 5. de quo per Do. de Ro. dec. 405. col. 4. incip. si decanus. in ordine nouissimo.
3 ¶Illum quæstionem. Vide circa hoc quæ scribit D. Ant. in c. ab excommunicato. & quod ibi no. late de refer. super gl. in ver. difficultatem. & ibi no. aliqua ad materiam. Item adde q̃ sicut qui absoluitur ab excommunicatione, debet præstare iuramentum, sic & ille, qui absoluitur à suspẽsione. rex. est in c. venerabilis. infra eo. & probatur etiam in c. super eo. in fra, inducendo à speciali, & alibi non probatur hoc, secundum Ioan. Andr. & Abb. ibi, & vide Abbatem in cap. quæstionẽ. de appellatione. in 1. no. Et adde quòd illud quod dixi de suspensione, habet locum in suspensione iuris. ita singulariter dicit Archid. in c. sacerdos. 50. distinc. Item de hoc, an iuramentum sit de substantia in absolutione à sententia excommunicationis, vide eleganter & forte melius quam alibi, per Ant. in alio loco in d. c. ab excommunicato. de referip. in ver. venio ad secundũ. qui incipit, partes. Item adde q̃ cautio, quam præstat absoluendus ab excommunicatione, præfatur in relaxatione interdicti, vt dicunt Dom. de Ro. in antiquis, dec. 202. Item quod in absolutione ab excommunicatione, requiratur cautio iuratoria, tenet sanctus Thomas in 3. sent. dist. 18. q. 2. artic. 5. circa medium. De quo vide An. in capitulo Odoardus. de sententia. Adde hic Bald. in l. si quis mihi bona §. iussum. ff. de acquiren. hæred. vbi dicit per illum tex. esse arg. quod non sufficit procuratori dari speciale mandatum ad petendum absolutionem ab excommunicatione, nisi fi specialiter exprimatur excommunicatio. & postea hæc relinquit Canonistis.
4 ¶Ad aliam. Idem dicit Arch. 5. q. 4. in c. in loco. & alle. hic c. veniens, & opinionem facit quod no. Bar. in l. in hoc iure. dicto. ff. de itine. actuq; priu. ¶Adde hic Bal. in auth. interdicimus. C. de epi. & cler. vbi dicit, quod petitio absolutionis a sententia excommunicationis, potest peti per procuratorem. sed non ipsa absolutio, quia per procuratorem non ostendit se pœnitentem, nec in procuratore potest seruari forma absolutionis quæ fit per manus impositionem. Et allegat Host. in c. per venerabilem. ver. requiritur etiam an aliquis, qui filij sint legi. An autẽ præstatio formæ iuramenti possit fieri per procuratorem, vide Bal. in c. 1. de iureiur. de quæstione hic posita, videlicet an absolutio ab excommunicatione posit peti per procuratorem, vide Dom. in c. eos. in prin. post Archi. ibi, de sent. exc. li. 6. & per Bal. in c. Imperatorum. ver. extra quæro. de in cal. & facit quod no. Bar. in l. Gallus. §. forsitan. de lib. & posth. vbi concludit, quod legitimatio potest peti per procuratorem. De quo etiam per Bar. in l. post mortem. ff. de adopt.
d ¶Excommunicatio. Adde tex. quem ad hoc ibi ponderat Ant. de But. in caolim, sup. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Iniiciens manus violentas in clericum turbantem diuina officia non incurrit excommunicationem.*
2 *Monialis gaudet priuilegio cano. si quis suadente.*

CAP. XVI.

1 Eniens. Sacerdotes ejciẽs regularẽ de ecclesia, officia diuina perturbantẽ, excõmunicatus nõ est. hoc dicit. In 1. conquestio. In 2. prouisio, ibi. ideoque. Casus literalis. Quædam monialis, dum sacerdos matutinum officium celebraret, intrauit ecclesiam, & cepit ludere cum alio clerico, prestãdo impedimentum diuino officio, propter quod sacerdos aliquãtulum commotus, vt diuinum officium liberius celebraret, manum in eam apposuit, vt ipsam extra ecclesiam poneret. Sed cum nollet exire trahendo ipsam coegit tandem intra ecclesiam residere, propter quod episcopus, facerdotem illũ tanquam excommunicatum virabat, & faciebat ab alijs eui tari; vnde ipse ad Papam accedẽs, factum sibi exposuit: mandauit Papa episcopo quatenus si res ita se habeat, ipsum non
1 cuitet, cum non sit excommunicatus. Bernar. † Not. primo ex tex. ibi commotus &c. q̃ iniciens manũ in clericum, seu religiosum turbantem diuina officia, excommunicatus nõ est, etiam si commotus hoc fecerit. commotio ergo ex iusta causa, nõ operatur vinculum excõmunicationis, vbi subest
2 iusta causa manus iniiciendi. † Secundo no. q̃ monialis gaudet priuilegio c. si quis suadente. vbi sine iusta causa manus in eam inijcitur, vt in c. de monialibus. j. eo. ti. Oppo. contra tex. nam vt sibi contrarius. nam primo dicit istum sacerdotem iniecisse manum in monialem, vt eam extra ecclesiam poneret, & postea dicit q̃ compulit eam residere intra ecclesiam. Solutio duplex. nam vna litera habet extra ecclesiam; & tunc cessat contrarium. Alia vero litera habet intra, & tũc intellige, q̃ isti in hac ecclesia erant canonici regulares, & moniales habẽtes diuersos choros; vnde sacerdos istam monialem ingressam chorum virorũ extraxit; & duxit ad chorum proprium, & intra ecclesiam coegit eam residere. In gl. in fi. Alij vero intelligunt, quod iste sacerdos erat ibi prior, etiam monialium, sicut fernatur in ordine sancti Marci. vnde ratione prælationis, fuit excusatus. alij vero intelligunt in distincte, q̃ quantumcunque non habeat iste prelationem, excusatur ab iniectione manuum, ex quo turbabatur. Et ex hoc & ex tex. no. q̃ turbantes diuinum officium in ecclesia, possunt de ea expelli sicut facientes tumultum in iudicio. de quo vide bonum tex. in c. in loco. 5. q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus plures si possunt dari ad aliquem textum, ille est dandus qui continet dubitationem.*
2 *Absolutio ab excommunicatione can. si quis suadente, an aliquo casu possit fieri per episcopum.*
3 *Iniuria leuis, mediocris, vel enormis, quæ sit, statur arbitrio iudicis.*

CAP. XVII.

a Eruenit. [a] Legitur multis modis, sed fm cõmunẽ lect. h. d. Excommunicati pro leui iniectione manuum in clericũ, possunt per episcopum absolui. & est iste tex. sing. secundum hanc lectu. Casus literalis. Aliqui leuem & modicã iniuriã inferunt clericis, pp quã sunt excõicati, qrebat vtrũ accedere debeant ad sedem apost. Dominus Papa committit arbitrio episcopi, vt videat an leuis sit iniuria vel nõ: si iniuria leuis fuerit, eos absoluat, aliàs ad Papã remittat eosde. Ber. In gl. fi. Primam opi. tenuit Inn. hic, & pro hoc adducebat literam in fi. ibi, duximus committendam. quasi velit dicere hanc fuisse specialẽ commissionẽ. Sed alij communiter sequuntur dictũ gl. vt q̃ facit ius cõmune, quoad omnes. nã si contineret ipecialem indulgentiam, cum non appareat cui

ADDITIO.

a ¶Peruenit. Late hic Lap. alleg. 77. vbi dicit, quod episcopus potest absoluere excommunicatum. qui dedit alapam vni canonico ecclesiæ cathedralis, quia hæc nõ dicitur enormis iniuria. Item adde, q̃ ista absolutio, nẽ pro leui iniuria illata in personã clerici, nõ potest facere inferior absque speciali mandato. Et ita dicit Arch. in c. si quis suadente. in fi. 17. q. 4. qui ita dicit tenere Inn. in c. de cætero. de sent. excommu.
¶Adde Cal. cons. 4. hoc tit. Lud. Rom. sing. suis. vbi dicit hoc singulare.
¶Peruenit. Hunc tex. contulit inter singularia. Rom. in sing. dec. in c. incidens in excommunicationem. & vide Car. in cons. 43. inc. Reuerendissime pater, super casu suprascripto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui loquatur,& cuius sit priuilegiũ,erit hęc decret. omnino superflua.pro hoc facit quod habetur in antiqua,vbi scribebatur,ga iste deberet absoluere mulieres senes, &c.& postea fuibijciebatur,de his absoluẽdis,&c.vt in litera.vnde sicut episcopus potest iure suo mulieres senes,& alias huiusmodi absoluere,vt in capit.ea noscitur.supra eod.ita &istos pro leui iniuria excõicatos.& iste intellectus,tãquam benignior,amplectendis est.†Et pro hoc facit,q vbi duo possunt elici intel
1 lectus,debemus sequi illum,qui continet in se aliquam dubi tationẽ ,& de aliquo prouidet.l.q Labeo.ff.de Carb.edic.& in l.1.ff.ad muni.facit c.cum in iure.de of.leg.Item consuetudo quæ hoc habet,in dubio multum est attendẽda, & minime sunt mutanda.& c.l.minime.& l.si de interpretatione.ff. de leg.& in c.si vere,ẽ.eo.vbi in casu speciali episcopus absol uit,quando iniuria non est enormis.ad idem.c. quoniam.supra de vi.& ho.cle.vbi hoc est priuilegium clericorum com-
2 muniter viuentium.†Sol.dicit Io.An.& bene , distinguendũ fore inter iniuriam leuem,mediocrem.& enormem , vt pro leui iniuria,quilibet episcopus possit absoluere iure suo authoritate huius decre.non autem hoc licet regulariter inferiori prælato.nam hæc decr.dirigitur episcopo , vt patet ibi, fraternitati tuæ.&c. Inferior enim ab episcopo,non appellatur frater,sed filius.vt in c.quam graui.de cri.fal. pro iniuria vero mediocri,nõ potest episcopus absoluere nisi priuilegiatos,& hoc casu locum habent contraria superius alleg. & si milia iura. p iniuria vero enormi,epi scopus regulariter nõ absoluit,nisi in necessitate,& vbi specifice sibi committitur. Sed quęro,nunquid episcopus poterit absoluere laicos leui ter iniuriãtes clericos.Communiter tenetur quòd sic, quia
3 iste tex.loquitur indistincte,quod no.†Et quæ dicatur iniu-
a ria[a] leuis,mediocris,& quæ enormis,recurrendum est ad ar bitrium iudicis.argum.Inst.de iniu.in §.atrox.facit.cap.cum
b illorum.& quod ibi[b] no.infra eod.

ADDITIONES.

a ¶Iniuria.Statur arbitrio iudicis,quæ sit leuis vel grauis iniuria, sed tu de hoc in terminis istis,vide omnino Spe.in tit.de leno.§.nũc dicamus.ver. quæ autem dicatur atrox vel grauis.
¶Adde.Ale.consi.112.2.lib.Ioan. de Ana.cons.44.
b ¶Et quod ibi.In gl.in ver.membrum.& in ver.effusionem.

SVMMARIVM.

1 *Participans scienter cum excommunicato in diuinis officijs, excommunicatus est,& per solum papam absolutur.*
2 *Excommunicatio maior & minor priuãt sacramentis.*
3 *Excommunicatio per participationem hodie non incurritur, nisi canonica monitione præmissa.*

CAP. XVIII.

1 Ignificauit. †Communicans in diuinis,ex communicatis per Papã,quia diuina celebrat, excommunicatus est excommunicatione maiori,& per solũ Papam absoluendus: h.d.secundum vnum intellectum. Vel sic,secũdum aliũ.Clericus qui scienter & sponte participat excommunicato in diuinis officijs, excommunicatus est maiori,& tãtum absoluendus per Papam.Casus lit.Aliqui erant excommunicati à Papa propter suos excessus:quidã clerici eis scienter, & spõte participauerunt illis excommunicatis , & ipsos in officijs receperũt.quæritur à quo isti clerici sint absoluendi?Respõder Papa,quod per ipsum tantum,cum sint inuoluti eadem excommunicationis sententia,qua & illi B.In gl.in fi. Ex hac gl.colliguntur tres lect.ad tex.Prima lec.vt loquatur de excõ municatione minori,quam regulariter incurrunt participãtes excõmunicato.vt in c.nuper.infra eo.&c.si celebr.de cle.
2 excom.mini.& in c.à nobis,supra de excep.† & tunc ad tex dum dicit eadem sententia,respondetur,quod est eadẽ in genere,& quo ad quid,puta respectu priuationis sacramentorum,quia sicut excommunicatio maior priuat sacramẽtis, ita minor,vt in d.c.si celebrat.sed cõtra hanc lect.facit, quia tex.reseruat hic absolutionem Papæ.quod non faceret si loqueretur de excõicatione minori,vt in c.nuper.infra cod.Et ideo forte gl.transit ad aliam lect.vt intelligatur tex.de excõmunicato cum omnibus sibi participantibus nam tũc participantes inuoluuntur eadem excommunicatione, & ista
3 lec.est vera in se,sed diuinat ad tex.† & hodie non potest ferri talis excommunicato in participantes , canonica monitione non præmissa.vt in c.statuimus.eo.ti.lib.6. Tertia lec. glo. vt loquuntur de participantibus excommunicato in crimine pro quo fuit excommunicatus,& tunc oportet intelligere.quod fuit aliquis excommunicatus à Papa qui celebrauerat diuina post suspensionem,quo casu participantes sibi in diuinis officijs,communicant excommunicato in crimine, & inuoluuntur eadem sententia.vt in c.si concubinæ.j.eo. & ista lec.bona est.& secũdum eam,primo summaui.sed aliquantulum diuinat ad istum text.quod hic participauerunt in crimine.Quarta lec.datur extra gl.quæ videtur cõmunis vt intelligatur.c.de participantibns excommunicato,& no in crimine.Sed ad hoc vt incurrant excommunicationẽ mi
a iorem,requiruntur[a] quinq;.quę narrantur in tex.Primo q participantes sint clerici,vt patet ibi,clericos. Item q scienter participauerint, vt patet ibi scienter . Item quod sponte vt in tex.ibi,& sponte.Quarto q excommunicato à Papa,vt patet ibi,à nobis.Item & quinto,quod in diuinis officijs participauerint;vt patet ibi,in officijs.Nam cum hæc decreta inducat seu contineat nouam excommunicationis speciẽ,debet intelligi proprie prout iacet,intercuniẽtibus de quibus in tex.nam aliàs regulariter vt dixi,ex participio cum excõmunicato,tantum incurrit excõmunicatio minor.Sed contra lec. facit,quia iste tex. non videtur inducere nouam speciem excommunicationis,cum Papa nõ videatur hic nouũ ius velle edere,cum respondeat ad consultationẽ, & potius dicit.Et nos volumus, &c.& sic loquitur in casu aliàs decisa à iure antiquo.sed illo iure non reperitur hæc species excõmunicationis inducta.Item tex.iste loquitur dẽ præterito,vt patet ibi,participauerunt.Sed si contineret ius nouum,non extenderetur ad factum de præterito,vt in c. cognoscentes & in cap.fi.de constit.sed potest dici,sustinẽdo communem lect.quod forte hoc erat decisum aliqua constitutione antiqua,& ideo Papa respondet hic per illa verba suprà citata, & quia aliæ lecturæ de nihilo nobis seruirent:ideo hæc amplectẽda,& hactenus sic est intellecta hæc decre.& minime mutanda,&c.

ADDITIO.

a ¶Requiruntur.Istam lec.ad istum tex.ad literam ponit & sequitur Ancha. in c.si quis episcopus.11.q.3.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum,etiam volentem incurrit excommunicationem.*
2 *Incendiarius an sit ipso facto excommunicatus, & an possit absolui a episcopo.*
3 *Absolutio ab excommunicatione,quantumcunque reseruetur Papæ in articulo mortis solet,& potest fieri à sacerdote per totam.*
4 *Absolutio ex excommunicatione reseruata papæ, an possit fieri per legatum. vide infra c.prox.*

CAP. XIX.

a Va. Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, vel incendiarius[a] post publicationem,à solo Papa absoluitur primo decla ratio sultatio.secundo responsio.ibi,fraternitati . Cauillit.Quæsitum fuit à Papa,vtrum illi tantũ ab ipso sint absoluendi,qui manus violentas in clericos iniecerunt, respondet Papa,quod non solum qui violentas manus mittunt in clericos,sed etiam incendiarij si pro incendio sint excommunicati,post quam sunt per sententiam ecclesiæ publicati, sed
1 apostolica sunt absoluẽdi.B.†In glo.1.in fi.quasi vltro dicat glo.q quandoque sine violentia manus temeraria extenditur ad clericum:exemplum in percutiente clericum voluntem:nam violentia sibi non infertur,vt in reg.scienti,lib.6. percutiẽs incurrit excommunicationem,quia temere,& q vt in c.contingit.infra eod.sed contra hoc facit, quia c.q suadente,requirit violentiam:ergo non debet extendi.ex sit penalis,sed põt dici,q licet non sit violentia,respectu personæ illius clerici volentis:est tamẽ violentia,respectu totius ordinis clericalis.nam collegium clericale, in cuius favorem principaliter illud priuilegium emanauit, non præsumitur consentire,vnde non potuit iste clericus renunciare illi priuilegio,vt in c.si diligenti,de fo. comp. & in c.cum delicto.
DIlecto. Si Papa indulget reo qui propter absentia actoris possessionẽ recuperare non potest, ꝙ ei lapsus anni non noceat, intelligitur hæc indulgentia, secundum ius commune.h. d. In prima parte recitat tenorem indulgentiæ . In secunda declarat illam,ibi,authoritate. Casus lite. Archiepiscopus Tyronensis,habebat cõtrouersiam cum Venetis,& procuratore ipsorum,super ecclesijs sancti Marci de Tyro,tempore Inno. ad petitionem Archiepiscopi causa commissa fuit quibusdã iudicibus.Veneti Citati legitime,nõ venerunt.vnde propter cõtumaciã ipsorum Archiepiscopus missus fuit in possessionẽ illius ecclesiæ , causa rei seruandæ. tandẽ Archiepiscopo ex causa necessaria absente Iacobus procurator Venetorũ voluit recuperare possessionẽ,& stare iuri.sed quia Archiepiscopus absens erat ex causa necessaria,eam habere non potuit; vnde Papa indulsit illi procuratori , vt elapsus ann. nõ obstaret, quo minus post annum recuperaret possessionem . Archiepiscopus postea hoc intelligens dubitauit,an per talẽ indulgẽtia , possit ille recuperare possessionẽ ecclesiæ qñcunq; , ẽt post annũ , cum simpliciter in ipsa indulgẽtia diceretur , ꝙ de cętero ei lapsus nõ obstaret quo minus possessionẽ recuperaret. vnde ipse significauit D.Papæ,ꝙ tempore indulgẽtiæ impetratę,tũ tempus effluxerat, ꝙ sufficiebat ei ad veram possessionem , secundũ conciliũ generale.Sanius. Vñ timebat Archiepiscopus,ꝙ indulgẽtia præcluderet ei viam ad veram possessionẽ,& si forte, ipsum præcluderet ei viam ad veram possessionẽ,& si forte, ipsum ante prædictam concessionẽ nõ affluxerat,quare quęsiuit à Papa interpretationem illius indulgentiæ.respõdet Papa,ꝙ non fuit intentio sua,jus auferre,quod ei competebat ex possessione,quam habuit ante absentiã, vel ẽt post reuersionẽ ipsius.& sibi imputet pars aduersa , si negligens fuerit in sua institia prosequenda, siue post reditum Archiepiscopi;quia cessante impedimento absentiæ ipsius Archiepisco
1 pi,conueniendi ipsum habuit facultatẽ.B.† No. 1. ex tex.ex principio literæ,ꝙ possessio nõ dẽt restitui reo, ẽt parato satisfacere,si missus in possessionem est absens ex causa necessaria,quod tene mẽti. Ex quo infertur & aliud notabile dictũ, ꝙ ad restituendum possessionem traditam causa contumaciæ,debet missus citari.nam eius interest,vt sit præsens,cum habeat recipere fideiussorem de iudicio sisti. & sic posset obijcere de indignitate fideiussoris , vel ꝙ tẽpus lapsum est, vel quid simile.& hoc tenent communiter Doct. & satis in-
2 nuit,& probat ista litera. † Item not. ꝙ indulgentia tendens in præiudicium tertij, debet intelligi stricte,vt minus præiudicet tertio,quam possit.quod plene dixi,in c.olim.ẽ.eo.Sed dicet tertio,quam possit.quod plene dixi,in c.olim.ẽ.eo.Sed hic quæro, nunquid sit aliud remedium citra impetrationẽ indulgentiæ,vt lapsus anni non noceat , propter absentiam
3 aduersarij.Doct.& bene dicunt,quod sic.†Quia potest offerri cautio cum effectu ipsi iudici , & in defectum iudicis,potest præstari personis idoneis,vt in c.pastoralis . §. præterea, de off.ordi.facit cap.1.& 2. de eo qui mit.in poss. Quid ergo

ADDITIONES.

a ¶Nonimus.Sed vtrum iudex secularis possit punire clericum absque alio processu,ex quo fuit per iudicem ecclesiasticũ degradatus, & curię seculari traditus.Hug.& Lau.tenẽt quod sic in c.flatuimus.1.q.1. Sed Arch.ibi,de hoc videtur valde dubitare, & dicit se de hoc dicturum in c.admonitratores.33.q.5.Itẽ an clericus degradatus tradatur curiæ de foro seculari,vide elegantem doct. quã super hoc tradit Abbas Anto. in cap.at si clerici.§.de adul.in 2.de iud.Sed ad id quod supra dixi.§.de nouo processu, vide quod plenissime scripsi post dom. Ant. in c.1.§. fi. char.de offi.ord. Bar.Bellen.

b ¶Regulam.Adde quod hic eo ipso,ꝙ clericus damnatus ad carceres,fuit de carceribus,dicitur esse incorrigibilis. Ad hoc audiui singulariter legari Petrum de Anc.in c.vt commissæ.de hær.lib.6.Sed cr vide Dubium in c.a nobis,in fi.supra de apella. Bar.Bel.

c ¶Carcerem.Sed vtrũ clericus ꝙ detruditur in perpetuum carcerem,etiam debeat deponi,hic est noua quæstio, quam ponit do.Abb.in d.c.cum non ab homine.el 2.de hære. Bar.Bel.

d ¶Sustentandum.Prælatus extenuans adeo vitam clerici, vt defectu cibi rum cogatur expirare,efficitur irregularis.Et adde quod no.in c.ad audientiam,de cri.fal.per Abb.& quod ibi late notant post eum.Adde etiam aliquis iuste condemnatus, vt fame emoriatur,non peccat, si carnifex occulte ministratum sumat,imo nõ sumere,esset ipsum occidere.Ita determinat beatus Tho.in 4.Sen.q.1.q.3.arti.vlti.Simile dicit Sanct.Thomas in Sen.di.38.q.1.art.3.circa me.qđ non peccat,qui ꝓp aliquod opus pietatis,se mortis periculo exponit,ꝓ quo bene facit tex.in c.ex parte.de sepul.Et de iure ciuili non videtur,qđ quis possit rõdemnari ad perpetuos carceres,seu ad pœnã vinculi,ꝓ tex.in l.credibile.C.de fideiussor.dit Bal.in c.1.§ nequem.ii. quæ fuerit prima causa bene,antiq.

operabitur ista indulgentia,dicetur cum glos. In glo.in versic.indulsimus ibi,parum,vel nihil,&c.Vel dic melius,secundum Doct. quòd indulgentia operabitur,quia sine oblatione cautionis,impediebatur cursus anni. nam si indulgentia hic non intercessisset,debuisset iste præstare cautionem iudici,& satisfacere de expẽsis,vt in d.c.pastoralis,in §.præterea.
4 sed propter indulgentiam,iste seruatur indemnis.†In glo.in ver.ex futura.in fi.vult ergo glo.ꝙ tempus absentiæ tantum subducatur, de medio . sed tempus præcedens remanet firmum,& hanc opinio.sequuntur Vin.& Hostien.& Goffr. & Phil.contrarium sentiunt dicentes , quòd sicut pro cautione interrumpitur præscriptio , & requiritur integer annus, ita & de per indulgentiam.Ioan. And.reducit ad concordiã, quod aut interuenit cautionis oblatio,& interrũpitur præscriptio;& habet locum opinio.glos. & hæc distinctio mihi placet, quia hæc indulgentia , cum sit contra legem, & ius commune, & citra cautionem seruatur indemnis, debet stricte intelligi , vt minus lædat aduersarium absentem, quàm possit .

SVMMARIVM.

1 *Ius percipiendi oblationes in alterius ecclesia,quomodo, & quanto tẽpore præscribatur.*
2 *Limites siue confinia,non possunt præscribi.sed bene quæ sunt intra confinia.*
3 *Oblationum appellatione quid veniat.*
4 *Præscribens iurisdictionem si in loco exercuit aliquos actus, tacite extenditur ad alios actus in genere.*
5 *Oblationes alicuius ecclesiæ,debitæ alicui ex præscriptione, non faciũt quod ille teneatur ad onus fabricę illius ecclesiæ.*

CAP. XXIX.

CVm inter vos. Obligationis nomine, continetur , quicquid offertur ecclesiæ , quocunque modo in missa, vel extra;& in ecclesia,vel extra.h.d. Primo ponitur quæstio prima, & eius decisio per Inno.Secundo ponitur secunda quęstio,& decisio per eundem Inno.Tertio ponitur tertia quæstio,& decisio per Honoriũ.secunda ibi,verum.tertia ibi,ac capellam. Casus lite.inter priorẽ,& clericos Sancti Ioan.& Pau.Tudertini ex vna parte,& abbatem Sancti Petri de Monte Spoletanæ diœcesis ex altera, super tertia parte oblationum capellæ Sancti Hilarij pertinentis ad dictum Abb. quæstio vertebatur . receptis probationibus,in quæstione illa probatum fuit ex parte prioris , & clericorũ Sancti Ioan.& Pau. ꝙ per 40.an. & amplius tertiam partem oblationum prædictæ capellæ ipsi receperunt , & ꝙ prior commiserit clericis institutis per Abbatẽ de Monte conuẽtus sui, eandem tertiam colligendam.propter quod Innoc. Papa adiudicauit ipsam tertiam ecclesiæ , Sancti Ioannis & Pauli.statuens,vt priori haberet per eosdem clericos.tertiam illam colligere,sicut fuerat cõsuetum. Postmodum vero,sacerdos prædictæ capellæ afferebat oblationum nomine nõ contineri ea quæ ipsi capellæ in festiuitate omnium sanctorum mittũtur,& portantur ad illam,& quædam alia de quibus omnib.tertiam illã priori denegat exhibere, de alijs nomine tertiæ persoluẽdæ pro rata partis contingentis priorẽ retinere volebat,ad expensas necessarias faciendas ipsi capellæ reficiendæ.Item Inn. de omnibus supradictis integre persolui voluit,& mandauit tertiam portionem . Adhuc tertio dicebant capellani dictæ capellæ ꝙ decimæ, primitiæ , vel ea quæ offeruntur sacerdotib.pro missijs mortuorum, & quædam alia quæ sequuntur,non continebantur nomine oblationum.vnde de illis nolebant priori tertiam partem soluere.Super his causa delata fuit ad Honorium. Ipse vero auditis,& intellectis prædictis omnib.statuit, vt per clericũ prioris in eadem capella instituendum, de omnib. prædictis, & alijs oblationibus quocũq; titulo ad capellam illam peruenerint sine aliqua diminutione,integre tertia portia priori,& cleri-
1 cis prædictis persoluatur. B † Not.1.ex tex.ꝙ ius percipiendi tertiam quotam oblationum in ecclesia alterius,est præscribile per alium clericum . in hac tamen præscriptione requiritur titulus, cũ sit cõtra ius cõe,vel tũ tps, de cuius initio memoria nõ extitit.vt in c.1.de præscr.lib.6.† Ex hoc ẽt
2 no.ꝙ licet limites præscribi non possint,tñ ea quę cõperit intra limites, præscriptibilia sunt , de quo,in c.fi. de parochijs. No. 4. ꝙ habẽs ius percipiẽdi certã quotã oblationis in ecclesia alterius dẽt eam recipere, secundum cõsuetudinẽ an-
3 tiquã,vel mittẽdo proprium nuncium , vel recipiẽdo à cle-
a ticis ibidẽ institutis.† Vltimo no.ꝙ nomine oblationũ [a] nõ solum

ADDITIO.

a ¶Noſe oblationũ.Adde Inn.in c.de quarta §.de pœ.& in rub §.de parochis.& ibi Host.& hic Fio.late,in l.flatuæ.ff.de vsufr.& Gem. in c.fine.1.q.2.aliquid tangitur per Alex.in l.si quis postb. in pri.ff.de libe. & postb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solum veniunt ea quæ offeruntur in missa, sed etiam extra missam;& non solum sunt bona mobilia, sed etiam immobilia, & pondera quòd etiam decimę, & primitiæ veniũt nomine oblationũ.Sed cõtra prædicta, &tex. in fi. fortiter oppo.de no.per Hostien.& Io.An.in c.causam,supra eo.vbi dicunt quod stricte sumendo oblationem, veniunt nomine oblationis ea tantum quę offeruntur in missa.& ita etiã habet cõmunis vsus loquendi.ergo cum hic simus in materia odiosa,& in prescriptione,debemus stricte capere,vt est text. optimus in simili in c.eũ contingat.de deci.& maxime non debẽt venire decimę,& primitię nomine oblationum, quia ista sunt diuersa,& tanquam diuersa ponuntur in ru. de deci.& oblatio.Item hoc patet ex diuersitate vocabulorũ,si.n. essent idem,non haberent diuersa vocabula,vt dicit tex.in simili in l.si idem. C. de codi. Item in præscriptione tantum præscribitur, quantum possidetur, nec præscriptio extenditur vltra possessum,vt est text.not.in d.capit. cum contingat. facit regula,sine possessione.de reg.iur.lib.6.sed iste possessor,nunquam percepit partem primitiarum vel decimarum,ergo non debebat extendi ista præscriptio ad iura nõ possessa.Contrarium videtur difficilimum, nec tactum per doct.sed põt solui duobus modis. primo vt intelligatur de tertia parte, quæ olim deberetur episcopo ex omnibus redditibus ecclesię inferioris,vt 10.q.3. cap.vni.& plene dico in ca.requisiti.de test.erat ergo iste prior surrogatus in locum episcopi;sicut ergo episcopus debebat de omnibus habere tertiam partem,ita & iste surrogatus. Ista sol. aliquantulum diuinat,ideo pone secundam,quæ videtur melior, vt intelligatur q̃ prior per tempus. 40.anno. pereceperat indifferẽter tertiam partem omnium oblationum, & sic præscribebat tertiam partem oblationum,non capiendo oblationẽ stricte,sed largo modo,vnde dicit alia de quib. postea fuit orta controuersia non peruenirent intra aliud tempus;tamẽ ex quo præscripsit tertiam partem obligationum generaliter, debet tradi tertia pars etiam eorum,quę noniter obuenisset.

4 Cape optimum simile in c.cum in tua diœcesi, de deci. †Et
a aliud exemplum in eo qui intendens præscribere[a] generali ter iurisdictionem in loco,exercuit certos actus iurisdictionales.nam certe ex istis actibus,cum intentione, præscribit vniuersam iurisdictionem,vt not.Inn in c.dilectus.de capel. mo.alias autem in materia odiosa,& restringibili,capiendo
5 ob ationem stricte,dic,vt dixi in d.c.causam.†In gl.in ver.ne cessarias.in fi.no.gl.iuncto tex.q̃ præscribens in ecclesia certam quotam reditum,debet eam integraliter habere; nec tenetur pro rata ad onus fabricę illius ecclesię. Inn. videtur sentire oppositum,dicens istum tex. intelligẽdum de expensis factis in curia vel extra,pro pascẽdis clericis,secus in one re fabricę.sed D. An. sequitur gl. quę etiã mihi plus placet, quia tex.loquitur indistincte,& alia pars põt deputari pro fabrica.Sed extra gl.op.contra tex.nam pro his quæ relinquũtur pro anniuersario vel ad cultũ diuinũ,non debet quarta. vt in c.fi.de te.So.multiplex,sed vera est, q̃ ꝺ̃riũ loquitur de portione quę debetur ecclesiæ parochiali de relictis factis per parochianũ suũ alteri ecclesię,sed hoc.c.loquitur in certa quota præscripta,quę debet integraliter exhiberi,secũdũ præscriptionem.hoc casu illa oblata non sunt priuilegiata; nec priuilegium debet extendi per similitudinem rationis, vt dixi in c.canonica.supra de sen.exc.

ADDITIO.

b ¶Præscribere.Adde hic quod not.Abb.in c.cum ex iniuncto,de hære.

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur mota,cum fuerit contestata.vide.infra nu.2.*
2 *Capitulum an possit agere pro rebus suis absque authoritate episcopi.*

CAP. XXX.

1 EX parte. †Lis dicitur mota,cum fuerit cõte stata. hoc intrendit. In prima parte querela,quã secundo diffinit,ibi,nos igitur. Casus lite.inter episcopum Aretinum & F.& B.Bertrandi qui forte parroni erant monasterij,pro quo litigabãt ex vna parte,& canonicos Aretinos ex altera, super quodam molendino de Caliano,& quibusdam alijs articulis quęstio vertebatur: nam dum monasterium vellet reædificare molendinum prædictum,canonici per iactum lapilli denunciauerunt ei nouum opus.postea remissio denunciationis facta fuit per canonicos,vel intellige q̃ tempus intra quod canonici debebant agere,lapsum fuit,& sic monachi ædificauerunt.Tandem canonici,ceperunt agere contra monasterium li.contest.inter partes.destructum fuit à canonicis latenter quicquid ædificatum fuerat post iactum lapilli, super his quæstio dciata est ad Innocen. Ipse auditis causæ meritis,diffinitiuam sententiam potulit, in qua continebatur, ne canonici impediant quo minus monasterium ipsum, præfatũ molendinum de Caliano re ędificare valeat, in eo statu in quo erat tempore motę litis,canonici Aretini sententiam ipsam reuocare volebant,dicentes capitulum illud referẽdum esse ad tempus, quo lapillus in denũciatione noui operis iactus fuit. Episcopus. F. & B. dicebant illud esse intelligendum, de tempore,quo inter partes litis contestatio facta fuit, & sic petiuerunt isti qualiter capitulum illud esset intelligendum. Dom. Pa. considerata sententia illa,interpretatur illud quod in præfato capitulo dicitur,tempore
2 litis motæ.referendum esse ad tempus,quo litis contestatio facta fuit.B.†No.1.ex text.canonicos posse agere in iudicio nomine canoniæ ipsorum:nam canonia habet quædam iura separata a singulis prębendis,& pondera,quòd non interuenit hic consensus episcopi. Ex quo etiam infero. capitulum posse agere pro rebus suis, absque authoritate episcopi, quod tamen limita,vt not.in cap.edoceri, de referip. lipra de iu. causam quæ. Not. quod quando litigium est cum
3 vniuersitate, verba sententiæ referri possunt ad ipsam vniuersitatem,vt patet ibi, ne canonia ipsa &c. †Vlti. not. id ad
a quòd quotidie allegatur iste text. quod lis[a] dicitur mota,cũ
b fit contestata.[b] & licet communiter allegetur simpliciter hoc dictum, tamen ego puto quòd potest hoc verbum lis, verificari tam in contentione iudiciali,quàm extra iudiciali.pro hoc alle.tex.bo.in ca.forus supra,eodem. vbi ponitur etymologia huius verbi lis,nam dicitur à contentione.quę erat inter disceptantes de limitibus agrorum, quæ quidem contentio potest esse iudicialis,& extraiudicialis. vnde intelligam de iudiciali, secundum subiectam materiam. nam & si text.in fi.ponderetur simpliciter, non dicit, quod semper lis dicitur mota cum est contestata;imo dicit quod considerata eadem sententia,&c.& sic habito respectu ad subiectam materiam,nam de modico, vel nihilo prouidisset ista sententia, si illud verbum lis, fuisset relatum ad tempus iactus lapilli, quia tunc parum, vel nihil erat ædificatum. In glo.2.m fi.Sed contra hunc intellectum glosse fortiter facit, quoniam si denunciatio fuerat remissa per denunciantem, vel denuncians non probauerat de iure suo intra tres menses, licitum est denunciato ædificare vsque ad sententiam, quia pendente lite,non debet prohiberi possessor vti possessione sua, supra vt li. pen. per totum. Sol. dicit d. Ant. q̃ forte iste cui fuit facta denunciatio, non erat in possessione illius loci. Sed certe ista solu. mihi non placet; quia ex quo ædificauit post denunciationem, nec aduersarius iustus prosecutus ius suum intra tres menses, acquisiuit possessionem.ar in l.1.§.in operis ff.de nou.ope.nun.Et ideo solue& aliter, quòd hic non quærebatur, nec apparet quare Papa sic pronunciauit, forte tamen fuit motus ex aliquibus iuribus partium, sed tantum quærebatur qualiter deberet intelligi capitulum sententiæ, faciens mentionem de motione litis.Secundo potest solui quod tempore contestatæ lis episcopus seu monachi ædificauerant quantum potuerant, de iure consuetudinario;sed fuit postea opus destructum interim,ideo Papa in sententia restringit se ad tempus litis contestatę, vt possint isti reædificare ad eum statum in quo erant tempore cont.li.quia vltra non licebat,secundum consuetudinem loci, & ideo de materia denunciationis dicendum est,vt habetur in locis suis,de no.opi. nun. in glosi.& ibi de app. significauit, & de hoc dic, vt ibi plene not. in ca.glosi.ibi.sufficit citatio, dic vt not.in cap.gratum.& cap. licet.de offi.del.

ADDITIONES.

a Quod lis.Vide Fel.in c.super literis,ver.limita primo.ꝺ. de referip. & Ioa Ge.Nactam in rep.cle.in pe.de ver.sig. Seb.Sap.

b ¶Contestata.Quo tempore dicatur mota lis,quod facit ad statutum prohibens moueri lit.& quando dicatur mota lis, vel discordia, etiam per actum extraiudicialem.Et dicitur mota controuersia, etiam ante litem conte.gl.est in c.2. de rest.in inte.in gl.fi.circa med. & est glo.in l. vbi in verb.inchoatam,C.de plus petit.in l.iudicium soluitur,ff.de iudi. & ibi fieri postulatio per actum exteriorem à lite cõtest.tex.est in d.cle. & ibi Bal.formans vnam quæstionem in terminis de statuto prohibẽte poni lari,& quando quis promittit nõ petere,vel mouere quæstionem,& de omnibus, ꝺ. dictis,& alijs multis,vide Bar.i l.amplius,ver.& ideo,vt ibi liqueat ista materia, ff.rem ra.hab.& dicitur inchoata lis,qñ est in cõtest.tex.est ista gl.in ver.fi.inchoata,in d.l.2. C.de plus pe.sed glo.in l.fi. de test.in ver.hubus,dicit quod his est ante litem cõtest.& post.Adde q̃ per litis cõtestationem,& post,dicitur esse inchoa. talis,tex.est cũ gl.in ver.non fit.in auth.qui semel,C.quomo.& quando iud.& adde quod dle,qui promisit non mouere litem,non dicitur mouere litem,quando monet quæstionem de possessione,sed solum qñ mouet deproprietate. Ita dicit glos.no.in ver.litigiose.in c.1.de consti.vti.vel inuti.& gl.in c. qui annos.10.q.1.sed gl.in ver.cõmisimus.in c.cum tam.el 2.de test.dicit quod res dicitur esse litigiosa,quando est delegata.Et quod ꝺ. dixi,non deducitam in iudicium per lit.cont.adde quod idem dicit tex. cum gl.& ver.deducere.in l.nam & nocere.ff.de pa.& gl.in l.si is qui Romæ.ff.de iudi.& quod dixi de controuersia,adde Ange.in auth.de litig.§. omnes in q̃ per illum tex.vbi dicit,quod dicitur mota quæstio, etiam ante litem contest.

contest.incipit.n.per citationem non expectata lit.contest.Et adde omnino hic gl.& Doc.in l.causas.C.de transa. Adde hic Arch. in c. placuit,el 1.9. q.1.vbi dicit,quod si quis promisit pœnam, si amplius petat, potest petere ante li.conte. sed post litem contest.non. Sed gl. ibi videtur dicere,quod per oblationem libelli,quis dicatur petere, dicit etiã i bi Arch. quod si quis pro nisi pœnam,si quæstionem faceret, committitur pœna qualitercunq; petatur,vel moleſtetur.Item quod quis dicatur petere solum per lit.conte.tenet Bar.in l.quamuis. ff.de in ius voc.& qui promittit aliquem non trahere ad iudicium,dicitur traxisse solum per lit. contest.& non ante.h.d.gl.1.in cap.inolita.11.q.1.& gl.3.in ver. perdant. & in c.diligenti,de foro compe.relata ad tex.Et quando quis promittit nõ mouere querelam,non dicitur mouere, nisi lit.contest. hoc dicit Archi. in c.si episcopus forte.11.q.3.& glo.super verbo quærimoniam .l.fi intra.C.de non nu.pec.Item de mota,quando solum est lis conte. gl.est in l.3.ff.fi.reg. Et ad idem quærimonia dicitur ante litem contest.gloſ. in l.3.& 4.C.de fi.regund.ad quod vide tex.cum gl.in l.1.C.de præscri.lon. temp.& vide omnino Ang.circa prin.Et an dicatur res litigiosa ante lit. conte.vide plene Aog.in Auth.de litigio.in prin.vbi alle.tex. in cle.2. vt lit.pe.& de illo,qui promisit non petere, vel non mouere quæstionem, vide per gl.in l.qui fidem.ff. de trausa.Et q̃ dicatur res litigiosa, etiã ante litem contestatam tenet gl.in ver.litigantibus in c.1.vt li. pe. lib.6. & Ang in d.Auth.de lit.& quando quis promisit alium non vexare,quãdo dicatur vexare,vide gl.in verbo vexare.& Imo.post Pau. in cle. 1. de reſeri.Et qui promisit nõ vocare in ius,solum offerendo libellum,dicitur illũ vocare.Tex.est in l.libertus,§.aduersus.ff.de in ius vo. Et quando dicatur mota causa,vel controuersia vel lis,vide per gl.& Bar.in l. causas, vel lites.C.de transact.& an dicatur mota controuersia,quando solum moleſtatur super possessione,vel super dominio,vide gl.in l.à diuo Pio §.si super reb.in ver.controuersia fiat.ff.de re iud.Et ista omnia supra dicta corũ commenda,quia istis verbis sæpe vtitur Papa in c.exposita.de arbi.& tamen ea Doct.nostri non declarant.Et adde, q̃ quærimonia nõ dicitur nisi per actum,qui fiat post oblatum libellum.tex.est in §. potest in ver.is autem. in verſic.libellum porrigat ei,& hoc in quærimoniam adducat.16.q.3.& de illo, qui promisit sub pœna non conuenire,an per monitionem extraiudicialem dicatur conuenire,vide Abb.in c. 2. circa prin.de accus.Item adde hic Arch.in §.si ergo.17.q.1. vbi dicit,quod nõ dicitur vocare in ius, nisi demum lit. contest. quia vocare est cum effectu.l.quamuis.de in ius voc.Sed tu pro intellectu totius istius materiæ, vide omnino An.plenius,imein d.c.fi diligenti.de fo.comp.vbi reassumit omnia dicta Bar.in l.amplius nõ peti.ff.rem rat.hab. quod quis dicatur agere demum lit.contest.est tex.cum gl.in l. ex duob. reis stipulandi. ff. de duo re.Item per quæm actũ,dicatur quis occupare causam,vel negocium,vide tex.& gl.in ver.per li.conte.in c.fi duo.de proc. li.6. & tex.& ibi Bar.in l.si plurib.de le.1.tex.& gl.& do.in l.si titius seruus, ff. de ver. obl.Item adde quod ille, qui promisit non mouere quæstionem super re, non solum dicitur mouere cõtrouersiam,si moleſtat super proprietate rei,sed etiã si super possessione,vsufructus,vel alio iure ipsius, tex. est quem ibi ad hoc no.Ang.in l.stipulatio ista.§.si quis forte. de verbo. oblig.Sed contra Ang.inquantum dicit,q̃ moleſtãdo super possessione dicitur mouere controuersiam super re,videtur tex. cum gl. & ibi Bar. in l.ratio.in prin.ff.de act.emp.& bene facit.l.si duo.§.1.ff.vti pos.vbi dicitur,q̃ aliud est res,aliud est possessio.Ad idem vide Bal.in l.1.in fine, C.de pericu.& commo.rei vend. Idem quãdo verbum petere importat litis contest.vide Bar.in l.si decem.circa prin.ff. de verb. oblig. & in d. l. amplius non peti. Barto.in l.si libertus ff.de iure patro.& in l. Titia hæredis,per illum tex de condi.& demon.& pulchre Bar. in l.1. C. de lit. contest.in auth.habita.C.ne fil.pro patre. & in l.2. § illud. C. de tempo. appell.& ibi etiam de verbo, Postulauerit,& plene per Sal. in l. si quis maior.C.de transact.per Bar.in l.2.C.quomodo & quando iu. & in l. fi. C.de bonis auth.iud. possi.fit de prædictis verbis vide omnino Bar.in d.l. si quis maior.Item adde,quod quis dicitur mouere controuersiam non solum in iudicio,sed extra,& etiam resistendo,vt dicit glo. no. in l. Lucius.§.tres hæredes,in ver.mouerit.ff.ad Treb.quam allegat & sequitur Bal.in c.auditis.de resti.spol. item adde hic d. An. in quodam suo consi. quod incipit,Iesu Christi,& matris eius. vbi dicit quod ille, qui iurat nullam facere controuersiam, & si super facto dicitur egisse, excluderetur omne remedium. Et ita dicit,quod pluries contuluit Bar. vt no.in c.sciendum.ff.de ver.oblig.& in auth.sacramenta puberum. C.si aduer. ven.Item quod quis dicatur petere demum lite contestata, tenet glo.in d.l.vin um.ff.fi cer.pe.& quod dicatur iudicium tunc demum,& quando lis con.tex.est in l.is qui se obtulit.ff.de rei vendi.tex.etiam in fi.cum gl.videtur probare quod lis dicat peragi li.conte.& est glo.expressa in ver.agitur.in l.hominem certũ.fi.man.& gl. in l. fi posttea in ver. egi quã ad hoc ibi no.Bal.ff.de pecu. Seb.Sap.

CAP. XXXI.

EX parte. Cõstitutio legati de soluendo tertiam mortuariorum epo, intelligi debet de his mortuarijs,in quib.de iure cõi debẽt. h.d.Cõis diuisio.secunda ibi,cum igitur. Casus li. Eps Albinen.apost.se.legatus in partib. Romanię,fecit quãdam cõstitutionẽ super legatis defunctorũ, vt Patriarcha, Cõstantinopolitanus tertiam haberet portionẽ de his quæ legantẽ à decedẽtibus.& qdã alius Cardinalis, dũ ibidẽ legaret à decedẽtibus,& qdã alius Cardinalis, dũ ibidẽ legatione sedis apo.fungeret,cõstonẽ illã innouauit. Patriacha occasione illius constitutionis à platis vniuersitatis Francigenarũ,& ab ecclesijs suis,de quibusdã quę sibi de decedentib.legabant,tertiã exegit portionẽ de q̃busdã,q̃ dicebãt tertia illa deduci non debere, sup his delata est q. ad Papam. Ipse vero intellecta intentione, rescribit prælatis prædictis. Cum ergo do. Papa ex interpretatione Cardinalium acceperit q̃ ipsi non intellexerunt, vt de his quæ in ornamentis ecclesiasticis,vel ad fabricã ecclesiæ,aut ad luminaria ecclesiæ,& de his quæ anniuersario,septimo,tricesimo,ac vigesi-

mo faciendis,vel de his,quæ specialiter legantur rectoribus ecclesiarum,nisi forte ratione eccl.id fiat, vt à quocunq; legantur,aliqua debeat solui portio ecclesiæ cathedralis.ipse eo rum interpretationem ratam habet,& firmam, & fm interpretationem eorum constitutionem præfatam præcipit obseruari, prohibendo expresse ne fraudulenter aliquid
1 fiat in præiudiciũ ecclesiæ cathedralis.B. † No. 1. ex tex. ibi innouauit q̃ successor in officio,potest idẽ statuere q̃ præ-
a decessor.nec propter hoc tollitur prima cõstitutio.[a] & qd habet tunc operari secunda:ex quo dicit illud quod prima. vt no.Bar.in l.1.ff.ad leg.Fal.quia saltem datur noua facultas agendi ex secunda constitutione. nam secunda constitutio,nunquam tollit primam,nisi specialiter caueatur, vel nisi sit prorsus contraria,vt in c.1.de const.li.6.i. quoties.ff.
2 de actionib.& oblig † Secundo no. q̃ statutum generaliter loquens in materia iuris, recipit exceptiones, & limitationes,vt sic minus lædat ius commune,quam possit,& in hoc iste tex.est valde no. vt quantumcũque statutum loquatur generaliter,debeat stricte intelligi, vt minus præiudicet ter-
3 tio in iure communi,quam possit.† Sed contra prædicta,& contra tex.oppo.de c.si Papa.de priui.lib. 6.vbi dr, q̃ verba debẽt aliquid operari.Sed interpretando istud statutũ,pro-
b ut Papa hic facit, nihil operabitur: cum hoc sit de iure[b] cõmuni.ad idem facit quod no.Bar.in l.4.in §.prætor ait. ff.de dam.inf. vbi dicit, q̃ si statuto cauetur,q̃ citatio possit fieri ad personam,vel ad domũ, sufficiat si fiat ad domum, licet persona possit reperiri,& hoc vt aliquid addat statutum ad ius commune.nam si intelligeretur, quod citatio prius dẽt fieri ad personam,si potest reperiri:tunc de nihilo seruiret statutum,cum hoc sit de iure. sic aperte vult Bar. q̃ statutũ loquẽs in materia iuris, debet intelligi, vt aliquid addat ad
c ius cõe.[c] Solu. placet dictum Bar.nec est cõtra hũc tex.Sed ad istum tex. assigno duas rationes decidendi.Prima ratio, q̃ statutum hic etiam secundum istam interpretationem, aliquid addebat ad ius cõmune.quia de iure cõmuni quota quæ debetur episcopo,est incerta, & relicta consuetudine,vt in c.certificari,de sepul.sed constitutio hic taxabat illam quotam,reducendo eam ad tertiam,ex quo ergo statutũ operabatur istud,non debebat ita tacite intelligi in alia parte,vt iniuste præiudicaret tertio,vel magis derogaret iuri communi.Et secundum istum intellectum no. q̃ vbicun que statutum deuians à iure,loquitur generaliter, & debet restringi quantum potest,vt minus lædat ius commune, & satis est quod aliquid operetur, sed in exemplo Bar. nisi faceremus illam interpretationem, nihil de nouo induce-
4 ret statutum. † Secunda ratio decidendi posset esse, quia statutum hoc generaliter intelligendo, priuasset ecclesiam iure suo indebite. Sed statutum nunquam debet ita intelligi,vt resultet talis absonus & iniquus intellectus.q̃ hoc tex. optimus in l.2 C.de noxali.& no.Bar.in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.Et ex hoc no. quod statutum generaliter loquens recipit interpretationẽ restrictiuam,ne tertius punia
5 tur seu priuetur iure suo indebite. † Si autem statutum per omnia loquitur secundum ius commune,ita quod non potest intelligi,vt aliquid addat, tunc quid operetur tale statutum,videtur,quod nihil,sed fit ius commune, q̃ sentit gl.in c.1.de constitu.li.6.sed dic quod operatur, quia dat nouam actionem. nam poterit agi etiam vigore statuti,vt dicit Bar. in d.l.1.ad leg.Fal. sicut quandoq; prætor decernit id quod ius ciuile, & põt agi de iure ciuili vel iure prætorio.de quo
6 no. in c.1.supra de rescriptis. † In glos.in versi.interpretatione ibi, interpretatur suam constitutionem sentit ergo glo. quod legatus potest suam constitutionem interpretari cũ oritur dubietas, sed hoc non est verum indistincte;sed procedit,si adhuc durat eius potestas.nam si est functus legatione, hoc facere non potest,arg.in cap. in literis. de offi. dele. & in l.iudex. ff. de re iud. vnde si bene ponderetur tex. Papa ratificauit illam interpretationem legatorum, aliàs non valuisset illa interpretatio, vt dicit hic Ioan. And. & bene.

Et

ADDITIONES.

a ¶Nec propter hoc tollitur prima constitutio. Adde pro verificatione huius dicti Gemin.in.capitulo primo,numero decimo,ibi limitatiue diffuse per Cefsum in apost. in verſicu. aliàs de constitutio.lib.6. Cardi. in proce.cle. §.vniuersitatis.num.12.vbi etiam in apost.eiusdem Cefs. in ver.consti. Zach.

b ¶Hoc fit de iure.De statuto disponẽte idem,quod ius commune, an intelligi debeat vt aliquid operetur,vide late An.in c.1.de post.& do. Abb.in c.pastoralis.de appel.

c ¶Ius commune.Vide omnino Fely.in c.solitæ.ver.inquantum gl. & Doct. sup.de maio.& obe.vbi multa ponit,quid operetur statutum, q̃ idem disponit quod ius commune,de quo etiam vide quod no. Gemi.in c. fi gratioſe.de rescri.li.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 †Et facit ad quæstionem, nunquid statutarij [a] deputati à po
a pulo, possint interpretari statuta per se edita, si oriatur aliqua dubitatio. & Io. An. hic & Bar. & cõiter legistę in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. concludunt q̃ non, ex quo functi sunt eorũ officio. Nec ob. si dicatur, quod eius est interpretari cuius est condere; quia in veritate non videtur ille condidisse statuta, sed populus qui dedit authoritatẽ: quia is dicitur facere, cuius authoritate fit, vt in c. si diligẽti, de præscrip & ideo recurrendũ est ad populum, seu concilium generale. intelligo quod debet recurri ad populum seu cõcilium, quando interpretatio est valde dubia; secus si est clara, & iuri consona; quia tunc index coram quo vertitur quæstio, poterit interpretari statutum: sicut dicimus in l. communi, & in priuilegio principis, vt no. Innocen. in capi. cum specia li. de ap. & Bar. in d. l. omnes populi. ff. de iust. & iuri. & glo. in cap. cum venissent. de iudi. facit l. benignius. ff. de leg. & l. fin. de consti. pri. & l. vnica. C. de profess. qui in vrbe Constan. lib.
8 12. vbi datur inferioribus potestas interpretandi. † An autẽ
b iudex possit interpretari [b] sententiam suam, vide plene per Barto. post glo. in l. ab executore. ff. de appe. nam si est delegatus, non potest, per capitu. in literis. præal. Si est ordinarius, inferior, etiam non potest; sed si habet merum imperium, tunc potest, vt in d. l. ab executore. vbi tex. no. & ita debet interpretari, vt non corrigat seu mutet, sed declaret tantum; quo d tene menti.

ADDITIONES.

a ¶Statutarij. Vtrum illi, quib. data est potestas edendi statuta possint postquam fecerunt, ea interpretari. Et vtrum Antiani qui fecerũt statuta, possint ea interpretari. & quid de eorum successoribus, vide late per Io. de Imo. in l. ex facta. in prin. ff. de vul. & pup. & Bald. in l. 1. in vlt. col. 1. ff. de constit. prin. vbi dicit q̃ statutarij remoti ab officio, non possunt interpretari, & quid de eorum successoribus, qui non possunt interpretari, nec condere statuta. & adde quod si data est potestas alicui interpretandi statuta, non posset facere interpretationem additiuam, secundum d. An. in c. super quæstionũ, in prin. de offi. dele. pro quo est bo. tex. in c. cũ dilecti. de accu. ad quod vide in prima parte statu. q. 23. Item vide Bal. in c. 1. in ti. qui suc. tenentur. vbi dicit, quod prælatus deposito officio, nihil potest declarare super præcedentibus contractibus, & allegat Ioan. An. ita tenere in isto in c. ex parte.

b ¶Interpretari. An & quando iudex possit interpretari sententiam suam, de hoc vide glo. in §. ex his. 11. q. 1. plene per Bal. in l. ea quæ. C. commi. vel epist. & in Linter stipulante. § 3. de ver. ob. Et concludit Bal. vbi supra, quod potest facere interpretationem neminem ladentem. Vide de hoc per gl. in ver. corrigendi. in l. 2. C. de sen. ex. bre. reci. & Ang. limitat illam gl. & vide Bal. in c. 1. in fi. de re iu. & omnino late Bar. in l. ab executore. in prin. ff. de appel.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorum quæ sunt vacatura, licite impetrantur ab episcopo ad tempus, pro debitis ecclesiæ soluendis.*
2 *Ius percipiendi fructus ad tempus, de beneficij vacaturis pro debitis ecclesiæ. soluendis à quo concedi potest.*
3 *Beneficiorum appellatione, veniunt etiam maiora beneficia, puta episcopatus, & similia.*
4 *Priuilegium si est fauorabile, est large interpretandum, secus si tendit in præiudicium tertij.*
5 *Indefinita, an æquipolleat vniuersali.*

CAP. XXXII.

a Vanobis. [a] In priuilegio de p̃cipiendis fructibus beneficiorũ, appellatione beneficiorum maiora beneficia comprehẽdit. ita communiter ſummatur. Sed ego adderem ad sũmarium, quando priuilegiũ est cõcessum ep̃o pro honesta & fauorabili cã, qa ita loquitur tex. vt infr. dicã. Cõis diuisio secunda ibi, nos. Casus lite. Eps Tulen. grauatus erat onere debitorũ, impetrauit à dño Papa, vt fructus beneficiorũ, q̃ i diœcesi sua vacare contingeret, pp debita releuanda p biẽniũ retineret. Quidam indulgentiã illam malitiosẽ restringere molientes, asserunt p̃bendas & maiora bñficia, beneficiorũ nomino minime p̃tineri. Eps significauit hoc dño papæ. & ipse respõdet quod in hoc casu generali nomine bñfi-
1 ciorum, p̃bendę ac alia beneficia continentur. B. † No. 1. ex tex. vnam iustã & licitam causam concedendi fructus bñficiorũ ad tps, videlicet p̃ soluẽdis debitis ecclesiæ cathredralis, seu ep̃i obligati nomine ecclesiæ. An aũt eps cũ capitulo possit hoc statutũ facere. dic vt no. in c. pp tua debita, de rescrip. li. vi. vbi ẽt no. nunquid legatus possit hoc indul ge-
2 re. † Secuno no. q̃ verbum beneficiũ, late sumptum, cõpre
b hendit ẽt bñficia [b] maiora q̃ ẽt probatur in reg. 1. de reg. iuli. 6. cũ ibi no. vnde ibi verificat ẽt in ep̃atibus & archiepiscopatibus, dum dicit, beneficiũ ecclesiasticum non põtest sine
3 institutione canonica licite retineri. † Sed opp. quod non debeat hic late sumi, sed stricte; quia hic tractatur de p̃iudio beneficiorum vacantium: & est contra ius cõe; ergo debet fieri stricta interpretatio, vt in c. quod dilecto, de consangui. & affi. dixi in c. cum olim. supra de priuĩ. Sed quando verbũ beneficium, stricte sumitur, non comprehendit beneficia maiora, vt est tex. in c. cum illis, de præb. li. 6. facit c. fi. e. ti. in antiquis. Solu. contrarium videtur difficile. Io. An. hoc vide tur intelligere duobus modis. Primo, quod ideo hic fit larga interpretatio, qa non tractatur de graui præiudicio priuati. sed certe ista sol. non videtur indistincte vera; quia multum præiudicatur beneficio, si fructus absorbẽtur per duos
4 annos. † Secunda sol. quod hi c tractatur de interpretatione priuilegij principis. hæc etiam sol. non est bona, quia quando priuilegium principis est iuris derogatiuũ, vel absorbet ius alterius, debet stricte interpretari, vt dixi in c. olim. supra eod. & ideo, vt dixi in prin. debet intelligi iste tex. quando cõcessio fuit facta episcopo pro debitis soluendis. hæc est. n. causa honestissima, vt filij subueniant parenti. & ideo materia ista, cum sit fauorabilis in se, non debet restringi; sed ampliari; & sic intelligo tex. ibi. in hoc casu &c. f. vbi ex honesta, & fauorabili causa, indulgentia facta est episcopo. secus autem dicerem, vbi indulgentia fieret tertio, ar. eorũ quæ no.
5 Io. mo. in d. c. si propter. de reſcri. in 6. † In glo. fi. ibi, ab omni munere. vult ergo dicere, quod indefinita non semper æquipollet vniuersali. q. d. q̃ aliud est quando cõceditur indulgẽtia super oĩbus beneficijs; & aliud qñ sup beneficijs. sed tu dic, melius de hac materia, an, & quando indefinita æquipollat vniuersali, vt no. in d. c. vt circa. de ele. lib. 6. hic. fit interpretatio larga, propter rationem prædictam.

ADDITIONES.

a ¶Tua nobis. Adde hic Archid. in c. frater noster. 16. q. 1. circa fin. vbi dicit quod habens graciam secundum formam huius decre. tua nobis, non potest vti sua gratia contra illum, qui expectabat beneficium vacaturum, antequam sibi concederetur priuilegium secundum formam huius decre. & ita dicit tenere Vin. in hac Decre. quod est singu. menti remedio pro limitatione huius tex. & ibi dicit Archid. quod hic non obstat capitulum sibi concesso, de præbend. lib. 6. quia nihil facit ad propositum. Et hanc dicit esse rationem, quia secunda gratia præiudicat primæ, nisi de ea faciat mentionem. Idem etiam punctualiter dicit Domin. in cap. si propter tua debita, de rescrip. lib. 6. vbi allegabat dictum Vinid. hoc e. tua nobis.

b ¶Beneficia. Adde tex. magis clarum, vel proprie in casu huius cap. q̃ appellatione beneficij, venit beneficium curatum, in c. si tibi concessa. de præb. lib. 6. & an appellatione beneficij contineatur præbenda, vide quæ hic Ant. post alios in d. c. fi. de præb. & in terminis huius decr. quid sentiendum, si per tua debita de reſcri. li. 6. & quod no Domi. in c. si si fi. de of. vica. Sab.

¶Beneficia. Quid veniat appellatione beneficij, vide late per Fel. in capitu. lasti. ver. vide ad gl. ibi. supra de reſcr. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Moderatio, hoc verbum, continet & denotat diminutionem, non augmentum.*
2 *Numerus canonicorum solet minui, si facultates ecclesiæ sunt adeo diminutę, vt canonici non possint commode viuere.*
3 *Habens potestatem minuendi in causa diminutionis reditum, non videtur habere potestatem augendi in causa diminutionis reditum.*
4 *Fructus ecclesię, si superexcrescunt debent conuerti in vtilitatem ecclesiæ, donec de eis aliter fuerit dispositum.*
5 *Delegatio non extenditur vltra casum expressum.*
Numerus canonicorum an possit per ipsum episcopũ minui vel augeri.

CAP. XXXIII.

1 Ransmissæ. † Verbũ moderationis, id
a minutionem continet, non
augmentum. h. d. Cõis diuisio. secunda ibi, quia
circa, Casus lit. Eps, & capitulum Xantonen. si-
gnificauit do. Papæ, q̃ quadragenarius numer
in eorum ecclesia constitutus, non potest obseruari eo qa
facultates ecclesiæ nõ sufficiebant. vnde petebãt, quatenus
numerum canonicorum secundum facultates ecclesiæ, do.
Pa. moderare vellet, mandauit Pa. quibusdam, vt canonicorũ & præbendarum numerũ, secundum facultates ecclesiæ, moderarentur, statuentes eundem numerũ obseruari. Ipsi vero inuenerunt facultates ecclesiæ à tẽpore statuti numeri adeo excreuisse, q̃ sine diminutione p̃bendarum, maior ibidem numerus p̃terat ordinari, vnde petebãt à domino Papa an per verbum moderationis, quod in literis Papæ ponitur, erat, eundem numerum augmentare deberent, vel minuere. mandat Pa. quatenus si antiquæ p̃bendæ non sunt diminutę, cũ moderatio ibi locum non hẽat, numerum p̃bendarũ & canonicorũ dimittãt instatu, in quo ipsum inuenerint,
2 augmenta conuertentes in vtilitatẽ ipsius ecclesiæ, donec Pa. sup hoc aliter duxerit disponendum. B. † Nota 1. ex re-
vnã causam legitimam minuendi numerũ canonicorum, & præbẽdarum, qñ post statutum numerum, facultates ecclesiæ fiat

ADDITIO.

a ¶Moderationis. De isto verbo, vide gl. & ibi Do. in c. cupientes, de elec. in 6. & tex. & doc. in c. inquisitionis, de accus. And. Bar.

¶Adde gl. in c. fi. infra e. ti. & Car. in cle. 2. de magi. vbi all. præal. c. fi. ibi e. & ibi Ab. gl. & do. Zac.

siæ adeo diminutæ sunt, vt canonici instituti, nõ possint cõ mode viuere. Sed o no. q̃ superex crescẽtia redituum non frangit numerum canonicorum ipso facto, & in hoc est iste tex. no. de quo plene no. in c. cum M. de consti. & die vt ibi
3 no. † Tertio no. q̃ cui datur potestas minuendi, in cã diminutionis redituum, non vr data potestas augmẽtandi in cã augmẽtationis. Ex quo collige q̃ potestas delegata, est stricte interpretanda, & non extẽdenda vltra casum expressũ.
4 † Vltimo no. quid faciẽdum est reditibus superexcrescentibus. debent. n. conuerti in vtilitatẽ ecclesiæ, donec aliud fuerit dispositum. Sed quæro quid comprehendatur hic, appellatione ecclesiæ. Io. An. ponit duplicem expositionem, primo vt intelligatur episcopus cum capitulo. ar. in c. cum clerici. 3. e. secundo intelligit, vt debeat cõuerti in pias causas; nam q quid supereſt necessitatib. ecclesiarũ dẽt, conuerti in pias causas, seu expendi. 12. q. 1. in c. q. a. Et hæc expositio, licet bona sit in se, tñ tex. vr velle concernere vtilitatẽ istius ecclesiæ. vnde poterit cõuerti in fabricam, vel poterũt emi
5 possessiones, vt postmodum possit habere ampliores reditus. ar in c. videntes. 12. q. 1. † In gl. in ver. exercuisse. ibi, vtrũ possint augere numerum. sed rationem decidẽdi glo. non ponit, sed satis colligitur ex tex. quia verbum moderatio, cõ
a tinet diminutionem, & potestas delegata non est extendenda ad casum non expressum, [a] in c. cum olim. de offic. dele. sed Papa, vel episcopus poterunt augere numerum. Et an ep̃s cum capitulo possit augere, vel minuere numerum, vel creare, vel supprimere dignitatem, die vt plene no. in c. cu accessissent. sup. de const. In gl. pe. in fi. sed solue, q̃ vbi constat de mente, recedimus à proprietate verborũ, ita loquun tur cõtraria, alias aũt inhæremus significationi verborũ, ita loquitur iste tex. ad idem l. non aliter. ff. de leg. 3. In glo. fi. in fi. no. sin. nam vr recedere ab eo q̃ s. dixi, conclude ergo, q̃ qualitercunque reditus sint augmentati, conuerti debẽt in vtilitatẽ ecclesiæ, & potest intelligi de reditibus communibus vltra p̃bendas. Reditus vero p̃bẽdarum nõ dẽnt de facili minui, faceor tñ q̃ si p̃bendæ erunt multum augmentatæ, q̃ superior posset augmentare numerum p̃bẽdarum. de quo tñ dicendum, vt plene no. in c. cum M. præalle. Nec ob. contrarium supra formatum in gl. quia ex quo superex crescentia prouenit ex reditib. ecclesiæ, non est curandum qualitercunq; prouenerit. ar. op. 12. q. 1. in c. fi.

ADDITIO.

a ¶Expressum. Adde quod no. in c. quærenti. nu. 4. in apo. in ver. vt magis iudex delegatus timeatur, infra eo. per quę limitabis hoc dictum, quia indistincte non est verum. Zach.

De regulis iuris. Rub.

Continuatio rubricæ sumi põt ex gl. sup rub. huius ti. in 6. ver. cõtinua aliter. & sic. Supra vidimus multa iura specialia, verum quia ex iurib. specialib. omnes casus occurentes decidi non possunt, congruum fuit in fine operis subijcere aliquas regulas generales, iõ sequitur rubrica, de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Rerum appellatione veniunt etiam incorporalia.*
2 *Contractus, qui consensu contrahitur, cõtrario consensu dissoluuntur, nisi illi contractus transierint in sacramẽta spiritualia, vt matrimonium, & similia.*
3 *Contractus appellatione, an veniat contractus matrimonij.*
4 *Ad perdendam possessionem, an requiratur necessario animus, & corpus sint in acquirenda.*

REG. PRIMA.

Omnis. Non potest breuius summari, & pone casum in c. 2. supra de, spon. Casus li. Omnes res, id est omnis obligatio temporalis, per quascunq; causas contrahitur, per easdẽ dissoluitur. huiusmodi. n. obligationes temporales siue contractus consensu cõtrahuntur, & dissensu dissoluuntur. secus in spiritualib. obligationib. quæ consensu cõtrahuntur, sed dissensu non dissoluuntur, vt sacramẽta
1 ecclesiastica. B. † No. 1. ex tex. iuncta gl. q̃ appellatione rerũ
a comprehẽdi etiã possunt incorporalia. [a] vnde hic comprehẽditur contractus, & omnis obligatio. de quo vide q̃ not. in c. 2. de reb. eccle. non alie. li. 6. & in l. mouẽtium. ff. de verb. sign. No. 2. q̃ contractus dr nasci tempore consensus, & dr
2 dissoluti, cum cõtrarius dissensus interuenit. † In gl. 1. ibi omnis obligatio, siue cõtractus; exẽplo in ttipulatione, quę cõsensu, & dissoluitur, vt in l. si vnus. § . pactus. ff. de pac. Idẽ in contractu cuptionis & vẽditionis, nã ĵhitur ex solo cõsensu, & re existẽte integra, dissoluitur cõtrario consensu, vt in l. 1. C. qñ liceat ab emp. discedere. Sed si interuenerit traditio rei
3 post vendõnẽ oportet q̃ etiã interueniat rei, traditio ante vendõnẽ, aliàs non dissoluitur vt in d. l. 1. † In ea. gl. ibi fallit hæc regula in matrimonio, & rationẽ fallentiæ quare matrimonium nõ dissoluatur contrario consensu, vide per gl. in c. quapropter. 2. q. 2 nam matrimonium est max. mũ sacramentum, vt in c. debitum, de biga. quia ex quo semel contractum est, eius dissolutio nõ est in p̃tate hominum. † In ea
4 gl. ibi. & in baptismo. rõ autẽ istorum casuum est. quia non potest proprie interuenire contrarius actus, sicut dicimus in virginitate, quæ semel amissa, amplius recuperari non potest. 33. q. 5. fi. Paulus. & idem in omnibus, in quib. character
5 spiritualis imprimitur. † Et in fi. gl. de hoc an in perdẽda possessione sufficiat solus animus, vide per gl. in l. 3. §. in amittẽda. ff. de acq. pos. & cõmuniter tenetur q̃ sic, siue sit naturalis, siue ciuilis. vñ ratio quare facilius possessio amittatur, q̃ acquiratur est, qa ad acquirendũ requiritur animus, & corpus; sed in perdendo, sufficit solus animus, & ad l. quẽadmodũ, allegatã in gl. quę dicit q̃ requiritur, vtrunq; in perdẽdo rñdeo q̃ si incipitur à corpore, tũc requiritur vtrunq; quia solum corpus sine animo non sufficit, sed si incipitur ab animo, non sufficit solus animus. Item fallit hæc reg. in casib. no. in c. cum inferior, de ma. & obe. nam in multis casib. potest quis ligare, non tamen absolnere. tene menti.

ADDITIO.

a ¶Incorporalia. Adde Bar. in l. rei. ff. e. ti. Bal. in l. ex legato. in 3. oppo. C. de le. & in ru. C. e. ti. de ver. sig. & plenissime per Bar. in l. Quintus. § argento. ver. quæro, aliquis donauit. de au. & arg. leg. iffum & Do. in c. fi. sup. de præscr. & Ale. consi. 185. vo. 2. Zac.

SVMMARIVM.

1 *In dubijs semper fieri debet interpretatio, quæ tendat in meliorem partem. & nu. 2. 6. 7.*
2 *Euangelij verba, possunt allegari ad decisionem causarum.*
3 *Iudex debet habere præ oculis & misericordiam & seueritatem simul, & non vnum sine alio.*
4 *Cætera, ista dictio abbreuiate scripta, comprehendit aliqua vltra præcedentia.*
5 *Peccatum quando aliquid potest in dubio esse, & non esse, semper debemus interpretari quod non sit peccatum vt vitemus illud & nu. 7. Clericus si reperiatur amplecti mulierem, an præsumatur facere causa dilectionis.*
6 *In maleficijs, non præsumitur bonus animus,*

REG. II.

a 1 Stote. [a] †Dubia in meliorem partẽ interpretari dẽnt. h. d. Et primo ponuntur verba euangelij. Sed o verba Bedæ exponẽtis. secunda ibi, hoc loco. Casus lite. Estote misericordes, & no lite iudicare, & nõ iudicabimini. Et ponit hic Beda, particulam istam huius authoritatis, nolite iudicare, & c. dicit Beda nihil aliud nobis præcipitur, nisi vt ea quæ dubia sunt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur, q̃ autem scriptum est, ex fructib. eorum cognoscetis eos, de manifestis videtur, quia illa non possunt bono animo fieri vt stuprum, blasphemiæ, & similia, de quibus, cum certum sit illa esse mala, nobis permissum est iudicare, & ideo ad bo
2 num reduci nõ possunt. B. † No. 1. ex tex. quod verba euangelij adduci possunt ad decisionem causarum, quinimo multi canones extracti sunt ex authoritatibus noui, & veteris testamenti, vt dicit tex. in capitu. qualiter. 2. de accu.
3 † Item no. principium pro misericordia exhibenda. & in
b dubijs melius est reprehendi de misericordia, [b] quam de seueritate. 26. q. vlti. allega. debet tamen misericordia immiscere cum seueritate, quia homo non debet esse, nec multum misericors, nec multum seuerus, sed debet iudex in iudicãdo habere præ oculis misericordiam & seueritatẽ vide
4 tex. cum glo. in c. disciplinã. 45. di. † No. de hac dictione, &c. quæ

ADDITIONES.

a ¶Estote. An dubia sint interpretanda in meliorem partem, vide Sanct. Th. in 2. 2. q. 59. arti. 3. in fi. vbi dicit, quod de quolibet est præsumendũ bonum, nisi appareat contrarium, dummodo non vergat in periculum alterius, quia tunc est adhibenda cautela, vt non de facili vnicuiq; credatur, secundum illud 10. 4. Nolite credere omni spiritui. Item vide omnino q̃ scribit San. Th. in 4. sen. di. 16. q. 1. ar. 5. circa fi. vbi dicit, q̃ sic oportet præsumere de quolibet bonum, sed illud ad q̃ tenetur, quo prætermisso peccat, quia bonum credere debemus, malum non, nisi cõster nobis de malitia eius, item q̃ hic dicitur præsumi in bonã partem, limita, nisi id quod geritur, de natura sui sit malum, licet aliquo casu possit esse bonum. ad hoc all. gl. in c. cum ab omni, de vi. & ho. cle. secundo limita, nisi ex communi contingentia ille actus consueuerit exerceri in malum, vt in c. 1. de cle. non resi.

10 q̄ si principalis. † An vicarius episcopi, vel prior cōuentualis, possit deputari conseruator per Romanum pontificem, vide per gl. in dicta clem. & si principalis, in ver. Delegatus, & ibidem habetur, † vnde dicatur esse dignitas vicarij. Et dicit quod descendit ex dignitate episcopi, iure connexionis. & per hoc videtur inclinare, vt possit esse conseruator. de prio
11 re, certū est, q̄ non, vt ibi, &c. † Officialis foraneus episcopi non habet ordinariā, sed delegatam iurisdictionem; & ab eo appellatur ad episcopū. & dicit officialis foraneus qui cōstituitur in aliqua parte diœcæ. & ibidem gerit vices episcopi. Nec talis, constituit vnum consistorium cū episcopo, sed suus vicarius generalis, quem tenet in ciuitate, vide bonā gl. in d. clem. in verbo. Foraneo. secus dic in vicario principali, qui facit vnū consistoriū cū episcopo, ille enim habet ordinariā nec ab eo appellatur ad episcopum, vide gl. in c. Roma
12 na. de appel. lib. 6. in versic. Generaliter. & in cap. licet, de offi. vicarij. lib. 6. & 25. dist. ca. perlectis. per Inno. in c. suā, de offi. vica. Quod prior clausstralis, seu simplex religiosus, pōt deputari delegatus per Papā ex certa scientia, hoc no. gl. in d. cle.
13 in versi. obseruari. † Et no. singulariter ex illa glo. q̄ tūc princeps dr̄ facere ex certa scientia, cū hoc exprimit, non ergo potest probari per testes, q̄ tenet Bal. in cap. 1. per quos fiat inuesti. collatio. 10. In cōtrarium tamen vide per Do. de Ro ta. decis. 331. Et ad materiam, vide bonam glos. in clemen. 1. in versi. obiectum. † Quod iudex, qui posset ratione suspicionis recusari, agente administratore ecclesiæ immediato, poterit recusari, agente superiore mediato de iuribus ipsius ecclesiæ inferioris, gl. in d. clem. 1. in verbo, Corā quibus † Quod priores ēt obedientiarij, qui scilicet ad nutum superioris possunt reuocari, valēt agere, p suis prioritatibus, quandiu durat eorū administratio, & idē in ipsis superioribus, videtur cum glo. in d. cle. 1. in verbo. liceret. Vbi pluribus ciusdē rei competit defensio, licet in solidum, nō debet propter contumaciam vnius, fieri missio in possessionem; sed oportet quomnes citentur, glo. notabilis. in d. cle. 1. in verbo. Licerā. dixi plenius, in ca. cum deputati, de iud. in addi. † Quod loca, quæ sunt de mensa, nō semper habent speciales gubernatores, vide gl. in d. clem. 1. in vers. Haberent. plenius per glo. in cle. 1. de excef. præla. vbi ēt habetur q̄n ecclesiæ etiam decātur de mēsa, & quo iure possint effici de mensa prælati, vel capituli. Quod idē est dicere, nō valeat ipso iure, q̄ sine qua exceptionis, glo. 1. in d. cle. 1. in fi. in verbo, ipso iure.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest in ciuitate, plures habere officiales, æquales, & solidum.*
2 *Qualitas ad actum requisita, non est necesse vt duret, si solidum exigitur in principio actus.*
3 *Nomen proprium, & dignitatis si exprimatur, an videatur contempta persona, vel dignitas.*
4 *Officiales episcopi, multiplici nomine autumatur, quique possint esse delegati Papæ.*
5 *Collegium debet de iure communi eligere sibi prælatum immediatum, secus de consuetudine.*
6 *Prior ecclesiæ conuentualis, licet sit remouibilis ad nutum, dicitur habere dignitatem, secus si sit clausstralis, & quare.*
7 *Vicarius episcopi, an possit remoueri ad nutum ipsius episcopi; & an morte vel excommunicatione iurisdictio vicarij cesset.*
8 *Monachus simplex, an possit esse vicarius episcopi, vel coadiutor alterius prælati.*
9 *Vicarius episcopi, vel prior conuentualis, an possit deputari conseruator per Romanum pontificem.*
10 *Vicarij episcopi dignitas vnde esse dicatur.*
11 *Foraneus officialis episcopi quis dicatur; nam ab eo ad episcopum appellatur, secus à generali.*
12 *Ex certa scientia principem quando aliquid feciſſe dicatur, cum iuribus probari non possit.*
13 *Legatus, quem delegatum facere non potest, etiam ex certa scientia.*

CAP. II.

1 ET si principalis. † Quod episcopus potest habere in ciuitate plures officiales, æquales. & in solidum. Item quod vnus sit principalior, & tunc principalior potest
2 esse delegatus papæ, & alij non, vide glo. 2. iuncto illo tex. j. de causa delegatur vicario episcopi, expresso nomine proprio, non definit esse delegatus; licet remoueatur à vicariatu. dum. n. est, q̄ commissionis tempore erat vicarius. Idem no. in canonico, per gl. notabilem in cap. statutum, §. 1. eo. ti. lib. 6. verbo canonici. Et ex vtraque glo. tene mēti, nō esse necessariam qualitatem requisitam ad actū durare, si solum exigitur in principio actus. Nam c. statutū, solū requirit q̄d conuentus fiat habenti dignitatē, vel canonicatū; satis est ergo, vt tempore commissionis, subsit illa qualitas, ad hoc quod no. Bar.
3 in l. ex facto, ff. de vulg. & pup. & l. præcipimus, C. de ap. † Quod autem, si exprimatur simul nomē proprium, & appellativum, vt quia dicitur, Antonio Vicario episcopi Senen. an videatur contempta dignitas, vel persona? die vt plene dixi in copo-
4 niam Abbas, de offi. deleg. † De multiplici nomine officialis episcopi, vide bonam glo. d. clem. & si principalis, in verbo, officialis. Et ibidem etiā notatur, q̄ vicarius episcopi in spiritualibus, quia alias officialis non est, non potest esse delegatus Papæ. Officialis seu vicarius archidiaconi, vel alterius prælati inferioris ab episcopo, non potest esse delegatus papæ, vel ipsius legati. Secus tamen est in officiali capituli, & de vacante, vel in vicario electi in episcopum, & confirmati, non-

3 versic. Dignitatum. quæ dicit, † q̄d appellatione dignitatum, nō venit episcopatus; quia episcopatus nō est dignitas, sed dignitatum culmen. in c. venerabilis, de præben. quod intelligo, nisi materia sit larga, argu. in c. 1. & 2. 22. dist. n. vnde &
4 Papatus potest dici dignitas, vt in c. 1. 40. distin. † Differentia est, an beneficium sit meum, an mihi debitum, eodē modo, an habeam ius in beneficio, an ad beneficiū; post enim prouisionem mihi factam & acceptam, seu collationem, beneficium dicitur meū, & per cōsequens habeo ius in beneficio. Ante vero collationem seu prouisionem, si habeo aliquod ius ad aliqd beneficiū obtinendū, dicitur mihi debitum, & habeo ius ad beneficium, vide glosse. cū iurib. allegatis. in ea. in d. clemen. anditor, in versi. Debitum. † Si datur facultas, seu potestas iudici aliquid faciendi, nō per hoc cōpellitur illud facere, si non vult, vide gl. in dicta clemen. auditor, in versicu. posterit. Ex qua argue, quod si iudex nō vult facere id, quod ex officio facere potest, non potest ab eo appellari, quod apertius tenet Spec. in tito. de offi. iu. in §. impedit, & sentiu nt Innoc. & alij Docto. in ca. exceptionem, de excep.

SVMMARIVM.

1 *Litigans super certo beneficio, si beneficium aliud receperit, quando dicatur primo renunciare.*
2 *Beneficium simplex, requirens continuam residentiam, si quis reciperet, an faceret expirare gratiam beneficij curati, etiam si recepto renunciaret, vel prius protestaretur.*

CAP. IIII.

1 GRatię. † Quod litigans super certo beneficio videtur illi renunciare, si recipit secundum quod cum alio, super quo litigat nō potest de iure tenere; dummodo pacifice fuerit possessionem adeptus, vel per eū nō steterit, quo minus nanciscantur. vide glo. in clem. gratiæ in versic. Renūciare. iuncta glo. in verbo. pacifice. Quod is, qui consequitur beneficium simplex requirens continuam residentiam, ēt de iure speciali, vī renunciare gratiæ, vigore cuius debebatur sibi beneficiū curatum vel dignitas, ac si recepissēt beneficiū cū cura vel di
2 gnitate, vide gl. in d. clem. gratię, in versi. Beneficiū. † Ex quo infertur vnū singulare. q̄ secundū beneficiū siue cura, requirens continuam, facit valere primum curatum, vel simplex requirens residentiam, vel dignitatem, seu personatum, vel officium, quasi à Pari debeat in hoc iudicari, ratione impotentiæ simul tenendi beneficium curatum, & non curatum requirens perpetuam residentiam. quod multum valet ad extendendum, capitu. de multa, de præbend. Nam si tale beneficium, facit expirare gratiam, eodem modo debet inducere vacationem primi, cum eadem, & fortior sit ratio in adepto, quam in adipiscēdo. Nec prodest, si dicatur, hoc hic procedere, ratione renunciationis præsumptæ ex iuris præsumptione, seu dispositione, quia vt hic dicitur in glosse. non valeret protestatio, quia esset contraria facto; & sic videtur, quod hic inducitur priuatio, ratione impotentiæ simul retinendi illa beneficia. in hoc tamen sunt opiniones, & plene examinaui in capitu. fin. de cleri. non resident. vide etiam per Fe. consi. 115. Licet quis velit dimittere secundum beneficium, vigore cuius vacauit primum; non tamen per hoc recuperat primum, quia ius semel extinctum; non reuiuiscit; potest tn de nouo, vel noua collatione illud consequi, di mittēdo fm, vide gl. pen. & vltimam in cle. gratiæ, de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio loquens de beneficio nouiter creato, an habeat locum in beneficio prius extincto, & nunc renouato.*
2 *Actor suam intentionem plene probans, debet obtinere, licet reus per exceptionis probationem reddiderit illam dubiam.*
3 *Beneficium existens, tempore datæ literarum impetratarum ad beneficium vacaturum, potest in præiudicium impetrantis supprimi seu extingi.*
4 *Beneficium cum cura, si conferri mandatur, potest prouideri de beneficio cui collata fuit cura.*
5 *Canonicus potest vigore canoniæ, petere præbendam creatam post eius receptionem.*

CAP. V.

1 PEteras. † Quod dispositio loquens de beneficio nouiter creato, nō habeat locū in beneficio prius extincto, & nunc renouato, tenet, glo. in verbo. Creatum. quidam tamen ibi contra, si prorsus erat extinctum, & dic vt ibi
2 not. † Actor suam intentionem plene probans, dēt obtinere, licet reus per exceptionem, & ipsius probationē reddat illam dubiā: imputandū est enim ei ideo, q̄ suā exceptionē clare & plene nō probauit. vide glo. notab. hic, in ver. creatū. & in ver. sed quid si dubitatur, & videtur probari in c. in præsentia, de probatio. & vide omnino quod ibi scripsi. & p Bar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.non solum,in §.sed reprobari, ff. de nou. oper. nunciat.
5 † Quod beneficium existēs tpe datæ literarum impetratarum ad beneficium vacaturum,potest in præiudicium impetrātis supprimi seu extingui , hoc mirabiliter sensit hic d. glo.in verbo. Nec videtur ponderandum tempus datæ.Quidam tamen ibi tenent oppositum , sed posset sic distingui , q aut beneficium existebat temporedatæ, nondum tamen vacabat , & tūc illud ante vacationē poterat supprimi per vnionē,vel ordinationē episcopi & Capituli , nec habet de quo cōqueratur expectans , cum ante vacationē nō hēbat ius in illo,nec ad illud beneficiū, quia gratia refertur ad beneficiū vacaturū,sed istud nō vacabat propter ordinationē factam,& suppressionē,tēpore quo nō vacabat,& sic intelligo,& saluo illā gl.quam in hoc reputo singularē,facit clem. 2.de reb.eccl.nō alienan.Aut beneficiū vacauit post datam vel tēpore datæ,& tūc nō puto , q aliquis citra Papā possit in præiudiciū alterius expectātis supprimere tale beneficiū si saltē gratia est cōcessa ēm stylū hodiernū,per cle.vnicā,de cōcess.præb.& sic procedit opi.Lapi qui voluit tenere cōtra
4 illam gl.† Si mādatur cōferri beneficiū cū cura , seu spectās ad collationē episcopi , pōt prouideri de beneficio cui fuit collata cura post datā literarū.Idē de illo, q pertinuit ad episcopū post datā . quoniā in his spectatur tēpus collationis,
5 & nō datæ.vide gl.fi.in dicta cle.fi.de rescrip. † Quod canonicus pōt vigore canoniæ petere præbēdam creatā post receptionem suam,vide gl.in dicta cle.fi.in fi.

De electione. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio loquens de hominibus,& religiosis,habet locum in fœminis, & monialibus.*
2 *Constitutio loquens de fœminis,non extenditur ad masculos .*
3 *Prælati appellatione,venit habens officium,à quo potest remoueri ad nutum.*
4 *Coloris diuersitas quo casu inducat diuersitatem habitus.*
5 *Color vbi non est de habitu,quibus casibus possint religiosi vti colore, vt placet.*
6 *Eligi prohibitus an possit postulari.*
7 *Laicus an possit postulari in prælatum religiosum.*
8 *Constitutio odiosa seu penalis an possit extendi , nedum ex ratione expressa.sed etiam ex tacite subintellecta.*
9 *Religiosus an possit eligi in prælatum ecclesiæ sæcularis,& cuius.*
10 *Clerici,& sæculares licet certæ formæ & colores sint sibi prohibiti, nō dicuntur tamen habere certum habitum , nec respectu coloris , nec formæ.*

CAP. PRIMVM.

1 CVm Romani. † Dispositio loquēs de hominibus, & religiosis, habet locum in fœminis & monialibus : ratio primi,quia homo est communis generis.ratio secundi, quia masculinum concipit fœminium, gl.hoc tenet in clem.prima in ver. homines in princ. secus dic in dispositione loquente de monialibus,illa enim non extenditur ad monachos, quia fœmininum non con-
2 cipit masculinum . † Et idem eadem ratione dicendum in constitutione loquente de abbatissis, vt non extendatur ad Abbates,vt est glo.notabilis,in clem.attendentes,de sta.reg.
3 in verb.cecidisse. † Appellatione prælati venit habens officium,à quo etiam potest remoueri ad nutum , vt est prior , minister,custos,vide glo.in clem. 1.in versic.prælatum, facit
4 tex.in c.1. de æta. & qualita. † Quod diuersitas coloris duntaxat non inducit diuersitatem habitus nisi color ex dispo
5 sitione regulæ esset de habitu . † Item, quòd vbi color non est de habitu,possunt religiosi,seruata forma habitus vti colore, vt placet , no. glo. in ver. vel habitus . quod intelligo, dum tamen color sit honestus,arg.in c.clerici,de vi.& hon. cler.Itē limito,dummodo omnes in eodē monasterio,saltē in superiori habitu se cōformēt in colore , ne videatur in-
6 ter eos diuersitas,ar.in c.deus qui,de vi.& hon.cle.† An prohibitus eligi,possit postulari,glo.in ver.eligatur,q sic,& no. in eo q dicit , religiosum posse postulari in prælatum alterius religionis,vel habitus,licet non posset eligi,& hoc ideo quia talis non prohibetur eligi propter crimen,sed propter
7 diuersitatē religionis,vel habitus. † An autem laicus possit postulari in prælatum religiosum,vide no.in c. cum monasterium,de ele.& de materia generaliter,an prohibitus eligi possit postulari,vide plene no.in c.fi.de postu.præla. Itē no. ex eadē gl.talem posse ,solum à Papa postulari . Ratio quia nullus citra Papam pōt dispēsare contra concilij constitutionē,qualis fuit illa cle.1.Et in hoc no.illam gl.sic intellectā & idē videtur velle gl.in c.cum dilecti,de elect.facit tex. in c. dilectus,de præb.plene examino in c.at si clerici,§.de adulte
8 rijs, de iud. † Quòd cōstitutio odiosa seu penalis debēt extēdi per similitudinē rationis ratione expressa , notat eadē gl.in versi.eligatur.Et aduerte, quia solet allegari hæc glo. q talis extētio fieri non debet,nisi quādo ratio est expressa,sed certe hoc specifice nō requirit hæc gl. sed allegat rationem ibi expressam,idē igitur dicēdum,vbi est tacita & subintellecta,quia taciti,& expressi nō est differētia,vt in l.cū quid,ff.si cert.pet.etiā in ratione cōstitutionis,vt in reg.fi.de regu.li. 6.& in l.nō dubiū,C. de legib.Et q hoc fuerit de mēte Ioan. An.patet in gl.fua,in cle.1.§.de reseri.vbi dixi.ad idē vide bonum tex.in l.2.§.quid si curatores,& in versicu. quid ergo si non sunt, ff. ad Trebel. & in l. liberum, §. senatus, ff. de ritu nup.& l.fi.1.respon.ff.qui pe.tu.per Bar. in l. si constante, ff. sol.matr.in 8.& 9.q.& in l.2. §.1. ff. de his qui no. infam. per
9 Bald.in l.maximum vitium, C.de lib.præ.& in l. scire, §. fitficit,ff.de excu.tu.vide etiam de materia pro, & contra, per glo.in c.in fidei fauorem,de hære.lib. 6. & in c. constitutionem,de regularibus,eo.lib. & in regula odia, in Mere.& in c.1.de temp.ord. lib. 6. per D.Ant.in d. c.fin. de cōsue,& in multis alijs locis tractatur , sed ista occurrunt mihi de præsenti,absque alia librorū reuolutione.† An possit religiosus
10 eligi in prælatum ecclesiæ sæcularis collegiatæ, non episcopalis,vide per glo. in verbo sæcularis , & videtur post multa inclinare in partem affirmatiuam.† Et ex eadem glo.not.q clerici sæcu lares,non dicuntur habere certum habitū, nec respectu coloris, nec respectu formæ,licet sint eis certi colores,& certæ formæ prohibiti, largo tamen modo,dicitur habitus clericalis conueniens,& clericis non prohibitus,q no.Itē ex eadem gl.no.q habitus certus discernitur ratione formæ,aut ratione coloris. si ergo non astringitur quis ad portandum vestes sub certa forma,vel colore, non potest dici,q habeat certum habitum , licet certæ formæ sint sibi prohibitæ,vel colores.q tene mēti,quia facit ad multa, vide ad prædicta gl.notabilem. 21.q.4.in summa in qua tractat, an clerici possint vti vestib. pretiosis, maximè sericis,secundum consuetudinem regionis , & quid de zindato.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale,licet regulariter non possit tollere,vel corrigere constitutionem Papæ,quib. tamen casib.id possit,vide.*
2 *Inferior iurisdictionem habens,an possit iuuare legem superioris,apponendo,vel augendo pœnam.*
3 *Cardinales quòd faciant collegium,non debet censeri iure singulorum licet singulariter sint in eorum titulis collocati.*
4 *Constitutio superioris.septem modis,& quib.tangi dicatur.*
5 *Constitutionem qui non potest tollere,non valet circa illam dispensare.*
6 *Dispensationis diffinitio.*
7 *Vicariatus ecclesiæ vniuersalis, solum Petro & successorib. apostolis fuit datus.nec transit ad alium sede vacante, nec mortuo eo, ecclesia est sine pastore.*
8 *Vicaria,sede etiam vacante,non transit ad concilium generale.*
9 *Cardinales possunt in actu electionis ordinare,quòd nominatus à pluribus numero sit Papa,non expectato consensu duarum partium.*
10 *Cardinales mortuo Papa,Cardinalem creare non possunt , sed tantum quæ pertinent ad certum collegium exercent .*
11 *Camerarij Papæ officium, quale sit.*
12 *Cardinalis vnus solet esse maior pœnitentiarius,officio tamen in conclaui vti non potest.*
13 *Cardinalium quod maior pars facit, valet,nisi aliud iure caueatur.*
14 *Facta vbi plura iunguntur eadem dispositione, qualitas apposita vni non qualificat aliud.licet ambo facta eodem reguluntur verbo.*
15 *Camerarius Papæ,auditor camerę,& marisscallus quam iurisdictionem habeant.*
16 *Inquisitor hæreticæ prauitatis delegatam,non ordinariam habet iurisdictionem,officium tamen mortuo Papa non expirat.*
17 *Concorditer,vnaniter,& nemine discrepante,idem significant.*
18 *Dispositum in morte naturali,habet locum in ciuili,ex identitate rationis .*
19 *Territorium,districtus,& diœcesis,quid proprie significent.*
20 *Cardinalib.mortuis,vel de conclaui exeuntib. omnib.præter vnum,apud illum solum remanet ius eligendi Papam.*
21 *Citatus ad curiam auctoritate Papæ tenetur nihilo minus ire vel mittere etiam mortuo Papa,sicut prius.*

CAP. II.

1 NE romani. † Quod conciliū generale nō possit tollere seu corrigere, vel aliter violare cōstitutionē Papæ, ēt sede apostolica vacāte,gl.est, quam reputo,singularē, in verbo inferiorē,in fi.q limito , nisi in his in quib.concilium est supra Papam,& hoc profecto , fuit de mēte illius gl.relatæ ad tex.excusit.n,concilium tāquam inferius,& vt habēs potestatem à Papa.secus ergo vbi est super ius,& potestatem habet à Deo,quod quando contingat,vide quod legi. & notabari in cap.quorundam,eod.titul.lib.6.quod plene dixi in c. non potest , de reiud.vbi glos. videtur innuere contrarium.

dixi in qua dā mea disputatione,in qua tractaui de potestate
2 cōcilij & Papæ. † Nunquid inferior habens iurisdictionem possit iuuare legem superioris,apponendo,vel augendo pœnam?dic,q sic,no.glo.in ver.tolli.probatur in c.animarum,
3 §.1.de cōsti.in 6. † Quod Cardinales faciunt cœtū seu collegiū,nec debēt cēseri iure singulorum , licet singulariter sint in eorū titulis collocati,vide bonā glo.in vers.certum , facit quod no.Inn.in c.cum re.de re iud.vbi prosequitur , an col-
4 legium cardinalium possit restituere famæ. † No.septē modos quib.aut p quos constitutio superioris possit tāgi, quorū quilibet ,phibetur regulariter subdito.Primus modus est modificare,secundus corrigere,tertius mutare,quartus gequam ei detrahere,quintus aliquid addere,sextus dispensare quolibet circa ipsam,seu aliquā eius partē. septimus illi re-
5 nunciare,gl.iuncto tex.in verbo modificare. † Ex qua not.q regulariter,is qui nō pt constitutionē tollere, nō valet circa illam dispensare,ita arguit, si bene cōsiderator tex. iste iūcto principio,cū vers.opinionē,& probatur ratione 3 quia per dispensationē vulneratur cōstitutio quoad illā cām.22.q.4.
6 c.displicet.† Et vide bonā gl.q ponit diffinitionē dispensatiōs.1.q.7.c.requisitis,§.nisi rigor,qn ergo inferior dispensat , hoc facit ex potestate sibi specialiter permissa , vt in ca. dilectus,de temp.ori.& in c.at si clerici,in §.de adulte.de iudi.hic tñ posset notari,q stricto modo aliud est tollere constitutio nē,aliud circa illam dispensare,quia tex.in d.cle.ne Romani potuit illa vt diuersa,& hoc voluit gl.notanda in ver. dispen-
7 sare vero quoad certū casum relaxare. † Quod vicarius ecclesię vniuersalis Petro & successoribus apostolis fuit datus, nec transit in aliū sede apostolica vacāte,nec propterea mortuo,vel cedente Papa grex fidelium est sine pastore , vel ecclesia sine sponso,quia sponsus rector,& pastor,est Christus, & caput ecclesiæ,quæ est ipsius corpus,hoc ponit glo. notabi-
8 lis in verb.nō cōsonam. † Ex qua notabiliter argue, qđ etiā ad cōciliū generale nō trāsit vicaria sede vacāte.& sic nō potuit cōcilii exercere potestatē spectantē ad Papam.De cætu vero cardinaliū est dubium,per tex.dictæ clem ne Roma ni,vide tamen,quod dixi in disputatione;quā super hac materia feci,& ad primum dictum facit capi.ita dominus . 19. dist.& cap.hæc est fides.24.quæstio.1.In contrariū facit cap. quodcunque ligaueris,ead.causa,& quæst. glo. tamē ibi fa-
9 cit pro prima opinione,cogita.† Cardinales possunt in actu electionis statuere , seu ordinare quod nominatus à plurib. numero,sit Papa,nō expectato cōsensu duarū partiū glo. in verbo reprobamus,& idem ibi Paul.quod tamen dixit hoc posse fieri vno ex cardinalibus contradicente, argu. in l.Sabinus,ff.communi diuid.facit quod not.Docto.in c.scriptū, de electio.& pro primo vide glo.notabilē in ca. sicut,in ver.
10 præter,de elect. lib. 6. † Quod cardinales nō possiunt creare cardinalē etiam mortuo Papa,glo.in vers.potestatis. Ex qua infertur iuncto tex.q creare Cardinalē spectat ad solū Papā Ea,quæ spectāt ad collegiū cardinaliū sine Papa, possūt exercri sede vacante,non obstante constitutione illius clemen-
11 ne Romani,glo.in verbo.Pertinentis.† Ad officium camerarij Papæ pertinet temporalia pauperibus erogare. & hodie est magnum officium,& iurisdictionē exercet circa omnes debentes cameræ apostolicæ,& auditorē habet ad hoc, quem poterit habere etiā sede vacante, vide glosſ.in ver. Ca-
12 merarium. † Cardinalis solet esse maior pœnitentiarius,tempore tamen inclusionis in conclaui maior pœnitentiarius si est Cardinalis, nō potest vti officio;si tamē nollet in clausura manere,ēt personaliter vtitur officio,vt in verbo. Maio-
13 rē.& ibi glo. † In pertinētibus ad cętū seu collegiū Cardinaliū valet q fit à maiori parte ipsorū,nisi aliud iure caueatur.
14 glo.in verbo.Cætus,& ex ea.glo.not iūcto text. † Quod vbi plura facta iunguntur in eadē dispositione,qualitas apposita inter aliqua vnius facti,nō qualificat aliud factū,licet ambo facta regantur eodē verbo , quod bene notabis . facit ad
15 notata per Bar.in l.talis scriptura,de lega 1.& l.prætor , ff. vibon.rapto.vide ēt q dixi in ca.secundo requiris. de appella-
tio. † An camerarius Papæ,auditor cameræ , & marisscallus
16 habeant ordinariā iurisdictionē,vel delegatam, vide glosſ.in verb.Expirare. † Ex qua nota in fine,quod inquisitor hæretię prauitatis,habet delegatam, & nō ordinariam; & specia-
le est,q officiū ipsius nō expirat etiā mortuo Papa. de quo vide quod legitur,& notatur in ca.ne aliqui. & cap.per hoc,
17 de hære.lib.6. † Quando aliquid debet fieri à pluribus collegialiter,& concorditer,oportet quod nullus illorum discrepet , ex quo not.significatum huius aduerbij, concorditer . Idem est ergo fieri concorditer,q vnanimiter,& nemine discrepante.vide glos.& tenebis menti, in verbo, concorditer. Idem notat glo. in c.cupientes.eod.titu.lib.6. & videtur pro
18 † Ex identitate rationis,dispositum in morte naturali,habet locum in morte ciuili.vide gl.in ver.Morięte.q̄ leg. & not.in l.Deo nobis,C.de episco.& cleric,vide quod no. in c. cū sis, de conuer.coniuga.sic limita quod no.gl.16.q.1. c. placuit , quę dicit mortē ciuilem nō æquiparari naturali,nisi in casibus iure expressis. † Territorium,& districtus,proprie sumpta differunt à diœcesi. Nam districtus seu territorium est, in quo quis habet iurisdictionē,licet sit alterius diœcesis. vide gl.in verbo.diœcesim.facit i.pupillus,§.territorium, ff. de verb signifi.Quandoque tñ ponitur pro diœc.vt dicta clem.
20 ne Romani,& vide glo.in ver.hoc casu.† Quod mortuis,vel exeuntibus de conclaui omnibus Cardinalibus præter vnū, apud illum solum remanet ius eligendi Papā,sicut seruatur in alijs colegijs , quod bene nota.& tene diligenter mēti.vide glo.in verb. Omnes. Quid si omnes Cardinales recedūt de loco,vbi esset faciēda electio Papę,vide gl.in ver.diœcesim. in fin.& in verb.Compellat.Et ibidem habetur,quid si aliqui Cardinales nolunt intrare conclaue,timentes iustum metū
21 mortis. † Citatus ad curiam auctoritate Papę tenetur nihilominus ire,vel etiam mittere mortuo Papa,sicut prius,no. glo.in ver.quacunque causa.per text.§.fin.huius clem.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio appellationis vel alterius scripturæ,quando fit;eius expensis dari debet,cuius nomine fit intimatio.*
2 *Intimatio debet fieri ad domum solitæ habitationis.*
3 *Intimatio alicuius actus vbi requiritur , quo casu sufficiat scientia eiusdem actus intimandi,& quibus.*

CAP. III.

1 AVsam. † Cum intimatur appellatio in causa electionis,postulationis, vel prouisionis interposita , debet dari tenor appellationis expensis ipsius appellantis,nota gl. in verb. Porrectio.& idem videtur dicendū in alijs casibus, in quibus faciē da est alicui intimatio,arg.illius clem.in fine.præal.glo. similе in libello,cuius copia traditur expensis ipsius actoris , & no.singulariter vtrūque dictū . Circa primum , quidam tenuerunt ibi cōtrariū,dicētes , q lectio seu perlectio benefit expensis ipsius intimantis ; copia vero fit expensis appellati. Ego dico,q si ex ille bene ponderetur in verbo. Porrectio. hoc intēdit ; quia aut volēs appellationē interpositam intimare,non curat illius tenorē perlegi facere in presentia ipsius appellati;& tūc tenetur illi dare copiā expensis suis , argum.in cap.appellario,de appellat.li.6.Aut facit sibi illā per legi,& tunc satis est,q illi copia trāscribēdi faciat sub forma publica.Quoad secundū de libello,vide aliā glo. in clemē.sępe,de verb.significa.in verbo,pronunciatio , quę idē tenet. sed vide Barto.in l.1.ff.de ede.& quod scripsi in ca.1.de libel.
2 oblatio. † Intimatio,vel citatio debet fieri ad domū, in qua quis cōmuniter habitare cōsueuit,& dicitur illa in qua plus, quam alibi habitauit,licet vltra dimidium anni ibi nō habitauerit:& si æqualiter habitauit in duobus locis , poterit in quolibet illorum locorū fieri intimatio,seu citatio.vide tex. iuncta glo.in verbo. Communiter, & de materia vide Bart. in l.4. §.prætor ait,ff.de damn.infect.& q scripsi in c. cām,de dolo & contuma.Paul.tñ in d.cle.dicit,quod glo. ꝓcedit qñ pariter in vtroq; loco habitabat.Si vero tempore intimatio
3 nis habitabat in alio loco,tūc ibi debet fieri intimatio. † Vbi cunque requiritur a licuius actus intimatio,ēt cū solēnitate sufficit scientia seu notitia certa & plena illius actus intimādi; nō ergo requiritur necessario intimatio , data notitia.vide bon.tex.iuncta glo.in verb.Certa,in dicta cle. cām,q intelligе , qñ intimatio est faciēda ad finē simplicis notitię habendę,vt in casu dictę cle.secus si requiritur etiam ad aliū effectū,puta,vt veniat ad defendendū denūcianrē.de quo notatur per Dynū in reg.cū quib.lib.6.& per Bar.in l. emptor,C. de euictio.per canonistas in ca.fina.de emptio. & vend. Vel dic,quod aut requiritur non solum intimatio,sed etiam requisitio ad aliquod faciendum;& tunc non sufficiat notitia sine intimatione.& ita loquitur ca.fin.de emptio.& vend.& hoc voluit gl.fin.hic in prin.quam bene nota.& vbi requiritur sola intimatio,sufficit notitia sine intimatione,vt hic.

SVMMRIVM.

1 *Confessio vel probatio illius valet , qui cum ex aliquo defectu admitti non debebat fuit de facto admissus.*
2 *Confessio facta in processu nullo,valet.*

CAP. IIII.

1 CONstitutionem. † Si is,qui nō dēt admitti ad ꝓbādā ex defectu aliquo,fuit de facto admissus,valet cōfessio,seu ꝓbatio,aliās legitime facta.vide bonū tex,in d.cle.iūcta gl.penul.
2 † Et facit q notat Inno.in ca.fi.de restit.spol. vbi singulariter dicit,valere cōfessionē factam in processu nullo , & ibi text.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Papalis, si aliquod sacramentum conferri prohibet, si contrafiat, non impeditur character.*

CAP. V.

1 IN plerisq; † Licet cōstitutio Papalis prohibeat cōsecrationem vel ordinem, vel aliud sacramētum, certo casu cōferri, & decernat irritum cōtra factum, nō per hoc si contrafiat, impeditur character, etsi ipsius impediatur executio. no. gl. in verbo. Vel aliqđ, & vide ꝙ no. in c. quāto, de cōsue.

SVMMARIVM.

1 *Voces absentium non vocandorum, quæ pro non discordantibus habeantur.*

CAP. VI.

1 VOd circa. † De vocibus absentium nō vocandorum, vel vocādorum, qui venire noluerint, aut expresse renūciauerunt, non debet haberi ratio, ac etiam in casu quo requiritur plena cōcordja omnium de collegio. Et idem de illis, qui certo respectu vocem nō habent, vt sunt in collegio marium non cōstituti in sacris ordinib. vel in monasterijs nō professi monachi, vnde etiam considerato mero facto, non habentur isti pro discordantib. vide bonam gl. in verb. Quæ in facto, circa fi. & bene nota.

SVMMARIVM.

1 *Quota litis an possit ex consuetudine deberi pro munere iudicandi.*
2 *Consuetudo semel à iure damnata, an possit iterum introduci.*
3 *Iurisdictio episcopalis, licet sede vacante deuoluatur ad certas personas ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, non tamen per hoc deuoluitur iurisdictionis emolumentum.*

CAP. VII.

1 STatutum. † An ex cōsuetudine possit deberi pro munere iudicādi quota litis. vide gl. cum suis remissionib. in verbo. Ex
2 iurisdictione. † Vtrum cōsuetudo semel à iure dānata possit iterum introduci? vide gl. notabilem, & sempermenti tenēdam. in ver. Consuetudine. in fi. quæ sentit, quod sic. & pro illa gl. optime potest adduci ratio. c. nō debet, in prin. de cōsangui. & affini. recipit. n. mutationem, † m diuersitatē temporis, facit. 4. dist. c. erit autem lex. Contrarium videtur sentire, Paul. & Io. de Lig. in cle. 2. de reb. eccle. nō alie. & Bar. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iure. & in l. de quib. ff. de leg. & vide per Io. An. in additio. Spe. de instr. edi. §. compendiosè, versi. sed nunquid de consuetu. per Bald. in c. 1. de cap. Conra. collatione dec. vbi dicit ꝙ aut consuetudo habebat id ꝙ ius commune, & potest iterum præscribi; alias secus, quia primo casu est potius iuris obseruātia, quam cōsuetudo, iuxta no. c. 1. de const. vide tamen ꝙ plene dixi in c.
3 2. de prob. † Quod licet sede vacāte deuoluatur iurisdictio episcopalis ad certas, & singulares personas, ratione ipsarū dignitatum, ex priuilegio cōsuetudine, vel statuto, nō tamē per hoc deuoluit ipsius iurisdictionis emolumētum, nisi specifice hoc habeat consuetudo, ꝙ no. quia facit ad mult. de quo videtur tex. iuncta gl. in verbo emolumēto, nec venit emolumētum ratione accessorij, tum quia hoc est priuilegium in alterius præiudicium, ideo restringēdum; tum propter rationem notatam hic in glo. 1.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio dictio quæ in se comprehendat.*
2 *Species quando adiungitur generi, tūc genus comprehendit omnes species, præter expressam.*
3 *Electio an comprehendatur sub verbo prouisionis.*
4 *Religioso non potest dari licentia consentiendi electioni, vel prouisioni, si quam contingeret de eo fieri, & quare, & nu. 7.*
5 *Religiosus vigore licentiæ generalis, non potest consentire electioni, etiam prius de eo factæ, ipso ignorante, & quare.*
6 *Abbas ne male faciat, quib. casib. absoluere possit monachum, vt aliud intret monasterium.*

CAP. VIII.

1 COncessa. † Verbū prouisio, est satis latū, & cō prehēdit in se noiationē, postulationē, præsentationem, & collationē, vide gl. in ver. prouisioni. Et idē dic de electione, pari ratione, sed gl. hic nō fecit mētionem de electione, quia tex. hic ad maiorē declaratione de ea fecerat specialem mētionem. † Nam qñ species adiūgitur generi, tūc genus comprehēdit omnes species, p̄ter expressam, ad hoc ꝙ legitur, & no. in c. 1. de const. † Vel dic melius, ꝙ electio nō comprehenditur sub verbo prouisionis. tex. est in c. cū in illis. 1. respōso. de præb. li. 6. & ibi gl. super verbo electionē, & hoc in materia stricta; in materia vero larga tene, ꝙ prius dixi. arg. hic & ex notatis in d. c. cū
4 in illis. † Non potest dari religioso licētia consentiendi electioni, vel prouisioni, si quam cōtingeret de eo fieri, etiā in certa ecclesia, & hoc propter vitiū ambitionis exprimendū vt no. gl. in verbo. Si quam. Oportet ꝙ prius vocētur, & postea licētia cōcedatur, sic intellige c. ii religiosus. de electio.
5 li. 6. † Quod vigore licētiæ generalis nō potest religiosus cōsentire electioni, etiam prius dē eo factæ, ipso ignorāte. Ratio, quia talis licētia non subsistit virib. vide tex. innicta gl. in
6 Verbo. Nullus. † Male facit Abbas absoluēs monachum, vt possit intrare aliud monasterium, nisi illud habeat paratum & cōstet ꝙ illum recipere velit; tamen valet, si hoc fecit. vide
7 gl. in verbo. † Firmitatis. Secus tñ est, quādo dat licētiam, vt possit cōsentire prouisioni de eo factæ, vt in dicta clem. fin. quia tunc non valet talis licentia, vt ibi. & hoc, quia maior tunc notatur ambitio. In clericis tamen sæcularibus bene valeret talis licentia, quia maior notatur ambitio in professo. vide glo. in verbo præalle. & nota eam.

De renunciatione. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio procuratoris facta posi petitam cedēdi licentiam, nullum tamen obtentam, quando teneat, & quando non.*
2 *Procurator vnus vel plures, clericus vel laicus, insolidum vel conioncti, constitui potest ad cedendum beneficio, & pontificali dignitati.*
3 *Reuocatio procuratoris, an, & quando valeat, re non integra, & absque eius certioratione.*
4 *Renunciatio beneficij an possit fieri in manib. collatorum, vel confirmatorum.*
5 *Reuocatio mandati generalis ad cedendum, cui debeat intimari.*

CAP. VNICVM.

1 VIm illusio. † Tenet reuocatio procuratoris, facta post petita licētiā cedēdi nōdū obtēta, si reuocationis notitia peruenit ad procuratorē, vel ad superiorē, decus dic, si iam erat obtēta licētia. vide gl. in verbo. Ce-
2 dēdū. † Quod ad cedēdū beneficio, etiā si sit pontificalis dignitas, potest cōstitui vnus procurator, vel plures. Ite clericus, vel laicus, & si plures cōstituūtur, nō est vis an in solidū an cōiunctim. vide gl. in verb. Procuratorē, & nota cā, quia
3 tenus dicit de laico. † Si quis per iustū metū cōstituit procuratorē ad cedēdū, potest illum etiam ignorātem reuocare, tenebitque reuocatio, licet reuocationis notitia nō peruenerit ante renūciationē ad ipsum procuratorē, vel ad superiorē, vide tex. iuncta gl. in ver. sponte. An & quādo valeat p curatoris reuocatio absq; ipsius certioratione, vide plures opiniones positas in gl. in ver. tentat. & vide ꝙ dixi in ea, et
4 parte decani. de resci. † An in manib. collatorū vel cōfirmatorū possit fieri renūciatio beneficij, vide gl. in verb. Manib. quæ primo dicit, ꝙ sic, licet iste nō sit episcopus, ponit ibi Inn. quæ cōmuniter videtur tenere, ꝙ renūciatio debet fieri in manib. illius, qui potest inuitū destituere. Et tene inmēnōe opinionē, vide ꝙ plene dixi in repet. c. si quis cōtra cle-
5 ricum, de foro comp. † Si mandatum de cedendo erit generale, puta ad cedendum in manib. eius, qui recipere debet, quod potest, cui debet tūc fieri reuocationis intimatio? die quod procuratorib. vel omnib. qui de iure possent talem cessionem recipere. vide gl. in ver. facienda.

De supplenda negligentia prælatorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Ius nouum, vel priuilegiorum derogatiuum, disponens de regularibus, non extenditur ad clericos sæculares, licet in vtrisque eadem sit ratio.*
2 *Collatio beneficij ad ecclesiam inferiorem pertinens, per eius negligentiam non ad diœcesanum loci, sed ad prælatum Capituli deuoluitur.*
3 *Eligere vel præsentare debentium, ex negligentia deuoluitur potestas ad confirmantem.*
4 *Beneficij licet ex consuetudine non collatio, sed commissio fieret, talis tamen commissio vltra tempus Lateran. concilij prætermissa, deuoluitur ad superiorem.*
5 *Prioratus, si in ecclesia est principalis prælatura, & ei per viā electionis prouidetur, trium mensium tempus datur ad eligendum, intra quæ ne pro defectu, de electi.*
6 *Exemptio prælati habentis ius conferendi, non impedit deuolutionem collationis ad diœcesanum in beneficijs non exemptis.*
7 *Potestas conferendi an deuoluatur ratione negligentiæ in beneficijs exemptis, quæ auctoritate Papæ diœcesanus habet conferre, & quem.*
8 *Executor, si notorie indigno confert, an collatio teneat, vel ad quem deuoluatur.*
9 *Conferre indigno, & nulli conferre, quibus casibus præsumatur, & quibus non.*

10 *Beneficia solita conferri clericis sæcularibus, non possunt conferri regularibus, nisi sint curata.*
11 *Patronus ecclesiæ curatæ, potest præsentare ita religiosum, sicut sæcularem, dummodo non præsentet eum, vt claustralem.*
12 *Succedens in potestate conferendi ratione negligētiæ, vel delicti, debet conferre talibus personis, quibus primus tenebatur.*
13 *Pensiones nouæ imponi, & veteres augeri possunt per episcopum, ex causa; non per habentem potestatem conferendi.*
14 *Beneficia, quæ proprie sunt de mensa prælati, vel capituli, an vacare dicantur.*
15 *Institutus in ecclesia, vt claustralis, debet habere socium; secus si tanquam quilibet clericus.*
16 *Monachus, cui episcopus contulit prioratum propter negligentiam abbatis, non definit esse claustralis, & obedientiarius.*
17 *Manualia, quæ sunt de mensa, vacant per mortem, vel renouationem illorum, qui illis præsident.*

CAP. VNICVM.

1 VIa regulares. † Ius nouū, vel priuilegiorum derogatiuū disponens dē regularibus, non extenditur ad clericos sæculares, licet in vtrisque eadē sit ratio, vide gl. & tene eam menti super verb. Regulares. Sed in contrarium videtur glo. in cle. 1. §. de resci. in verbo præsidentes, vbi dixi. Cōcordādo potest dici dupliciter, primo ꝙ istud procedit in dispositione iuris noui, vel in iure de rogāte priuilegio, quæ debent restringi, nec extendi, et ex similitudine rationis iuxta, no. per Bart. in auth. quas actiones, C. de sacrof. eccl. facit l. præcipimus. in fi. C. de ap. vel secūdo dicas, ꝙ ꝫ regulares specifice sit dispositū, quia ipsi frequenter in his excedebant, vt dicitur in litera. ideo nō debet odiū ad alios extēdi, quia in his non ita de facili cōmittebāt, vt vo
2 luit in fi. Io. An. in reg. odia, de reg. iu. in 6. † Si būficij collatio ptinet ad capitulū ecclesiæ collegiatæ inferioris, citra cathedralem, per ipsius negligentiā in nō conferendo deuoluitur collatio nō ad diœcesānum loci, sed ad prælatū loci seu capituli, glos. est notab. in verbo prælati. Et no. illam gl. qa nescio alibi. ex qua infertur, ꝙ sicut à capitulo ecclesiæ cathedralis fit deuolutio ad episcopum, vt in c. 2. de cōcess. præb. & in cle. si de beneficio. eod. tit. ita dicendum in inferioribus collegijs, vt deuolutio prima fiat ad prælatum immediatū. In cōtrarium facit, quia isti inferiores habent collationē de iure speciali, ideo debet fieri deuolutio ad episcopū, ad quē de iure communi pertinet collatio; quia res de facili redit ad naturam suam, facit, c. cum contingat, de deci. 3 5. dist. ca. ab exordio. Primū tamen dictū est valde æquū propter cōiunctionem, quæ est inter prælatum, & suum capitulū. Et idē eadē rōne dixerunt quidam cōtra, vt de p̄lato inferiori fiat deuolutio primo ad capitulum, & postea ad diœcesanum, & textū illius clem. quia regulares, intelligunt quando prælatus habebat conferre de consensu sui capituli, quo casu in dubio fit deuolutio ad episcopū, propter negligētiā vtrinque. & hoc tenuit ibi Paul. tñ in contrarium vide hic not. p Docto. & pro dicto glo. & Paul. allego text. optim. in cle. ne
3 in agro. versic. Abbates, de statu regu. † Ex negligentia debē tiū eligere vel præsentare, deuoluitur potestas ad confirmātem vel instituentem, siue sit diœcesanus, siue sit alius, gloss. est singularis hic in verbo, dispositionem. ex qua nota quod potestas non deuoluitur ad episcopum, nisi ad eum spectet potestas confirmandi, vel instituendi. ad hoc bene facit in ar
4 gumentum. capitu. si vero, de iure patron. quod not. † Qđ licet in certis, beneficijs secundum loci consuetudinem nō fiat collatio, sed commissio; nihilominus, si talis commissio non fit infra tempus Lateranen. cōcilij, deuoluitur potestas ad superiorem, gl. est notabilis in verbo committere. quod intellige quando ex tali commissione constituitur specialis administrator, vt in fin. præmissa quidam tamen intellexerunt hic, quod idem sit cōmittere, ꝙ cōferre, vñ tex. in prin. ponit disiunctiuā inter cōmittere, & cōferre, & hoc forte
5 verius. † Si prioratus est principalis prælatura in ecclesia regulari collegiata, & ei per viam electionis prouidetur, hēt locum in ea. ca. ne pro defectu, de electio. vt detur tēpus triū
6 mensiū ad eligendū, vide glo. in verbo, Lateranensi. † Exemptio prælati habentis ius cōferendi, nō impedit deuolutionē collationis ad diœcesanū in beneficijs nō exemptis rōne negligentiæ in non cōferendo, vide bonam gl. in verbo, sua,
7 in princip. † An deuoluatur potestas cōferendi ratione negligētiæ in beneficijs exemptis, quæ authoritate papæ diœcesanus habet conferre, iuxta dispositionem huius clem. & si deuoluitur, ad quem fiat deuolutio, vide de vtraque quæstione in eadem glo. quæ tandem videtur sentire, quod non habet locum in talibus deuolutio; quia habentibus conferre auctoritate papæ, non currit tempus, vt in executionibus datis ad beneficia. no. gloss. in cle. si de beneficio. de præb. Et præsupposito, ꝙ fiat deuolutio, recurrent ad Papam, nō ad
8 inferiorē. † Quid aūt si executor cōfert notorie indigno, an teneat collatio; & si nō tenet, an deuoluatur potestas ad Papā, an vero remaneat apud ordinariū, apud quē prius cōsistebat, vide pulchre per In. in c. inter dilectos, de excess. præl. An potestas cōferendi deuoluatur ad diœcesanū in beneficijs exēptis, si collatio fuit facta indigno, sicut obseruat cū collatio negligitur: vide glo. in verbo, negligentiā, quæ cōcludit ꝙ non, hæc clementina ponit ius nouū, & præiudicat
9 priuilegijs exemptionis. † Ex hoc nota, ꝙ in iure restringibili, non parificātur cōferre indigno, & nulli cōferre: secus in iure non restringibili, cum paria sint, nullū prælatū habere, vel indignū, vt in c. 2. de transl. p̄la. & ꝙ primo vide Inn. in ca. cum nostris, de concess. præben. vbi inter hæc duo ponit di-
10 uersitatē. † In beneficijs solitis cōferri sęcularib. clericis, nō possunt religiosi habētes præsentationē, seu collationē, præsentare regularē, seu cōferre regulari, si illud beneficiū non est curatū, vel illū volunt præsentare, vt claustralē, vide gl. in verbo, sęcularibus. Ex qua nota; quod tanquam clericū sęcularem, possunt præsentare religiosum, si beneficiū est curatū; & dicuntur præsentare, vt claustralem, quando volunt posse eū remouere ad libitum, vt tunc remaneat claustralis, sicut prius. Secus ergo, qñ isti p̄sentant vel cōferunt, vt penitus absoluatur ab obedientia monasterij, & sit perpetuus
11 rector illius ecclesiæ, † Ex quo ēt nota, ꝙ patronatus ecclesiæ curatæ, potest præsentare ita religiosum, sicut sęcularē, dummodo nō p̄sentet eū, vt claustralē, de quo vide plene not. in c. quod dei timorē, de statu regu. & hoc tene menti.
12 † Succedens in potestate cōferendi ratione negligentię, vel delicti, non pōt libere cōferre, cui vult, sed cū succedit in ius illius, debet vti eodem iure, quo ille; & sic debet cōferri talibus personis, quibus primus tenebatur cōferre, vide tex. no tab. quem semper tenebis mēti hic, iuncta glo. in verbo, reli-
13 giosis, cū sequent. & idem tenet Paul. de Leaza. † Ex cā possunt ecclesiæ, pensiones nouę imponi, & veteres augeri per episcopum; tamen non per habentē potestatē cōferendi, vi-
14 de gl. in ver. imponāt. † Beneficia de mensa nō dicuntur vacare, vide glo. in verbo, de mensa, iuncto text. Sed tu hoc limita, prout dici gloss. not. ꝫ. de excess. prælat. clem. 1. in verbo ad mensuram, in fin. & ibi optime no. q̄ beneficia vel bona
15 dicantur proprie de mensa prælati, vel capituli. † Institutus in ecclesia, vt claustralis, dēt habere sociū; secus si hēt rectoriā, tanquam quilibet clericus sęcularis, vide gl. in verbo, renocari, & meliorem, de statu regu. clemen. ne in agro. §. ad
16 hæc. † Quod nō definit esse claustralis, & obediētiarius monachus, cui episcopus cōtulit prioratū pp negligētiā abbatis, quia nec plus, nec aliter cōfert supplēs quā negligēs. vnde sicut si ipse abbas cōtulisset, pōt illū reuocare ad libitum; ita nunc licet episcopus supplēdo illius negligētiā cōtulerit. vide glo. & tene cā mēti in verbo, reuocari, dicūt tñ hic quidā, ꝙ talis, qui sine cā reuocatur, pōt implorare superioris officium, de quo vide quod hic not. & in cap. insinuāte, qui cleri. vel vou. & per Ioan. And. in ca. cum singula. de præb. li.
17 6. in nouella. † Quod manualia, quæ nō sunt de mensa, vacant per mortem, vel renouationem ipsorum, qui illis præsident. vide in glo. proxime alle. iuncto tex.

De ætate, & qualitate. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis nullus est, qui saltem non sit diaconus.*
2 *Conuersi laici, cum non sint in sacris, an sint exclusi à capitulo.*
3 *Canonicus si non vult promoueri ad sacros, necessitate ecclesiæ vrgēte, potest canonicatu priuari.*
4 *Constitutio respicit præterita respectu actus futuri pendentis à iam gestis de præterito.*
5 *Propensius, vnde dicatur.*
6 *Canonicus non constituus in sacris quę perdat, quæque obtineat, & super quæ non possit secum dispensari.*
7 *Canonicus non in sacris, si de facto admittitur in capitulo, an electio vel alius actus corruat.*
8 *Canonicus ante ætatem legitimam promotus ad sacros, an habeat vocē in capitulo.*
9 *Canonicus si non est in sacris, tempore vacationis ecclesiæ, tempore autem electionis de ea faciendæ reperitur in sacris, an possit interesse tali electioni.*
10 *In sacris si nullus de capitulo reperitur, & imminent negocia, per quē expediri debeant.*
11 *Prælati electio si imminet, nec aliquis de capitulo est in sacris, quę partes sint superioris.*
12 *Annexio sacramentorum, dignitatum, vel beneficiorum quotuplex sit, quo iure, & ordini fieri possit, & quę amittantur, nisi fiat, vsque ad fin.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 *Dispensatio, cum sit stricti iuris, non extenditur ad casum separabilem, & quare.*
14 *Prælatus negligens promoueri ad ordinem dignitati suæ annexum, an priuetur voce in eadem ecclesia.*
15 *Capituli appellatione an veniat prælatus.*
16 *Canonicus nõ constitutus in sacris, licet sit exclusus à voce capituli, omnia tamen alia obtinet, quæ ex voce capituli non proueniunt.*
17 *Capellania vel altari certum ordinem annexum habenti, an quis priuetur iuxta huius clem. pœnas, si illum ordinem præstermiserit.*
18 *Canonico renitenti promoueri ad ordinem annexum si dimidia distributionum subtrahatur, & alia non sufficiat ad sustentationem, an ei remittetur.*
19 *Dimidia distributionum remittentib. ordinem annexum subtracta, quibus veniat applicanda.*

CAP. PRIMVM.

1 VThi qui. † Quod inter cardinales nullus est
2 mam gl. † An cõuersi laici, sint virtute huius cle. excluſi à capitulo, cum nõ sint in sacris, vt tex. iste requirit? dic q si omnes in collegio sunt tales, certũ est q nõ excludũtur, cum tex. iste loquatur de his qui mancipãtur diuinis officijs, aliàs sequeretur q moniales nõ haberẽt vocẽ in earũ capitulo. ad hoc, vide gl. in ver. emãcipati. & gl. pe. & vlt in c. ex codẽ, de ele. li. 6. ſi autem aliqui sint clerici, aliqui cõuersi laici, dicit hæc eadẽ gl. q in cõuersis laicis nihil hic immutatur per hanc cõstitutionem, quia, vt ẽ. dixi, ista cle. loquitur de mãcipatis diuinis officijs, quales sunt conuersi laici. ideo dicit hæc gl. in eis stãdum ei, q no. in d. c. ex eo. Sed aduerte, quia ibi solum dicitur tales nõ debere interesse electioni vnã cum clericis, de alijs vero actib. nihil dicit, sed tu oĩno, vide per Fed. consi. 206. & per Spe. in ti. de syndic. versi. quid de cõuersis, & per Io. An. post Ae gy. in c. 1. de ꝓcur. ali quid per Inn. in c. 2. de consti. & q tales nõ sint de capitulo, facit in arg. c. & ſi Christus, de iureiur. iuncta subscriptione, cum similib. vide tamen in locis præall. Non cõstitutus in sacris, potest habere vocẽ in aliqua ecclesia collegiata clericorum, vel religiosorum, dummodo nõ habeat ratione canonicæ, sed habeat alio iure, puta, cõsuetudine, statuto, vel pri-
3 uilegio. gl. in ver. mãcipati, in fi. & tene eam mẽti. † Si canonicus nõ vult promoueri ad sacros, necessitate ecclesiæ vrgẽte, potest canonicatu priuari, vide gl. in ver. in posterum. Ex qua iuncto tex. ac iuncta glo. in ver. annexi. no. q canonicatus de iure communi nõ habet annexum certũ ordinẽ, sacrum, exigẽte tamen vtilitate seu necessitate ecclesiæ, potest moneri per superiorẽ, vt faciat se promoueri ad ordinẽ necessarium, q ſi renuerit facere sine legitima causa, poterit priuari, &c. Vide de materia q no. in c. licet canon, de ele. li. 6. in gl. antep. quæ est notabilis plene distinguẽs, an, & quando ex nõ promotione ad ordines, possit quis priuari bene-
4 ficio. † Constitutio respicit prærerita respectu actus futuri præcedentis aliam habitis seu gestis de præterito, vide bon. gl. & tene mẽti in verbo, in posterum, in fi. pro cuius cõcordãtia, & limitatione, vide aliam bo. gl. in cle. 1. de test. in ver.
5 deputatus. † Propẽsius, deriuatur à propere, vel prope, q idẽ
8 fuit dictum Innocen.in cap.cum I.& A.de re iudica.† Quod religiosus non potest sine sui superioris licentia procurator esse,nec alium substituere; licet ad hoc habeat mandatum, quia frangeretur abdicatio proprie voluntatis, vide, & tene menti text.istum iuncta glo.in verbo, substituere.& facit, q sicut religiosus non potest esse executor testamenti sine licentia sui superioris,vt in c.2.de testa.lib. 6. ita nec recipere potestatem alium substituendi, quod tenet hic Pau.
9 & facit ad multa alia similia. † An inhabilis ad procurationis officium exercendum, reputari debeat inhabilis etiam ad substituendum,vide hic bonam glos.in ver. commissum, quæ distinguit tres inhabilitatis species, & tene illam menti.vide quod no.in ca.post cessionem,de probar.& vult ista gl.in effectu,q aliquis sit prorsus inhabilis ad procuratoris officium suscipiendum,pone exemplum in muliere, vt in l. alienam.C.de procurat.& in pupillo,vt in cap.qui generaliter.de procur.lib.6.de quo tamen vide,quod dixi post Doc. in c.non iniuste.eo.tit.& tunc sicut est inhabilis ad procuratoris officium suscipiendum,ita ad substituendum, licet ad hoc habeat mandatum.& dic rationem esse, quia hoc casu radicatur officium in personam suam, quod postea alteri committit,& sic nõ exercet nudum ministerium; sed si est inhabilis,tale mandatum recipere non potest. Aut non est prorsus inhabilis,sed solum propter authoritatis defectum, exemplum in religioso, qui non est inhabilis. sed quia non habet propriam voluntatem,non potest suscipere procurationis officiũ. & merito,nec potest substituere,ratione prædicta,quia prius radicaretur officiũ in personam suam. Sed intercedente superioris authoritate,potest,vt hic. Aut non est inhabilis,nisi per exceptionem, exemplum in milite, & in clerico ĩcũlari,vt l.ita demum.C.de procur.& quod no. in c.in nostra.de procu.& hoc casu potest substituere, quia officium iam est radicatum in personã suam,nec est eliũm per exceptionis conflictum,merito potest alium substituere.facit ad prædicta in argu.bonum capit.iudex, de offi.deleg.lib.6.sed tu limita hanc glossam.vt notanter limitat Bar. in l.1.§.per eum. & seq.ff. de acqu. poss. vbi dicit, prædicta procedere, quando quis constituitur procurator, & datur sibi simplex mandatum substituendi,sed si constituitur sim plex nuncius ad constituendum procuratorem pro absente, tunc inhabilitas ipsius nuncij non obstat, quia exercet hoc casu nudum ministerium,sicut patet in seruo, qui sibi non potest acquirere possessionem, sed domino suo, quia hoc casu sufficit purum factum cũ animo acquirendi. nuncius hic simpliciter exponit iudicium domini absentis.facit quod legi.& not.in l.cum pater.§.hæreditatis,de leg.2. & qđ
10 ibi eleganter not.Bar.qui per illum tex.dicit, † q licet frater minor non possit esse executor testamenti, per cle. exiui.de verb.sig.põt tamẽ deputari, vt eligat pauperes, in quos fiat
11 distributio.& vide ibi plene per cum.† ego tamẽ puto,q religiosus,etiam simplex nuncius,non potest constitui ad cõstituendũ procuratorẽ sine licentia abbatis,adeo q etiam literam recipere non potest,vt in c.non dicatis.12.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Procurator à prælato,rectore,vel quocunque alio beneficiato constitutus pro ecclesia, vel beneficio,renouatur ipso facto,morte constituentis etiam re non integra.*
2 *Res integra in iudicijs, & in negocijs quando dicatur.*
3 *Procuratorium quibus casibus duret post mortem constituentium.*
4 *Abbate mortuo,conuentus an possit agere de iuribus pertinentib.ad solum abbatem,& de iuribus communibus.*
5 *Prælati nomine,quo casu contineatur capitulum.*
6 *Prælato translato,deposito, vel alias à prælatura remoto,de quibus iuribus capitulum agere possit.*
7 *Procurator prælati,si eo mortuo aliqua agit,an successor prælatus, ea ratificare possit.*

Vicarij

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 *Vicarij officium expirat, mortuo eo, qui dedit vicarium, eo vero excõmunicato, suspenditur officium.*
9 *Procurator eius, qui postea excommunicatur, interim non potest agere.*
10 *Prælato, qui compromisit, mortuo, expirat compromissum.*

CAP. IIII.

1 PRocuratorem. †No. istum tex. quia singularis est in materia sua, q̃ procurator constitutus à prælato, rectore, vel quocunq; alio beneficiato pro ecclesia sua, vel beneficio, reuocatur ipso facto per mortem con-
2 stituentis, etiam re non existẽte integra. † & no. gl. in ver. pro ecclesia, q̃ in iudicijs res dicitur integra ante litem contestatam, in negocijs autem, antequam fiant præparamenta ad negocium promouendum. vide tamen aliam gl. insti. manda. §. item si adhuc. & quod le. & no. maxime per Inn. in c. in
3 causis, de ele. † Vide tamen gl. super verbo, reuocari, quæ discutit intellectum huius cle. & tandem sequendo Arch. facit tria membra, q̃ aut procurator constituitur à prælato & capitulo in causa communi, aut in causa principaliter capituli, aut in causa prælati tantũ, puta quia bona prælati & capituli sunt discreta, seu diuisa. In primis duobus casibus nõ habet locũ iste tex. immo durat procuratoriũ; limitat tñ gl. q̃ istis duob. casib. procurator vacante sede non procedit in causis, quæ illa vacante tractari nõ possunt, sed instituto præ-
lato, procedit ex veteri procuratorio. In tertio vero casu ha-
4 bebit locum hæc cle. † & no. bene conclusionem gl. nam videtur limitatum dictum Inno. in c. cum dilectus, de consue. iuncto eo quod ipse no. in c. 2. de in integ. rest. cuius dicta refert hic gl. vt mortuo Abbate non possit hic conuentus agere de iurib. pertinentibus ad solum Abbatem, nec etiam de iuribus communib. quando talia sunt, quæ sede vacante tractari nõ pñt. & vide de his, quę dixi in c. fi. ne sede vacan. & in c. edoceri, de referip. Et idem quod glos. ista, videtur sentire Pau. de Leaz. addit tamẽ vnũ dictũ, quod mihi placet, dicẽs, q̃ si prælatus fuit principalis in constituendo, siue solus, siue
cum consensu, siue consilio capituli, semper habet locum
5 hæc cõstitutio. ar. eo. ti. c. fi. † vnde in terminis huius clem. no mine prælati cõtinetur capitulũ c. 7. q. 1. c. scire. & dicit hoc placuisse compilatorib. secus si capitulum principaliter constituit procuratorem cum authoritate prælati, vel si constituitur æqualiter à prælato, & Capitulo in causa ecclesię, vt
6 in c. vnico. ne sede vac. lib. 6. † An autem hæc cle. habeat locum prælato translato, deposito, vel aliàs à prælatura remoto, vide per D. de Ro. dec. 354. vbi concludunt, quod sic, licet enim loquatur in prælato mortuo, procedit tamen in mortuo ciuiliter, quia per omnia eadem est ratio, vt no. in c. cum
7 sis, de conuer. coniug. & in l. Deo nobis. C. de epis. & cler. † & ibi etiam dicunt, quid si ante dispositionem huius clem. aliqua egit mortuo prælato, tãquam procurator; an succesor possit illa ratificare? & tandem cõcludunt, quod sic, si prælatus mortuus constituit illum procuratorem, tanquã prælatus; licet enim expresserit nomen proprium, quia videtur
8 iste egisse nomine prælaturæ, ideo possunt ratificari, ar. in l. licet. ff. de iudi. & vide latius in decisione prædicta. † Quod mortuo eo, qui dedit vicarium, expirat officiũ vicarij; si autem non moritur, sed excommunicatur, suspenditur vicarij officium, vt hic, iuncto c. 1. de officio vica. li. 6. vide gl. & tene
9 illam menti super verbo, contestata. † Quod si prælatus, qui procuratorem constituit, excommunicatur, nõ potest eius procurator agere, ar. in d. c. j. de offi. vic. lib. 6. & vide gl. fi. quę
10 hoc sentit in medio, quam tene. † Quod mortuo prælato, qui compromisit, expirat compromissum, vide gl. fin. in fi. & quod no. in c. fi. de arbi.

LIBER SECVNDVS.

De restitutione in integrum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia aduersus lapsum temporis, restituitur intra quadriennium, quantum fuit tempus læsionis.*
2 *Tempus restitutionis in integrum est duplex, ad quod scilicet fit restitutio, & infra quod petitur, & fit restitutio, an autem sit vniforme, vel varietur, vide. & num. 7.*
3 *Restitutionem in integrum si maior petat aduersus lapsum temporis, an semper quadriennium sit sibi dandum.*
4 *Restitutionem in integrum quod quis infra vnam diem petere debeat, si in die tantum fuit læsus, intelligitur modico tempore ad præparandum se, subducto.*
5 *Tempus, ad quod datur restitutio, est vniforme cum iure canonico, & ciuili, vt scilicet fiat restitutio pro tempore læsionis.*
6 *Restitutio in integrum quælibet peti, & terminari debet infra quadrien-*
nium, & hoc est vniforme cum vtroque iure.
8 *Ius dubium declaratur à consuetudine, & fortius à iure canonico.*
9 *Prælatus etiam sine speciali mandato, potest petere restitutionem in integrum nomine ecclesiæ.*
10 *Personæ ecclesiæ si læduntur in suis iuribus, non audiuntur petendo restit. in integr.*
11 *Capitulum si læditur in suis iuribus, restituitur in integrum.*
12 *Personę si principaliter læduntur, & in consequentiam ecclesia, an, & quibus detur restitutio.*
13 *Ecclesiæ an competat restitutio contra præscriptionem quadrigẽta annorum.*
14 *Restitutio inducta post quadriennium, an teneat.*
15 *Tempus omne dicitur continuum, nisi contrarium in lege sit cautum.*
16 *Tempus, ad hoc vt vtile currat, tria requiruntur, quæ vide.*
17 *Ecclesia si non probauit in peremptorio, propter quod passa est sententiam, quando incipiat currere quadriennium, an à fine termini, an à die sententiæ.*

CAP. VNICVM.

1 ABecclesia. †Primo tene menti istum tex. quia singularis est in materia sua, quatenus dicit, q̃ etiam aduersus lapsum temporis restituitur ecclesia infra quadriennium, et si minus quadriennio tempus læsionis existat, re-
2 stituitur tamen ad tantum tempus quantum fuit tempus lesionis, & in hoc multum gl. magna laborat hic. † Et ex ea, & ex text. collige duas diuersitates temporis, est. n. tempus ad quod fit restitutio, & tempus infra quod scilicet petitur, & fit restitutio. tempus autẽ ad quod, non est vniforme, sed varietur secundum quantitatem læsionis: & in hoc nulla dubitatio, vt hic. & idem de iure ciuili, cum maior ex iusta emptione, vt hic. & idem de iure ciuili, cum maior ex iusta emptione restituitur aduersus lapsum temporis, vt est tex. in l. fed & per prætorem. §. quoties. ff. ex quib. cau. maio. Tempus, autem infra quod dẽt fieri restitutio, olim non erat bene clarũ, quia videbatur quibusdam, q̃ deberet variari secundum quantitatem lęsionis, vt si læsio fuit per quadriennum, tunc infra quadriennium debet peti in integrum restitutio. si autem fuerit minoris temporis, tunc dicebatur, q̃ non deberet dari integrum quadriennium, sed solum tantum tempus ad restitutionẽ petendã, quantum fuit tempus lęsionis, de hac materia plene no. in l. fi. ff. ex quib. cau. maio. & in d. §. quoties. Hodie aũt ad hãc cõcertationem euitandam, emanauit dispositio huius cle. quæ declarat dandũ esse quadriennium, licet læsio fuerit minoris temporis, & sic tẽpus infra quod, est vniforme, datur enim semper quadriennium, & hoc est vniforme, datur enim semper quadriennium, & hoc est istę tex. dubitatum hodie in ecclesia, vt hic; & in hoc est iste tex. in-
3 gularis, vt prædixi. † Sed remanet dubium, an idem sit in maiori petenti restitutionẽ aduersus lapsum temporis. Io. An. in gl. magna hic sentit quod sic. & videtur hoc habere initio bitato, q̃ istum tex. & nititur resp õdere ad motiua aliorum. Sed tu vide Bart. in l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. ff. de qui. ca. ma. in ver. venio ad tertium, vbi concludit contrarium per istum tex. dicẽs istum tex. ponere specialitatem in ecclesia. in alijs autem remanet secundum eum opi. glossatorum iuris ciuilis, & sequentium, quam ego supra retuli, datur ergo tur hic quadriennium fauore ecclesiæ, & vide ibi latius per Bart. secundum quem, licet debeat peti infra tantũ tempus quantum fuit tempus lęsionis; terminari tñ dẽt j. quadri-
4 niũ, vt ibi no. † Non ob. secundũ eũ incõueniens gl. quod glo. induxit, q̃ infra vnã diem habeat quis petere in integrum restitutionẽ, si in die dũtaxat quis fuit læsus, quia dẽt integri secũdum eũ, q̃ infra vnã diẽ, scilicet subducto quodã modico tempore, q̃ datur ad præparandũ se. vt no. in d. §. sed cum Bar. tamẽ ibi dixit, q̃ Canonistæ aliter dicũt hic. & ere-
5 dit eos bene dicere. † Conclude igitur istũ tex. cũ gl. magna & materia sua sic, q̃ duplex est tempus, s. tempus ad quod datur restitutio, & istud est vniforme, secũdum vtrũque, vt supra dixi, fit enim restitutio ad tempus læsionis, vt hic,
6 & in d. §. quoties. † Secundum tempus est infra quod, & istud duplex est. nam quoddam est, quod datur ad possidendum & terminandum; & illud etiam est vniforme, secundum vtrunque ius, debet enim quælibet restitutio peti, & termi-
7 nari infra quadriennium, vt hic in verbo finiri, & in l. fin. C. de temp. in integ. restitutio. † Quoddam autem est tempus, infra quod debet proponi, & tunc aduerte. Aut petitur restitutio aduersus contractum, vel quasi, vel aduersus sententiam, & datur secundum omnes quadriennium, vt in d. l. fin. C. de temp. in integ. rest. & in c. 1. & 2. eo. ti. lib. 6. Aut aduersus lapsum temporis, puta in decendio, quod datur ad appellandum, vel in preſcriptione, vt si quis fuit absens ex causa publicę per mensem tantum; & tunc in ecclesia est clarum, vt sit vniforme. s. quadriennium, vt hic, in alio vero ab ecclesia, sunt opinio. vt sup. dixi. opi. Bar. vł equa prima fronte

te, vt tempus negligentiæ sequens cessante impedimãto abforbeat tempus impe. simẽti. Sed opi. gl. nostræ forte verior est, q.a, ex quo quadriẽniũ datur indistincte ad postulandũ & terminãdum, nõ debet esse vis quandocũque proponatur, ex quo inter vtrumque tps non excediturquadriennii Prę terea ex quo in primato nõ habemus in hoc ius clarũ, immo de iure ciuili variæ sunt opi. vt patet ex illa gl. & de iure cano nico est clarũ in ecclesia. Idẽ ergo dicamus in alijs cõsimilis
2 rationis, cum tex. nõ fundat se hic super fauore ecclesię, facit qd in simili not. in c. Raynaldus de testa. † Præterea si ius dubium declaratur ex cõsuetudine, vt in c. cũ dilectus, de cõ suet. & l. si de interpretatione, ff. de leg. fortius in dubio recurrendum est ad ius canonicum quod est maioris authoritatis, quã cõsuetudo, & hæc no. quia canonistę satis leniter se
9 solent expedire. † Quod prælatus ẽt sine speciali mãdato potest petere restitutionẽ in integrũ nomine ecclesię vide gl. 2. hic, quã bene notabis, extẽdit. n. c. edoceri. de rescr. vt ꝑlatus possit agere ꝑ iure ecclesię, & in casib. requiritur aliàs specia
10 le mandatũ. l. illud. ff. de mi. cũ si. † Quod si psonę ecclesię lædantur in suis iurib. non audiũtur petẽdo in integ. rest. vide
11 gl. 2. & tene mẽti. † Quid autẽ si lęditur capitulũ in suis iurib. vide per Inn. in c. fi. de prẽb. vbi tenet in fi. fui apparatus, capitulũ restituẽ. lũ, qđ no. & idẽ dic in quolibet loco pio, vt no. Io. An. in c. 2. eo. ti. li. 6. facit optime. l. oĩa priuilegia. & qđ ibi
12 no. Bart. C. de epis. & cle. † Quid autem si principaliter lędũ tur personę, & in cõsequentiã ecclesia? vide qđ no. Io. An. in
13 c. veniẽs, de transl. † An contra prescriptionẽ 40. ann. cõpetat ecclesię restitutio, vide gl. in ver. lapsum temporis. in fin. quæ vł dubitare, & potius inclinat in partẽ negatiuã. remittẽs ad
14 c. auditis. de prescr. vbi plene no. & vide qđ ibi dixi. † An teneat restitutio indulta post quadriennĩũ, vide gl. in ver. finiri, quæ vł dubitare, & inclinare in partẽ negatiuã. & tene gl.
15 mẽti, quia nescio similẽ in iure canonico. † Quãdo tempus dicatur continuũ, & quando vtile, vide bonã gl. in ver. continuũ. & adde gl. iuris ciuilis, super rub. ff. de diuer. & temp. prę scri. quę dicit, q̃ regulariter omnia tẽpora sunt cõtinua, nisi inueniatur in lege cõtrariũ cautũ, & facit quod no. Io. An.
16 in c. sup eo, de appel. † dic ẽt, ad hoc vt tẽpus vtile curat, tria sunt necessaria, videlicet ꝑ hẽat experiẽdi potestatẽ ꝑ se, vel per aliũ. Item q̃ habeat facultatẽ cõueniendi reũ per se, vel aliũ respondentẽ. Itẽ, q̃ ius reddẽdi copiã, vt no. gl. in l. j. ff. de
17 diuer. & tẽp. prescr. & in §. rursus, Inst. de act. † Si ecclesia non probauit in perẽptorio, propter qđ sentẽtia fuit cõtra eã lata, quando incipit currere quadriennĩũ restitutionis petendę, an à fine termini, an à die sniẽ vide gl. in ver. à tpe lesionis, cui plus vł placere, q̃ à tempore sniẽ, quàm à fine termini.

De iudicijs. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium, per primam citationem confirmatur & perpetuatur, & præuenitur iurisdictio.*
1 *Citatio an necesse sit, vt perueniat ad partem, vel sufficiat quod emanauerit à iudice.*
3 *Clausula, quæcunque persona & c. in dispositione etiam odiosa, posita, includit quamlibet personam quacunque dignitate ecclesiastica, vel mũdana præfulgentem, etiam Imperiali & Regali.*
4 *Papa ex certa scientia, potest citare hominem quantumcunque remotum.*
5 *Papa potest per edictum citare remotum, quamuis de æquitate facere non debeat.*
Die Iouis septimanę sanctę, & dies Ascensionis computãtur inter dies solemnes.
6 *Iudex inferior Papa non potest regulariter citare per edictum.*
7 *Commissarius per edictum citare non potest per mandatum a papa decitando factum: nisi specialiter & ex certa scientia mandet.*
9 *Ex certa scientia illud fieri dicitur, quod non sit per ignorantiam, vel ꝑ errorem. vnde talis clausula non requiritur in dispositione Principis.*
10 *Citatio de iure communi, debet fieri personaliter ad domum, & requirẽdi sunt amici, ordine successiuo.*
11 *Mandare, & iubere parificantur in dispositione Principis.*
12 *Ecclesia maior appellatur ecclesia matrix.*
13 *Citatio personalis quemadmodum constituit verum contumacem, ita citatio per edictum in casibus huius clem.*
14 *Præsertim dispositione odiosa stat pro, maxime, & non pro tantum.*
15 *Citatio per edictum an fieri possit contra impedientem ne citatio ad cũ perueniat, nisi Papa hoc ex certa scientia mandauerit, & nu. 16.*

CAP. PRIMVM.

1 DVdum. †Etiam per primam citationem, confirmatur iudicium & preuenitur iurisdictio. vide gl. in cle. j. in verbo, citationes. Itẽ dic quoad litis pendentiam induẽndam de quo vide glo. in cle. 2. vt lite. pen. in verbo, Et
2 ad partem. & ibi not. † An, & quãdo sit necesse, vt citatio perueniat ad partem, vel sufficiat, ꝙ à iudice emanauerit. & vide
3 etiam quod not. in capi. proposuisti, de foro comp. † Quod hæc verba quæcunque persona, &c. in dispositione etiam odiosa posita, includunt quamlibet personam cuiuscũque sit status, dignitatis, vel præeminentiæ ecclesiasticæ, vel mundanæ, etiã si Imperiali vel Regali præfulgeat dignitate, vide rex. in d. clementi. 1. iuncta glo. in verbo. Quibuscunque iũcta gl. † Papa potest citare ex certa scientia hominem, quantumcunque remotum, cum sit Vicarius illius, cuius est terra, & plenitudo eius, text. iuncta glo. in verbo, vndecunque.
5 in d. clemen. 1. † Et quod plus est, probatur ibidem, quod po test citare taliter etiam per edictum ad instar edictorum in albo prætoris propositum. de æquitate tamen hoc regulari ter facere nõ debet, vt in d. clemẽ. coniungendo principiũ
6 cum versi. quia verũ. † Dies Iouis septimanæ sanctæ, & dies Ascẽsionis cõputãtur inter dies solẽnes, vide tex. iũcta gl. in
7 verbo solẽnes, in d. cle. j. † Index inferior à Papa, regulariter non potest citare per edictum, vide glo. iuncto tex. in verbo
8 Papa, in eadem clem. † Per generale mandatum de citãdo à Papa factum, non potest commissarius citare per edictum; sed requiritur, qđ Papa specialiter & ex certa scientia hoc mã
9 der, vide gl. iuncto tex. in d. cle. 2. in ver. specialiter. † Quod illud dicitur fieri ex certa scientia, quod non fit per ignorantiã, vel ꝑ errorẽ. Ex quo singulariter infertur, nõ cẽ necesse vt clausula exprimatur in dispositione. satis est, enim, quod appareat de certa scientia disponentis, quod clarius tenet Inn. in c. præsenti, quod hodie incipit, statutum, de rescr. li. 6. vide gl. in hac cle. 1. in verbo, ex certa scientia, & tene istã mẽti, & latius dixi in clemen. & si principalis, de rescr. vbi vide.
10 † De iure cõmuni citatio debet fieri personaliter, vel ad domũ, & requirendi sunt amici, vide gl. in cle. in verbo, ex certa sciẽtia, in fin. & intellige vt primo fiat personaliter, si fieri potest, vt no. in c. causam quę. de dolo & cõtuma. & in l. 3. §. ait, ff. de dam. infect. & an necessario requirẽdi sint amici, quãdo persona haberi nõ põt. sunt opiniones, de quo dic vt ple
11 nius dixi in dicto c. cãm. vbi vide in lec. † In dispositione principis, mandare, & iubere, parificantur. vide gl. in versi. mãdan
12 te in eadem cle. j. † Ecclesia maior, appellatur ecclesia matrix in loco, licet non sit cathedralis, exemplũ in oppido, seu villa, vide glos. iuncto tex. in ver. Maioris, & in cle. 1. de sen. exc.
13 † Quod quemadmodũ citatio personalis constituit verum contumacẽ; ita citatio per edictũ, in casibus hmõi cl. 1. vide
14 gl. in ver. Personaliter. † Quod dictio, præsertim, etiam in cõstitutione odiosa restringibili stat pro, maxime, & non pro tñ, vide hic text. iũcta gl. in verb. restringimus, & tene mẽti.
15 † Quod etiam cõtra impedientẽ ne citari possit, vel cõtra eũ ante domiciliũ tuto adiri nõ potest, dẽt fieri citatio per edictum, nisi Papa ex certa scientia committens citationis modum, æstimet talem impedire, vel eius domiciliũ tuto adiri nõ posse. hoc aperte voluit gl. relata ad tex. in d. cle. in verbo nõ pñt. Sed aduerte, quia meo iudicio multũ in cõtrarium facit tex. in c. quoniam frequenter, § porro. iuncta gl. in verbo, siue q̃ impedit, vt lite, non cõtesta. vbi vł probari, q̃ contra se occultantẽ, vel impedientẽ, ne citatio ad eũ peruenire possit, põt quilibet iudex procedere citatione per edictũ facta, & facit quod no. Inn. in c. ad petitionem, de accusa. † Idẽ vł dicendum de illo, propter cuius metum, vel potentiam citari nõ potest ad locũ domicilij, ar. in cle. cãm. §. verũ, de ele.
li 6. adde bo. text. in cl. j. de fo comp. post prin. ergo videtur, quod ista clem. tẽperata, vt hodie habetur, nihil no inducat, potest dici, quod ista clemen. loquitur de citatione in curia Romana ꝑ edictum, de homine, quantumcunque remoto vt in casibus hic expressis. Papa ex certa scientia mandante, habeat talis citatio vim citationis personalis, alij autẽ iudices, sine licentia Papæ non possunt ita à remotis citare, sed procedere, prout no. in iuribus alle. pro contrarijs,

SVMMARIVM.

1 *Rector hospitalis, dicitur habere officium.*
2 *Monachatus an sit officium.*
3 *Officium quid sit.*
4 *Canonicatus appellatione venit canonicatus etiam regularis.*
5 *De ecclesia cum agitur, vt de proprietate, illa quæstio non dicitur beneficialis.*
6 *Beneficialis causa non dicitur, cum agitur ad remotionem à beneficio. propter crimen; secus, si propter fœdus matrimonij spiritualis.*
7 *Decimalis causæ quæ dicatur.*
8 *Decimas fructuum prædiorum non solaentes, quomodo sint compellẽdi, vt euitentur litigia.*
9 *Vsuraria quæstio quando dicatur, & quando non.*
10 *Vsuræ an possint repeti coram iudice seculari, an vero coram ecclesiastico tantum.*
11 *Vsuraria quæstio non solum quãdo agitur, sed etiam si petitur relaxari*

iuramen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuramentum de eis soluendis, procedi potest simpliciter, & de plano.
12 *Iudici quando aliqua facultas datur, non tenetur illam exercere ex parte tium petitione, sed ad beneplacitum suum.*
13 *Ordo iudiciarius in dubio debet seruari.*
14 *Constitutio faciens mentionem de præsentibus, & futuris, quando extendatur ad pendentia.*

CAP. II.

1 DIspendiosam. †Rector hospitalis, dicitur habere officium. vnde appellatione officiorum, veniunt hospitalia, vide bo.gl.in ver.Beneficijs, in princ.in d.cle. dispen-
2 diosam.†Monachatus est officium; vnde dispositio loquens de officio, comprehēdit etiam monachatum, vide gl. præalleg.in versic.Beneficijs. Ego dubito, an hoc dictū sit verum, tum quia monachatus potius est quoddam votū, quam officium, vt no.per Doc.in cle.2.de reser.tum quia officium nō capitur hic ita large.nam officium, & canonicatus, ponuntur hic in tex.vt diuersa; & tamen canonicus habet maiorē
3 potestatem, quam monachus. † quare puto, q hic capiatur officium, prout diffinitur per Archid.in c.1.de consue.lib.6. videlicet, q est administratio rerum ecclesiasticarū sine iurisdictione. & ponitur hoc vltimum, vt differat à dignitate, exēplum in officio sacristæ, vel custodis, & similis. sed si ageretur de monachatu ecclesiæ cathedralis, posset tunc in eo hæc decre. habere locum; quia talis monachus potest appellari canonicus, vt est tex.notabilis, iūcta gl.c.2.§ 8.di. æquitatem tamen habet dictum huiusmodi gl. vt sicut cum agitur de iure
4 monachatus, cōsimili ratione.† Appellatione canonicatus venit canonicatus etiam regularis, vide gl. præalleg. in verb.
5 Beneficijs in d.cle.dispendiosam.†Cum agitur de ecclesia, vt de proprietate, nō est quæstio illa beneficialis. & ideo appellatione causæ beneficialis, nō venit talis causa. secus si fieret mentio de causa ecclesiarum, est enim causa ecclesiæ; licet
6 non sit beneficialis, vide d.gl.in verb.Beneficijs.† Nō dicitur causa beneficialis, cū agitur ad remotionē, quia negatur fēdus matrimonij spiritualis, vide gl.præal.in verbo, beneficijs, ego ad hoc allego tex.optimum.in simili, in c.1. vt lite non conte. Quod dispositio cle.dispendiosam, est correctiua, & exorbitans, ideo non est extendenda, vide gl.in verbo, decimis. in fine, quæ notabiliter facit ad id, quod supra dixi, vt ad
7 monachatum non extēdatur.†Causa dicitur decimalis, nō solum cum agitur contra obligatum ad solutionem decimarum, sed ēt cum agitur inter duas ecclesias, super ipsarū decimarum proprietate, vide gl.præalleg.in verbo, decimis. quam no. Ex qua infertur, quod in vtroq; casu sit locus pro
8 tutioni huius cle. † Potest generalis excommunicatio ferri contra non soluentes decimas fructuum prædiorum, quæ habentur in parochia, & postea non soluentes potest ecclesia petere denunciari, vide bonam glo.in verbo, Præmoniti. & est hæc bona practica ad euitandum litigia, q contra pertinaces potest inuocari auxilium brachij secularis, vt no. gl.sequenti, quæ incipit coerceri. & est bonus tex. in c.postu-
9 la.all.in ca.† Quæstio dicitur vsuraria, cum actor deducit illam, vt vsurariam. licet reus neget; secus, si actor simpliciter petit debitum, & reus dicat illud vsurarium, & stat in meris terminis exceptionis. si autem excipit, & petit contractum declarari vsurarium, dicitur tunc quæstio vsuraria, & habet locum ista cle.dispendio. vide gl.in verbo, Vsuris. & no.eam, quia facit ad cognoscendum generaliter qualitatem iudicij
10 cum est contentio inter actorem, & reum.† An coram iudice secūlari possint vsuræ repeti, an vero coram ecclesiastico duntaxat, vide gl.in verbo, vsuris, quæ ponit opiniones, & videtur tandem inclinare, quod coram iudice ecclesiastico tantum, tu vero vide, quod plenissime dixi, in c. cum sit gene
11 rale, de fo.comp.† Non solum cum agitur quæstio vsuraria principaliter, sed etiam si petitur relaxari iuramētum de eis soluendis, procedi potest simpliciter & de plano, &c. no. glo.
12 in verbo, tangentibus.† In casibus hic expressis est in iudicis facultate, seruare iudiciarium ordinem, vel nō, etiam partibus inuitis, gl.in verbo, valeat. Ex qua no. quod quando datur in aliquo iudici facultas, non tenetur iudex illam exercere partium petitione, sed ad beneplacitum suum, vide quæ
13 dixi in c.exceptione. de excep.† Vbicunque dubitabatur, an cōstitutio ista locū habeat, consulitur iudici, vt seruet ordinem iudiciarium, quia hæc pars tutior est, vide gl.in verb.va
14 leat.† Cōstitutio seu dispositio faciēs mētionem de futuris, & præsentib. non extenditur ad pendentia per appellationē no. glo.fi. hoc verum, nisi cōstitutio, seu dispositio daret modum procedendi tantum, tunc. n. etiam si non fieret mentio de præsentibus, nihilo minus constitutio de sui natura respiceret pendentia, quoad facienda, vt no. hic eadem gl.fi. & idē no. in c. licet cano. de cle. li. 6.

De foro competenti. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Inferiores episcopis de suis sedibus expulsi, nequeunt contentiosam exercere iurisdictionem eis competentem in alienis diœcesibus.*
2 *Priuilegium concessum episcopis, an, & quando dicatur concessum electis, & confirmatis.*
3 *Dimidia licet coniungatur nomine partis; attamen quādo adijcitur hoc verbum, aliqua, tunc verificatur in qualibet particula.*
4 *Priuilegium episcopo, vt aliquid in sua diœcesi possit, vbi conceditur, illud poterit explicare in loco exempto suæ diœcesis.*
5 *Exempti sunt subditi ordinariorum in multis casibus.*
6 *Episcopi non possunt reddere ius, nisi in locis insignibus, & quare.*
7 *Priuilegium concessum expulsis, habet locum in venientibus ad propria loca, non admissis.*
8 *Procuratorem constituere quis non cogitur in causis arduis, etiam si conueniatur occasione suæ culpæ contra ecclesiam, & episcopum commissæ.*
9 *Citatio quo casu die feriata fiat, dum populus conuenit ad diuina.*
10 *Episcopus non potest regulariter exercere iurisdictionem in aliena diœcesi inter suos subditos inuitos, etiam de licentia episcopi loci, & quando possit.*
11 *Subditorum episcopi appellatione veniūt nedum clerici, sed etiam laici.*
12 *Episcopus, an possit cognoscere in aliena diœcesi, extraneo agente contra subditum suum.*
13 *Subditorum appellatione, non veniunt illi, qui fortiuntur forum ratione delicti, vel contractus, sed ratione domicilij tantum, licet secus largo.*
14 *Iurisdictio quot modis sumatur.*
15 *Diœcesanorum appellatione qui veniant.*
16 *Vicarius ex generali officialatu non potest dare extraneo licentiā exercendi iurisdictionem inter subditos ipsius volentis exercere.*
17 *Licentiam vbi quis petere & non consequi tenetur, potest procedere absque requisitione licentiæ, si eius præsentiam habere non potest.*
18 *Episcopus delinquens in diœcesi aliena, potest per episcopum diœcesis puniri.*
19 *Episcopus diœcesanus occasione contractus vel rei, potest exercere iurisdictionem in alium episcopum.*

CAP. VNICVM.

1 CVamuis. †Inferiores episcopis de suis sedibus expulsi, nequeunt exercere iurisdictionem contentiosam eis competentem in alienis diœcesibus. Quod est dicere, quod ista cle.1.nō habet locum in inferioribus, præsertim cum ponat indulgētiam episcopis concessam, no. hic gl.in
2 ver.episcopis.†Electus in episcopum. & cōfirmatus, licet nondum consecratus, gaudet priuilegio huius cle. notanter ponit hic glo. in verb. Episcopus. Ex qua singulariter no. quod priuilegium concessum episcopis, videtur indultum etiam electis & confirmatis, aduerte, quia contrarium videtur tex.le glo.in clem.2.de cele mis.in verbo Pontificum. quæ concludit, quod priuilegium concessum pontificibus, non videtur indultum electis & confirmatis, adhuc. n. ante consecrationem non possunt dici Pontifices seu episcopi, vt in c.tales de his quæ fi.à præla. & clarius in c.inter corporalia, de translapræla. sed concordando potest dici, quod aut sumus in casu, in quo eadem prorsus est ratio in electis cōfirmatis, quæ est in consecratis, & tunc dispositio etiam priuilegiatiquens de episcopis, seu pontificibus, habet locum etiam in electis & confirmatis tantum, vt hic, & videtur tex.bonus in c.inter corporalia, in 2.col.de transla. præla. datur enim ista indulgentia in fauorem episcopalis iurisdictionis, quæ ita competit electis & confirmatis, sicut consecratis, arg. c. transmissam, de ele. secus vbi non concurrit prorsus eadem ratio, puta quia ad decorem dignitatis episcopalis, aliquid indulgetur episcopis, certe non extenditur illud priuilegium ad electos, & confirmatos tantum, cum ipsi nōdum habeant dignitatē episcopalem, d.c.2. de transla.præla. & sic loquatur
3 gl.cōtraria, & hic no.† Quanquam nomine partis cōprehendatur dimidia, attamen quando additur hoc verbum, aliqua, tunc verificatur in qualibet particula, & restringitur eius significatum per illud verbum adiectum, ad hoc vide bo.glo.
4 in ver. aut earum parte, & tene illam menti.† Exemptus dicitur esse in diœcesi episcopi, & pars ipsius. vide no. hoc bonum tex. cum ibi notatis in c. grauem. de offi. ord. & sic videtur, quod si conceditur episcopo priuilegium, vt aliquid possit in diœcesi sua facere, quod illud poterit explicare in loco exempto suæ diœcesis. vide hic tex.iun. gl.in ver.
5 Aut earum parte, post principium. Exempti sunt, quoad ea, qua, subditi ordinariorum locorum, in quibus degunt, vide gl.præalleg. super verbo, Aut earum parte. in fi. & vide multos casus, in quibus exempti sunt subditi ordinarijs. in cle. 2. de pœn. & remi. in fi. iuncta glo. & per glo. in cle. 2. de sepul. in verb. Instante. Et vide tex. in d. cle. 2. de pœn. & remiss. & co-

testa. c.1. de sta. re. c.2. de rel. do. c.2. de iure pa. c.j. Quādoque nō punit, sed iuris pœnā duplicat, vt in cle.1. de priui. quādoque non punit, sed absoluit, de sepul. c.1. quādoque circa loca dat solum iurisdictionem, de sup. neg. præla. ca. vno, de sepul. c.2. generalius datur iurisdictio contra eos, de sep. c.1. li. 6. In expulsione episcopi de propria sede iniuria irrogat ecclesiæ suæ, quam potest ipsemet hac ratione vindicare, vide tex. singularē hic in ver. Ne iniuria. iuncta gl. in ver. Ecclesijs.
6 †Episcopi nō possunt reddere ius, nisi in locis insignibus, in quibus, s. possit haberi peritorum copia, & intelligo, quādo causa talis est, quę ad sui discussionē peritis viris indigeat, ad hoc facit optime in arg. iste tex. post prin. in ver. Locis insignibus. nam si talem locum debent eligere in aliena diœcesi, fortius hoc debēt facere in propria, & pro hoc gl. in c. cum episcopus, in verbo, loco. de of. or. li. 6. vbi gl. supplet honest. f. nō. n. est honestū tractare causas arduas in locis nō insignibus, & hoc singulariter no. ad extensionē c. statutū, in prin.
7 de reser. li. 6. & facit gl. in verb. Moram traxerint.† Priuilegiū concessum expulsis seu spoliatis, habet locū non solū in his qui realiter, dum possident fuerunt expulsi, sed ēt in illis qui venientes ad ppria loca non admittūtur vide hic gl. in verb.
8 Expulsores, & quod no. glo. in c. olim primo, de rest. spo.† In causis arduis nō cogitur quis procuratorē constituere, etiā si conueniatur occasione suæ culpę, etiam cōtra ecclesiam, & episcopum commissæ. vide tex. iuncta glo. in verb. Fauto
9 ribus. quam notabis.† Vide hic casum specialem, in quo fit citatio die feriata, etiam dum populus cōuenit ad diuina. & vide gl. in verb. Festinis. & ratio specialitatis ponitur in litera ista, vt scilicet facilius talis citatio, quæ fit per edictū, possit, peruenire ad notitiā citati. Et ex hoc posset dici, idem dicendum, vbicunque expediret talem citationē fieri etiā in alijs causis, & pro hoc vide gl. in cle. causam, in fi. de elect. in verbo solēniter volumus. & adde hic gl. quæ hic sequitur super
10 ver. Ad diuina.† Non potest episcopus de iure communi regulariter exercere iurisdictionē in aliena diœcesi inter suos subditos inuitos, etiam de licentia episcopi loci; sed consentientibus subditis, & de licentia episcopi loci sic. vide hic glo. in verb. Indulgemus. & idem no. glo. in c. vt litigantes, de
11 offi. or. li. 6. quod no.† Appellatione subditorum episcopi veniunt nedum clerici, sed etiam laici. sunt enim subditi, quoad spectantia ad forū ecclesiasticum. vide hic tex. iuncta glo. in verb. Subditos. ego allego tibi tex. satis apertum in c. irrefragabili, in prin. de offi. or. & no. q hoc procedit etiam in dispositione exorbitanti, & per consequens restringibili, qua-
12 lis est ista dispositio, vt no. gl. statim allegata. † An autem in casu huius cle. primæ possit episcopus cognoscere in aliena diœcesi, extraneo agente cōtra subditum sum? glos. hic præalle. in verbo. Subditos. Concludit quod non, quia tex. dat in dulgentiam cognoscēdi inter subditos, & sic oportet quod ambo sint subditi. Ex qua gl. not. quod actor extraneus litigando coram alieno iudice, per illū actū litigij, nō efficitur subditus, hoc placet, sed principale dictū est satis durum, cū ratio dispendij propter defectū iustitiæ hic allegata, pariter militet contra extraneos, qui volunt cōuenire subditos expulsi, sicut contra ipsos subditos. litera tamen ad corticem
13 facit p glo.† Appellatione subditorū nō veniunt illi, qui fortiuntur forum, ratione delicti, vel contractus: sed subditi ratione domicilij, vide gl. notabilem in verbo, subditis, in fine. large tamen dicuntur omnes subditi, de quo vide bo. gl. in c. nuper; de sen. exc. & est quinta in ordine, & facit tex. iuncta
gl. in c.à nobis, il primo. eo. tit. In materia ergo restringibili, appellatione subditorum non veniunt hi, qui fortiunt forū
14 ratione delicti, vel cōtractus, vt hic. secus in materia non restringibili, vt in d.c.à nobis. & hic no.† Quāquam iurisdictio sumatur quandoq; vt genus, quādoque vt species, iuxta plene no. per Bar. in Imperiū, ff. de iurisd. om. iudi. attamē quādo adijcitur verbo, omnimoda, sumitur vt genus, vt cōprehēdat sub se omnē speciem iurisdictionis, vt merū, & mistū
15 imperium, & simplicem iurisdictionem, & tam ecclesiasticā quam secularē. vide bonam gl. in verbo, omnimodam.† Appellatione diœcesanorum veniunt omnes habentes iurisdictionem episcopalem, vel quasi, in loco illo, vide gl. in verbo diœcesanis in prin. Et no. illam singulariter, quatenus dicit, Vel quasi, vult. n. per illud, in verbo, & sequentia, q nō solum veniunt episcopi, sed inferiores habentes in illo loco iurisdictionē quasi episcopalē, id est cōpetentē episcopis, vt singulariter vult hic gl. quam nescio alibi. Nā in alijs locis voluit gl. vt solū venirent episcopi, vt no. in cle. 1. de iure patro. in verbo diœcesanis, & in cle.1. in prin. de vita & honest. cle. sed limita illas gl. secundū istam. Habentes ergo iurisdictionem quasi episcopalem in loco, exclusis episcopis, possunt dici diœcesani illorum locorū, & not. singulariter, quod etiā possunt dici ordinarij, vt no. gl. in c. ordinarij, de offi. ord. li. 6. &
16 aliæ gl. superius allegatæ.† Vicarius episcopi ex generali officialatu, non potest dare extraneo licentiam exercendi iurisdictionem, etiam inter subditos ipsius volentis exercere. vide gl. in verbo diœcesanis. nō ergo potest Vicarius quæ Episcopus. vnde in his, quæ non consistunt in iustitia ministranda, sed potius in gratia imponenda, adeundus est episcopus & non Vicarius; & facit quod no. in c. si episcopus, in 1. glo. de pœn. & remi. li. 6. & intellige, cū episcopus est in diœcesi, vel circa illam. si aūt est longe absens, sentit ista gl. q̄d pōt habere recursus ad Vicariū quod ego in casu huius c. secus puto, vbi mera gratia est faciēda. arg. optimū c. fi. de offi. Vica. li. 6.
17 & in c. statutum de prēb. eo. li.† Vbicunque quis habet potere alicuius licentiā in aliquo actu, & nō tenetur eā cōsequi, sed solūmodo petere, si nō pōt habere presentiā illius potest procedere absque requisitione licētię, & dī nō posse habere præsentiā, si est longe absens. vide gl. præall. in verbo diœcesanis. & optime facit per locū à simili c. vnicū in fi. ne se. ua. lib. 6. & faciūt hæc ad ea, quæ habentur in c. licet. de regula.
18 †Episcopus delinquēs in diœcesi alterius episcopi potest per
19 epm diœcesanū puniri. vide hic gl. in verbo, Procedant.† Idē dic ratione cōsimili, vt occasione contractus, vel rei, possit episcopus diœcesanus exercere iurisdictionē in alium episcopum. & vide ad hoc quod dixi in c. sane. de foro comp.

De causa possessionis & proprietatis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Causæ beneficialis appellatione, comprehenditur quælibet quæstio, siue sit de maiori, siue de minori beneficio, dūmodo agatur respectu tituli, secus si de ecclesia.*
2 *Petitorium suspendere, & intentare possessorium non licet in quacunque appellatione, etiam beneficiali, nisi ea deuoluatur ad papam.*
3 *Actor an possit suspendere possessorium, & intentare petitorium, sicut potest econuerso.*
4 *Agens possessorio recuperandæ in causa beneficiali, an teneatur proba re titulum, seu iustificare possessionem ex titulo.*

CAP. VNICVM.

1 CAusa. †Appellatione causæ beneficialis, cōprehenditur quælibet qstio, siue sit de beneficio maiori, siue minori; dūmodo agat de beneficio respectu tituli; secus si agatur de ecclesia, vt de proprietate. vide hic gl. super
2 verbo, beneficiali, & q̄d no. in cle. dispendiosam, s. de iu.† In cā appellationis iudicialis, vel extraiudicialis, siue sit appellatū ante sniam, vel post, nō licet regulariter suspēdere petitoriū, & intētare possessoriū, ēt si sit causa beneficialis. Fallit cū causa beneficialis per appellationē deuoluitur ad Papā, vt
3 hic voluit gl. in verbo per appellationem.† An in causa principali possit actor suspendere possessorium, & intētare petitoriū, licut pōt ecōuerso. vide gl. hic in verbo spoliātis, quæ tamē aperte nō firmat vī tamē inclinare, q̄d hoc nō liceat.
4 de quo latius no. in cap. pastoralis. de cau. poss. & prop.† An agens possessorio recuperādæ in causa beneficiali teneatur probare titulū, sed iustificare possessionē ex titulo, vide hic gl. fin. quæ quotidie allegatur, aperte tamē nō firmat aliquā partiū. vī tamen magis inclinare, q licet nō teneatur stricte probare titulum, debet tamen iustificare possessionem ex titulo. de quo vide tu, quod late dixi in c. literis. de rest. spo.

De dolo & contumacia. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Si ante sententiam qui appellauit, iterum post eam latam appellet, non videtur priori appellationi renunciare.*
2 *In optione appellantis etiam à diffinitiua est, prosequi primam vel secundam, nisi alio impedimēto canonico impediatur, & qui effectus huius appellationis sit.*
3 *Appellatio ab interlocutoria, quatuor modis dicitur manifeste friuola quorum quilibet excludit à facultate denuo appellandi.*
4 *Contumax quis dicatur verus, fictus, euidens, & manifestus.*
5 *Contumax verus in non veniendo, nō appellat: fortius nec euidens, seu manifestus; ficitus autem modo prædicto appellat.*
6 *Iudex à quo, & iudex ad quem, qualiter se habere debent, cum contumax prætensus appellat.*
7 *Appellatio consistit in actu positiuo. contumacia, quæ resultat ex nō parendo, consistit in actu neglecto.*
8 *Contumax in non parendo quare appellet, & contumax in non comparando, non.*

CAP. VNICVM.

1 IAnte. †Si is, qui appellauit ante sentētiam, appellet iterum à sententia diffinitiua cōtra se lata, nō per hoc renūciat appellationi prius interpositæ. vide hic gl. super verbo, appellare. Sed

dicas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dices,ad quid valet appellatio secũdo interposita à diffinitiua? quia si pronũciabitur, q̃ fuit bene appellatum ante sentẽtiam,reuocabitur sentẽtia diffinitiua per modum nullitatis,vel attẽtati,vt in c.nõ solum.de app.li.6. Et apparere põt q̃ male fuerit appellatũ , si apparet illum primo contumacẽ fuisse,&sic nil reuocabitur,solũmodo dic,vt no.in gl.magna prope finẽ,in ver.Sed ſm hoc. † Ex cuius solutione bene notabis,q̃ iterum appellãs à diffinitiua,non cogitur prosequi primam interpositam ante sentẽtiam, sed põt prosequi secundum, potest.n.esse multum vtile , prosequi potius secundam,quam primã.forte.n.fuit interpositа ad iudicem magis gratum appellanti.Itẽ põt esse, q̃ tẽpore prosecutionis secũdæ,est lapsum tẽpus primæ prosequendæ, &c. vt in gl.cõclude ergo,q̃ est in optione appellãtis, etiam à diffinitiua,prosequi primam,vel secundam , nisi alio impedimẽto canonico excludatur,vt hic in fi.literæ, & si prosequẽdo secundam,excipiatur de nullitate primæ , & per cõsequẽs de contumacia post appellationẽ, poterit replicare appellãs de iusta appellatione,de qua iudex incidẽter cognoscet ad effectum,an sit admittẽda secunda,vel non,vt in fi.gl.magnæ quam no.† No.ex glo.magna in prin.quatuor modos , per quos quælibet appellatio ab interlocutoria dicitur manifeste friuola, & quilibet illorum modorum excludit à facultate denuo appellandi , & no.singulariter quartum modum , quem nescio alibi nisi hic, videlicet quod si iudex ad quem, pronũciat causam expressam in appellatione fore falsam,& non appelletur,dr̃ appellãs manifeste contumax,nisi cõpareat,quasi tacẽdo videatur acquieuisse illi pronunciationi. & intelligo,quãdo iudex pronunciauit hoc in præsentia appellantis.nam si ad hoc illum citauit,non tenetur comparere.ar.in c.si à iudice. de ap. li. 6. † Secundo no. principaliter ex glo.magna,quis dicatur verus contumax,fictus,euidens, & manifestus.in hoc.n.ponit gl.ista,multas opiniones,tãdẽ approbat opinionem magis cõm, vt verus cõtumax dicatur,quem citatio apprehendit,nisi doceat de legitimo impedimento,& idẽ dicit in fi.gl.in citato à iudice , vt talis etiam dicatur verus contumax,nisi doceat de impedimento.quia fortius cadit vera contumacia in citato per ius cõmune,q̃ ignorare non licuit,quam in citato à iudice,& in hoc no.finem glo.singulariter.& vide ad vtrunque dictum, q̃ not.in c.causæ,de do.& contu.in gl.pe.Euidẽs seu manifestus cõtumax est,qui nũcio citãti respõdit se nolle venire,sed an hoc sufficiat dic ere extra iudiciũ,vide tex.singularẽ iunẽta gl. in c.venerabilib.§.fecus,de sent.exc.li.6.Fictus vero cõtumax, quẽ citatio non apprehẽdit,vt puta quia fuit citatus ad domũ,nec cõparuit in termino præfixo, q̃ limitat gl. nisi iudiciaIiter probari possit,q̃ citatio ad eius notitiam peruenit. tũc.n.satis põt dici verus cõtumax, nisi probet de legitimo impedimẽto,quæ no.& satis placẽt.† Tertio ex eadẽ gl.magna no.q̃ verus cõtumax in non veniẽdo,non appellat,for tius nec euidẽs seu manifestus,fictus aũt modo prædicto appellat.† No.tamen in hoc nouum,& singulare dictũ gl.qualiter iudex à quo,& iudex ad quem,debẽt se habere, cũ contumax prætẽtus appellat.Nam iudex à quo, si scit illum euidẽtẽ, vel verum contumacẽ , appellationi nõ defert , sed in causę executione ,pcedet. iudex vero ad quẽ , appellationẽ recipiet,& prius de hac præiudiciali cognoscet, an.s.potuerit appellare.Et si causa cognita inuenerit illũ manifestum , vel euidẽtẽ contumacẽ,vel verũ,siue non inuẽtũ,qui tñ postea citatũ se nouit, nec appareat ipsius iustũ impedimẽtũ, pnũciabit appellationẽ nõ deuolui, & in appellationis causa nõ procedet,si vero apparebit de cõtrario , pronũciabit appellationẽ deuolui. Sed aduerte diligenter,quia gl.ista expresse nõ respõdet ad cõtrarium, q̃ formauit de isto tex.in prin.sui.Nã cũ tex.iste requirit appellationẽ dẽre esse manifeste friuolã,vt appellationẽ secundam excludat,apparet q̃ cõtumacia dẽt esse manifesta ad exclusionẽ appellationis. nõ aũt videtur sufficere.Sed dic saluãdo cõclusionẽ gl. ꝫ. facta q̃ tex. loquitur nõ in nuda cõtumacia in nõ veniẽdo , sed in illa quæ surgit ex appellationis interpositione. Nã potest esse q̃ appellatio in se non sit omnino iusta, &tñ possit aliquod probabile dubiũ appellãtis excusare à cõtumacia, vt sentit gl.prope finẽ.Item potest dici,q̃ quãdo est manifeste friuola,nullo modo admittitur appellatio , nec per iudicẽ à quo,nec p iudicẽ ad quẽ,& sic intelligatur tex.sed si nõ est manifeste friuola,iudex illã admittet ad effectũ, s.cognoscẽdi,si oppositũ fuerit,an fuerit verus cõtumax, vel nõ,vt puta quia nõ habuit iustã causam appellãdi, nec aliqua probabilis cã illũ à contumacia excusat,vel dic q̃n quis recedit à iudice per appellationẽ, & appellatio in veritate nõ tenet, aut habuit probabilẽ causam appellãdi,& illa excusat à vera cõtumacia,& per cõsequẽs admittitur ad appellãdũ.arg.in c.sacro.de sen.exc.aut nõ habuit probabilẽ causam appellãdi,& tunc sua appellatio nõ potest esse manifeste friuola,& habet tunc locum finis huius tex.& ideo tex.iste requirit,q̃ sit manifeste friuola,& solutio forte melior. † & diuersitas ratio est,qa appellatio cõsistit in actu positiuo,nõ sic cõtumacia,quæ resultat ex nõ cõparendo , quia cõsistit in actu neglecto.†Vltimo no.quia ex gl.ista magna post principiũ, quare cõtumax in non cõparendo appellet; secus in contumace in non cõparendo.& dic vt in ea,& ex his habes summatam,& notatam istam gl.quæ difficilis solet reputari.

Vt lite pendente nil innouetur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Electione sola ad ecclesiã facta,non desinit ecclesia vacare, sed per confirmationem subsecutam sic.*
2 *Beneficia confirmati in curia ad dignitatem, cuius adeptio facit illa vacare,non facit illa vacare in curia.*
3 *Beneficia electi in episcopum & in curia consecrati, non vacãt in curia & per consequens non possunt illo consentiente,conferri.*
4 *Beneficia,quorum possessionem tempore consecrationis habeat episcopus, vacant in curia,in qua fuit consecratus.*
5 *Consecratus cõsentire non dicitur, licet sciat papam sua priora beneficia contulisse,etiam si fuissẽt præsens in actu collationis.*
6 *Beneficium,in curia per procuratorem,renũciatum, vacat in curia, & quare.*

CAP. PRIMVM.

3 rẽdo, vr illã tacite ꝓponere. & in hoc cogita. † Licet appellatio ab interlocutoria nõ possit iustificari, nisi ex causis nominatim deductis in ipsa appellatione, secus tamẽ est in appellatione à diffinitiua. illa. n. põt iustificari ex nouis causis. vide hic gl. in ver. nec processiis, quã nota, tu canonista, sed tex. est expressus de hoc vltimo. in l. scio. ff. eo. facit qđ legit. & no. in c. cũ Ioannes de fi. instr. Duo requirũtur ad appellationẽ ab interlocutoria iustificãdam; videlicet quod grauamẽ præcesserit appellationẽ, vt hic; & quod grauamẽ fuerit expressum in ipsa appellatione, vt hic, in secundo responso. vi de gloss. in ver. Ex nouis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, quæ ab initio non tenuit, non conualescit, appellante & appellato simul, vel appellato tm̃ eã prosequẽte, & de ratione vide nu. 1.*
3 *Appellatus post appellationis desertionem appellantis negligentia, an possit prosequi vt pronuncietur male appellatum, & sententiam trãsiuisse in rem iudicatam.*
4 *Sententia nulla, a qua tamen fuit appellatum, non transit in rem iudicatam.*

CAP. VI.

1 IAppellationi. †Appellatio, quæ à principio non tenuit, vtputa, quia interposita tertio, vel post 10. dies, nõ conualescit; licet appellans, & appellatus simul prosequãtur ipsam, vel appellatus tantum, vide gl. hic, in ver. desertam
2 idem si post renũciationem fiat prosecutio. † Quare non valet sententia lata à iudice appellationis, vtroque. s. appellante & appellato prosequẽte, si appellatio erat deserta. vide gl. magnam prope medium, quæ reddit rationẽ hãc, videlicet lapsus temporis prosecutionis faciẽdę ratificat sententiã, & facit perinde ac si nõ fuisset appellatũ; sententia ergo postea lata, reperitur à suo nõ iudice lata, merito non valet. & vide
3 circa hoc quod dixi in c. quoniã, de prob. †Nũquid post appellationis desertionem per negligentiam appellãtis, possit appellatus prosequi petẽdo pronunciari male appellatũ, & sententiã trãsiuisse in rem iudicatam? facit text. in arg. quod sic, inquantum dicit, appellatum prosequi; hæc sententia nihilo minus non minus censetur transiuisse in rem iudicatã, & vide hic gl. magnam in verb. Sit huius ratio, quæ hoc sentit. videtur tamẽ in fine dubitare, nunquid illa duo simul accumulari possint, mihi tamen plus placet, quod nõ possint, sed satis est quod pronuncietur super desertione, & transi-
4 tu in rem iudicatam. †Sententia nulla, à qua tamen fuit appellatum, non transit in rem iudicatam. licet appellatio deferatur. vide glo. fi.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi locus est, si iudex exceptionem non recipit, vel ad vlteriora procedit.*
2 *Sententia super peremptoria, an ita ferri possit, vt in ea exprimatur, quod obstet, & an habeat tunc vim diffinitiuæ.*

CAP. VII.

1 VM à repulsione. † Si iudex exceptionem non recipit, vel ad vlteriora litis procedit, videtur illã repellere, ita qđ appellationi locus est, vide gl. secũ
2 dam. †Ex cuius fine ẽt colligę, ꝙ sñia lata sup perẽptoria nõ est diffinitiua, sed interlocuroria. dicit tñ illa gl. in fi. ꝙ sentẽtia lata super perẽptoria, quæ obstet, habet vim diffinitiuæ, quã no. dic tamẽ, quod nõ est necesse hic pronunciare, cum pronunciandum sit super principali, vt in c. 1. de ord. cog.

LIBER TERTIVS.

De vita & honestate clericorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesanorum appellatione, an veniant ordinarij qui in loco habent iurisdictionem.*
2 *Per verba generalia constitutionis qua præcipitur ordinarijs locorum vt in aliquo procedant contra clericos, non videtur data potestas contra exemptos.*
3 *Constitutio super certis criminibus pœnam inferens, non habet locũ super alijs delictis, etiam grauioribus.*
4 *Taberna, carnifices, & macellarij vnde dicantur.*
5 *Constitutio fundans se super aliquibus qualitatibus, eis vel earum alterа cessante, cessat & ipsa.*
6 *Qui per alium facit, per se facere videtur; etiam ad incurrendum pœnam.*
7 *Clerici, vt priuari possint priuilegio clericali ab ordinarijs, specialiter nominibus expressis sunt monendi, non generaliter.*
8 *Nominatim dictio quid importet.*
9 *Peremptorium vnum non sufficit, quando iura ad pœnam incurrendam exigunt, vt quis tertio, seu tribus edictis moneatur.*

CAP. PRIMVM.

1 DIœcesanis. †Appellatione diœcesanorum non veniũt inferiores ordinarij, licet in loco iurisdictionẽ habeãt, sed tm̃ ep̃i. vide gl. in cle. vnica, de fo. comp. quam ibi notaui, & saluãdo istã, potest dici dupliciter. Primo ꝙ ista gl. procedit in habẽtibus ordinariã, non tamen quasi ep̃alem; secus in habẽtibus quasi ep̃alem, quo casu procedit illa gl. & facit qđ no. gl. in cle. jde reb. eccl. nõ alie. in ver. proprij, Vel sic, aut in loco sunt ordinarij inferiores episcopis, habẽtes quasi episcopal ẽ iurisdictionẽ in ipso loco, exclusis episcopis; & habeat locũ gl. contraria, quæ ita loquitur, aut habẽt, sed nõ exclusis ep̃s, quia cõcurrunt cũ eis iurisdictionis exercitio. & procedat gl. ista, quia ex quo est in loco ep̃s, debet verba sumere in suo proprio & potiori significatu. & hæc plus placet. Nec ob. ratio huius gl. ꝙ hoc sit ius nouum. nã & tex. in d. cle. vni. de fo. com. ponit ius nouũ, & est priuilegiatũ, quod plus est, etiã in alterius præiudicium, hẽ tenẽdo contrariũ remanẽt in loco illo excessus incorrecti
2 quod nõ est dicendũ, cum publicæ vtilitatis sit, &c. de sent. exc. c. vt famæ. & hæc no. †Per verba generalia cõstitutionis qua ꝓcipitur ordinarijs locorũ, vt in aliquo procedãt cõtra clericos, nõ videtur data potestas super exemptos. nisi
3 de eis fiat specialis mentio, vide gl. in ver. clericos. †Constitutio emanans super certis criminibus pœnam pro illis inferens, nõ habet locũ cum alijs delictis etiã grauioribus. vide gl. super verbo, macellariorũ. & potest esse ratio, quia constitutio comprehẽdit quandoque certa delicta, quia homines sunt promptiores ad illa committẽda. 33. q. 2. c. admonere, &
4 ca. lator. & l. aut facta, in fine. ff. de pœnis. †Vnde dicitur taberna, vnde carnifices, & vnde macellarij, vide gl. hic in ver. Tabernariorum. & ver. Macellariorum. & verb. Carnificũ.
5 †Vbicunq; constitutio fundatur super aliquibus qualitatibus, eis vel earũ altera cessante, cessat constitutio. Glo. hic in ver. publice, & personaliter, prę̃supposito: ẽt ꝙ illis cessãntibus, nõ cesset prorsus peccatũ, cũstitutio tamẽ illa cessat. Cõstitutio puniẽs facientem certũ quod personaliter, nõ hẽt locũ in eo qui per alium facit, licet in faciẽte per alĩũ nõ cesset peccatum. vide gl. hic notab. in ver. publice, & personaliter. †Ex qua collige, ꝙ qui per alium facit, per se facere videtur, etiã ad incurrẽdam pœnam. vt in c. mulieres, de sen. exc.
6 hoc verum nisi cõstitutio requirat ꝙ personaliter fiat. Not. ꝙ ad incurrẽdam pœnã huius cõstitutionis, non sufficit, ꝙ admonitio fiat in genere, sed oportet ꝙ specifice nominib̃ delinquentium expressis, fiat monitio, de qua hic, vide glin
7 verb. Nominatim. †Ex qua primo collige, ar. optimũ, ꝙ cũ ordinarius intẽdit procedere cõtra clericos incedẽtes sine habitu, vel cum armis, ad priuationẽ priuilegij clericalis, nisi desistant, nõ debet clericos monere generaliter, sed specialiter ipsorum nominibus expressis. & tene menti. †Secundo
8 nõta quid importet verbum nominatim, & vide per Inn. in
9 c. Lateranen. de prẽb. †Vbicunque ad pœnam incurrendam iura exigunt, vt aliquis tertio seu tribus edictis moneatur, non sufficit vnum peremptorium. vide hic glo. notabilem super verbo. Tertio. & sic est casus, in quo vnum peremptorium non æquiualet tribus ædictis, & vide ꝙ no. in c. ex tuæ. de cle. non resi. vbi dixi latius.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione, veniunt clerici primæ tonsuræ tantum quarum materia sit pœnalis.*

Vestes

2 *Vestes rubeę & virides, licet clericis sint prohibitæ, in eis tamen non habet locum pœna in alijs vestibus expressa.*
3 *Indefinita æquipollent vniuersalibus, etiam in pœnalibus.*
4 *Pœna vbi imponitur eo ipso, neque monitio, neque sententia est necessaria ad illam pœnam incurrendam.*
5 *Suspensus à suorum beneficiorum fructibus, si eos percipiat, non incurrit irregularitatem, neque beneficijs priuatur.*
6 *Fructus, à quibus clericus est suspensus, cui accrescant.*
7 *Inhabilitationis ad beneficia pœnam, potest imponere episcopus, aut legatus tam clerico quam laico, in perpetuum, & ad tempus.*
8 *Clericus in minoribus, sęcularibus vestibus, & sine tonsura incedens, etiam monitus, non incurrit priuationem priuilegij clericalis.*
9 *Tonsura, clerica, & corona, qualiter sint diuersa, quid significent, & quibus dentur.*
10 *Religiosus habitum sub habitu clericorum sęcularium portans, an incurrat apostasiam.*
11 *Insula, & pileus, quid significent.*
12 *Ora, & hora quid designent.*
13 *Talaris, vestis clericalis, qualis esse debeat.*
14 *Monachus quando, & quam eleemosynam facere potest, & quando non.*
15 *Pœna in constitutione apposita, an intelligatur repetita in fine, qui alteri constitutioni additur.*

CAP. II.

1 QVoniam. †Appellatione clericorum, veniunt clerici, etiam primæ tonsuræ tantum, quamquam materia sit pœnalis. vi
2 de hic gl. in verbo. Clericus. †Licet vestes rubeæ, & virides sint clericis prohibitæ; in eis tñ non habet locum ista constitutio, sed in vestibus hic expressis tantum, vide gl.
3 in verbo partita, in fi. †Indefinita æquipollet vniuersali ẽt in pœnalibus. & eadem ratio est in omnibus in genere comprehensis. vide gl. iuncto tex. in verbo. Beneficiorum. †Vbi pœna
4 imponitur, eo ipso, non est necessaria monitio, neque sentẽtia ad pœnã illam incurrandã, vide gl. in verbo, eo ipso. †Si su
5 spensus à beneficiorũ suorum fructibus, suspensionẽ nõ seruat, fructus recipiendo, non per hoc incurrit priuationẽ beneficiorum suorũ, aut irregularitatẽ, fructus tñ sic percep-
6 tos restituere tenetur. vide gl. in ver. Suspẽsus. † Cui aũt sint tales fructus restituendi, seu cui accrescant tpe suspensionis
7 beneficiati, dic, vt in eadem gl. quam no. & tene menti. † Ex causa põt episcopus aut legatus imponere pœnam inhabilitationis ad beneficia, tam clerico quam laico in perpetuũ,
8 & ad tempus, vide gl. in verbo. Inhabilis. quam no. † Cõstitutus in minoribus, sęcularibus vestibus vtẽs sine tonsura, nõ incurrit hanc priuationis pœnam priuilegij clericalis, licet præcesserit contra eum monitio. vide hic tex. iũcta gl. in ver. & tonsuram. Ego fateor quod contra talẽ, in minoribus cõstitutum, non est huic constitutioni locus. sed an episcopus possit ex suo officio cõtra talem procedere ad reassumptionem habitus sub pœna perditionis priuilegij clericalis, vide
9 tex. cum ibi notatis. in c. contingit. 2. de sent. excom. † De tõsura, clerica, & corona, qualiter sint diuersa, & quid significent, vide bonam gl. in verbo. & tõsuram, post principium. Et in eadẽ gl. habes, quod conuersi nõ portant clericam ex parte superiori, sed tonsurã sic ex parte inferiori vsq; ad aures. Item quod monachi debẽt portare maiorem clericam,
10 quam clerici sæculares. † De religioso portãte habitum sub habitu clericorum sęcularium, an incurrat Apostasiam. vide gl. in ver. Extrinseci. vide tu plenius p Io. de Lig. in c. Deus
11 qui, eo. ti. vbi dixi. † Pro significatu infulæ & pilei. vide hic gl.
12 super ver. Infulam. † Ora sine aspiratione designat finem vel extremitatem rerum, præcipue regionum & vestium. cum aspiratione vero, designat tempus vt hora tertiæ. vide glo. in
13 ver. Oram. † Vestis superior clericorũ dẽt esse talaris. i. vsq; ad talos longa. vide gl. in verbo. videatur, quã no. in eo quod dicit superior, nõ ergo debet esse ita breuis, vt vestis inferior
14 videatur, vt hic. Monachus administratione carens, eleemosynam facere non potest, nisi sit in studio, vel peregrinatione. de licentia Abbatis, tñ moderatam eleemosynam facere
15 potest. vide hic bonam gl. in ver. Conuertendũ. & quod no. gl. 12. q. 1. non dicatis. † Pœna in aliqua constitutione apposita, non intelligitur repetita, in fi. qui additur ad constitutionem præcedẽtem, etiam si eodem tempore fiat adiectio. vide gl. singularem hic, in verbo, Sanctioni. sed in cõtrarium allego tibi gl. & Bar. in c. de multa. in fi. de præb. in verb. in eadem, & vide quod ibi scripsi.

De præbendis & dignitatibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta de beneficio vel dignitate, motu proprio, valet, licet de cura illi annexa non fiat mentio.*

2 *Motus proprius non firmat contra intentionem scribentis, nec supplet qualitates intrinsecas beneficij.*
3 *Gratia facta de beneficio de cura non habita mentione, non extenditur curatum, licet in fine addatur illa clausula. Quod animarum cura, si illi imminet, nullatenus negligatur.*
4 *Gratiam impetrans ad beneficium curatum, vel non, an teneatur & quibus casibus, facere mentionem nedum de beneficio, quod obtinet, sed etiam de cura illius.*
5 *Gratiam impetrans, an teneatur facere mentionem de qualitatibus beneficij habiti, de cura, & ordine illi annexo, & quantitate redituum.*
6 *Gratiæ necessaria si non in eius confectione, sed in executione ipsius ad conseruationem indemnitatis beneficij ponantur, per talem expressionem non validatur gratia.*
7 *Dispositio loquens de dignitatibus, habet locum etiam in beneficijs.*
8 *Generale verbum adiectum alicui speciei, licet illam speciem ampliet, aliam tamen speciem non includit.*
9 *Si mandatur prouideri alicui de dignitate vacante, vel vacatura, an veniat dignitas cui prouidetur per electionem.*
10 *Prouideri alicui de aliqua dignitate si mandatur in ecclesia, vbi vnica tantum & principalis dignitas est. an illa debeatur.*
11 *Prouideri alicui de aliquo beneficio si in ecclesia mandatur, vbi vnum tantum sit, de illo prouideri non potest, & quare.*

CAP. PRIMVM.

1 IDignitatem. † Valet prouisio facta de dignitate, vel beneficio, motu proprio; licet de cura illi annexa nulla fiat mentio. vide gloss. in ista cle. in verbo, Mãdamus. iuncto text. in verbo. Illi vel alteri. Sed ad uerte tu diligenter, quia tex. quem allegat glo. hic, non probat. nam cle. si Romanus, loquitur cũ non fit mentio de cura beneficij prius habiti; nõ aũt loquitur de beneficio, nũc motu proprio concesso. nã de cura beneficij concessi videtur, ꝙ omnino sit habẽnda mentio, quia nõ est de intentione Papæ prouidere de beneficio curato, nisi de cura fiat specialis mentio, vt probatur, in cap. cum in illis, de præb. lib. 6.
2 † Motus autem proprius non firmat contra intentionem scribẽtis, nec supplet qualitates intrinsecas beneficij, de quo vide omnino in c. si motu proprio, eod. t. it. lib. 6. vbi Io. And. si bene recolo, videtur sentire cõtrarium eius, quod hic sen
3 sit in gl. ista. † Gratia facta de beneficio, de cura mentione nõ habita, non extenditur ad curatum; licet in fine addatur illa clausula, quod animarum cura si *illi* imminet, nullatenus negligatur, vide hic gl. in verbo. Dispensantes. & per hoc declarat istum tex. procedere, etiam in casu, in quo non fit dispensatio super pluribus retinẽdis, sed simpliciter fit gratia de beneficio obtinendo. quod no. & pro hoc facit ratio posita in
4 fine huius cle. quæ pariter militat, in vtroque casu. † An impetrans gratiam ad beneficiũ curatum, vel non, teneatur facere mentionem, nedum de beneficio, quod obtinet; sed ẽt de cura illi annexa. Et aduerte ad vnum casum indubitabilẽ. habẽda est. n. mẽtio curæ beneficij, quod nouiter impetratur; quia Papa nõ intendit prouidere de beneficio curato, nisi de cura illi annexa mentionem faciat, vt in c. cum in il-
5 lis, eo. tit. lib. 6. † Sed dubium est, an de qualitatibus beneficij habiti, sit facienda mentio, vt de cura, ordine illi annexo, & quantitate reditũm. & profecto iste tex. in prim o respondo, multum stricte facit, vt de cura sit facienda mentio. gl. hic in verbo vel alteri multum late hoc disputat ponendo tres lecturas ad istum tex. Prima est, quod de illis mentionem facere non tenetur, & hanc firmat, in fine, & no. hoc singulariter. & ad istum text. respondet, quod non valet dispensatio, vt vtrunque possit retinere; sed si vult dimittere primum, & tenere secundum, potest, & fortius hoc procedit secundum glo. quando nullam dispensationem impetrauit, sed solum impetrauit beneficium curatum, faciens mentionem de beneficio, quod obtineat, non tamen de cura illi annexa. Secunda lectura est, vt hoc nouum inducat hæc cle. vt etiam qualitas curæ imminens, quam habet impetrans, exprimenda sit in impetratione. Tertia lectura, quod aut quis simpliciter impetrat beneficium, & nõ tenetur facere de cura beneficij habiti mẽtionem, aut impetrat etiam dispensationẽ, vt primum possit cum secundo impetrato obtinere, & tũc mixtura dispensationis & gratię prouisionis in eadem litera concessarum, vitiet vtranque. hoc tamen non placet gl. per regulam, vtile, per inuti. de reg. iu. lib. 6. ego alle. tex. singularem, in c. si eo tempore, de reseri. lib. 6. vbi probatur, ꝙ si in eadem litera continetur duplex gratia, in quarum altera sit commissa surreptio, non vitiatur vtraque gratia per hanc mixturam, sed tantum illa surreptitia. & no. singulare hoc dictum gl. Et circa principale dictum, vide quod plene scripsi in capitu. ad aures. de rescrip. vbi plene scripsi, an, & quã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do sit faciẽda mentio de qualitatibus beneficiorum habitorum,& obtinendorum;& multum facit ille tex.vt ẽt illo iure debeat Imperator exprimere nomẽ dignitatis. †Si necessaria ad vtilitatẽ gratiæ nõ ponãtur in cõfectione ipsius gratiæ,sed in executione ipsius ad cõseruationem indemnitatis beneficij;per talẽ expressionẽ non validatur gratia; licet ponantur illa verba in litera gratiæ. vide hic tex. quẽ nescio alibi in 1.responsio,in fi.& clarius in 2.responsio , in fi.iũcta glo.in verbo,cura.†Dispositio huius cle.loquentis de dignitatibus , habet locũ etiam in beneficijs , quibus prouidetur per electionem,& idem quoad c.cum in illis, de præb.lib.6.

3 est dicendum,vide gl.in verbo.de dignitate. †Verbum generale adiectũ alicui speciei,licet illam speciem ampliat,aliam tamen speciem nõ includit,maxime in materia restringibili,exemplum patet hic in tex.in verbo , Quam dispositionẽ. nam istud verbum,dispositio nõ includit electionem , licet sit ei adiectum istud verbum generale,Quamuis &c. & vide hic gl.in verbo.Quamuis.Et no.ex eadẽ glo.quod regulariter in iure in definita æquipollent vniuersali.†An si mandetur prouideri simpliciter de dignitate vacãte , vel vacatura, veniat dignitas,cui prouidetur per electionẽ?vide glo.præalle.in verbo,Quamuis.quæ videtur dubitare,inclinat tamẽ in partem affirmatiuã,quam no.& pro ea facit c.dilectus,de

10 offi.leg.†An si mandatur alicui prouideri de dignitate in aliqua ecclesia,& ibidẽ nõ est nisi vna & principalis dignitas, vtrum illa debeat? vide hic gl.notabilem.in ver.Incerta.quę arguit,& ponit opiniones cõtrarias,& videtur in fine inclinare in partẽ negatiuã;aperte tamen non firmat. †Si mãdatur alicui prouideri de aliquo beneficio in ecclesia,& ibi nõ sit nisi vnicum,de illo prouideri nõ poterit,quia illud relatiuũ,aliquo,supponit diuersitatem beneficiorũ; & sic nõ põt verificari ī loco,vbi est tm̃ vnicũ beneficiũ,vide hic bonã gl. in verb. Incerta. quam no. quia facit ad multa,ratione sui.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia non veniunt in prouisione clericorum,per literas beneficiales,& nu.6.*
2 *Motus proprius non ampliat gratiam.& vim verborum.*
3 *Motus proprij efficacia,quanta sit, vide remissiue.*
4 *Monasteria habent officia hospitaliorum,quę tamen non veniunt sub literis beneficialibus.*
5 *Ecclesię,decimę,& alia iura spiritualia quibus hospitalibus,& quomodo accedere possint.*
7 *Legatus etiam de latere non confert hospitale in titulum, etiam si habet ecclesiam annexam,nec confert ecclesiam ad præsentationem laici patroni pertinentem.*
8 *Papa confert hospitale,& ecclesiam spectantem ad præsentationẽ laici patroni,si de hoc in eius literis fiat mentio,cum omnes aliæ probationes non sufficiant.*

CAP. II.

1 PEr literas. †Sicut non veniũt hospitalia, in literis directis super prouisione clericorum,ita nec in literis confectis super reseruatione fructuum beneficiorum,vide hic tex.iuncta gl.in vers.Super prouisione.& rationẽ literæ,& huius gl. vide hic per gl.in verbo,Eleemosynarijs,quia scilicet eũ loca ista sint deputata ad certũ vsum;ad alium vsum sine licẽtia Papæ conuerti nõ debent,infra de relig.do.cl.2. nõ ergo veniunt sub literis beneficialibus.Et idem dic de fabricis,ea

2 dem ratione,secundũ gl.proxime allegatã in fine sui. † Motus proprius nõ ampliat gratiã,vel vim verborũ,licet excludat surreptionẽ eius,pro quo scribitur,vide glo.notabilem hic in verbo,directas.p quã rõnem gl.hic cõcludit, text.istũ habere locũ,& si motu proprio literę emanassent, quod be

3 ne not.†& vide ꝙ de efficacia motus proprij no.Io. And.in c.si motu proprio,co.ti.li.6.& quod dicã infra eo. ca.si Ro-

4 manus.†Multa monasteria hẽnt officia hospitaliorũ,vt elee mosynarij &c.quæ nõ veniunt sub literis beneficiorũ . vide

5 gl.in versic.Eleemosynarijs †Ecclesię,decimę,& alia iura spiritualia ; possunt accedere hospitalibus religiosis, idest authoritate episcopi ædificatis,ita quod veniẽt iure accessorij & ipsa hospitalia sunt principalia, & tales ecclesiæ nõ debẽt in titulũ cõferri,sed sequũtur naturã hospitaliũ,secus aũt si hospitalia ipsis ecclesijs accederẽt : quia tunc ecclesiæ sunt principales,& disponũtur,sicut aliæ ecclesię,& hospitalia veniũt iure accessorij.Si vero hospitale & ecclesia sunt annexa ita,ꝙ neutrũ est principale,habet adhuc locũ ista cle.vt talis ecclesia nõ cõprehendatur in literis beneficiorũ.Idem si nescitur quid sit principale,quia impetrans debet fundare intẽtionem suam,vide de omnibus istis tex.hic iuncta glo.nota,

6 in verbo,Ecclesias.quã no.†Verbũ,decernimus, inducit ius nouũ.vide hic gl.in verbo,decernimus.ẽt in casibus,in quibus hospitalia possunt in titulũ cõferri,de quibus in cle.j.de relig.domi.in ver.nisi fundatione,nõ aũt veniũt in literis beneficiorum,nisi de hospitalibus fiat specialis mẽtio,vide hic

7 bo.gl.in ver.prouideri.†Legatus etiam de latere non cõfert hospitale in titulũ,etiam si habet ecclesiã annexam,nec etiã conferre potest ecclesiã spectantẽ ad presentationẽ laici pa

8 troni,†Papa autẽ vtrumq; cõferre potest, dũ tamẽ hoc exprimat,vide hic tex.in fi.iuncta gl.in verbo,Apostolicis,quã bene notabis.Et aduerte,quia nõ sufficit mẽtio generalis, vt puta de quibuscũque beneficijs,dignitatibus,officijs, &c.vide hic gl.fi.Nec sufficit probare intẽtionem Papæ,ꝙ noluit de talibus hospitalibus prouidere,per testes, vel aliã probationẽ,sed oportet,ꝙ in literis apostolicis de hoc fiat mẽtio, vide hic tex.iũcta gl.in verb.Literis.quæ colligit in hoc casu specialẽ,in quo ad probãdum intentionẽ Papę,etiam in gratia facta,requiritur litera apostolica;nõ autem sufficiunt testimonia,sed tu vide,quia ex stylo curiæ nõ potest fieri probatio per testes;sed tãtum per literas,vt plene no. per Arch. & Ioan.Andr.in proœ.vi.vide quod plenius dixi in cle. & si principalis.de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia plura,quo casu per receptionem alterius vacent.*
2 *Dispensatio super duobus beneficijs specifice nominatis,non extenditur ad aliud comprehensorum alteri simile ; secus si dispensatio generaliter fit .*
3 *Beneficium curatum,non vacat per adeptionem secundi simplicis, cui ecclesia curata annexa est.*

CAP. III.

1 SI plures. †Si habenti plura beneficia curata, etiam ex dispensatione legitima,confertur aliud consimile,ad quod non extenditur dispensatio,non valet collatio istius vltimi,& priora nihilo minus vacãt ipso facto,nec secundi beneficij adipiscitur possessionem;secus si per eũ stetit quo minus possessionem consequeretur,tunc enim nõ vacant priora.Nec ob.c.licet episcopus,co. ti.li.6.& c.commissa.de elect.co.li.vbi paria iudicantur quod quis recipiat,possessionem secundi, vel per eũ stet quo minus eam consequatur,illa.n.procedũt,quãdo tenet collatio vltimi;secus vbi nõ tenuit,quia humanitas iustę penitudinis nõ est deneganda,forte enim pœnitet, ideo celsat à perceptione possessionis . & vide de prædictis gl. hic in verbo.Vacare.maxime in fi.& eam no.& inducitur nullitas collationis secundi,per c.ordinarij in fi.de offi.or.li.6. & fortius dic collationẽ secundi esse nullã,si prouisus iniuste tenebat plura curata,cum tũc sit inhabilis ad aliud beneficium consequendũ,vt in dicta decreta.ordinarij.in fi.& hodie clarius per extrauag.execrabilis,de qua hic in gl.fi. Et ꝙ supra dictum est de pluribus beneficijs curatis,idem dic si haberet

2 plures dignitates,vel personatus,vel alterum cum altero.cũ eadem sit ratio,vide hic gl.in verbo dignitates.†Dispensatio super duobus beneficijs curatis specifice in dispositione cõprehensis,non extenditur ad vnum ex illis,& ad aliud,quod postea cõsequitur;imo eo piso quod adipiscitur aliud consimile,vacant omnia priora.vide hic text.iũcta gl.magna. Si autem dispensatio fit generaliter,vt possit tenere duo beneficia incõpassibilia, intelligitur de duobus,quæ aliàs canonice conferẽtur,vide bo.gl.hic præall.& tex singularẽ. in c.nõ

3 põt.de præb.li.6.†Quod in casu, quo per adeptionẽ secũdi nõ vacat primũ curatũ,puta quia consequitur quis beneficiũ simplex,ẽt si ei est annexa ecclesia curata, vt in ca. super eo.ti.li.6.vel in casu.c.si tibi cõcessio.eo.ti.& li.nec etiã vacãt plura priora beneficia curata,quæ obtinebat prouisus ex dispensatione,vide hic tex.iuncta gl.in verb.Sicut.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius Papę,validat gratiam contra vitium surreptionis,& quid de alia inualiditate.*
2 *Beneficij collatio motu proprio facta,non inducit dispensationẽ,si aliàs de iure retinere non poterat.*

CAP. IIII.

1 SI Romanus. †Motus proprius validat gratiam cõtra vitium surreptionis;aliam aũt inhabilitatẽ illius,ꝙ quo scribitur,nõ tollit;nisi aliud exprimat,& si illa inhabilitas surgat ex detẽtione plurium beneficiorũ incõpassibilium,vide de hoc gl.notabilẽ. in versi. Validam. quam tenemẽti.Ex maxime in eo ꝙ postea dicit satis esse illi dare,qđ certũ operetur effectũ , ſ.de quo supra , nec aliũ operabitur præter intentionẽ scribentis.Et adde hic aliũ gl. quę hr.ſ.co.cl.2.in versi.Directas,q̃ dicit,ꝙ motus proprius nõ ampliat gratiã,vel vim verborũ,licet excludat surreptionẽ.& de hoc plenius p Io.An.in c.si motu ꝓprio eo.ti.lib.6. & Io.Cal.in c.nostra.de rescr.& p do.de Ro.in eorũ decisione tẽ,ꝙ gratia motu ꝓprio facta,recipit in dubio pinguio

2 rẽ interpretationẽ,q̃ si fuisset ad instãtiã alterius facta,vt est tex.singularis ī c.ti plurib.e.ti.li.6.†gratia seu collatio beneficij

cij motu proprio facta alicui bñficia obtinẽti,nõ inducit dispẽsationẽ,vt simul illa retinere possit,si aliàs de iure retinere nõ poterat,sed solũ surreptionẽ excludit.vide hic tex. iũcta gl.fi.quẽadmodũ nec illorũ beneficiorũ mẽtio dispẽsationẽ inducit,vt est tex.notab.in c.non potest. de præb. li.6.

SVMMARIVM.

1 *Semestre tempus præfixum ordinarijs ad conferenda beneficia,non curit executori,quo minus conferre possit.*
2 *Executor cui mandatur, vt prouideat de beneficio spectante ad collationem certi episcopi,de illo prouidere non potest,quod tempore prouisionis deuoluti est ad alterius collationem,licet tempore datæ perti neat ad priorem episcopum.*
3 *Executor, cui mandatur prouideri de beneficio spectante ad collationẽ episcopi,an possit prouidere de eo,cuius electio est deuoluta ad ipsum episcopum per negligentiam inferioris , confirmatio vero spectat ad eum iure proprio.*
4 *Executor Papæ potest prouidere de beneficio ad Papam deuoluto negligentia illius , in præiudicium cuius Papa mandauit prouideri , secus de deuoluto ex alterius negligentia , vel cessante deuolutione.*
5 *Legatus Papæ potest prouidere de beneficijs deuolutis ad Papam in illis tamen,quæ in mandato continentur executor Papæ præfertur ipsi legato.*
6 *Interpretatio licet fiat stricta in beneficialibus,contra tamen concedẽtem fit larga.*
7 *Executor prouidet de beneficijs ad Papam deuolutis per negligentiam illius,in cuius præiudicium scribitur,si originaliter ad eum spectabãt, sed quid,si per negligentiam inferioris ad ipsum essent deuoluta , & finaliter ad Pa.*

CAP. V.

1 SI de beneficio. †Negligẽtia executoris in nõ conferẽdo beneficium,etiã post sex mẽses à tẽpore vacationis,nõ obstat ei, quo minus possit de nouo conferre. & sic tẽpus semestre præfixum alijs ordinarijs ad cõferẽdum non currit executori,vide hic gl.notabilẽ.in verbo.Episco-

2 pi,ꝙ limita,vt in ea no.† Si mãdatur executori,vt prouideat de beneficio spectante ad collationẽ certi episcopi.non potest executor de illo prouidere , ꝙ prouisionis tempore deuolutum est ad alterius collationem, licet tempore datæ pertineret ad collationẽ illius episcopi, vide hic glo.in ver. Exi-

3 stit.† An, si mandatur prouideri de bñficio spectãte ad collationẽ episcopi,possit prouideri de beneficio,cuius electio est deuoluta ad ipsum episcopũ per negligẽtiã inferioris, in stitutio vero seu cõfirmatio spectat ad eũ iure proprio,vide hic gl.in verbo,Capituli.quæ videtur dubitare, quia electio nõ includebatur in literis,per cle.1.ſ. c. & in hanc partẽ videtur inclinare.ego dubito , quia tẽpore prouisionis spectat ad collationẽ episcopi , cũ possit ipse episcopus procedere per viã collationis , licet diuerso iure electio & cõfirmatio, ad ipsum pertineat,vt no.in c.vt circa de ele.li.6.sed cogita,

4 circa hoc.† Executor , à Papa deputatus potest prouidere, de beneficio ad ipsum Papã deuoluto ex negligẽtia illius,in præiudicium cuius Papa mãdabat prouisionẽ fieri; secus si fuit deuolutio facta ex alterius negligẽtia.Itẽ prouidere nõ potest executor de beneficio spectãte ad collationẽ Papæ, cessante deuolutione,vt sunt beneficia in curia vacãtia , vi-

5 de hic gl.bonã iuncto tex.in verbo,Siue ad nos.† Itẽ no. ex eadẽ gl.ꝙ legatus Papæ põt ꝓuidere de beneficijs deuolutis ad Papã in illis tñ executor Papæ præfertur ipsi legato,propter speciale mandatum,quoad ea,quæ competunt ipsi exe-

6 cutori.ꝙ no.† Licet in beneficialib.fiat aliàs stricta interpretatio,vt in c.quamuis,de præb.li.6.tamen contra ipsum cõcedẽtẽ fit larga.vide hic bonam gl.in verbo Siue ad nos,propẽ finem.† Executor prouidet de beneficijs deuolutis ad Pa-

7 pam per negligẽtiam illius,in cuius præiudicium scribebatur,si originaliter beneficium spectabat ad illius collationẽ, secus,si per negligentiam sui inferioris,ad ipsum erat deuolutum,& finaliter ad Papam.hoc voluit gl.in verbo,Episcopi.Ego autem dubito an hoc dictum sit verum,cum satis sit quod saltem tempore datæ spectaret ad illius,in cuius præiudicium scribitur,collationem,licet per alterius negligentiam.arg.eius quod hic no.super gl.Exiſtit,cogita.

SVMMARIVM.

1 *Rescripto Papæ si cui de dignitate prouideri mandatur,an possit prouideri illi de dignitate habente præbendam annexam .*
2 *Dignitatem,quæ nullam habebat præbendam , si cui conferri rescribitur,an de habente annexam præbendam prouideri ei possit.*
3 *Canonicatum habens,& ius ad præbendam, ac ad dignitatem,quã duceret acceptandam,si vnam sine dignitate vacantem noluit simul totum habere velle protestans,iusta causa est ad negligentiam excludẽdam.*
4 *Præbendam ex gratia apostolica expectans,non potest acceptare præbendam dignitati annexam,secus si dignitatem expectaret.*
5 *Præbendæ adeptione in eadem ecclesia , vacat ipso iure prima, quam etiam aliàs legitime adipiscetur.*
6 *Episcopus non potest dispensare, vt quis duos canonicatus habeat in eadem ecclesia,licet possit dispensare in canonia , & personatu , vel officio .*

CAP. VI.

1 SI iuxta. †Si mãdatur ꝓuideri per rescriptũ Papæ alicui de dignitate , an prouideri illi possit de dignitate habente præbendam annexam, vide bonam glo.in hac cle.in verbo, Mãdati,videtur in hoc dubitare, & primo dicit,quod egeret declaratione,in fin.vero sentit,quod debeatur, sed loquitur, cum mandatur pro uideri de dignitate , aliàs habenti præbendam à Capitulo

2 † Quid autem si mandatur prouideri illi de dignitate , quæ nullam habet præbendam? gl. non aperit,sed idem ego puto , eadem ratione . nam nec in præcedenti casu posset prouideri tali dignitate,si in rescripto saltem per viam accessorij non comprehenderetur præbenda annexa . ad idem etiã

3 facit.c. super, eod.ti.lib.6. † Si habens canonicatum , & ius ad præbendam primo vacantem , & ad dignitatem , quam duceret acceptandam,præbendam , quæ sine dignitate vacauit, noluit acceptari ,ꝓtestas ꝙ hoc faciebat,quia omnes dignitates ecclesiæ præbendas habent annexas,& totum simul consequi volebat , satis esset iusta causa ad negligẽtiam excludendam, vide hic glo. in verbo, acceptandam , quam

4 nota pro limitatione cap si clericis,co. ti.lib. 6. † Expectans præbendam ex gratia apostolica.non potest acceptare præbendam dignitati annexam,quia dignitas,quæ est principalis non est debita,secus si expectat dignitatem,tunc n.potest illam acceptare,licet præbenda sit ei annexa.vide tex.hic iũ

5 cta gl.in verbo.Annexæ & no. ipsius rationẽ.† Per adeptionem præbendę in eadem ecclesia,vacat ipso iure prima,etiã si secunda sit annexa dignitati,quam aliàs legitime adipiscitur.tex.singularis est hic,iuncta gl. pe. † Non potest episcopus dispensare , vt quis habeat duos canonicatus in eadem ecclesia,licet possit dispensare in canonia & personatu , vel officio, vide hic glo.fin. & plene in capitulo literas, de concess.præben.ego dixi plenissime.in capitu.cum iamdudum de præb.

De concessione præbendarum . Rub.

SVMMARIVM.

1 *Examinatorum super promouendi sufficientia deputatorum relationibus creditur,& qualiter fiat ista examinatio.*
2 *Executor ad beneficia sub conditione,si repererit illum esse vitæ laudabilis,& c.deputatus,de existenti conditione vt constet , quomodo se habere debeat.*
3 *Dispositio conditionalis,cũ clausula de præsenti,puta decernentes,nũc &c.non operatur effectum suum, nisi post conditionis euentum.*
4 *Ex nunc,ista verba in aliqua dispositione apposita exponuntur,vt valeat ex tunc.*
5 *Decretum Papæ affectiuum,vel irritatiuum,afficit,& ignorantes.*
6 *Gratiam habens conditionalem ad beneficium obtinendũ, an præferatur secundo pure impetranti,vel sub conditione,quæ prius fuit purificata,maxime si ista secunda impetratio fuit in forma gratiæ.*
7 *Gratijs duab.pendentib in eadem ecclesia,super cõsimili beneficio,quarum prima est sub condone nondum purificata,sed in forma huius cle. secunda vero est purificata.& talis,quæ afficit manus ordinarij , cuius tale beneficium esse debeat .*
8 *Censemus,istud verbum,quib.modis capiatur , & quando inducat ius nouum,& quando non.*
9 *Constitutionis ratio quando est antiqua,tunc constitutio ipsa extenditur etiam ad præterita.*
10 *Gratiam habens expectatiuam cum beneficio acceptandi infra mẽsem &c.an possit beneficium vacans acceptare post mensem.*
11 *Gratiam habens,vt sibi prouideatur de beneficio quod infra mẽsem du xerit acceptandum,non potest acceptare beneficium vacaturum, sed vacans solum.*
12 *Gratiam habens,ad beneficium, potest acceptare beneficium vacans , etiam si vacabat tempore gratiæ.*
13 *Vacans, ista dictio, potest referri , & ad præsens tempus , & ad futurum*
14 *Gratiam habens,vt prouideatur sibi cum beneficio acceptandi , potest acceptare sine executoris præsentia , quamuis cautius sit , cum illius præsentia,*
15 *Gratiam habens cum beneficio acceptãdi, potest acceptationis actum per procuratorem explicare,& quomodo id exequetur.*
16 *Beneficij locus si caret habitatoribus , debet attendi notitia vacationis apud locum vicinorum.*
17 *Terminus mensis,qui hodie communiter præfigitur hic habentibus gratiam expectatiuam,currit etiam illis,qui non sunt in culpa, & quomodo,& quare.*

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. VNICVM.

1 Vm ei, quem. † Creditur relationib. examinatorum per superiorem deputatorum, super promouendi sufficientia. & fit ista examinatio in forma pauperum, quomodo legant, cantent, & constituant, vide hic glo.
2 in verbo. Reputamus. † Vtile consilium est, vt executor deputatus ad prouidendum sub conditione, si reperit illum esse vitæ laudabilis, &c. super sufficientia pronunciet, vel quod facta mentione de illa inhibeat, vel saltē suam potestatē insinuet; aliàs nō facile conditionē, extare cōstabit. vide glo. in
3 verb. Extet. † Dispositio cōditionalis cū clausula decreti affectiua p verba de p̄senti, puta decernētes ex nūc, &c. nō ope-
4 ratur effectum suū, nisi post cōditionis euentum. † & illa verba, ex nūc, exponuntur cū suppletione, videlicet ex nunc, vt
5 valeat ex tūc, vide tex. hic iuncta glo. in verbo, Ex nūc. † Decretū papæ afficiēs, seu affectiuū, vel irritatiuū, afficit & igno-
6 rantes. vide tex. hic, iuncta glo. in verbo Attentati. † An habēs gratiā ad beneficiū obtinendū conditionalē, p̄feratur secundo impetranti pure, vel sub conditione, cuius gratia fuit prius purificata p conditionis euētū, maximè si ipsa secūda impetratio, sit in forma gratiæ? vide bo. gl. hic in verbo, Executorē, q̄ hoc examinat, & vī satis dubitare. tandē concludendo dicit, æquū fore, q̄ si cōditio primi impetrātis extitit ante collationē factā secundo: debet præferri ipse primus impetrās scēo impetranti, siue habeat formā gratiæ, siue pauperū, siue suā gratia sit pura, siue sub cōditione, quæ prius extitit q̄ conditio primi, & pro hac conclusione optime facit tex. hic in verbo. Antequam existet &c. & hic dicit verū. qn̄ cōditio primi dependet ex rei existentia, vel ex voluntate ipsius, cui facta est gratia, & in istis casibus procedat iste tex. secus aūt si conditio gratiæ primi depēdet ex alterius arbitrio; tunc enim præfertur secundus pure impetrās, ex quo sua gratia præcessit existentiam conditionis primæ alterī factæ, per c. si pro te, de reseri. li. 6. vbi bonus tex. isto enim casu gratia illa prima est multum tenuis, & nihil valet; alio, ex cuius arbitrio pender, recusante, dicto c. si pro te. & hæc no. vide tamen tu in hoc vltimo casu tex. in d. c. si pro te, lo
quitur. n. qn̄ secundus impetrans fuerat receptus in canoni
cum, antequam gratia primi esset purificata per conditio-
nis existentiam. sed dubium mihi facit, quid si re existente
inregra, purific etur gratia primi, quæ pendebat ex alieno ar-
bitrio, an debeat præferri secūdus, qui pure obtinuit gratiā,
pendente conditione primi impetrantis? pōdera text. dicti
7 cap. si pro te. † Si pendentibus duabus gratijs in eadē ecclesia super consimili beneficio, quarum prima est sub conditione nondū purificata, sed in forma huius cle. in prima par
te. secunda vero est purificata, & talis. quæ afficit manus ordinarij, ipse ordinarius beneficium vacans contulit tertio, demū extante conditione primi, executor secundi illud beneficiū contulit eidē secundo, post quā collationē executor primi contulit primo, quæritur cuius sit dictū beneficium? vide gl. præalle. in verbo. Executorem, in ver. Sed fingas, q̄ cō
cludit, q̄ est primi impetrantis. Nā si collatio ordinarij fuerit impedita per gratiam secūdi, q̄ erat pura & affectiua, collatio secundi non valuit, quia fuit facta post quam gratia primi fuit purificata, & sic contra hunc text. in verbo antequā extet, à contrario sensu. & per cōsequens primus est potior qui vincit ordinarium non ex persona sua, cū tūc sua gratia
8 nō esset purificata, sed ex persona secundi. † Verbū, censemus, ex se vī inducere ius nouū. si tamē rō cōstitutionis est antiqua, nō causat tūc ius nouū, nec omnino resistit etymologia vocabuli, quia secūdum deriuatores, ponitur p iussu, deliberatione, æstimatione, & prolatione sententiæ, vide hic
9 bonam gl. in verbo. Censemus. † Ex qua ēt not. q̄ qn̄ constitutionis ratio est annqua, extenditur tūc constitutio, ēt ad
10 præterita. q̄ bene not. † An habēs gratiam expectatiuā cū beneficio acceptandi infra mensem, &c. possit beneficium vacans acceptare post mensem? vide hic plene per glo. sup ver. infra mensem. in ver. Sed quæritur. quæ tādem dicit, se credere, q̄ si clausula reseruationis, & potestas executoris, adiungit beneficio vacaturo, q̄ acceptabit impetrans ꝯ. mē
sem, vt ponitur hic in tex. & in forma hodie in curia Romana solita, q̄ non possit per expectantem acceptari, vel ei tale beneficium vigore illius gratiæ conferri. Secus si reseruatio est diuisa à spatio temporis, vt puta, si dicatur, beneficiū quod in tali loco vacauerit, quod duxerit acceptandum, tibi conferendum, collationis nostræ præsentibus reseruam⁹. Inhibentes, ne infra mensem post quam tibi de vacatione constiterit, aliquis de illo præsumat quacunque authoritate disponere, & c. vel per similia verba, q̄ no. & vide latius hic, in gl. Hæc omnia videtur gl. limitare, nisi Papa quidisset de canonicatu, & circa præbendam dedisset beneficium accep-
tandi infra mensem; tunc enim, licet reseruatio, & executoris potestas adiungatur p̄bendæ infra mensem acceptandæ, & hac rōne nō possit executor prouidere post mēsem. q̄ tū canonicus est, poterit executor ex vi canonicatus, si nullus ibidē expectat, ēt post mensem illi impetranti & canonico, de illa præbenda prouidere. Nec ob. ca. si clericus, de præben. lib. 6. vbi in tali casu data negligentia recurritur ad ordinariū, q̄ ibi expirauerat in totū potestas executoris, cū esset restricta ad primā vacaturam sed in terminis nostris durat, saltem quoad aliam vacaturā, quā infra mensem acceptabit: ratione canonicatus, poterit nūc executor conferre illam vacantem nulli debitam. cogita tū, quia passus est satis
11 dubius. † Habens gratiam, vt sibi prouideatur de beneficio, q̄ infra mensem à vacationis notitia duxerit acceptandum, non potest acceptare beneficium vacaturum, sed vacās dūtaxat; nā illa verba, à vacationis notitia, nō patiunt̄, q̄ vacaturū acceptet; secus, qn̄ sit gratia, vt ei p̄uideat de beneficio, q̄ duxerit acceptādū; tūc. n. pōt acceptare primū incertū, q̄ vacabit, vel alterius. de quo tū dicendū, vt hī in c. ne captan-
de. de concess. præb. lib. 6. & vide de vtroq; dicto gl. hic, in ver.
12 Notitia. † Ex qua ēt nō. q̄ habēs gratiā fm primā formam, potest acceptare beneficiū vacans, ēt si vacabat tēpore gra-
13 tiæ. quia id vacabit, quod vacans reperitur. † vnde illud verbum, vacans, potest ad vtrunque tempus, scilicet p̄sens,
14 & futurum, adaptari. quod bene nota. † Habens gratiam, vt prouideatur sibi cū beneficio acceptandi, potest acceptare sine executoris præsentia. vide bo. gl. hic, in verb. Executorē. consultius tū est, vt fiat in præsentia executoris, vt sic euite-
15 tur opinio ꝯria, de qua in fine huius glo. † Habēs gratiā cū beneficio acceptandi, pōt acceptationis actū per procuratorē explicare, qui quidē procurator petēdo beneficiū sibi cōferri per executorē, vel illud ab executore recipiēdo, vī illud satis acceptare, sicut hic dispōnitur in ipso principali. vi-
16 de hic bonā glo. in verb. Præsenti. † Si locus beneficij caret habitatoribus, dēt attendi notitia vacationis apud locum viciniorem. vide hic gl. in verbo, loco. quam nota in simili materia. Satis tū est, q̄ vacationis notitia sit in ecclesia vbi est beneficiū, licet nō sit in illo loco ecclesiæ. puta oppido, seu castro, in quo cōsistit illa ecclesia. sic voluit hic gl. in verb. Vel ecclesia. quod intelligo qn̄ ecclesia hēt habitatores, per sta-
17 tim dicta. † Terminus mensis, qui hodie cōiter p̄figitur habentibus gratiā expectatiuā, currit ēt illis, q̄ nō sūt in culpa, vt puta qa erāt ita distātes à loco beneficij, q̄ verisimiliter vacationis notitiā habere nō potuerūt, ita tū q̄ p se vel per aliū vacationis notitiā hre potuerint; aliàs secus, vt satis colligitur hic in fine literæ, iuncta, gl. pe. coniūgēdo principiū cū fine. Et hoc est speciale hic, fm gl. vt talis rigor obseruetur p rōnem, q̄ in litera exprimitur. Secus aūt est in alijs casibus, in quib. requirit notitia alicuius facti, nō. n. imputatur ei, q̄ nō fuit in culpa, & vide latius p glo. præall. quam bene notabis.

De rebus ecclesiæ non alienandis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio quandoque quoad pœnam, dicitur noui iuris editoria, quæ non trahitur ad præterita.*
2 *Constitutio edita contra religiosos, etiam in materia concernente pariter clericos sæculares, non extenditur ad ipsos clericos.*
3 *Constitutio edita contra religiosos, an includat religiosos translatos ad ecclesias sæculares.*
4 *Reditus differunt à fructibus, & quomodo.*
5 *Pœnalis constitutio licet sit restringenda, quibus tamen casibus indefinita non æquipolleat vniuersali.*
6 *Concessio facta alicui ad eius vitam, quibus casibus dicatur perpetua.*
7 *Abbates habentes ecclesias pleno iure sibi subiectas, præstare possunt authoritatem alienationibus rerum illarum ecclesiarum, loco episcoporum.*
8 *Prælati inferiores habentes ecclesias seu subditos pleno iure subiectos, quæ iura episcopalia possint in illis exercere.*
9 *Exemptorum prælatus proprius est Papa.*
10 *Abbates immediate episcopis subiecti, non alienant sine ipsorum consensu & authoritate.*
11 *Pœna simpliciter apposita, ēt si sit suspēsionis ab officio, intelligit ꝑpetua.*
12 *Alienare obligare, vel vendere prohibitus, potest locare ad modicum tempus, contra Accursii opi.*
13 *Prælatus potest ad modicum tempus locare, vel fructus vendere siue superioris, vel proprij capituli auctoritate, & consensu.*

CAP. PRIMVM.

1 Monasteriorum. † Constitutio quando que quoad pœnam dūtaxat, dicitur noui iuris editoria, vide gl. in verbo prohibemus. ex qua infertur, q̄ licet materia cōstitutionis sit antiqua, tamē ex quo pœna de nouo additur, nō debet

debet ad p̄terita extēdi, facit ad no. ꝯ. in proe. & in c. 2. de cō-
2 sti. & in c. fi. c. ti. † Cōstitutio edita cōtra religiosos, ēt in materia cōcernēte pariter clericos sæculares, nō extēditur ad ipsos clericos sæculares gl. notabilis est in verbo, religiosus, sed vide gl. cōtrariam in cle. 1. de reseri. & q̄ ibi dixi, huic tamē gl. cōcordat gl. in cele. 1. de supl. ne. præla. & in cle. 1. ꝯ. de
3 deci. in c. fi. de priuileg. † An cōstitutio edita cōtra religiosos, includat religiosos trāslatos ad ecclesias sæculares, vide hic gl. in verbo, Cuius, in fi. quæ videtur velle, q̄ non quādo ex tenore cōstitutionis potest comprehēdi, q̄ iuris lator voluerit consulere monasterio seu administrationi religiosæ, sicut colligitur hic in principio, secus puto, vbi constitutionis cā cōcernit personas religiosorū, quocunq; se vertāt, &
4 ad hoc vide gl. in cle. 1. de deci. inspiciatur ergo cōstitutionis causa, & si non est expressā, coniecturetur naturalis ratio ipsius cōstitutionis, iuxta no. per Cyn. in l. nō dubiū, C.
5 de leg. † Reditus differūt à fructib. vide hic gl. iuncto tex. in verbo. Reditus, & q̄ no. in c. pastoralis. de deci. † No. hic gl. in ver. possessiones quæ tex. exponit, idē certas, vel omnes. Ex qua iūcto tex. singulariter no. q̄ licet cōstitutio pœnalis sit restringēda, & indefinita æquipolleat vniuersali, præsertim ad pœnā euitādam, tū quādo surgat absonus intellectus, seu cōstitutio rederetur parui effectus, indefinita nō æquipollet vniuersali, etiā quoad pœnam vitādam, vt hic singulariter probatur in tex. in verb. possessiones iuncta gl. si. n. tex. intelligeretur gñaliter in alienāte possessiones, i. omnes possessiones monasterij, raro aut nunquā hæc constitutio hēret effectum, & hanc puto rationē quare gl. expositi. i. cer-
6 tas. vel omnes, & hoc est notādum. † Concessio facta alicui ad eius vitam duratura, potest dici perpetua. vide hic glo. in
7 verb. Ad eius. sed declara, vt habet glo. pleniorem. 10. q. 2. c. perpetua. † No. ex gl. super verbo, proprij, quod abbates habētes ecclesias pleno iure sibi subiectas, præstare possunt authoritatem alienationibus rerum illarum ecclesiarum, loco episcoporum. Et idem dic de alijs prælatis inferioribus habentibus iurisdictionem episcopalem, vel quasi, eadē ratione. & facit quod dixi post glo. in cle. 1. ꝯ. de vit. & hon. cle.
8 Et ex hoc etiam no. quod prælati inferiores habētes ecclesias seu subditos pleno iure subiectos, possunt in illis exercere omnia iura episcopalia, quæ tamen sint iurisdictionis, & non ordinis episcopalis, quia illa non possunt acquiri non habēti illum ordinem episcopalem, vt in c. quanto, de consue. & vide ad primum, quod plene dixi in cap. significasti, de fo. comper. † Item no. quod proprius prælatus exempto-
9 rum est Papa, & intellige de exemptis immediate Papæ subiectis † Ité quod abbates immediate episcopis subiecti non
10 alienant sine cōsensu & authoritate ipsorum, de quo vide tex. in c. abbatib. 12. q. 2. & c. in venditionib. 17. q. 4. † pœna simpliciter apposita, etiam si sit suspēsionis ab officio, intelligitur perpetua. vide glo. hic in verbo. pœna. & dic vt plene
11 no. in c. ex literis, de constitu. † Prohibitus alienare, obligare vel vendere, potest locare, & hoc verum ad modicum tempus, licet Accur. dixerit, q̄ potest locare ad centum, seu mille annos, quod iure non probatur, vide hic tex. iuncta gl. no
12 tabili in verbo Locationes. † Potest prælatus ad tēpus modicum locare, vel fructus vēdere, sine sui superioris, vel proprij capituli authoritate, & consensu vide hic tex. in fi. iūcta
13 gl. notabili in verbo modicum. † Modicum tempus dicitur infra decennium, vide hic bonam gl. in verb. modicum, & tene eam menti cum allegationibus suis.

SVMMARIVM.

1 *Abbates licet habeant ecclesias pleno iure subiectas, illas tamē vnire, vel vnam alteri subiicere, non possunt. & quare.*
2 *Ecclesiarum vniendarum, vel vnius alteri subiciendæ, ius, an præscribi possit per inferiores episcopo.*
3 *Ecclesia vna non potest alteri vniri, seu subijci, vel loco religioso donari per episcopum sine sui Capituli consensu, qui est inprascriptibilis.*
4 *Grauia omnia debent cum consensu Capituli per episcopum expediri.*
5 *Ecclesia licet rectore eius non vocato possit per episcopum vniri vnio tamen de ea sine prælato fieri non potest, & de diuersitatis ratione.*
6 *Ecclesia inferior vacans, sicut vniri alteri per episcopum, defensore non dato potest, sic & ecclesia cathedralis vacans per Papam alteri episcopatui.*
7 *Vnio sicut, ita & dissolutio sede vacante an fieri possit.*
8 *Ecclesia vacans, quare defensore non dato vniri potest, & non sic eius bona alienari.*
9 *Ecclesia vacante, an episcopus cum capitulo possit aliqua statuere in præiudicium ipsius vacantis, ita vt rector futurus teneatur illa obseruare.*
10 *Episcopus sicut ecclesiam mensæ suæ, vel capituli vnire non potest, ita & fortius non potest vnire mensæ communi.*
11 *Decimam antiquam, quam habet in feudum, non potest laicus donare, episcopo, Capitulo autem sic, & quare.*
12 *Dignitas non firmata per Papam, an possit de ecclesia cathedrali tolli per episcopum & Capitulum.*
7 liariũ.† Verbum,grex,stricte sumptum differt ab armẽto,q̃ est maiorũ animaliũ,vt equorũ,& bouũ,grex vero minorũ vt porcorũ,caprarum,& ouium,large tñ sumptũ, sumitur pro maioribus,& minoribus quæ gregantur, vide hic gl.in verbo,gregibus.Et cui debeatur decimæ de fructu gregis,gl.
8 remittit ad no.13.q.1.& c.ad apostolicæ,de deci.† An priuilegiati super decimis nõ soluendis de nutrimentis animaliũ, admiscentes aliena animalia suis, debeant perdere priuilegium etiam in suis?vide hic glo.in ver.immiscentium,quæ videtur tenere,quod non, quam no. ad similes quæstiones.
9 † Sicut priuilegiũ de decimis laborum non soluendis non extenditur ad terras,quæ alijs excollendæ traduntur, ita priuilegium de nutrimentis animalium,nõ extenditur ad animalia,quæ traduntʼ alijs nutrienda;vide hic tex. iuncta gl. in verbo,tenenda.& intellige quando tenentur per alios; non tamẽ expensis ipsorum priuilegiatorum.non si ipsorum expensis ipsi viderentur illa nutrire,ad hoc q̃ leg.& no.in c.ex parte.& c.dilecti.de deci.& c.licet,& de hoc vide q̃ hic no.in gl.sequenti,in ver.excolendas.q̃ satis bene tractat istum articulum.concludens,q̃ tunc dicuntur isti priuilegiati, suis stipendijs colere,cũ pro cultura tradunt, dato q̃ nihil ex pdicto
10 proueniat;secus si sunt coloni censuales,vel partiarij; q̃a isti submittunt se fortunæ.An coloni cẽsuales,vel partiarij priuilegiatorum simpliciter super decimis non soluẽdis, teneãtur ad decimas,vide bon.gl.præallega.in verbo excolendas. quæ concludit põderanda verba priuilegij: Si .n. priuilegiũ eximit eorum terras ab hoc onere,tunc colentes illas, participant illi priuilegio.Si vero eximit personas, tunc licet illi de sua parte non soluant;coloni tamen non exempti, de sua
11 soluent,quod bene nota ad similia.† Religiosi decimas non soluentes,non incurrunt pœnas hic contentas, in quib.aũt casibus procedunt pœnæ hic statutæ, vide bonam gloss. in
12 verbo,prohibuerint.† Vbicunque requiritur requisitio cõtra parem, vel inferiorem ad conuincendum eius contumaciam, sufficit vnica,hoc colligitur ex tex. iuncta gloss.in verbo, factam. vide quod latius dixi,supra.de sepul.clemen-
13 dudum.† An constitutio, vel dispositio suspendens simpliciter quem ab officio, debeat intelligi de officio à diuinis; an vero tẽporali,puta quia est sacristra, camerarius, & cæt. vide de hoc bonam gl.in ver.officijs,quam no.& vide hic la-
14 tius per Docto.† Suspensus donec satisfecerit, non indiget absolutione, intercedente satisfactione, requiritur tamen declaratio super satisfactione; secus in sic excommunicato,

to,debet enim indistincte absolui,vide glo.in verbo, donec. quã semper menti tenebis. † Dispositio concepta certo casu p priuilegiatos,apposita clausula in fine dispositionis, videlicet priuilegijs nõ obstantibus quibuscunq;,&c. non tollit indifferenter priuilegia,quoad omnia;sed solũ quoad ea, quæ prædictę dispositioni obuiare possent,hoc voluit gl.hic in ver.quibuscunque.Non dicitur quis plene oblatus, nisi donauerit se,& sua ecclesiæ,& cũ effectu,i.cum nõ sit appositum aliquod pactum,vel conditio,quæ habeat ipsius oblationẽ tenere in suspenso,uide hic tex.in fi.iuncta glo.penult. & ult.& de his oblatis,tã monasterio, quã ecclesiæ sæculari, uide bonam,& notabilem gl.in c.ut lex continẽtiæ. 27. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ fructuum beneficiorum,non debentur indistincte, & semper Papæ.sed solent imponi à Papa ex causa,& ad tempus.*
2 *Hospitalia,& huiusmodi loca pia,an includantur in dispositione de decimis beneficiorum loquente.*
3 *Fabricæ ecclesiarum an veniant sub decimis beneficiorum.*
4 *Prioratus,grangiæ,& pensiones, an veniant in dispositione decimarũ beneficiorum.*
5 *Distributiones quotidianæ,& oblationes minutæ, an subiaceant oneri decimarum.*
6 *Capellæ,& beneficia altarium an in dispositione de decimis beneficiorũ intelligantur.*
7 *Decimas fructuum beneficiorum,potest Papa ad tempus, & ex causa concedere principi, vel alteri.*
8 *Decimas quando Papa sibi, vel alijs indicit soluendas,debentur secundum taxationem consuetam, & monetam currentem; secus si Papa aliud exprimat.*
9 *Decimæ solutio,quomodo fieri debeat,quando beneficia sunt taxata,& quando non.*
10 *Expensæ quæ,& quibus casibus sint deducendæ ante decimarum solutionem.*
11 *Papa si de beneficio alicui prouideri mandat, vsque ad certam summã certæ monetæ,inspicienda est taxatio decimæ in partibus obseruata, licet plus, vel minus in veritate percipiatur.*
12 *Papa si simpliciter mandat alicui prouideri de beneficio vsque ad certam summam,an verus valor,an vero communis taxatio inspiciatur.*
13 *Beneficium certæ summæ ad certam monetam si cõferri mandatur, & illa moneta non currit in illis partibus, quomodo satisfiet mandato.*
14 *Decimæ solutio,non de ipsis rebus,sed in pecunia numerata fieri debet.*
15 *Moneta si plures in loco currunt,potest beneficiatus,de qua vult,soluere decimam.*
16 *Libri,calices, & alia ornamenta diuinis officijs deputata, quamuis capi non possint pro absolutione decimæ,secus tamen est in alijs libris,at que iocalibus.*
17 *Decimam beneficiorum non soluentes,an per sæcularem Potestatem cõstringi possint.*

CAP. II.

Si beneficiorum. † Decimę beneficiorũ id est fructuũ ipsorum beneficiorum,nõ debẽtur indistinctè, & semper ipsi Papæ;sed ipsas solet Papa impone
1 re sibi,vel alijs,soluẽdas ex cã,& ad tempus, vide hic gl.1. in prin.& glo.in verbo,tẽpus. † Circa istã decimam beneficiorum,gl.1.hic quærit de quinque quæstionibus.Pri
2 ma,an includantur hospitalia, & huiusmodi loca pia. † Secũdo,quid de fabricis ecclesiarum.† Tertio de his,qui habẽt
3 prioratus,grangias,pensiones,&c. † Quarto,de quotidianis distributionib.& de minutis oblationib.† Quinto de cappellanis,& beneficijs altarium;& die de eis,vt hic in præalleg.gl.
4 habetur. † Potest Papa istas decimas ad tps, & ex cã cuiuis cõcedere,vt principi,vel alteri;& in Regno Frãciæ sæpe ca-
5 sus iste pacticatur,vide hic glo. in verbo,cuiuis. † Dispositio huius cle.habet locum cũ Papa simpliciter imponit huiusmodi decimas sibi,vel alij soluẽdas,vt tũc debeantur sm taxationẽ decimæ in illis partibus cõsuetam . & ad monetam
6 currentem ; sed si aliq̃ certum exprimat Papa in cõcessione,illud seruabit,vide hic glo.iũcto tex.in verbo, simpliciter.
7 †Vbi beneficia sunt taxata in cõi æstimatione prouentuum, fiet solutio decimæ,sm illam æstimationem in prouẽtib. cõsecutam,vt si taxatũ sit beneficium in cẽtum,soluat 10.licet plus colligat,quam centum,vel minus;vbi aũt nulla est taxa
8 tio;tũc ratione decimæ plus,vel minus soluit beneficiatus; sm q̃ plus,vel minus singulis annis recipit,soluẽdo ; scilicet veram decimam omnium reddituum beneficij,vide hic gl. in
9 verbo,taxationem.Et aduerte,quia hoc casu debent deduci expensæ factæ pro fructibus percipiendis , & sine quibus, fructus haberi non poterant;licet secus sit in communibus decimis,quas quisque soluere debet ex prædijs suis, vt in ca-
10 cum sint homines,eodem titu. & hoc voluit notanter hæc gloss.supra alleg.quam vide. † Si Papa mandat alicui prouideri de beneficio vsque ad certam summam certæ monetæ, secundum taxationem decimæ, habet locũ quod hic dicitur,vt inspiciatur illarum partium cõsuetudo in taxatione decimæ.i.vt prouideatur de beneficio illius valoris expressi sm taxationẽ decimæ,quæ solet esse in partibus, licet plus, vel minus singulis annis in veritate percipiatur,dẽt.n. attendi æstimatio,quæ habetur in cõmuni,hoc voluit glo. hic in verbo,cõsuetã.Sed aduerte,quia gl. loquitur q̃n Papa in rescriptio se restringit ad certam summã , sm taxationẽ deci-
12 mæ. † Quid si simpliciter mandaret alicui prouideri de beneficio vsq; ad certã summam,an debeat attẽdi verus valor, id est quod in veritate singulis annis percipitur, an vero cõmunis taxatio ibi solita?certe,si quæstio ista referatur ad tex. idem erit dicendum,etiam cum simpliciter scribitur; quia in tex.non fit mentio de aliqua taxatione, sed loquitur cum simpliciter fit cõcessio decimæ,& tamen deciditur eam deberi secũdum æstimationem solitam;in beneficio tamen in titulum concesso forte aliud esset dicẽdum,cum debeat fieri stricta interpretatio,vt in capit.quamuis, de præben. libr. 6.& ideo deberet attendi verus valor;& hanc quæstionẽ, si
13 bene reminiscor,expresse tangunt domini de Rota, & credo tetigisse in capit.ad aures, de rescrip.† Quid autem si mãdatur conferri beneficium certę summæ ad certam monetam,& illa moneta non currit in illis partibus? vide hic glo. in verbo,consuetam,prope finem quæ notabiliter dicit , q̃d fiet comparatio monetæ ibi currentis,ad illam, quæ in literis exprimitur iuxta pondus,& consuetudinẽ cambij, quæ communiter esse solet; & non iuxta casualem charistiam, vel vilitatem,quæ propter casum accideret; quæ verba di-
14 ligenter nota ad similes quæstiones. † Solutio decimæ beneficiorum debet fieri non in ipsis rebus,sed in pecunia numerata,vide glo.in ver.moneta.iuncto tex. † Si plures monetę
15 currunt in loco,potest beneficiatus soluere decimã de qua moneta vult,dũmodo illa communiter currat;electio ergo est soluentis,vide bonam glo.in verbo,currentẽ .& valet ad aliàs quæstiones,& vide glo.fin.in c.2.de male. & de materia plene per Bar.in l.creditor.ff.de solu.& in c.olim. de censi. &
16 in c.quanto.de iureiu. † Quamquam libri,calices,& alia ornamenta diuinis officijs deputata capi non possint pro solutione decimæ,alij tamen libri,atque iocalia alijs vsib.deputa ta,capi poterunt,& distrahi.vide hic tex.à contrario , iuncta
17 gl.in verbo,deputata.† An nõ soluẽtes decimam beneficiorũ,prout tenẽtur;possint cõstringi per sęc ularem Potestatẽ vide gl.fi.hic,nisi contemnat censuram ecclesiasticam.

De regularibus & transeuntibus ad religionem. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio indistincte loquens,comprehendit omnes,etiam qui aliàs distinctione aliqua dignoscuntur.*
2 *Constitutio de masculis loquens, etiam pœnalis habet locum in fœminis.*
3 *Transiens de vno ordine ad alium,quib.casibus vocẽ in capitulo amittat;& ad dignitates inhabilis fiat.*
4 *Transiens de ordine mendicantium ad non mendicantes,an aliqua officia habere possit,& qualia.*
5 *Transiens de ordine mendicantium ad non mendicantes , authoritate etiam sedis apostolicæ,non cuitat pœnas huius clem.*
6 *Transiens de ordine mendicantium,ad non mendicantes,assumi non potest ad officium prædicandi.*
7 *Vicarius,licet vicarium substituere non possit , ex causa tamen potest ad modicum tempus ponere alium loco sui.*
8 *Decretum irritans , quibus casibus non operatur effectum suum indistincte.*
9 *Constitutio concilij seu Papæ,licet aliquid inhibeat cum clausula, quolibet priuilegio nõ obstãte;non tñ per hoc ligatur potestas Papæ, vel successoris, quo minus possit concedere priuilegium in contrarium.*
10 *Papa etiam cum concilio,non potest imponere legem Papæ.*

CAP. PRIMVM.

1 Vt professores. † Dispositio huius clemẽ.habet locum, etiã in his, qui fecerunt professionem infra 15. annum suæ ætatis , vel aliàs infra probationis annũ in monasterio mendicantiũ, & postea intraverunt ordinem non mendicantium;cum litera ista loquatur indistincte in principio sui,de quo vide hic per gl. 1.post
2 principium. † Constitutio istius clem.1.locum habet etiam in fœminis ordinum mendicantium , si transierunt ad non
3 mendicantes,vide hic glo.in verbo,quoslibet. † Si mendicans transit ad alium ordinem mendicantem;vel non mendicans transit ad mendicantem,seu non mendicantem, nõ habet locum hæc constitutio . solum ergo habet locum in vno de quatuor casibus,scilicet cum mendicans transit ad ordinem non mendicantium,vide hic tex. iuncta gl. in ver.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non mendicantium. Si quis de ordine mẽdicantium transiuit ante constitutionẽ ad ordinem non mẽdicãtium, licet ibi obtineret tẽpore huiusmodi constitutionis prioratum, vel aliquam administrationẽ, nõ tamen habere debuit post hãc constitutionem vocẽ in Capitulo, nisi forte fuisset in illo ordine principalis prælatus, hoc voluit gl. fm vnum intel
4 lectum in cle. 1. præalle. in verbo, inibi. † An is qui de ordine mẽdicãtium transiuit post hanc cõstitutionem ab ordinẽ non mẽdicantium, possit habere aliqua officia ibidem, quę nõ sunt subiecta ecclesiasticæ regulæ, sed cõsistunt in facto, vt officium œconomatus, &c. vide glo. super ver. officia, in principio, quæ videtur dubitare, nam de primis officijs nõ est dubium, q̃ ad illa extra monasterium assumi nõ possit,
5 vt in §. prioratus. † & no. q̃ procedit iste tex. etiam si autho-
6 ritate sedis apostolicæ transiuit, vt patet in tex. † Transiens de ordine mẽdicantium ad ordinem non mẽdicantiũ, nõ potest assumi ad officium, etiam prædicandi, vide hic gl. notabilẽ, in ver. officia. Et no. ex ipsius ratione, q̃ prædicare est officium curæ, competit. n. de iure communi solis curatis,
7 de quo vide cum gl. in clem. dudũ. de sepul. † Licet vicarius sustituere alium nõ possit in vicaria, ex causa tamen ad mo dicum tẽpus potest alium ponere loco sui, vide gl. hic, & re ne menti in ver. locum illorum. plenius per Archi. in c. per
8 lectis. 25. dist. & aliquid per gl. in clem. vna, de offi. vica. † Decretum irritans, nõ operatur effectum suum indistincte, illa enim cadũt in decretum, quæ sunt retractabilia, sunt enim quædam de officio curæ, quæ nõ possunt cadere in decretum, quia nõ sunt retractabilia, vt baptizare, eucharistiã dare, & his similia. Itẽ est in his, quæ consistunt in facto, & ne-
9 quecũt nõ fuisse, sicut prædicare, castaldia, & similia, vide gl. in verbo, irritum. & tene mẽti. † Licet cõstitutio cõcilij, seu Papæ, cũ approbatione cõcilij aliquid inhibeat cum clausu la, quouis priuilegio nõ obstante, nõ tamen per hoc ligatur Potestas Papæ, vel successoris, quo minus possit cõcedere priuilegium in cõtrarium, vide hic gl. notabilem in verbo,
10 priuilegio. quam singulariter no. † Ex qua habes, q̃ Papa ẽt cum concilio non potest imponere legem Papæ, & videtur probari in c. cum in cunctis, iuncto ca. innotuit, de elect. q̃ tamen limita, vt no. Spe. in tit. de leg. sub rub. de dispen. in §. tunc breuiter, prope fin.

SVMMARIVM.

1 *Habitus assumptio, vel delatio an, & quando tacitam inducat professionem.*
2 *Habitus delatio patenter distincti, vt in colore, scissura, vel forma, quãtocunq; tempore non inducit professionem.*
3 *Habitus delatio, quo professi, nouitij, & vitam communem cum eis gerentes, vtuntur, non inducit professionem in eo, qui in pupillari ætate illum assumpsit, quocunq; tempore deferatur in religione.*
4 *Habitus delatio extra religionem quantocunque tempore non inducit professionem.*
5 *Habitus etiam indistincti delatio, inducit intra annum post pubertatẽ professionem tacitam.*
6 *Habitus distincti latenter, puta per benedictionem. delatio, inducit per annum professionem in monasterio, in quo delatus est.*
7 *Habitus professorum assumptio, inducit professionem in genere, si triduo perseuerauit.*
8 *Professio tacite vel expresse facienda, exigit in masculo annum 14. in fœmina vero 12. nec sufficit malitia ad supplendam ætatem.*
9 *Annus, per quem causatur tacita professio, debet esse completus.*
10 *Per, ista dictio denotat perfectionem.*
11 *Habitus nouitiorum delatio per annum tacitam inducit professionem si post pubertatis annos quis portauerit.*

CAP. II.

1 IOs qui. † An, & quando assumptio, vel delatio habitus inducat professionẽ tacitam, vide hic plenissime per gl. 2. ex qua colligе aliquas conclusiones, quia propter lecturarum varietatem, videtur iniuenibus intricata. † Prima con-
2 clusio; delatio habitus patẽter distincti, vt in colore, scissura vel forma, quantocunq; tempore nõ inducit professionẽ, hoc probatur hic in fine literæ iuncta glo. sed maxime. in fi.
3 † Secunda cõclusio, delatio habitus indistinctissimi, per modũ de quo in c. 1. eod. ti. li. 6. vt, quia nõ solum professi, & nouitij illo vtuntur, sed etiam gerẽtes vitam communem cũ eis, nõ inducit professionem in eo, qui in pupillari ætate illũ assumpsit, quantocunq; tempore deferatur, vt probatur in d. c. 1. eod. ti. li. 6. nec hodie corrigitur per istum tex. vt no. hic gl. super verbo, portauerit. secus autẽ in eo, qui illum assumpsit in pubertate, inducit enim in eo tacitã professionẽ
4 post annum, vt probatur in d. c. 1. §. qui vero. † Tertia conclusio, delatio habitus extra religionẽ, quantocũq; tempore nõ inducit professionem, hoc voluit tacite iste tex. in verbo, in aliqua religione, &c. arg. sumpto per contrarium, &

SVMMARIVM.

1 *Monachorum habitus nigredo, quare fuerit inuenta.*
2 *Lectisternium quid designet.*
3 *Vestis superior monachorum habitui proxima, debet esse nigri bruni vel albi coloris.*
4 *Regula vnde dicatur.*
5 *Regnum vnde dicatur.*
6 *Monachi vnum, pluresve botones in veste proxima habitui, portare, non debent.*
7 *Sericũ omne prohibitũ est monachis, pro foderaturis, etiam vestium.*
8 *Consuetudo excusat monachos, si meliori panno vtuntur in vno monasterio, seu prouincia, quam in alia.*
9 *Abbas, prior, vel alius præsidens, quib. casib. teneantur portare floccũ cucullam, aut scapulare. & nu. 10.*
11 *Monachi non possunt vti scapulari sine cappa, nisi cum induuntur, ad seruiendum in diuinis.*
12 *Cuculla, flocus, cappa, & rotondellus quid sint.*
13 *Fideles non arctantur regulariter ad confitendum, & corpus Christi assumendum, nisi singulis annis, monachi vero singulis mensib.*
14 *Nouitiorum appellatione qui veniant.*
15 *Venationi, vel aucupationi non debent religiosi personaliter intendere, etiam si in eis habeant reditus.*
16 *Monasterio vacãte, vel abbate suspenso, beneficiorum collatio ad quẽ deuoluatur.*
17 *Monachis cuiuscunque habitus, & canonicis regularib. prohibitum est accedere ad curias principum sæcularium, absque speciali prælatoris licentia.*
18 *Abusiones 12. claustri, & 12. seculi, vide remiss.*
19 *Monachi, & canonici regulares intrantes curiam principum, animo damnificandi monasterium, vel prælatum, incurrunt excommunicationem, ex solo etiam accessu.*
20 *Monachi tenentes arma intra septa monasterij, sine abbatis, licentia, sunt ipso facto excommunicati.*
21 *Armorum appellatione quid veniat, tam in communi, quam stricte.*
22 *Arma in stricta significatione, restringuntur ad maiora, secundum subiectam materiam.*
23 *Dispositio loquens simpliciter de monachis, habet locum in omnib. tam nigris, quam albis, & reliquis.*
24 *Prior vt habeat in prioratu duos monachos, si reditus non sufficiant, non est necesse.*
25 *Prioratus non sufficiens priori, & socio potest vniri per ordinariũ loci.*
26 *Abbates, an possint vnire propria auctoritate ecclesias pleno iure sibi subiectas.*
27 *Abbates an possint præscribere potestatem vniendi ecclesias, & beneficia sibi subiecta.*

Mona-

18 *Monachos non posse habitare sine socio in capella, in quibus monachis habeat locum, & in quibus non.*
19 *Clericus secularis habens ecclesiam, debet habere clericum in minorib. à quo adiuuetur in diuinis.*
30 *Prioratum conuentualem non potest monachus obtinere, nisi 35. annum attigerit, & quid in non conuentuali curato, & non curato. numero. 31.*
32 *Prior ecclesiæ conuentualis, qui non facit se infra annum in sacerdotẽ promoueri, priuatur ipso facto.*
33 *Monachalem ordinem non professus, non potest præsici alicui prioratui regulari, vel administrationi.*
34 *Professus præfectus non debet stare in monasterio principali, sed in suo prioratu, seu administratione tenetur residere.*
35 *Monachus nedum simplex, sed etiam prior non potest se ad studium cõferre, sine sui abbatis licentia.*
36 *Monachus, si vltra iuris debitum grauatur à superiore suo, potest ad superiorem superioris supplicare, vel appellare.*
37 *Abbate negligente officium suum explere, etiam vt monachi in primitiuis scientijs instruantur, episcopus aut corrigere eum, aut supplere debet.*

CAP. PRIMVM.

1 NE in agro. Nigredo habitus monachorũ in signum mortificationis carnis, & vitiorum, fuit inuentus; sed vtinam hodie deficientib. meritis, non significet meritorũ & virtutum obfuscationem. vide hic glo. in ver. sacro. Constõ istius cle. hẽt locum in monachis nigris duntaxat, saluo q̃ no. ĩ in §. sane. & §. ga vero, cũ §. fe. Et potuit esse rõ, quia alij monachi, cõiter habent corpus, & caput maius, vt Cistercienses, Camaldulenses, & his similes. quo capite carent nigri monachi; aduerte, quia in cõtrariũ facit tex. post prin. ibi, nigri, bruni, vel albi coloris, &c. & sic aperte vr cõprehendere monachos ẽt albos. & facit, q̃ ĩ. no. in glo. in ver. albi. cogita. Vel dic, sequẽdo gl. q̃ tex. loquitur nõ de ipso habitu, sed veste proxima ipsi habitui, vt est tunica; quasi innuat, q̃ monachi nigri debent portare vestem proximam habitui de nigro, bruno, vel albo colore, vt colligi vr ex prin
ci. iuncto ver. Status. vel loquitur de superiori veste proxima habitui. i. scapulari. & tũc stat primũ dictum. & q̃ hoc dicto optime facit hic tex. in ver. si ẽt, q̃ clare loquitur de superiori
2 veste. † Lectisterniũ cõponitur à lecto, & à sterno, & ponitur pro lecto strato, & parato, & omni ipsius paramento. vide hic in ver. lectisternijs. † Vestis superior, monachorũ habitui proxima, dẽt esse nigri, bruni, vel albi coloris, iuxta mo
3 rem apud eos seruari solitum in regione, qua degunt. Et dr habitus flocus, cuculla, vel scapulare. Et no. cũ isti tres colores permittantur hic, alij oẽs vr̃ q̃ phibiti, q̃ multi nõ ponderant, q̃ ergo dicit reg. q̃ de colore non causentur monachi; non intendit, qd oĩb. coloribus possint vti. sed q̃ non causentur inter colores pmissos dicẽdo q̃ iste sit sanctior, & pulchrior, vel melior. hæc hic tex. post prin. in ver. statuimus. iun. gl. in ver. habitu. & in ver. albi, Et no. ex tex. & gl. q̃ si alij oẽs colores præter istos tres prohibentur monachis in veste habitui ꝓxima, fortius vr̃ prohibi quoad ipsum habitum principalem, & hoc aperte sentit præl. glo. in ver. albi.
4 † Regio regionis dr à rego regis, & est pat ria, quã Rex regit, & hẽt diminutiuũ, regiũcula quasi parua regio. vide hic gl. ĩ
5 ver. regione. † pugnũ dr clausa manus compactione digito
6 rũ; & dr à pugno, qui. n. vult pugnare stringit pugnũ, hoc po
nit gl. in ver. pugnum. † Monachi non debent portare vnũ, vel duos botones, seu plures in veste proxima habitui, vt hic in ver sic ẽt ipsa vestis &c. iun. gl. in ver. quomodolibet. Et aduerte, ga respectu vestis superioris, hoc est cucullæ, vel floci, hoc est indubitatũ; sed quoad tunicam põt dubitari, sed ẽt puto dicendũ, cũ illa portentur frequenter sub scapulari, & sic est habitui proxima. Et argu ẽdo à spali vr̃, q̃ in alijs vestimentis inferiorib. non sit eis prohibitum portare botones.
7 † Appellatione cẽdati, venit oẽ sericum, vide hic gl. in ver. cẽ datũ. & no. ex illa gl. iũcto tex. ĩ ver. ĩ vestib. q̃ nil de serico dẽt monachi portare in vestib. ꝓ foderaturis. Quod monasteriũ dr hre certum numerum monachorum, qñ talem numerũ hẽt, inclusõ ẽt prælato, vide hic tex. in ver. rursus. iuncta gl. in
8 ver. duodecim monachorũ. quã no. ga facit ad multa. Septũ dr à sepio sepis; & idẽ est q̃ clausura. vide gl. in ver. septa. † Cõ
fuetudo excusat monachos, si meliori panno vtũtur in monasterio; seu in vna prouincia, q̃ in alia. vide tex. in verbo, rursus, iuncta gl. notabili in verbo, cõsuetudo. quã gl. intelligo, dũmodo nimiũ nõ excedat regularis modestia in qualitate
9 panni. ar. huius tex. post princip. ante versic. si ẽt. † In monasterio, in quo fuerit congregatio duodecim monachorum, aut supra; abbas, prior, vel alius præsidens intra septa monasterij, portare debet flocum; in alijs autem monasterijs, vbi non est tanta congregatio, cuculla, cum vero abbates, priores, aut alios præsidentes, & monachos extra monasteria proficisci contigerit, flocum, cucullam, aut cappã clausam habeant; & subtus cappam, si eam portauerunt, cul cullam deferant, aut, si maluerint, scapulare. Et aduerte, quia licet sub cappa sit portãdum; ſaltem scapulare, sub floco, ve
10 cuculla, non, quasi illa sint habitus, sed non cappa. † Et dicitur cappa à capite, siue à capio capis, quia totũ capit hominem, non tamen habet caputiũ appẽsum, sicut cuculla, vel flocus; ideo portatur sub illa, scapulare. rotundelli tñ, q̃ nũc sunt in vsu, non sunt proprie cappæ. hæc voluit tex. iste in verbo, rursus, cum sequenti. iuncta glo. notab. in verbo, cappam. quam not. hæc procedunt regulariter. Sed cũ ad seruiẽ dum in diuinis officijs albis, vel sacris vestibus induentur, aut cũ occupabũr in operib. vti eis liceat abijcere scapulari. vt hic in versi. sequenti, qui incipit, cũ autem ad seruiẽdum.
11 & vide glo. in verbo, albi. † Ex quo textu. nota, q̃ secundum dispositionem huius clemen. monachi non possunt vti scapulari sine cappa, nisi cum induuntur ad seruiendum in diuinis officijs albis, aut vestibus sacris; seu cum occupantur in operibus, sed debent portare vestes, prout ĩ. dictum est.
12 † Et aduerte, quia nomine cucullę, venit habitus longus, & amplus manichas non habens, nomine vero floci intelligitur habitus habens longas, & amplas manichas, vt hic habetur in ver. verum. de cappa non habetur hic propria signi ficatio. gl. tamen sup. allegata ponit eam, vt distinctam à rotundello, & non declarat differentiam, puto q̃ de mente gl. fuerit, q̃ rotundellus dicatur mantellus longus, apertus tamen ante, sicut multi solẽt vti hodie, cappa vero est mantellus rotundus, cooperiens totum hominem, non apertus, si-
13 cut vtuntur hodie prælati. † Licet fideles non arctentur regulariter ad confitendum, & ad corpus Christi summendũ, nisi singulis annis; monachi tamen tenentur. singulis mensibus prout hic in versic. singulis. Et an hoc comprehendat etiam alios monachos non nigros, gl. præalleg. videtur dubitare, videtur tamen concludere honestum esse, quod
14 sic. † Appellatione nouitiorũ, veniũt nõ solum nouitij non professi, sed etiam professi nouiter receepti, nõ bene instructi in obseruantia regulari, seu diuinis officijs, hoc voluit hic gl. in ver. nouitijs. & istis nouitijs dẽt deputari fidelis instructor, &c. vt hic in ver. nouitijs. Not. differentiam inter venationem, & aucupationem. venatio fit ad bestias, & auccupatio ad aues, inde aucupator, auium captor, vide hic tex. in §. porro, in gl. in ver. venationibus. Canes ad custodiã apti, pos
sunt licite teneri intra monasterij septa; secꝰ de canib. & auibus venaticis &c. vide text. in §. porro. iuncta gl. in ver. venati
15 cos. † No. q̃ religiosi non debent intendere pſonaliter venationi, vel aucupationi; etiã si in his haberent reditus. vide tex. in d. §. porro. in ver. personalem. quem no. maxime in fi.
16 sui. vbi hr quid dicendum in clericis secularib. † Monasterio vacante, vel alis abbate suspẽso, beneficiorũ collatio, ad abbatem pertinẽs, non deuoluitur ad priorem clausꝰ alem, & capitulum monasterij, sed dẽt obseruari, q̃ hr in c. vno, ne se. va. lib. 6. vnde casus hic contentus est spãlis, & ad alios casus non extendendus vide hic bo. glo. in ver. si quis autem. in fi. in ver. vt præmittit. quã no. bene. Iustis & bonis, obseruantia regularis est suaue iugũ quib. est claustrũ, quasi aqua piscib. 6. q. 1. c. placuit. 2. Alijs est carcer, de sen. excõ. c. vt famæ. & ad vtrũq; 28. di. de his no. vide tex. in §. quia vero. iuncta gl. in verbo, suaui. Et dr iugum à iungo iungis, & sic solet vocari instrumentũ, quo boues iungũtur, vt no. hic in gl. seq. in
17 ver. iugo. † Constõ ista in §. vero, ligat monachos cuiuscũq; habitus, & canonicos regulares, ne accedant ad curiã principũ secꝰariũ, absq; spãli prælatorũ suorũ licẽtia. & c. Nec mirũ, cũ liget ẽt canonicos regulares. hoc voluit glo. in ver. canonici. Et hoc spãliter dixit gl. hic. ga ĩ. voluit constitutio nẽ istã nõ extendi regulariter; nisi ad monachos nigros, pp verba posita in principio, sed dic, vt ĩ. dixi latius. Monachi ad ministrationẽ habẽtes, põt impune ire ad curiã principum, cũ sepe eos ire oporteat pp causas suarũ administrationũ.
18 vide hic tex. iũcta gl in ver. nõ habẽtes. † Duodecim abusiones clausꝰ tri, & 12. abusiones seculi, vide no. hic p gl. in verb.
19 curias. & no. illã. † Monachi cuiuscũq; habitus, & canonici regulares intrãtes curiã principũ animo dãnificãdi monasteriũ, aut prælatũ, incidunt ipso facto in sniam excõicationis, siue habuerint à plato licẽtiã eũdi, siue nõ. Itẽ siue dãnifi cauerint, siue nõ, sufficit. n. animus cũ accessu, vide hic text.
20 iucta gl. in ver. ipso facto. † Monachi tenẽtes arma intra septa monasterij, sine licentia abbatũ suorũ, sunt ipso facto ex cõmunicati. tex. vnicus est hic in §. quia vero præfata quoq; Et no. quia punit tenentes. Si ergo monachi veniũt de foris ad claustrum cum armis non animo tenẽdi in claustro, nõ ligantur, nec etiam ex simplici delatione. hoc voluit hic glo.
21 in ver. tenentes. † Quid veniat appellatione armorum tam

Universidad de Deusto Biblioteca

in communi,quam stricte.vide hic gl.in verb.arma.quã no
ta,præcipue quoad duo.Primo,quatenus dicit,ꝙ stricte arma dicuntur,quib. defendimur; tela, quibus impugnamus
Inst.de pub.iud.§.item lex Cornelia.Secundo in eo,quod di
cit,ꝙ licet armorum appellatio sustes,& lapides cõprehendat, &cõẽ, ꝙ manu, & arcu mittitur, vt in prædicto §. item
22 lex.puta tñ gl.quod auctor non sic late intellexerit,sed solũ maiora,vt loricas,clypeos,lanceas,&c. † Ex qua singulariter
nõ.ꝙ armorũ appellatio, nõ capitur hic large indifferẽter,
sed secundum subiectã materiã restringitur ad maiora,&c.
23 †Quoties dispositio loquitur simpliciter de monachis, hẽt
locũ in oĩbus tam nigris,quam albis,& reliquis, vide tex.in
§.ad hęc iuncta gl.in ver.monachi.quam no.ideo cõcludit,
ꝙ iste §.ad hæc,habet locum in omnibus monachis,vt non
habitent singuli in administrationib.seu prioratib.&c.vt in
24 textu.† Non est necesse, vt prior hẽat in prioratu duos so
cios,si reditus non sufficiunt,sed satis est, ꝙ hẽat vnum, vi
de hic gl.in §.ad hæc.in verbo,duob.Si autem non sufficiũt,
25 priori,& socio,prouidebitur,vt in litera habetur. † Prioratus non sufficiens priori,& socio,poterit vniri per ordinarium loci,officijs mouasterij,ad quod pertinet, puta elimo
synaxiæ,sacristæ,cellariæ, & similib. vide hic tex. no. in §. ad
hæc,iuncta gl.in verbo,officijs.& dic, vt latius in tex. continetur,& in gl.in ver.assensũ.vbi habetur, an debeat interue
26 nire cõsensus abbatis,& Capituli ecclesiæ cathedralis.† Qđ
abbates non possunt propria auctoritate vnire ecclesias, ẽt
pleno iure sibi subiectas,glo.est hic singularis,in ver.ordinarios.Ego dubito eo casu quo essent pleno iure subiectæ. nã
tũc potest in illis exercere cpalia iurisdictionalia. vt no.glo.
singul.in clc.1.de reb.ec.nõ alie.& facit ꝙ plene dixi in c. fi
27 gnificasti.de foro cõpe.in lectura. † An aũt abbates possint
præscribere ptãtem vniẽdi ecclesias,seu beneficia sibi subie
cta,seu spectãtia ad collationẽ suam,vide hic gl.in ver. ordinarios,post principiũ,quæ ponit opiniones, & finaliter cõcludit,& bene,ꝙ sic,quia hoc est dignitatis, & iurisdictionis
nõ aũt ordinis,ad hoc c.accedentib.de excess. præla. & ꝙ
ibi no.gl.& in c.literas.de rest.spol. requiritur tamen titulus
28 cũ sit cõtra ius,nisi sit tanti tẽporis,de cuius initio,&c.vt in
gl.quã no.† Iura dicẽtia, ꝙ monachi nõ debẽt singulariter
habitare in capellis, sed debẽt ad minus hĩe quilibet vnum
socium,cũ quo possit aliquã stabilitatẽ claustri seruare, debet
intelligi in monachis claustralib.qui pñt ad libitũ abbatisad
claustrũ reuocari,secus aũt in monachis seu canonicis petuo institutis ad aliquã ecclesiam curatã, quia cum tales,
nullam habeãt amplius cum monasterio cõmunionẽ, 16.
q.1.c.ne pro cuiuslibet, nõ tenetur talis habere sociũ sui or
dinis,nec abbas illi sociũ dare tenetur, ex quo non est am
29 plius sub eius cura,vide hic gl.no.in ver. ad claustrũ, quam
tene mẽti,quia quotidie est in practica.† Clericus sæcularis
habẽs ecclesiam,debet habere seruitorẽ, puta clericum, in
minorib.qui eum adiuuet in diuinis,nõ autem tenetur habere socium,sicut monachus claustralis;vnde talis locus suf
ficere potuit presbytero,& seruitori,qui non sufficiat duobus monachis,vide hic bonam gl.in verbo,seruitutis. iũcto
30 tex.† Prioratum conuẽtualem,non põt monachus obtine
re,nisi 25.annũ attigerit.& dicitur conuẽtualis in quo sunt
plures collegialiter,nõ vt singuli.vt est hic tex. in §. cęterũ.
iuncta gl.in ver.conuẽtuales. Prioratum autem nõ conuẽtualem,habẽtem tamen curam animarum,si cura ipsa non
per se,sed per presbyterũ sęcularem exerceat,potest monachus habere postquam peregerit 30. annum, & non prius
Sed si cura exerceri debeat per priorẽ,debet attigisse 25.annum.de hoc est tex.hic,in §.cæterum.iuncta glo. no. in ver.
& si.dicit tamen prædicta gl.ꝙ licet ita cõditionaliter videa
tur loqui tex.nõ tamen videtur de mẽte, vt clausttralis exerceat curã per se,c.primo,de capel. mon.dic tu hoc dictũ ꝓcedere mero iure cõmuni inspecto, tamen ex cõsuetudine
31 põt clausttralis curã per se exercere.vt notãter volũt hic Do
ctores,& dixi in dicto ca.1.de capel.monacho.† Quid autẽ
si prioratus nõ est conuentualis,nec habet curam animarũ
tex.autem gl.non aperit hic.sed tu dic, vt plene scripsi in ca.
super inordinata.de præb.in c.quamquam, & c. licet cano.
de electionib.lib.6 locum nõ habeat in ecclesijs collegiatis,
& assumptis ad ipsarum regimen,vt eod.titu.c.statutum, li.
32 6.† In prioribus tamen conuentualibus,& religiosis,& ipso
rum priorib,locum habet,vt probatur hic in §. ad hæc.& vi
de glo.in verbo, istos. priuatur enim ipso facto prior etiam
ecclesiæ conuentualis, qui non facit se infra annum in sacerdotem promoueri, vt hic. † Non professus ordinem
33 monachalem, non potest præfici alicui prioratui regulari,
34 seu administrationi alicuius monasterij.† Et professus præfectus,non debet stare in monasterio principali, sed in ipso prioratu, seu administratione,tenetur facere residentiã,

quacunq; cõsuetudine nõ obstãte, nisi studiorũ,vel aliàs ra
tionabili causa ab huiusmodi residentia excusetur, tex. est
35 hic singularis,in §.sane prioratus.† Et no. ex illo, ꝙ nedum
simplex monachus, potest de sui abbatis licẽtia ad studium
se cõferre,vt in c.2.ne cler.vel mona.lib.6.sed ẽt prior qui a
liàs tenetur ad residẽtiã,vt hic. & idẽ die de abbate. A quo
aũt abbas dẽat habere licẽtiam,vide per Io.An. in d. c.2. &
in §.ad ampliationẽ,hic,prope finẽ,vbi ponit, ꝙ locũ habet
in quibuslibet monachis,& hoc propterversi.quilibet.tenetur ergo quilibet monachorũ se facere promoueri ad om
nes sacros ordines;ad monitionẽ sui abbatis,&c.vt in litera.
Et profecto mihi satis placet,vt iste tex.in totũ sibi vendicet
locũ in omnib.monachis cuiuscunq; habitus, quia eadem
est ratio in omnib.nec verba bene ponderata resistunt, tũ
quia nõ video,quare in parte habeat locum in omnib.& in
36 parte nõ.Et facit, ꝙ ibi dixi. † Si monachus vltra iuris debi
tũ à supiore suo grauatur,põt ex legitima cã ad supiorẽ su
pioris supplicare, vel appellare ad instar seruꝰ supplicãtis ꝑ
dñm.C.de preci.Impe.offe.l.1.de app.c.de priore.hoc voluit
37 gl in verbo,legitima. † Si Abbas nõ cõstituit magistrum in
monasterio,vt monachos instruat in primitiuis sciẽtijs,legi
tima cã nõ fusiitẽre, dẽt episcopus illũ ad hoc cogere, vel
ipsum illũ cõstituere:hoc voluit gl.hic,in ver.facultates. Ex
qua no.ꝙ abbate negligẽte explere officiũ suũ,dẽt episcopꝰ
supplere,modo prædicto.& facit,ꝙ leg.& no.in c. quãto,de
of.or.& de hoc dic,vt ibi generaliter legitur, & notatur.

SVMMARIVM.

1 *Celebris vnde dicatur.*
2 *Monialium monasteria, quomodo, quando, & per quos visitari debeant.*
3 *Visitatores impedientes,nisi moniti resipiscant, excommunicationem ipso facto incurrunt,& nu.25.*
4 *Exemptorum monasteriorum quot sint species,& à quib visitentur.*
5 *Monialium monasteria vbi subsunt alijs monasterijs monialium,quando,& per quos visitari debeant.*
6 *Monasteria singulis annis visitari,quomodo intelligatur.*
7 *Monasteria an visitari possint pluries,quam semel in anno,& quando, & in quib.habeat locum.*
8 *Monialium monasteria, prælati non visitantes singulis annis, peccant.*
9 *Capitula super quib. visitatores monasteriorum inquirunt, quomodo sint formanda.*
10 *Abbatissa,abbas;monialium,& monachorum appellatione includuntur.*
11 *Moniales an possint nutrire comam.*
12 *Moniales,etiam exemptæ,tenentur ad procurationem, quando visitantur.*
13 *Constitutio noua prouidens in certis casib.extenditur ad casus similes.*
14 *Abbatissæ quæ necessario benedicendæ sint, & quæ, & quando non.*
1 *Consuetudo legitimo tempore firmata, an, & quando à contraria obseruantia varietur,& liget.*
16 *Benedictio abbatissę est simplex,& quare,& quid hic importet.*
17 *Benedictio abbatissæ minus est, quam abbatis,& quib. dieb. vtraque benedictio dari debeat.*
18 *Benedictio abbatis,& abbatissæ,an iterabilis sit.*
19 *Abbatissa non potest eligi quæ fuit corrupta, & à Papa talis promota, benedici non debet.*
20 *Abbas non faciens se intra annum benedici, an cadat à iure suo, siue abbatissa.*
21 *Dispositum in abbatib.& monachis habet locũ in abbatissa,& monialib in his,quę congruere possunt,secus contra.*
22 *Clausula,sit contentus tali re,quid importet.*
23 *Ecclesia tam cathedralis,quam alia inferior suę diœcesis,potest dici ipsius episcopi.*
24 *Episcopo moniales visitanti, licet certus numerus personarum sit statutus,non tamen pro hoc procurandorum numerus statutus intelligitur restrictus.*

CAP. II.

1 ATendentes. † Celebris dicitur à cœlo, & ponitur pro sancto, pro so
lenni,pro festiuo,pro frequẽtato, vide glo. hic,in
2 ver.celebri.† Singula monialiũ monasteria, debẽt
singulis annis per ordinarios visitari,nõ exempta, proprias
exẽpta vero,quæ sedi apostolicæ immediate subsunt, aucto
ritate apostolica.exẽpta vero alia,per eos,quib.subsunt,tex.
3 est hic singularis iuncta gl.in verbo,ordinarijs.† Et impediẽ
tes ipsos visitatores,nisi moniti resipiscant,excõicationis sẽ
tentiam,ipso facto,incurrunt, vt hic in fi. ne singulariter &
4 optime probatur.† Monasteriorũ duæ sunt species. Aliqua
sunt ita exẽpta,ꝙ non recognoscunt superiorem,nisi Papã
. Aliqua sunt exempta,quia sunt de ordine exẽptorum sicut
monasteria ordinum Cisterci. Camaldunẽsium, & similia.
Ista vltima non visitat nec corrigit ordinarius loci, sed ab
bas,

bas,vel prior,cui subsunt:priora vero, quæ immediate subsunt Papæ, visitantur auctoritate apostolica per ordinariũ loci,& sic ordinarius loci in hoc est delegatus Papæ, per illa verba,authoritate apostolica.hoc voluit text. hic,iuncta, gl.
in verbo,alia.& iuncto tex.in c.cum aliquibus,de rescr.lib.6.
3 †Sed dubiũ est,quid si monasteria monialium subsunt alijs monasterijs monialium?dubium facit,quia maior prælata, non põt exire clausuram,vt in cap.vnico.eo.tit. lib.6. & per consequens non debet posse per se visitare;& sic loci ordinarius deberet supplere.Arch.hoc tractat in d.c.vnico.& tenet,ꝙ illa maior prælata,per se visitare nõ põt, sed cũ sit iuste impedita,visitabit per alium. 10.q.1.c.episcopum.facit de of.ordi.cap.si episcopus. lib.6. & secundum hoc cessabit ibi officium ordinarij,secundum glo.hic præl.in ver. alia.pro-
6 pe medium. † Quomodo intelligitur, ꝙ annis singulis monasteria visitẽtur,an sufficit.ꝙ in fi.vnius anni,& an in principio secundi?vide hic glo.in ver.annis singulis. quæ remittit
7 ad not.in c.singulis.in prin.de statu re. † An monasteria possint visitari pluries,quam semel in anno.vide hic gl.in verbo annis singulis.quæ dicit,ꝙ sic.per no.in c.mandamus.de of. arc.& in c.cum venerabilis.de censi.& hoc dicit indubitatũ
8 in nõ exemptis.Idẽ tamen putat in exemptis,cum hæc litera huic dicto non contradicat.& hoc no. † Peccãt prælati nõ visitãtes monasteria monialiũ,singulis annis,cũ eis hoc prę
cipiatur hic,per verbum debeant,quod importat necessitatem;licet aliquando sąpiat honestatem,sed illud est speciale.
& sic intelligitur c.1.de despon.imp. Ex hoc singulariter no.
istam gl.quæ quotidie solet allegari,ꝙ verbũ, debet, ex proprio significatu importat necessitatem.& idẽ Bar.in l.credi-
9 tores.C.de pig.vbi plenius per eum. † Capitula,super quib. inquirunt visitatores monasteriorũ,formauit Gul.in Spe.de inqui.§.nunc tractemus. ver. licet autem. ad quem remittit
10 hic gl.in ver.impendant.vbi vide. † Quod appellatione monialium includitur abbatissa glo.hic in ver.moniales.alleg.c.
fin.de simo.vbi appellatione monachorum, includitur ab-
11 bas.sed dic,vt ibi plenius notatur. † An moniales possint nutrire comam,an vero teneantur sibi crines præcidere, vide hic bonam glo.in ver.& cornutis, quæ primo per copulam tex.arguit,ꝙ sic.quia tex.,phibet comas cornutas; secus ergo si nõ sunt cornutæ.& hanc opi.tenuit Lau. 20.q.3.cap.2.
quia clericis,& nõ monialibus prohibentur comæ. glossator dicit,ꝙ apud nos,moniales communiter tondentur. & hoc putat plus monialib.expedire,vt deformato capite Deo viuant potius,q̃ crines poliendo humani generis hosti deser uiant,& hoc mihi plus placet.ar.rationis tex.c.duo sunt genera.12.q.1.& vide,ꝙ dixi in ca.clerici.de vita & hone. cleri.
12 † Moniales ẽt exemptæ,quæ visitantur per ordinarium auctoritate huius cõsti.tenẽtur ad procurationẽ, licet in text.
hic non dicatur; venit n.procuratio,tanq̃ annexa visitatio-
13 ni.vide hic bonam gl.in verbo,alia. † Ordinarij possunt coercere moniales,ẽt exemptas,nõ solũ vt desinant ab his,quę exprimuntur hic,sed etiam à similib.ar.c.translato. de cõst.
Ex quo no.ꝙ cõstitutio noua prouidens in certis casibus,
extenditur ad casus similes,facit optime ꝙ no.gl.in l.1. C. de
14 cond.inde.& tex.in c.cũ dilecta.de cõpr.vtil. † Nõ oẽs abbatissæ necessario benedictæ sunt,sed illæ duntaxat, q̃ ꝓficiuntur monasterijs,in quib.abbatissæ benedici solitæ sunt.Si autẽ aliquæ fuerint benedictæ,aliquæ nõ, tunc si de more seruato per 40.anno s patere posset,ille seruãdus est;licet prius
vel postea seruatũ sit ꝟriũ,ar.de ꝓb.c.cũ de beneficio. li.6.vi-
de tex.iũcta gl.in l.aliud.§.tpalis ff.de reg.iu. & ꝙ no. Io. An.
15 in c.fi.de cõsue. † Cõsuetudo.n.lã firmata debito tpe nõ variaᷓ,licet postea vel prius ꝟriũ sit seruatũ,nisi tãto tpe postea ꝟriũ fuerit seruatum,ꝙ legitime sit inducta ꝟria cõsuetudo,
vt ibi no.& hoc not.voluit gl.hic,vbi aũt negatiua, vel affirmatiua tãti tpis ,pbari nõ põt,cessat pœna hic appositа sup
bñdictione ꝓcipienda,quasi ex varia obseruatione videatur
illud volũtariũ,hoc no.vul.gl.in ver. solitę. Et ex hoc vlt. no.
ꝙ varia obseruãtia alicuius actus, nõ ligat ab obseruãtiam,
16 ex quo nõ est inducta cõsuetudo per spacium legitimi tẽporis. † Benedictio abbatissæ est simplex,non autẽ mista inter simplicẽ & ordinatoriã,sicut benedictio Abbatis,ꝙ pater ex eo,qa abbas benedictus,monachos benedicit.de supl.negli.prælа.c.1.& confert minores ordines,de ęta.& qua
li.c.cum cõtingit.& 59.dist.c.1.quæ abbatissa, extragillitate
17 sexus nõ facit.de pœ.& remiss.c.noua. cũ sim. † Et sic minus habet benedictio abbatissæ,quã abbatis.Ex hoc infertur,ꝙ licet benedictio abbatis,à quo pẽdet ordinandi potestas,his dieb.dari dẽat,quib.dãdus est ordo, ẽm Host. qui dicit hoc tutius in c.cũ contingat.de æta. & qual. de benedictione tũ abbatissæ,à qua prædicta potestas non dependet, non videtur dubium,quin quolibet die dari possit, & satis est illi, vel suis dependentibus certum tempus nõ esse præfixum. hæc notabiliter voluit hic glo.in ver.benedici.& de hac benedictione abbatis,vide ꝙ notatur in d.c.cum cõtingat. & in c.
tuam.nã aliqui voluerũt eam esse omnino simplicem,ꝙ ex priuilegio cõpetit abbati benedictio,vt possit minores ordines conferre nõ autẽ ex vi benedictionis. cõmuniter tamẽ tenetur,ꝙ hic notatur in gl.& forte propter prædicta, quia benedictio abbatissæ,est simplex. Nõ necessitatur quælibet abbatissa ad eam suscipiẽdã,sed si cõsuetudo monasterij dũ
18 taxat hoc habet.† An autẽ ista benedictio sit iterabilis?vide hic in gl.præal.quæ sentit,ꝙ iterari nõ debet, ad instar bene
19 dictionis nuptiarũ &c.† Corrupta non põt eligi in abbatissam,si tamẽ promoueretur per habẽtem potestatem, puta per Papam,nõ dẽt benedici,vt in c.iuuenculas. 20.q.1. hoc no.gl.hic,in ver.rationabilis.Et pro hoc ꝙ dixi de Papa,vide
20 ꝙ in simili no.gl.in cle.1.de elect. † An Abbas non faciẽs se benedici infra annum,cadat à iure suo,sicut de abbatissa cauetur hic?Solu.glo.hic in verbo,cecidisse. notabiliter dicit, quod non,quia hoc non exprimitur in eis, sed solum in abbatissa.licet.n.masculinum comprehendat fœminiñ,non tamen econtra.vt l.si ita scriptum.ff.de leg.2. hæc gl.præall.
quam nota singulariter,quia facit ad multa. Et primo not.
21 eam, quo ad principale dictum.† Secũdo, ꝙ dispositum in abbatib.& monachis habet locum in abbatissis, & monialibus,in his,quæ eis congruere possunt, secus econtra. vide
22 tamen ꝙ no.in l.2.seu fi.C.de indi.vidu.tol. † Quod ista verba,si quis cõtẽtus tali comitiua seu tali re,&c. intelliguntur negatiue,vt vltra nõ habeat,& hoc innuit verbum, contentus. ita no.gl.in verbo duob.quam no.† Quod tam ecclesia
23 cathedralis,quã alia inferior suæ diœcesis potest dici ipsius,
24 episcopi,vide hic tex.incta glo.in verbo,suæ.quam no.† Licet in ista cle.præfigatur episcopo seu ordinario certus numerus personarum in visitatione monialium, non tamen per hoc intelligitur restrictus numerus procurãdorum statutus,in c.cum apostolus. de censi. litera autem ista dẽt intelligi de numero intromittẽdor in Cap.tempore visitatio-
25 nis hoc voluit notanter hic gl.in verbo, contẽtos. † Nõ est locus pœnæ excommunicationis hic positæ contra impediẽtes volentes visitare monasteria monialium, nisi præcedat monitio,vt desistant ab illato impedimento,hoc voluit gl.in ver.impedire. quæ etiam quærit an requiratur monitio specialis,an vero sufficiat generalis,& non firmat.

De religiosis domibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Ordines Beati Francisci tres sunt.*
2 *Primus ordo Beati Francisci,est masculorum, qui omnia religionis substantialia profitentur.*
3 *Secundus ordo Beati Francisci est monialium sanctę Claræ, quæ licet omnia profiteantur;habent tamen proprium in communi.*
4 *Tertius ordo Beati Francisci est masculis & fœminis communis, promittentibus tantum obedientiam,& non regulam;sed quendam modum viuendi habere dicuntur.*
5 *Religionis tria substantialia non profitentes,non proprie regulares,neque stricte religiosi dicuntur.*
6 *Prædicare non licet fœminis,nec laicis maribus,nec clericis non curatis,vel priuilegiatis.*
7 *Prædicare an possint fœminæ, & laici masculi ex commissione habentium curam.*
8 *Humilitas,quid sit,vnde dicatur,& de tribus eius gradibus.*

CAP. PRIMVM.

1 CVm de quibus. † Tres sunt ordines
2 beati Francisci. † Primus masculorum,qui profitentur omnia substantialia religionis cuiuslibet ; & iste est strictissimus,de quo in clemen.exiui,de verbor.signifi.
3 † Secundus est sanctæ Claræ fororũ,quæ etiam profitentur illa substantialia;sed differunt à primo;quia istæ habẽt proprium in communi,quod nõ habet primus ordo minorũ.
4 † Tertius est ordo masculis & fœminis communis, in quo existentes,promittũt obedientiã,& habẽt quãdã regulã nõ proprie quoad tria substantialia, sed quendã modũ viuẽdi per sedem apostolicã approbatũ.Et hoc voluit gl.hic in ver. Obedientiã,q̃ solet quotidie allegari.Sed tu vide aliã plenio-
rem in cle.cũ ex eo.j.de sen.excom.quæ inter cætera dicit,
ꝙ iste tertius est pro viuentibus in coniugio;tñ ẽm modum
viuendi eis datum,abstinent certis diebus qualiber septima-
5 na à thoro. † Et no.ex prædictis,quod non profitentes tria substantialia,non dicuntur proprie habere regulã, sed quẽdam modum viuendi,& per consequens non dicuntur proprie regulares, nec etiam proprie & stricte religiosi. vt not.
6 super Rubrica.de regula.& hoc tene menti.† Nedum fœminis,& laicis maribus prædicare non licet, sed nec etiam cle-

ricis,qui nō sunt curati vel priuilegiati,arg.in c. cū ex iniun
cto,de hæret.iuncta cle.dudū,de sepul.vide hic gl.in ver.Præ
7 dicēt,& q no.gl.in cle. 1.c. reg.vbi aliquid tetigi. † An autē
laici masculi & fœminæ,possint p̄dicare ex commissione ha
8 bētium curam,vide q no.glo.in c.adijcimus.16.q.1.† Quid
sit humilitas,& vnde dicatur,& de trib.humilitatis gradib.vi
de hic bonam gl.in verbo,Humilitatis.

SVMMARIVM.

1 Occupatores & vsurpatores rerum ecclesiarum,& hospitalium, post sunt super illorum repetitione conueniri coram iudice ecclesiastico, & qua actione.
2 Hospitalium rectores,vltra victum,& vestitum,non possunt reditus, & fructus in vsus suos conuertere.
3 Papa solus quomodo & quando possit alterare vsum eorum, quæ per fideles locis ecclesiasticis & religiosis donata sunt.
4 Hospitalia religiosa ad alium,quam ad ordinarium pertinere non possunt,nisi fundator de consensu ipsius ordinarij hoc statuerit, vel consuetudine legitime præscripta fuerit inductum,& nu. 5.
6 Consuetudo vt inducatur contra ius alterius,requiritur titulus,quæ tamen potius præscriptio est.
7 Episcopi licet possint aliqua iura remittere ecclesiis vel hospitalibus,visitationem tamen,& correctionem à se ab dicare nequeunt.
8 Hospitalis præsidentis negligentiam episcopus supplere potest,& quib. mediis de tali negligentia constet.
9 Iniungo. & oportet,ista verba sapiunt præceptum.
10 Hospitalib.præfici possunt,non tamen in titulum,nedum clerici sæculares sed etiam laici,filios vel vxores habentes,nisi sint suspecti de dilapidatione.
11 Hospitalium rectores quales esse debeant,aliàs eorum electio est ipso iure nulla.num. 12.
13 Hospitalib. religiosi præfici non possunt, & quare.
14 Hospitalib.monasterio subiectis qui præfici debeant.
15 Hospitalia vt clericis sæcularib.in titulum conferantur, consuetudo nō valet,nisi in duob.casib.
16 Hospitalia rectorib.an in perpetuum,an quandiu placuerit, committi possint.
17 Rectores hospitalium ad instar tutorum, & curatorum, quæ præstare teneantur.
18 Tutores & curatores qualia iuramenta præstent.
19 Rectores hospitalium an teneantur satisdare, remissiuè.
20 Inuentarium non solum de rebus mobilibus, sed etiam immobilibus debet confici.
21 Rectores hospitalium an teneantur reddere rōnem etiam non petitam.
22 Prouisio facta clericis de hospitalibus in beneficium,est ipso iure nulla.
23 Hospitalia militarium ordinum & aliorum religiosorum à quibus sint exempta,& à quib.non.
24 Consuetudine in hospitalib.si qua introducta fuerint,seruari debent,& ea cessante,rediguntur sub parochia,in qua sita sunt.
25 Hospitale vt sit religiosum & perpetuum, altareque & cœmiterium habeat,requiritur auctoritas episcopi.
26 Hospitale sine auctoritate episcopi ædificatum,religiosum non est, imo potest erectorem quandocunque pœnitere.

CAP. II.

25 quod habetur. j. quęst. 1. capit. ipsi sacerdotes. † An liceat in oratione aliquid petere in specie, & nũquid liceat petere tẽporalia? Ad primum licet Valerius lib. 6. c. 2. referat Socratẽ quasi quoddam humanæ sapientiæ terrestre oraculũ. Nihil vltra petendũ à dijs immortalibus arbitrari, quã vt bona tribuerent; tamen vt inquit gl. præall. in 6. quæstio. patet ex oratione dominica, quod ẽt aliquid determinatiue petere possumus, vnde August. ad Probã, dicit, quod demum id licet desiderare, dicens, quod oratio dominica ostendit, etiam tẽporalia à Deo peti posse. dum dicit panẽ nostrum quotidianum &c. vnde tenẽt theologi, quod temporalia à Deo orãdo petere possumus, non vt cõstituamus in illis spem, sed vt fiant adminicula beatitudinis cõsequendę, vt deseruiant ad sustentationẽ vitæ corporalis exercẽdæ ad actus virtuosos.
26 facit. 1. q. 2. c. si qs obiecerit, & hęc no. † Modus orandi requirit humilitatem corporis, cordis deuotionẽ attentionem & breuiloquium, de primo, ecclesiastic. 3. 5. ibi Oratio humilitatis penetrat nubes. de secundo ait Aug. Quid prodest strepitus labiorum, si mutũ est cor. de tertio patet, de conse. di. 5. c. nunquam, in princ. & Cyprianus, Nil aliud cogitet aliquis quam id solum quod precatur, de consecra. dist. 1. c. qui autem, & dicit Grego. illã orationẽ Deus nõ audit, cui ille, qui orat, non attendit. dicunt tamẽ theologi hoc intelligendũ, quando attentio nullo modo cõiungit; nõ enim requiritur quod attẽtio sẽper maneat in oratione per actus essentiam, vnde Psal. 22. Cormeum dereliquit me, satis est enim, quod maneat per virtutem, quod est, qñ cum bona intentione quis ad orationẽ accedit. & si in prosecutione mẽs ad aliud rapiatur semper enim primę virtus permanet, nisi tanta sit auocatio, q̃ attẽtio oĩno depereat, & hæc no. quæ vide hic latius per gl. in 6. quæstio. de quarto habetur Matthæi. vi. Cũ oraueritis, nolite multũ loqui, &c. facit de consec. di. 5. c. nõ mediocriter. Non tamen putes secundum gl. præall breuiloquium esse de necessitate orationis. Nam oratio, nõ solum secundum suam causam, quæ est deliderium charitatis, sed etiam in seipsa potest esse diuturna; nam, & de Christo legimus, quod pernoctauit orando, Lucę 6. Item dicitur, quod prolixius orauit, Lucæ. 22. Item dr; Lucæ. 28. in prin. Oportet semper orare, & non deficere. facit 77. di. c. nosse. ibi orationibus pernoctanter insistetimus. sed quia, vt dicit Aug. ad Probã, Multum loqui in orando, est rem necessariã superfluis agere verbis, cum plerunque hoc negotium plus gemitibus, quã sermonibus agas ideo monemur ad breuiloquiũ nam vt dicunt sancti. Frequens esse debet, & breuis oratio, ne immoratibus vobis, aliud cordi vestro ingerat inimicus,
27 & hoc no. bene. † Videtur quibusdam, quod oratio debeat fieri ad Orientem, sed cum Deus sit vbique, ad omnem partem possumus eũ orare, æque tamũ oramus, & sacrificium missæ facimus versus Orientem, de hoc 11. dist. cap. ecclesiarum, & vide de hoc articulo bonum tex. & hic per gl. præall.
28 sub 11. quæst. † De orationis effectu, vide plura hic per gl. præalle. in vlt. quæstio. quæ inter cętera dicit, quod orationis effectum sumus in Italia nuper experti, quando enim cũ versibus illis, Exurgat Deus, &c. cępit ecclesia orare, perẽpti, exenuati, & exterminati sunt quasi subito, qui censura ecclesiastica, & armis bellicis iam dudum morari non poterant. benefacit 32. dist. ca. vlt. vbi dicitur, quod orante Moyse, populus vincebat, vincebatur cũ dimittebat, & Imperator Theodosius senior suis orationibus miraculosam victoriam contra Eugenium, & Arbogestem obtinuit, quorum exercitus

iacula

Universidad de Deusto
Biblioteca

iacula vehementissimus ventus retorquebat in ipsos, & iacula partis Theodosij cum maiori fortitudine vltra mensuram humani ictus, impingebãtur in illos, & longe latius, dic, vt habetur in præalle. vlt. quæst. & in remissionibus in ea cõtentis, & inter alia no. vnum dictum Bern. in lib. meditationũ. Ex duobus vnũ indubitanter sperare debemus, vt dabit nobis quod petimus, aut quod nouit esse nobis vtilius. Itẽ no. dictum Hier. super Math. 16. ibi. ſ. Hoc genus demoniorum, nõ ejicitur nisi in oratione, & ieiunio, vbi sic dicit. Nõ sanat oculum, q̃ sanat calcaneum; ieiunio sanantur pestes corporis, oratione vero sanantur pestes mentis. †Nota. gl. hic in verbo, confessis, nam in eo quod tex. dat indulgentias vere pœnitentibus, & confessis, diffiniendo quod aliquis sit vere pœnitens, & confessus, dicit hæc verba. Quis est hic, & laudabimus eum, ecclesiasti. 31. has ergo remissiones, quibus pauci participant, amare interpretari non decet, nec expedit, vt dixi de pœni. & remiss. c. quod autem. †Ad hoc vt quis gaudeat indulgentijs in isto tex. concessis, nõ sufficit interesse horis extra ecclesiam, etiam si dicantur in priuato oratorio, cum tex. bis faciat mentionem de ecclesia, vide hic gl. propefinem in verbo in ecclesia.

De immunitate ecclesiarum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest suam, vel sui prædecessoris constitutionẽ reuocare, & illã habere pro infecta.*
2 *Excommunicatus ex viribus constitutionis reuocatæ, quæ habita est pro infecta, absolutione non indiget.*

CAP. VNICVM.

1 QVoniam. †Papa potest suam vel sui prædecessoris cõstitutionem reuocare, & illam habere pro infecta, vt est hic tex. in ver. Nos. & per hunc text. putat hic gl. in verbo
2 pro infectis, quæ reputatur singularis, †quod ex communicatus ex viribus constitutionis reuocatæ, quæ habita est pro infecta, prout hic contingit, absolutione non indiget, ex hoc etiam dicit perpendendum, quanta est Papæ potestas circa illa quæ sunt simpliciter de iure positiuo, q̃a illa reuocare põt, vt ex tunc, & tene semper menti istam gl.

LIBER QVARTVS.

De consanguinitate, & affinitate. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Monialis, religiosus, & clericus in sacris, impune contrahunt matrimonium, si cum Papæ dispensatione hoc faciunt.*
2 *Ignorantia iuris non excusat, quominus attentans factum excommunicationis pœnã damnatum, incidat in ipsam excommunicationem.*
3 *Constitutio excommunicans scienter cõtrahentem matrimonium, solus sciens, altero in probabili ignorantia existente, incidit in excommunicationem.*
4 *Constitutio puniens scienter contrahentem, non ligat eum, qui ignoranter contraxit, licet post factum certificatus parmanserit in contractu.*
5 *Matrimonium, metu in constantem virum cadente contrahentes, in casibus prohibitis, non incidunt in excommunicationem, quia matrimonium est nullum ex defectu consensus.*
6 *Publicæ honestatis iustitia nõ oritur ex matrimonio p̃ metũ cõtracto.*
7 *Constitutio pœnam ipso facto imponens contra exercẽtem aliquid, quod de iure tenere potest, non habet locum pœna, si actus aliquo facto non tenuit.*
8 *Matrimonio inter aliquos prohibito, videntur prohibita etiam sponsalia, pœna tamen apposita contrahenti matrimonium, non extenditur ad contrahentem sponsalia.*
9 *Religiosorum appellatione, etiam in materia penali, veniunt omnes tacite, & expresse professi, etiam si non obligentur religioni in specie, sed in genere tantum.*
10 *Communicans alicui in eo actu, pro quo excommunicationem tunc incurrit, an incidat cum illo in excommunicationem.*
11 *Pœna apposita vni ex correlatiuis, an videatur apposita alteri, licet de altero nil dicatur in constitutione.*
12 *Statutum puniens vendentem granum in ciuitate, videtur punire etiã emptorem, quia sunt correlatiua.*
13 *Dubitationis causa quæ dicuntur, iuris dispositionem non immutant.*

CAP. VNICVM.

1 IOs. †Monialis, religiosus, & clericus in sacris, impune contrahũt matrimonia, si cũ Papæ dispensatione hoc faciunt, & cuitat ẽt culpã, vide hic gl. j. in fi. sed illã intellige, vt no. in c. cum ad monasteriũ, de sta. reg. per doct. & per Io. An.
2 in reg. semel Deo dicatũ, ī Mercuria. † Ignorãtia iuris, nõ excusat, quominus attentans factũ damnatũ, & prohibitũ sub excõicationis pœna, incidat in ipsam excõicationem, arg. regu. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. & hoc voluit gl. hic in verbo sciẽter, & hoc puto verũ, nisi sit ius dubiũ. de quo ẽt iurispe riti merito dubitarent, ar. in l. regula, ff. de iur. & fac. igno. iũcto ca. 2. de consti. li. 6. †Si constitutio excõicat, seu aliter pu
3 nit contrahẽtes matrimoniũ, vel quid simile, & vnus cõtrahentiũ scienter contrauenit, reliquo vero existẽte in ignorantia probabili, solus sciens incidit in excõicationẽ, seu pœnã, 34. q. 1. c. in lectum, firmat gl. hic in verbo, Scienter, post
4 prin. †Si constitutio punit scienter contrahẽtem, non ligat eũ, qui ignoranter contraxit, licet post factum certificatus permanserit in contractu, vide hic glo. no. in verbo, Scienter in ver. sed quid si contraxit, concordat gl. no. in c. decreuit,
5 de hære, lib. 6. in fi. † Contrahentes matrimonium per metũ in virum constantem cadentem, in casibus hic prohibitis, non incidũt in excõicationẽ; quia matrimonium est nullũ ex defectu consensus, per c. cum locum, de sponsa. hoc voluit in effectu gl. hic, super verbo, matrimonialiter, quam singulariter no. quia clare vult, quod matrimonium per metũ contractum sit ipso iure nullum, & vide quod plenius dixi
6 in d. c. cum locum. † Secundo singulariter ex eadem no. q̃ ex tali matrimonio per metum cõtracto, non oritur publicæ honestatis iustitia, alleg. c. vnicum, de sponsa. lib. 6. quasi
7 deficiat hoc casu consensus, & hic habet locũ ille tex. † Item collige subtiliter tertium, quod vbi ius imponit pœnam ipso facto contra exercentem aliquid, quod de iure tenere potest, non habet locum pœna, si actus aliquo facto nõ tenuit.
8 † Prohibito inter aliquos matrimonio, videntur prohibita etiam sponsalia, per l. oratio. ff. de sponsa. pœna tamen apposita contrahente matrimoniũ non extenditur ad contrahẽtem sponsalia, quia pœna non debet extendi, hoc voluit singulariter gl. hic in verbo matrimonialiter, post fiũ mediũ, & facit quod in fi. no. Io. And. in cap. dispendia, de referip. lib. 6. sed in contrarium facit glos. no. in cap. 1. de postula. prælat. in fi. & vide quod ibi dixi, & hæc tene menti in materia ex-
9 tensionis. † Appellatione religiosorũ, etiã in materia pœnali veniunt omnes tacite, & expresse professi religionẽ aliquã approbatam, etiam si non obligẽt illi religioni in specie, sed religioni in genere, exemplum in c. nõ solũ, & ca. seq. de reg. li. 6. hoc nota voluit gl. hic, in verbo, religiosos, quã no. & vi-
10 de qđ dixi in cle. j. de rerũ do. † An cõmunicans alicui in eo actu, pro quo excõicationem incurrit, incidat cũ illo in excõicationẽ? vide hic gl. in verbo. Et moniales, quæ primo per istum tex. argũit quod non, quia primo excõicat contrahentem matrimonium cum moniali, & postea excõmunicat specifice ipsam monialem contrahentem; ergo non incurrebat excõmunicationem, contrahendo cum illo, qui incurrit excommunicationẽ propter cõtractum matrimonium, de hoc tamen gl. remittit ad notata in cap. cõtingit, infra, de sen. exc. vbi de hoc satis plene. Secũdo dicit, quod volens tenere contrarium, posset ad tex. istũ respondere, quod voluit punire seu excommunicare mulierem eo casu, quo cõtrahens cũ eo non foret excõmunicatus, puta quia ignorabat illam esse monialem, dic tamen quod hoc, nimis text.
restringit; & dictum de quæstione principali, vt no. in dicto
11 ca. contingit, & tex. iste satis bene facit pro dicto priori. † An pœna apposita vni ex correlatiuis, videatur apposita alteri, licet de altero nihil dicatur in cõstitutione, seu dispositione? gl. hic nõ tãgit, sed iudicio meo iste text. plurimũ facit, quod non. Nam si contrariũ esset verũ, non fuisset necessitas, specifice excõicare ipsas moniales; satis enim erat excõicasse, cõtrahentes cum eis, sed in contrarium facit tex. in l. vna. C. de cupres. li. 10. & quod ibi no. per Barto. & per eundem, in
12 l. 2. seu fi. C. de indicta vidu. tol. vbi firmat istud ẽriũ, vnde p tex. illius l. vnicę, † dicit, quod si statutum punit vendentem granum in ciuitate, videtur punire eriam emptorem, quia
13 ista sunt correlatiua; non enim potest esse venditor sine emptore. † Ad istũ tex. posset respondẽri, q̃ hic expressit de monialibus, causa dubitationis tollendę; cum istud dictum nõ sit sine dubio, & ea, quę dubitationis causa dicũtur iuris dispositionem non immutant, l. qui mutuam, ff. man.

LIBER QVINTVS.

De magistris. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Perpeti, idem est quod valde pati.*
2 *Per liberum arbitrium nemo potest saluari, sed oportet quod gratia Dei infundatur.*
3 *Gratia Dei est duplex, videlicet operans, et cooperans, & de vtriusque effectu.*

Posses-

4 *Possessiones an duæ sint differentes specie, an vna diuersificata per accidentia.*
5 *Admodum, idem est quod valde.*
6 *Bononia vnde dicta sit, & à quo tempore & Imperatore habuit studium.*
7 *Iudæi non habent specialem linguam in vulgari, nam ea euanuit.*

CAP. PRIMVM.

1 PNter. †Perpeti est infinitũ huius verbi perpetior, & ponitur p̃ diu tolerare, vel valde pati, quãdoque aũt cum ũgitur cũ verbo
2 cura, ponitur pro perpetua, continua, & assidua &c. vide hic gl, in verbo Perpeti. †Mediãte gratia Dei, cognoscit homo, quid agẽdũ, vitandũue sit, & adiuuat ad bonum faciendum, de consecra. dist. 4. ca. gratia, & in tribus vltimis capitulis eiusdem dist. & præsertim vide tu vltra gl. hic bonũ tex. cum gl. in dicto cap. fin. vbi colligitur quod per liberũ arbitriũ nemo põt saluari, sed oportet quod gratia Dei infundatur, & scias quod circa istam gratiã duplex
3 reperitur opin. †Nam quidam dicunt, quod hæc gratia est videlicet operans, & cooperãs. Prima præparat hominis voluntatem, vt velit bonum. Secunda adiuuat, ne illa voluntas ad bonum, frustretur. Alij vero dicũt, quod vnica est gratia operãs; & cooperans, sed per diuersos effectus distinguitur, in verbo gratia enim, quę parat hominis volũtatem ad bonum. cum non sit ociosa, vt augeatur, & aucta perficiatur,
4 coadiuuat ne frustra velit, sed producatur ad opus. †Similis altercatio est inter legistas, an sint duæ possessiones differentes specie, an vna tantũ diuersificata per accidentia, de qua satis per gl. & Bar. in l. 2. ff. de acquir. possessio. & Din. in reg. sine possessione, de reg. iur. in. li. 6. & hæc in effectu voluit gl. in verbo, cooperante, & vide de hac gratia, quod no. Io. An.
5 in cap. gratia, de commoda. & hæc no. †Admodum, idẽ est, quod valde, vt hic, iuncta gl. in verbo Admodum, & concor.
6 cle. Romani, ver, non itaque, de iureiur. † Bononia dr̃ quasi bona super omnia, vel bonorũ notitia, nimis amabilis. hoc voluit gl. hic in verbo Bononiensi. & vide ad idem, quod nota. gl. iuris ciuilis in l. vnica, C. de profe. qui in vrbe Constan. li. 6. & subiungit gl. hic quod Bononia habuit studiũ à Theodosio Imperatore currentibus annis, Domini 452. vnde studium Bononiense est longe vetustius quam studium Romanæ curiæ, quod habuit priuilegium, tempore Inn. 4. vt decr.
7 2. de priuil. lib. 6. † Iudæi non habent specialem linguam in vulgari, euanuit enim ipsorum lingua vulgaris. vide gloss. in verbo, Hæbraice.

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus, & magistratus ponuntur, vt diuersa.*
2 *Doctores dicuntur in iure canonico, vel ciuili; in theologia dicũtur magistri, & idem in artibus.*
3 *Magister vnde dicatur.*
4 *Doctoratus honorem quis sine peccato in qualibet scientia, si sit dignus, postulat, indigno autem est peccatum præsumptionis.*
5 *Doctoratus est honor, merito debet inter alios honorari.*
6 *Doctoratus insignia quæ sint apud exteras nationes, & quæ apud nos, quæ tamen non sunt de substantia Doctoratus.*
7 *Doctoratus honorem cancellarius studij, solo verbo tribuit post examinationem per Doctores factam, qui testes peritiæ illius, non autem iudices sunt.*
8 *Scientiã imperfectum sicut aliquando supplet perfectio charitatis, ita nonnunquam imperfectum scientię in scholaribus Doctoratus supplet perfectio expensarum.*
9 *Doctorandus non debet in suo Doctoratu expendere vltra 500. libras Bonon. aliàs incidit in periurium.*
10 *Examinis priuati expensæ factæ à Doctorando, non includuntur in summa taxata in doctoratu.*
11 *Examinis priuati appellatione, non comprehenditur Doctoratus, tanquam pars eius, quod facit ad statuta.*
12 *Cancellarius studij si incidit in suspensionis pœnam ad sex menses, quia non detulit iuramentum prout cauetur, & durante semestri iterum incidat in eandem pœnam, secundum semestre incipit currere immediate à tempore secundi excessus, fallit si actus fuerit nullus.*
13 *Cancellario studij suspenso à collatione Doctorati, an teneat ipsa Doctoratus collatio.*
14 *Character non imprimitur per Doctoratum.*
15 *Doctoratus honorem quis habeat conferre, & an consuetudine immemorabili studium publicum possit habere.*
16 *Doctoratum an aliqui conferre possint de iure communi.*
17 *Doctorandi potestas ad quem pertineat, suspenso, vel mortuo eo, ad quẽ in illo loco pertinebat.*
18 *Suspenso officiali illius, ad quem spectat dare licẽtiam, seu Doctoratum, an sit suspensus ipse principalis.*
19 *Et delicto commisso, per vicarium in officio mandato, non venit puniẽdus principalis committens.*

CAP. II.

1 QVm sit. †Not. qđ doctoratus & magistratus ponuntur hic in tex. vt diuersa, & dicunt quidam, vt refert hic gl. in verbo doctoratus,
2 †quod doctores de iure cano. vel ciuili dicuntur; in theologia autem dicũtur magistri, & idem in artibus. & dicit hic gl. præall. quod hoc apud Italicos recipitur, sed vltramontani communiter vocant magistros, nec secũdum gl. debet alicui hæc denũciatio fore molesta, cum Christus sic à discipulis vocari voluerit. Io. 3. qđ ipse acceptabat. Ioa. 12. dicẽs, Vos vocatis me magister, & domine, & bene dictis
3 sum etenim. †Et dr̃ magister, quasi maior in statione; sicut minister, quasi minor ibidem. dicitur etiam à monendo, vel à monstrando, de his remittit hic gl. ad Hostien. in sum. eod. ti. 5. j. vide tu de hoc vltimo tex. in l. gbus præcipua. ff. de ver. signifi. vbi probatur maxime iuncta gl. quod hoc verbũ magister, conuenit etiam omnibus cuiuslibet disciplinæ præce
4 ptoribus, & ibi latius. †Doctoratus honorẽ quis sine pecca to in qualibet scientia, si sit dignus, postulat; quia per hoc petit oportunitatem communicãdi quod habet, quod est laudabile, & ad charitatem pertinens, facit 18. q. j. ca. in scripturis. indigno autẽ est peccatum præsumptionis, de quo per Arch. 48. dist. c. j. & hoc ponit hic gl. no. in verbo honorem,
5 & no. ex hoc, & ex tex. †q̃ doctoratus, est honor, & sic per doctoratum cõsequitur quis honorẽ, merito debet inter alios honorari, facit qđ legitur. & no in l. ad personas egregias. ff. de iureiur. & põdera, quod non appellatur dignitas. de quo videtur Bart. dubitasse, & plene per eum in l. ex eo. ff. de testa. mi. aliquid in prooemio C. & in l. fi. C. de iud. vide tex. in cap.
6 quãto, de magistr. quod ibi dixi. †Insignia doctoratus, apud aliquos sunt cathedra & biretum. apud alios vero liber, annulus, osculum, supple & biretum, vide hic tex. iuncta glo. in verbo, Insignia, dic tamen quod ista insignia nõ sunt de substantia Doctoratus, ad hoc. l. magistros, & in l. sicut. C de profes. & medi. lib. 10 sed sicut calcaria deaurata, & ensis dari solent militibus in signum militiæ, ita prędicta Doctoribus in
7 signum Doctoratus, †Cancellarius. n. loco principis tribuit hodie Doctoratus honorem solo verbo, post examinationẽ factam per Doctores, qui sunt testes peritię illius, non autẽ iudices seu superiores, vt no. per Bar. in prooe. ff. facit dicta. l. magistros. & vide ad materiam quod plene scripsi in c. pro-
8 posuisti. de prob. †Sicut quandoque imperfectum scientiæ, supplet perfectio charitatis, de renũ. c. nisi. §. pro defectu. sic & quandoque imperfectum scientię, supplet perfectio expẽsarũ. vide hic gl. in verbo, Excedũt, & arbitror q̃ gl. loquatur in hoc derisiue, notãdo quosdã scholasticos min⁹ eruditos petentes hũc honorem, qui largitate sumptuum conantur
9 supplere & tegere defectum literaturæ. † Non debet quis in suo Doctoratu vel magistratu vltra quingentas libras Bononenorũ paruorũ expẽdere, quę faciũt ducẽtos & quinquaginta florenos de camera. & in hoc plerique nobiles excedent, sed caueãt à periurio; cũ iurẽt nõ excedere summã hic taxatam, scilicet triũ miliũ turonensiũ argentorũ, qui faciũt fm monetam nostram summã prædictam. de quo vide glo.
10 hic, in verbo, argenteorum. † Dic tñ quod expensæ priuati examinis in summa prædicta nõ includuntur, vt nõ. glo. in
11 verbo Doctoratum. Ex qua iuncto tex. no. †quod appellatione Doctoratus, non comprehenditur examen priuatum, ẽt tanquã pars Doctoratus. quod not. quia facit ad statuta mẽtionem facientia de Doctoratu. vnde si statuto cauetur, vt quis, puta rector, dẽat gratis Doctorari, nõ includitur examẽ. facit quod de hac materia no. Bart. in l. vna C. de athle. li.
12 10. †Si casu aliquo cancellarius studij incidit in suspẽtionis pœnam ad sex menses, quia non detulit iuramentum, prout hic cauetur, & durante semestre iterũ incidit in eandem pœnam; secundum semestre incipit currere immediate à tempore secundi excessus, non autem expectabitur finis primi semestris. hoc voluit nota. gl. hic, in verbo, Sequentes: quam no. quia facit ad multas similes quæst. & plenius de hoc no. p Io. An. in ca. cum in cũctis de electio. Aduerte, hæc quęstio satis procedit in casu, quo Doctoratus collatio tenuit ſcda vice, quia tunc indubitanter incidit in pœnam. sed dubiũ est, quid si non tenuit, puta quia fuit habita à notorie suspenso, vt infra subijcitur, nunquid incidat iterum in pœnã, ex quo actus fuit nullus; quia verũ est dicere, quod nõ contulit Doctoratum, facit gl. no. in cle. vna, supra de cõsangui. & affi. qđ no. sicut non incidunt in pœnam cõtrahentes matrimoniũ per metum cum consanguinea &c. quia matrimoniũ non
13 tenuit, cogita bene. † An cancellario suspenso à collatione Doctoratus, teneat ipsa Doctoratus collatio. vide hic glo. in verbo, Sequenti, quæ concludendo distinguit, quod aut suspensio est occulta, & tenet. argum. in capitu. ad probandũ, de re iud. aut est publica; & tunc secus, vt in d. capitu. ad probandum.

bandum.non enim in his imprimitur character, merito inducitur ex toto nullitas vigore suspensionis; & sic oportebit,quod iterum talis doctoretur. † & nota bene quod per
14 doctoratum non imprimitur character.est.n.secundum gl. prælleg.quædam auctorizatio, & declaratio, quæ declarat illum dignum ad officiū doctrinæ; & dat authoritatē vt doceat,quæ verba no.diligenter. habes.n.ex his, diffinitionem doctoratus.& puto quod non imprimitur character, strictē & propriè,sicut per collationem ordinū,sed largo modo potest dici, q imprimatur ad instar militis armaræ militiæ,vt probatur de milite.in c.quod quidam.1.q.1. prope finem.& Doctores sunt quasi milites. l.aduocati. C. de aduo.
15 diuer.iud. † Quis habeat ꝓferre honorē doctoratus seu magisterij,vide hic bonā gl.scilicet si. quę dicit, quod aliqui cōferunt authoritate apostolica,ponit exemplum in Archidiacono Bononien.aliqui de consuetudine, & no. hoc dictum quod ius conferendi doctoratum potest cōsuetudine queri,simile no.in cle.dudum, de sepul. per gl.in ver. generalib. quæ dicit,quod studium generale potest ex cōsuetudine haberi.& no.singulariter illam gl.& istam. & intelligo de consuetudine tanti temporis, de cuius initio memoria non existit;cū illud sit de reseruatis Principi,& ad talia iura præscribenda requiritur præfatum tps,vt in cap.super quibusdam, de verb.sign.& facit,quod no.gl.prox.alleg.in d.cle. dudum.
16 † Item,& tertio dicit ista gl. ſm Host. quod aliqui cōferunt doctoratū de iure cōi, vt eps cum Capitulo alleg. c.quia,de magist.dicit tn ista gl.quod illud c.parum facit, maxime pō derogata decre.2. eod.tit. & sic tacite sentit gl. quod illud non competit episcopo de iure communi;licet hoc non firmet. ego tamen firmo per tex.in l.magistros,C.de profe.& me.li.
17 11.& facit q no.Bar.in l.vna.C.de athletis.lib.10.& in dicta.l. magistros.& per eundem Bar.in proœ.ff.veteris.† Ad quem deuoluitur potestas Doctorandi,fusp̄so, vel mortuo eo ad quem hæc potestas in loco pertinet.Solu.dicit prælle. gl.fi. hic,q si hæc potestas competebat ex priuilegio apostolico, tunc potestas deuoluitur ad Papam,arg.c. quia diuersitatē, de concess.præb.ego allego quod in simili legitur,& no.in c. verum,de foro competē. & videndum est quod ibi dixi. Et idem est,secundum glo.vbi Archidiaconus vel alius conferret de consuetudine vel de iure,quia superior suppleret, secundum glo. allegat.capitu. 2. prim. respon. eodem,ti. Aduerte,quia hæc glossa non clare loquitur. nam dum primo dicit, idem esse,cum ex consuetudine, &c. videtur sentire, quod potestas etiam hoc casu deuoluitur ad Papam,sicut dixerat in præcedenti casu;sed cum postea allegat.cap.2. eod. tit.sentit, quod quilibet superior suspensi, etiam episcopus posset succedere.ego puto quod si ista potestas cnmpetit soli Principi,quod semper deuoluitur ad Principem,siue inferiori competat ex priuilegio,siue de cōsuetudine; nisi aliud priuilegiū.arg.in c.irrefragabili. §. ceterum. & quod ibi no. de offi.ord.& in capit.1.de suppl.neg prælato.lib.6. & quod
18 ibi no.† An suspenso officiali illius,ad quem spectat dare licē tiam,seu doctoratum, sit suspensus ipse principalis cum deliquerit ipse officialis in ipso officio exercendo,vt in casu huius clem.gl.fi.prælleg.in fi.sui dicit,quod non, nisi ipse principalis,ratum illud factum damnatum habuisset,argum.c.si
19 compromissarius, de elect. li.6.† Ex qua no.quod ex delicto commisso per vicarium seu commissarium in officio non venit puniendus principalis committens,nisi delictum ratum habuerit, vide ad idem glos. in capitu. hoc etiam. 2. quæstio. 6. & in l.3. ff.quod quisque iur. limita tamen materiam secundum no.per Bar. in l.1.ff. de pub. & dixi in cap.2. de resti.spo.

De Iudeis, & Saracænis. Rub.

SVMMARIVM

1 *Habitare seorsum, & habitare permixtim, quomodo intelligatur, & nume.3.*
2 *Saraceni non prohibentur permixtim habitare cum Christianis.*
4 *Comedere cum infidelibus an licitum sit Christianis.*
5 *Saraceni habent duo genera sacerdotum,qui isti sint, vbi habitent, & quomodo inter se dignoscantur.*
6 *Saraceni non vtuntur campanis,quamuis eas commendent;habent tamen in qualibet mesquita vnum ministrum, vltra sacerdotē, qui supplet campanarum defectum, & quomodo.*
7 *Saraceni,Machometum,non Deum;sed Dei nuncium dicunt.*
8 *Saraceni omnes in scutis portant in eorum lingua hæc verba, Non est alius victor,nisi Deus.*
9 *Saraceni in quinque horis dici,in aurora,in tertijs,in vesperis, in completorio, & crepusculo noctis,faciunt certas genuflexiones, sicut nos de sero facimus ad laudem Virginis.*
10 *Mesquitam Saraceni,Iudæi synagogam,Nos ecclesiam vocamus.*
11 *Saraceni intrant mesquitam nudis & lotis pedibus,& cum certa deuotione,femine tamen ibi cum maribus non conueniunt.*
12 *Machometus fuit nutritus à quodam clerico nobili Romano, qui cum tempore Bonifacij Papæ 4. quædam petita impetrare non potuisset, apostatauit à fide.*
13 *Saracenos coercere,spectat ad principes seculares,in quorum dominio sunt,cum non sint creaturæ ecclesiasticæ.*

CAP. VNICVM.

1 CEdit. †Saraceni Christianis subiecti quādo que habitāt seorsum à christianis,qñque vero permixtim:dicūtur autem habitare seorsum,cum totam vnam terram,seu villam tenent sub principe christiano,vel habent vnā extremitatē terræ,vel parochiæ,permixtim vero dicuntur habitare,cū in qualibet parte ciuitatis cohabitāt christianis,& quodlibet istorū fert esse in Arragonia, & diuersis terris Hispaniæ.de hoc est tex.hic iūcta gl.in verbo seorsum.& in ver
2 bo permixtim.† Ex quibus nota,quod saraceni nō prohibē
3 tur permixtim habitare cū christianis.† Item nota quod dr quis habitare seorsum,cū habitat vnam extremitatē terræ, vel parochiæ per se.& no.pro significatu istorū verborū,seorsum,& permixtim. † An autem sit licitū cum infidelibus
4 comedere Christiano,vide bonam gl.in c.ad mensam,11.q.
5 3.† Saraceni habēt duo genera sacerdotum. Quidam enim sunt vxorati,& manent in mesquitis,ita ꝙ quælibet mesquita,hēt vnū de istis sacerdotibus,& vnū ministrū. Quidā vero non sunt vxorati,& relinquunt mundū;& sunt à primis etiā in habitu diuersi,sicut apud nos religiosi distinguūtur à cle
6 ricis sęcularib.vide hic gl.in ver.Zabazala.† Saraceni nō vtū tur cāpanis,eas tamē cōmēdant,sed nolūt habere,ne videātur imitari christianos,qui in eis habendis præuenerūt.quęlibet tamen mesquita seu ipsorū templum,habet vltra sacerdotem vnum ministrum,qui supplet campanarum defectū. nam in quinque horis,ascendit turrim mesquitę; & incitat populū alta voce,obturatis cū digitis auribus,vt vox fortius resonet,& veniant ad orationem faciendam in releuationē peccatorū suorum.Itē in sua lingua dicit verba hoc sonāria
7 Nil aliud posse,nisi Deus,& Machometus,eius nuncius.† Ex quo no. qđ Saraceni nō dicūt Deum Machometū,sed Dei nuncium.& de hoc,& alijs verbis vide hic gl.prælleg.in ver
8 bo Zabalà.† Omnes milites Saraceni portāt in scutis suis in corū lingua hęc verba Nō est alius victor,nisi Deus. Ex quo nota,quod Saraceni habēt milites.hoc ponit gl.supra proxi
9 me allega.† In quinque horis dici videlicet in aurora, in tertijs,in vesperis,in cōpletorio, & crepusculo noctis saraceni faciunt certas genuflexiones, sicut de sero nos facimus ad laudem virginis,hoc voluit gl.pręall.in ver.Zabazalà.Ex qua nota, quod genibus flexis debemus de sero dicere Aue Ma
10 ria,&c.† Quod nos vocamus basilicā, vel ecclesiam, Saraceni vocant Mesquitā, Iudæi Signagogam, vide hic gl. in ver. Mesquitis,quam nota.pro differētia tamen inter basilicā, & ecclesiam strictę sumendo,vide tex.cū gl.in c.j. de reli. dom.
11 † Saraceni intrāt Mesquitam seu templum, nudis,& lotis pedibus,& cū certa deuotione,& fertur ab aliquibus,ꝙ fęminæ ibi non conueniunt cum maribus,vide hic gl. in ver.Cō
12 ueniunt.† Machometus fuit nutritus à quodā clerico nobili Romano qui cum tpe Bonifacij Papæ 4.quędā petita impetrare nō potuisset,apostatauit à fide, & nutriuit illum cū quadā colūba,quę accipiebat grana de aure ipsius,ita quod qñ volebat Machometus: columba ponebat in publico os ad aures eius;& sic dicebat quod spiritus sanctus alloquebatur,& instruebat illum, & ille postmodū dedit legem Sarace
13 nis,vide hic gl.ī ver.Machometū.† Coercere Saracenos,spectat ad principes sęculares,in quorū dominio sunt.cū enim nō sint creaturę ecclesię,illos ecclesia nō coercet.de diuort. c.gaudemus,ita no.dicit gl.fi.quam no.& de Iudę. vide text. cum gl.in c.postul.de Iudę.& no.bene rationem huius gl.

De Hæreticis. Rub.

SVMMARIVM

1 *Meta vnde dicatur,& est finis termini,& cuiuscunque rei.*
2 *Indago quid sit.*
3 *Capere,& Carcerare differunt,quod nota pro statutis.*
4 *Arrestare personam aliquam,& eam capere,differunt.*
5 *Inquisitori,siue episcopo qua permissa sint exercere cōtra inquirendū.*
6 *Inquisitor hereticę prauitatis,quę non possit exercere cōtra inquisitos sine episcopo loci.*
7 *Inquisitor hereticę prauitatis,& episcopus,an possit vnus sine alio ferre sententiam absolutoriam.*
8 *Iciunia,quę solent indici inquisitis ad veritatem eruendam,an sint tormenta? vt prohibitus tormentare,sit prohibitus talia iciunia indicere.*

Eccle

9 *Ecclesia dicitur vacare ad hoc, vt capitulum exercere possit iurisdictionalia.*
10 *Capitulum an visitare possit,sede vacante.*
11 *Capitulum est necessarius,non voluntarius,administrator.*
12 *Requisitio extraiudicialis vbicunque à iure requiritur, etiam in partem sufficit vnica requisitio.*
13 *Delegatus inferioris à principe,licet non possit extraneo committere vices suas;secus tamen est si vult committere collegæ illo in officio.*
14 *Par in parem,licet non habeat imperium,potest tamen eum requirere ad effectum constituendi illum in mora.*
15 *Carcer hæreticalis,debet habere duos custodes,vnum ab episcopo,alterum ab inquisitore deputandos,diuersam clauem habentes; neque de vno custode possunt episcopus, & inquisitor conuenire.*
16 *Custodes hæreticalis carceris, & alij ministri sub qua forma iuramentum præstare teneantur.*
17 *Custodes hæreticalis carceris, non possunt officium alteri subdelegare.*
18 *Iuramentum corporale vbi requiritur, non sufficit sola præsentia, sed requiritur tactura; & an sufficiat tangere quamlibet scripturam, num.19.*
19 *Prohibitus alicui loqui in secreto,sine certę personæ præsentia,nō prohibetur illi loqui de non secretis sine illius præsentia.*
21 *Religiosi in sacris constituti possunt officium tabellionatus in causa hæresis exercere;ergo in aliis actibus prohibentur,nu.22.*
23 *Notarius assumptus ad officium in quo notariatum exercere debet,nō debet iurare illo fideliter exercendo,cum iuramentum in creatione præpositum sufficere debeat.*
24 *Constitutio militantis ecclesiæ,ligat delinquentem,quantumcunque occulte delinquat.*
25 *Episcopus an,& quibus casibus possit subditum absoluere à sententia suspensionis,& excommunicationis,a canone promulgata.*
26 *Inferior ab episcopo pōt in mortis articulo absoluere in casu papæ prę seruato,satisfactione tamen præmissa,si tempus patiatur.*

CAP. VNICVM.

1 MVltorum. †Meta dr à metior metiris, &
2 est finis termini,vel agri vel cuiuscunque rei,vide hic gl.in verbo metas.† Indago quasi indagatio, inquisitio,vel inuestigatio, de iureiu.c.quāto,post prin.vide hic gl.in verbo
3 Indago.† Capere,& carcerare,differunt inter se,sæpe etenim capitur,qui nō carceratur,de sen.exc.c.si clericos.vide hic tex. iūcta gl.in verbo,capere.statutū ergo puniēs incarcerātem,
4 nō extenditur ad capientē,quod no.† Vtrum arrestare ꝑsonam aliquam,vel eā capere,differāt,vide hic tex.iūcta glo.in ver.capere,quæ videtur sentire, quòd non, ponit enim ista duo pro vno, dū numerat quinq; permissa inquisitori sine episcopo,& ecōtra.& de arrestatione nullā facit per se mentionem,vt patet in gl.sequentibus,contrariū sentit Stepha. & credo ꝙ melius,dicit.n.qđ arrestatio fit sine manuū iniectione,puta per prȩceptum,ne domū,vel aliū locum exeat, & in hoc differt à captione,& nota bene pro arrestāda per
5 sona.practicatur.n.quotidiē curia Romana.† Nota ex tex. & gl.& his,quæ proxime dixi,quinq; vel sex permissa inquisitori sine ep̄o;& econtra,etiam tria ,ꝓhibita vni sine altero. primū est citare,ſm arrestare,tertiū capere,quartū tutę custodię mancipare,quintum ponere in compedibus vel manicis ferreis,& in quo differant cōpedes,& manicæ,vide hic gl.in ver.Manicis.sextum inquirere contra illos, de quibus
6 p huiusmodi negocio ſm Deum & iustitiam viderit expedire.† Primum vero prohibitum alteri sine altero, est duro carceri mancipare,qui magis ad pœnam,quam ad custodiam videatur.Ex quo singulariter nota,quod ambo,simul possunt condemnare ad durum, seu arctum carcerem ad pœnam luendam;alibi dicitur,quod potest fieri ad pœnitentiam peragendam,ita loquitur tex.in capitu.quamuis,de pœnis,li.6.sed hic dicitur de pœna,quod no.quia facit ad multa. Secundū est tormentis subijcere.Tertiū ad sententiā cōtra
7 tales inquisitos procedere.† An aūt pro eis possit vnus sine altero ſniam absolutoriā ferre? vide hic bonā gl.ī verbo Cōtra eos.quā nota,quę cōcludit,ꝙ sic.Ex qua singulariter nota,quod si aliàs iudici inhibetur ferre in certo casu ſniam cōtra aliquē,nō intelligitur ꝓhibitis ferre sentētiam absoluto riā pro illo,& intellige qđ ista tria,nō pōt alter sine reliquo nisi post lapsum octo dierū à tpe requisitionis alterius, &c.
8 vt in litera plenius dicitur.† An iciunia,quæ solent indici in quisitis ad veritatem eruendam,sint tormēta;vt, sic prohibitus tormētare,nequeat talia iciunia indicere? vide hic bo.gl. in verbo,tormētis.quę cōcludit,qđ sic,quod probat primo per l.itē apud,§.quęstionē,ff.de iniu.vbi habetur,qđ quęstio nis verbo,intelligimus tormēta corporis,dolores,& malam mansionē.secūdo probat per etymologiam verbi; dr enim tormentū,quasi torquēs mentē,ex quo nota, quod iciunia
9 possunt indici pro tormētis.† Ecclesia dicitur vacare quoad hoc,vt capitulū exerceat iurisdictionalia,ēt quādo alicui sit prouisum de episcopatu,qui nondū hēt literas super prouisione,quia prouisus nō potest ante extractionē literarū, iurisdictionē exercere,vt in extraua.Bonifacij iniūctæ, hoc vo
10 luit gl. hic in verbo sede vacāte.quā no.† An capitulū possit visitare,sede vacāte,vide hic gl.notabilē in verbo, capituli.q̄ ponit opi.cōtrarias,& tandē seruando opi.distinguit, quod visitationē generalē ciuitatis, & diœcesis facere non potest. & hoc casu ꝓcedere opi.Io. Mona. qui inter cętera allegat
11 prohac parte vnam notabilē ratione,videlicet quia† capitulū est necessarius nō volūtarius,administrator;ergo nō poterit,quod administrationi necessarię non incumbit, & no. singulariter hanc rōnem, quia facit ad multos cōsimiles casus;nā vt no.dicit gl.hic materia ista videlicet in quib.casib. capitulū succedit sede vacāte,eget in multis articulis declaratione? visitationē aūt specialē, vel inquisitionē contra certas personas vel loca, pōt capitulū facere; & procedat hoc casu ꝑria opi.quia talis visitatio,seu inquisitio est necessaria
12 & hoc bene notabis.† Vbicunq; à iure requiritur requisitio vide hic bo.gl.in verb.Requisierint idē vbi superior hēt requirere inferiorē,vt no.gl.in ver.si eps.18.di.secus vr, vbi inferior hēt requirere superiorē,& eum in mora constituere,
13 vt in c.1.de supp.neg.prela:& vide quod ibi not. † Quod licet delegatus inferioris à principe,non possit extraneo committere vices suas,vt in l.à iudice.C.de iud.& c.cū cā. de appella.secus tamē vr cū cōmittere vult collegę in illo officio. hoc vltimū videtur probare tex. hic in verb. verū. Et sentit aperte Pau.de Lea.hic. Amplius videtur singulariter probare iste tex.quod ista cōmissio potest fieri collegę in officio, etiā in causa criminali.de quo vide latius hic ꝑ Docto. vide tamen gl.hic in ver.per literas.quę aperte nō tāgit dubium, videtur tamen sentire contrariū,sed primū aperte probatur
14 per istū tex.† Licet par in parem nō habeat potestatē, & per cōsequens ipsum citare nō possit,potest tn eū requirere ad effectum cōstituēdi illū in mora.vide hic gl.prȩall.in verbo. requisierit,vide bonā gl.in ca.cum causa.de of.deleg.& per
15 Inn.in c.cū nobis,de elect.† Carcer hęreticalis,debet habere duos custodes,quorū vnus per episcopū loci, reliquus vero per inquisitorē deputandus est,quilibet eorū debet habere clauem carceris ab alia diuersam.nec possunt eps, & inquisitor de vno custode tenēdo cōuenire,vide hic tex.in §. fine, iuncta gl.in ver.duos,& vide iuramēti formā prestandā per ipsos ministros,in d.§.fine,& no.quod istis custodibus,pro uidendum est de salario per ipsos iudices,qui eos deputant,
16 vt hic in §.fine.† Electus, & deputatus ad custodiā carceris,
17 nō potest †officium alteri subdelegare,cū sibi mā detur ministerium sine iurisdictione,in quo vr electa industria persona.vide hic tex.iun.gl.no.in ver.subdelegare,in §,fine.in fin.
18 nisi sibi specialiter permittatur,vt hic.† Vbicunque exigitur corporale iuramentū,nō sufficit tāgere quamlibet scripturam,† dic quod in iuramētis quę deferuntur à iure, vel à iudice,seu parte,ex necessitate requiritur tactura euangeliorū vt in c.hortamur.4.q.9.& c.fi.de iur.cal.in alijs aūt sufficit tāgere quemlibet librū,seu quamlibet scripturā,vt interpretatur Italiæ cōsuetudo,vbi autē simpliciter exigitur iuramentū,& nō fit mentio de tactura corporali,satis est iurare sine tactura,videtur tamen quod plus obliget iuramentū corporale,quā simplex.ar.11.q.6.c.quāto,vide ad omnia prędicta, aliam bonam glossā hic no.sup̄er verbo Iurabunt aliàs tacta. quæ prædicta voluit in effectu,quam no.semper, & adde ad prædicta aliam bonam glossā.in capitu. vt circa. de ele.lib.6. quæ vult, quod vbi dispositio aliqua pro solennitate actus exigit iuramentum cum tactura, non est illi satisfactum, si fuit præstitum iuramentum sine tactura,vide etiam ad mate-
20 riā.22.in summa. † Prohibitus alicui loqui in secreto sine certæ personæ præsentia,non prohibetur illi loqui de non
21 secretis,sine illius præsentia,vide hic gl.in verb.Secretè.† Cō stituti in sacris religiosi, possunt officium tabellionatus in causa hæresis exercere,vide glo.hic in verbo,Notarij.allega. tex.apertum in c.officium.§.ad conscribendas, de hære.lib.
22 6.& ex illo text.† & hac glossā.not.in ver.per locum à speciali,quod regulariter religiosi,& constituti in sacris nequeunt tabellionatus officium exercere,vide ad materiam ꝙ no.in
23 c.sicut te.ne cleri.vel mona. † Notarius assumptus ad aliqđ officium, in quo notariatum exercere debet, non tenetur iurare de illo fideliter exercendo: cum sufficere debeat primum iuramētum in creatione præstitum,de reseri.c.ad audientiam,vide hic tex.per locum à speciali in §.notarij, iuncta gl.in verbo,Iurabunt. † Constitutio militantis ecclesiæ, ligat delinquentem,quantumcunque occulte delinquat.licet de tali nominatim non iudicet, sed habeat eum pro soluto,donec de vinculo constiterit,vide hic glossā.not. in verbo,Eo ipso.† A sententia suspensionis à canone promulgata
25 non potest episcopus subditum absoluere,si talis habet cer-

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum tempus determinatũ; secus si simpliciter fuit lata; nisi superior absolutionẽ sibi reseruasset. & sic idem in suspẽsione, q̃ in excõicatione, vbi suspensio nõ est lata ad certũ tps,
26 vide hic gl. singularẽ, in ver. Excõicationis. † In mortis articulo põt inferior absoluere in casu Papæ reseruato, satisdatione tñ præmissa, vt hic, in fi. literæ. q̃ tñ limita, vt hic no. in gl. & tunc videlicet, si peccator satisfacere põt, & satisfacere vult cum effectu, & tps satisfaciendi patitur. aliàs sufficit præstare cautionẽ de satisfaciẽdo. & no. gl. istã in prin. quæ aperte sentit, q̃ vbicunque absolutio reseruatur Papæ. dẽt intelligi, nisi in mortis articulo, ille. n. casus semper excipitur, secũdum gl. hic in prin. pro hoc facit. quia in necessitate, prodest confiteri etiam laico, vt in c. quem pœnitet. de pœ. dist. 1. no. gl. in c. pastoralis §. præterea. de off. ord. & hoc no.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio. si contineat verbum, ex nunc, incipit ligare à tempore publicationis, non expectato duorum mensium lapsu, quod aliàs regulariter præfigitur, quod intellige, vt contra factum non valeat, non autem vt ignorantes obligentur ad culpam.*
2 *Ex nunc, deinceps, & similia faciunt apparere de mente principis, qui velit suam constitutionem illico ligare.*
3 *Inquisitores hæreticæ prauitatis debent attigisse 40 ann. etiam si deputentur per prælatos prouinciales. vel ministros alios, vel episcopos*
4 *Inquisitores hæreticæ prauitatis, si de facto minoris ætatis 40. ann. fuerint deputati. an talis commissio valeat?*
5 *Dispositio. si aliquid prohibet, non apposito decreto irritante; an actus in contrarium gestus teneat.*
6 *Inquisitor hæreticæ prauitatis potest nedum citationes, sed sententiarum prolationes committere, & totam causam, & vicarium, seu substitutum dare.*
7 *Delegatus Principis potest delegare causam etiam criminalem.*
8 *Delegatus ad vniuersitatem causarum, potest nedum vnam causam delegare, sed etiam substitutum ad illam vniuersitatem deputare, retenta sibi potestate reuocandi.*
9 *Constitutio permittens aliqua fieri, non videtur negare de reliquis in materia permissiua, & indifferenti secus in negatiua.*
10 *Inquisitor hæreticæ prauitatis, & episcopus, licet non valeant illicitis modis prætextu offi. vi exigere pecunias pœnas tamen pecuniarias fisco applicandas imponere & exigere possunt.*
11 *Pecunia si prohibetur illicite exigi, pecunia capitur large; licet constitutio sit pœnalis.*
12 *Ecclesiarum bona licet capi aut confiscari non debeant ob delictum clericorum, bona tamen ipsorum ex iusta causa capi & confiscari non prohibentur.*
13 *Ecclesiarum bona vbi capi prohibentur, non autẽ propria clericorum, non possunt capi bona quę monachus acquisiuit intuitu personę.*
14 *Ecclesia dicitur habere fiscum, cui bona confiscanda acquiruntur.*
15 *Inquisitor licet posset ex causa remouere ab officio & corrigi à suo prælato facta tamen virtute officij, non potest alienare. sed recurrẽdum est ad Papam, à quo dependet immediate inquisitorum iurisdictio.*

CAP. II.

1 NOlentes. † Si in constitutione, præponitur verbum ex nunc, incipit ipsa cõstitutio ligare à tempore ipsius publicationis, nõ expectãto duorum mẽsium lapsum, qui aliàs regulariter præfiguntur, q̃ intellige quoad hoc, vt contrafactũ nõ valeat; non aũt quoad hoc, quod ꝫ facientes hoc ignorantes obligati ad culpã sint. vide hic gl. no. quã semper tenebis
2 mẽti in ver. ex tũc. † Ex qua habes, q̃ ex quo apparet de mẽte principis per verbũ. ex nunc, vel consimile, quod velit suam constitutionẽ illico ligare, actus in ꝫriũ gestus, ẽt ab ignorãte, est nullus, & cõtrafaciens illico obligatur ad culpam, nisi p̃babiliter ignorauerit. tacite. n. excusatur à culpa, sed actus remanet nullus. & pro hoc facit, quia decretum irritans ligat etiam ignorantes quo ad actus nullitatem, vt in c. dudũ, de præb. lib. vi. & in cle. eum qui, de concess. præb. & not. ex glos. præalle. quod idem est dicere ex nunc, quod deinceps, & vide de dictione, ex nunc, gloss. in cap. quam sit. & capitu.
3 cupientes, in ver. Ex nunc, de elect. lib. vi. † Inquisitores hæreticæ prauitatis debent attigisse. 40. annum, etiam si deputentur per prælatos prouinciales, vel ministros illorum ordinum, quibus deputatio talium à sede apostolica est commissa, idem de deputandis per episcopum, vel sede vacante per capitulum. vide hic tex. in 2. responso iuncta glos. super ver.
4 Cõmitti. † Quid aũt si contra fiat, nũquid teneat cõmissio. vide glo. præalle. quę arguit pro & contra. videtur tamen cõcludere, quod committentes transgredientes hoc statutum sunt puniendi, de quo remittit ad gloss. in ca. generali. de ele. lib. 6 quod licet hic non apponatur decretum irritans, videtur tamen quod sic nõ valeat commissio, adducit tamẽ pro & contra. de el. c. licet canon, li. 6. & quod ibi not. in gl. 2. quã
5 vide & no. singulariter illam gl. & istam † ad sciendum generaliter, quando aliquid prohibetur non apposito decreto irritante, an actus in contrarium gestus teneat. & vide ad materiam glo. pleniorem in reg. quæ contra ius fiunt. de re. iu.
6 li. 6. & 10. di. c. vides, & de spon. duo. c. fi. † Inquisitor hæreticę prauitatis potest nedum citationes & sentẽtiarum prolationes committere, vt habetur. in c. vt commissi. de hær. li. 6. sed etiam ad totam causam potest dare generalem cõmissariũ, quẽ appellamus vicariũ, seu substitutũ, ut hic, & sup. cl. prox. nec obst. dictũ cap. vt cõmiss. q̃ solũ permittit de duobus, qa affirmatiue, nõ aũt negatiue. hoc voluit gl. hic, ĩ ver. Ipsorũ,
7 quam no. singulariter ad tria. † Primo quod delegatus prin
8 cipis potest subdelegare, cãm, ẽt criminalẽ. † Secundo quod delegatus ad vniuersitatẽ causarũ põt nedũ vnã cãm delegare. sed etiam substitutum generalem ad illam vniuersitatem
9 causarum deputare, retenta sibi potestate reuocandi. † Tertio q̃ licet constitutio permittat aliqua fieri, non tñ vi negare de reliquis, ex quo loquitur affirmatiue. quod ego intelligo verum in materia permissiua; secus si materia esset negatiua, per not. in c. 2. de transl. præla. & hic in glo. idem puto si materia esset indifferens, per rationem hic positam; nam ex constitutione permissiua, nõ infertur negatiua in alijs, & sic
10 potest intelligi ista gl. bene not. † Licet episcopus, seu inquisitor hæreticæ prauitatis, non valeat exigere, prætextu officij illicitis modis pecunias, pœnas tñ pecuniarias applicandas fisco non prohibetur imponere & exigere, arg. in l. illicitas. ff. de offi. præsi. & probatur hic satis à contrario, maxime in verbo, Nec sciẽter. vide hic gloss. in verbo, illicitis. & in ver-
11 bo, Ecclesiarum. † Cũ pecunia prohibetur illicite exigi, verbum pecunia capitur large, prout habetur, j. q. 3. per totum. licet constitutio sit pœnalis, vide hic tex. iuncta glo. in verbo
12 pecuniam. † Licet bona ecclesiarum non debeant capi seu confiscari ob delictũ clericorum, vt hic in text. bona tamen propria ipsorum clericorũ, capi & confiscari ex iusta cã nõ prohibentur. vide hic tex. iuncta glo. in verbo, ecclesiarum.
13 † Vbicũque prohibentur capi bona ecclesiarum, & nõ propria clericorum, non possunt capi bona, quæ monachus in quisiuit intuitu personæ; licet illa acquisierit. dum præesset administrationi ecclesiæ sęcularis, quia illa sunt ecclesiæ, &
14 non personæ acqsita, vt in c. vno 18. q. 1. † Ecclesia ẽt dr hĩe fiscũ, cui boni cõfiscanda acquiruntur. vide hic tex. optimũ iuncta glo. in verbo Ecclesiæ. & per glo. in ca. quia diuersita-
15 tem. de concessio. preb. † Licet prælatus inquisitoris vt puta prouincialis, possit ex causa illum ab officio amouere, vt hic patet, iurisdictio tamen inquisitoris nõ ab ipso prælato, sed a papa immediate dependet, solus autem actus committẽdi vel remouendi pendet penes illum, vt patet in priuilegijs officij. ex quo sequitur q̃ iste superior, q̃ põt amouere & corrigere amotum, non potest corrigere vel alterare facta per illum virtute officij, sed recurrẽdũ est ad papã, à quo habetur immediate iurisdictio. vide gl. in verbo, Amouere. & p̃ hoc vitimo vide bonum tex. & q̃ ibi no. in c. per hoc. de hær. li. 6.

SVMMARIVM.

1 *Secta est habitus animorum & propositum in malum, circa falsam disciplinam, & vnde dicatur.*
2 *Io. And. studuit in sacra pagina.*
3 *Nemo in hac vita potest esse impeccabilis, & contrarium dicere, est hęreticum, secundum Dei potentiam absolutam.*
4 *Virgo beata, & Io. Apostolus, miraculose in hac vita peccare non poterant, ex speciali priuilegio diuinitus eis concesso.*
5 *Charitas in quibusdam est perfecta, sed perfectissima in hac vita haberi non potest, & contrarium dicere, est hęreticum.*
6 *Finiti ad infinitum, nunquam est facienda æquiparatio.*
7 *Perfectionis quocunque gradu quis non absolutur à ieiunijs, vel alijs ecclesię præcepris.*
8 *Apostoli non ieiunabant in præsentia Christi, & quare.*
9 *Homo in quocunq; perfectionis statu sit, debet semper orare, vt diuina virtute perseueret, ad quam perfectionẽ, virtus propria non sufficit.*
10 *Sensualitas est vis animæ appetens desiderabilia corpori, & refutans nociua, & hanc dicimus animam sensitiuam.*
11 *Natura multas nobis dedit blanditias, quas plerunq; virtus cohibet.*
12 *Ecclesia vna dicitur, quia in vniuersali ecclesia est vnum caput supremum, cui omnes de ecclesia obedire tenentur, s. Papa.*
13 *Ecclesia militans, quo diuinitus sit exemplata ab ecclesia triumphanti.*
14 *Vbi spiritus domini, ibi libertas, quomodo intelligatur.*
15 *Homo moralem vitam agens, per Dei etiam potentiam absolutam, nõ videtur posse obtinere omnem gradum perfectionis beatificę.*
20 .n. in hoc casu illi religiosi iurisdict. nõ exercebãt. †Appellatione tñ non facta metione de absolutione, venit sen. exc. suspẽsionis, & interdicti, ẽt in dispositione pẽnali, vt hic, iũcta gl. in ver. à sentẽtijs. quod no. licet ergo noię sentẽtiæ simplr prolatę intelligat de diffinitiua, vt no. in c. cũ olim, de test. secus vr, cum ẽt fit mẽtio de absolutione, vt hic, & intellige quãdo
21 necessaria est absolutio. †No. q religiosus incurrit sniam excõicationis, absoluẽdo à sentẽtia canonis vel statuti, etiã si absoluat religiosum, vel cõsocium vide hic text. iũcta gl. no. super ver. Quẽquam, & no. ex eadẽ gl. q religiosi cõprehen
22 duntur sub verbis generalibus, ẽt in materia pẽnali. †No. q in casu huius cle. põt loci ordinarius facere religiosum, quã tũcunq; exẽptũ, denũciari excõicatum, postquã sibi cõstiterit eũ incidisse in excõicationẽ, de qua hic; & tñ cõstare sibi nõ poterit illũ incidisse, nisi facit illũ citari, vt no. in cle. 2. de pẽnis, in ver. Cõstiterit. & in cle. præsenti, de censi. & vtro biq; gl. quare puto, q quoad hãc denũciationẽ faciẽdã poterit ordinarijs facere citari, quia cõcesso cõsequẽti, vr antece
23 dẽs cõcessum, vt in c. cũ M. de consti. & c. prudẽtiam, & c. p̃terea, de of. dele. vel poterit sibi cõstare per informationẽ extraiudicialẽ, de qua in c. cũ cõtingat, de resci. † Peccãt grauiter prędicatores religiosi, & puniri debẽt, prout hic dr, q in corũ prędicationibus ecclesiarũ prælatis detrahũt, qđ intelligit, hic gl. no super verbo, detrahãt. cum nominatim detrahunt, aut p circũlocutionẽ, quæ vicem hẽt proprij nominis, alias in genere bene licet prędicatori tangere prælatorũ vitia. iuxta illud euãgelicũ, super cathedrã Moysi &c. Caueãt tñ vt etiã in generali locutione, linguã refrenẽt; quia qui inconsideratè loquitur, sentiet mala, vide hic gl. not. super ver-
24 bo, detrahant, quã no. bene. †Episcopis cõpetit mala ablatorũ incertorum dispensatio, vide hic gl. in verbo, in aliorum,
25 ex qua iũcta tex. no. † q subtractio, seu clãdestina vsurpatio, vel alia nõ canonica dispositio male ablatorũ incertorum, vr tẽdere in episcoporũ pręiudiciũ, & volẽs pẽnitere, debet illa ẽpis restituere, de hac tamen materia, vide q no. Doct. in
26 c. 2. de test. li. 6 † Nota hic expressum, q religiosi, quantumcũque exẽpti, & priuilegiati, super cõfessionibus audiẽdis, non valent absoluere in casibus sẽdi Apostolicę, vel ẽpis reseruatis, etiam simplici peccato, seu culpa; & contra faciẽtes peccant grauissime, & debẽt puniri, prout hic dr; vide hic gl. sũ-
27 per ver. absoluere iuncto tex. † Et aduerte quia nec religiosum, nec sociũ, pñt in illis casibus reseruatis absoluere, quod probat hic tex. in ver. quamquã, iuncta glo. ꝛ. alleg. in verbo,
28 quamquam. † Quamquam religiosi habeant aliquos cõseruatores, quibus est data potestas trahendi vltra duas dietas cum clausula non obstantibus &c. non tamen possunt aliquos conuenire ad plura loca, & præsertim multũ remota.
29 vide hic tex iũcta gl. in verbo, remota. † No. quod infirmitas vel senectus, est causa probabiliter dispensandi cum aliquo super pœna delicti, vide hic gl. iuncto tex. in verbo necessita-
30 te. † Ad hoc vt interpellatio cõstituat aliquẽ in mora, præsertim ad pẽnam iuris incurrendã, oportet, q fiat per illum cu
31 ius interest, vide hic glos. super verbo, Requisiti. † Si suspensionis pœna à iure simpliciter imponitur, intelligitur in dubio de suspensione ab officio, an autem illa includat suspensionem ab administratione, debet distingui, de quo vide hic
32 bonã gl. in verbo, suspensionis. & no bene hãc gl. † Solus Papa potest cõcedere generale priuilegiũ totum orbem respiciens, vt hospitale nõ curatum valeat per suos presbyteros familiaribus suis, domesticis psonis, & pauperibus in hospitali habitãtibus sacramenta conferre, de iure. n. hospitale cũ suis est sub cura parochialis ecclesiæ, ẽps autem potest tale priuilegiũ in sua diœcesi ex causa cõcedere, de reli. do. c. constitutus, cum ibi notatis, idẽ dicẽdum in concessione altaris viatici, vt no. in c. in his, de priui. vide de hoc hic gl. super ver.
33 apostolica. † An possit cõsuetudine introduci, vt sacerdotes hospitaliũ possint suis familiaribus, & pauperibus in hospitali degentibus, sacramẽta ministrare, sicut põt priuilegium hoc inducere, vide hic gl. in ver. ministrare. quæ est finalis, & primo sentit, q sic, per cle. quia cõtingit, in fi. de reli. do. postea sentit contrariũ, dicens, q illa cle. hoc nõ probat, posset ergo priuilegiũ, hoc casu, quod nõ potest facere cõsuetudo & no. hoc vltimum, ar. c. 2. de pœ. & remi. lib. 6. illud tamẽ. c. loquitur, cũ singularis persona vult præscribere, vt possit sibi eligere cõfessorem, qđ fieri nõ potest, vt ibi, & idem vr di-

cẽdũ quãdo presbyter nomine ꝓprio vult p̃scribere curã animarum, vt no. in c. conquerente, de offi. or. sed nos loquimur cum sacerdos hospitalis præscribit nomine hospitalis, & videtur q possit, de quo vide q no. per doc. in d. c. cõquerente. & videtur casus in c. ex tranmissa, de præscri.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus transiẽs per locum suæ prouincię exemptum, potest populum benedicere solenniter.*
2 *Episcopus per loca exempta suę diœcesis, potest populum solenniter benedicere, & quinque alia facere, præter crucis dilationem.*
3 *Archiepiscopus in locis suę prouincię exemptis, celebrans in pontificalibus potest vti pallio diebus sibi concessis.*
4 *Archiepiscopus, & episcopus, an & quibus casibus possint in prouincia seu diœcesi aliena celebrare & prædicare.*
5 *Episcopi an, quando & qualiter in locis mendicantium possint celebrare, & iurisdictionalia exercere.*

CAP. II.

1 ARchiepiscopo. †Archiepiscopus transiens, vel declinãs ad locũ exemptum suę prouinciæ, potest ibidem bene dicere populũ, ẽt solenniter, per illa verba. Sit no-
2 men Domini benedictum. † & idem in episcopo quoad loca exempta suæ diœcesis, vide hic glo. super ver. Benedicta & nota ex text. quinque quæ potest facere Archiepiscopus in locis exemptis suæ prouinciæ, & episcopus in eisdem locis suæ diœcesis; præter crucis delationẽ, quæ non pertinet epi
3 scopo. † Archiepiscopus celebrãs in Pontificalibus in locis exemptis suæ prouinciæ, potest vti pallio, quia illud est ornamentum Pontificale Archiepiscopi; dũmodo eo vtatur diebus sibi concessis, & vide gl. quam no. in verbo Pontifi-
4 calibus. † An archiepiscopus, seu episcopus possit in Pontificalibus in aliena prouincia, seu diœcesi celebrare, vel prędicare, vide hic gl. no. in verbo, Pontificalibus. quę ponit Inn. & Host. opi. cõtrarias, & tandẽ cõcordãdo distinguit, q aut vellet pontificalibus vti sine iurisdictionis exercitio, vt puta missam celebrãdo, & potest etiam sine licentia diœcesani, & idẽ prędicãdo nisi specialiter prohibeatur; aut vult vti cũ iurisdictionis exercitio, vt ordinãdo, vel crismando, & non potest, sine diœcesani licentia. 9. q. 2. per totũ, sed cum licentia
5 hoc poterit, sine tamẽ vsu pallij; quę verba diligẽter no. Ex quibus habes, † an, & quãdo, & qualiter in locis mẽdicantiũ possint episcopi celebrare, & alia hic posita exercere.

De pœnis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pontificis appellatione, etiam in materia pœnali, venit episcopus, & an qui renunciauit loco, & non ordini.*
2 *Pontificum appellatione non veniunt electi etiam confirmati.*
3 *Pontifices dici non possunt nondum consecrati.*
4 *Defendendo se, qui percutit, non dicitur temere, vel suadente diabolo, percutere.*
5 *Episcopum qui se defendendo percutit, vel etiam interficit, non incidit pœnas huius, c. si quis suadente.*
6 *Mandans certum delictum, vel illud faciens, si in aliqua dispositione punitur, an, & quibus casibus pœna incuratur, etiam non secuto effectu.*
7 *Ratum habenti factum ab alio vbi imponitur pœna, intelligitur, quod illud factum sit eius contemplatione.*
8 *Socij proprie dicuntur communicantes inuicem lucra, & pericula.*
9 *Collega proprie dicitur in officio.*
Comes in itinere.
Consors in præmio.
Sodalis in mensa, vel sede.
10 *Socium non ita proprie iuristæ sumunt, vnde socium etiam in crimine, & ecclesia dicimus, & in multis aliis actibus, vt ibi.*
11 *Socius criminis qui large, & qui stricte dicatur.*
12 *Socius criminis in materia odiosa, & pœnali quis dicatur, vide per pulchras distinctiones.*
13 *Consilium, vel fauorem præstans, vt aliquis Pontifex capiatur, vel temere percutiatur, vel banniatur, punitur sicut principaliter committens.*
14 *Consilium vel fauorem præstantis appellatione in materia pœnali comprehenditur qui nudum consilium vel fauorem præstitit, & nu. 15.*
16 *Fautoris appellatione, etiam in materia pœnali; includitur is, qui fauorem præstitit criminoso: nedum ante, sed etiam post delictum.*
17 *Defensoris appellatione in materia etiã delicti, venit qui criminosum defendit, etiam post delictum, nisi aliud adiciatur.*
18 *Defensor quot modis dicatur, & etiã diuersimode puniatur, & nu. 21.*
19 *Iniuriam proximo inferendam, licet ille prius nocuerit, licet repellere.*
20 *Iniuriam inferre non dicitur, qui vult capere, vt ad iudicem ducat.*
22 *Inhabilis ad beneficia obtinenda retentis obtentis, nõ potest etiam per mutare sua, vt alia obtineat.*

Excom-

23 *Excommunicari candelis accensis, si quis mandatur, debet suppleri, & extinctis, & pedibus conculcatis.*
24 *Grassantibus multis, quomodo verba hæc exponantur.*
25 *Papa non solum, sed etiam episcopi omnes, possunt dici sanctissimi, & quare.*
26 *Episcopalis dignitatis ad commendationem, vide multa; & an filij, an patres debeant vocari episcopi.*
27 *Absolutus in articulo mortis in casibus Papæ reseruatis, qui superuixit, tenetur quã citius poterit, se Papæ præsentare; aliàs incidit in eãdem excommunicationem.*
28 *Clausula, quam citius, & similes aliæ, intelliguntur, cessante impedimento, de quo, non asserentis dicto, sed iudicis arbitrio statur.*
29 *Excommunicationem an quis inciderit, vel reinciderit, vbi potest probabiliter dubitari, non debet iudex illum denunciare, nisi præmissa citatione, & summaria cognitione.*

CAP. PRIMVM.

1 SI quis suadente. †Appellatione Pontificis, ẽt in materia pœnali, comprehẽditur episcopus; etiam qui renunciauit loco, & non ordini. Sed aduerte quia gl. vr ponderare tex. in eo, q ponit verbũ gñale, quemuis, &c. & sic vr, q tunc veniat talis Pontifex, qñ annectitur aliquod verbũ generale; secus videtur si simpliciter fit mentio de Pontifice. dẽnt enim verba capi in potiori significatu, & sic intelligantur de Põtifice, qui non renũciat, nec
2 ordini, vide gl. hic in ver. Quemuis Pontificem. † Appellatione Pontificum, nõ veniunt electi etiam confirmati ex quo nõ sunt consecrati. adhuc enim nõ possunt dici Pontifices
3 i. episcopi, secundum gl. in ver. Quemuis Pontificẽ. † Ex qua no. q nondum consecrati, neq; Pontifices dici possunt, idẽ no. gl. in cle. dignum, de cele. misl. cõtrarium no. gl. in cle. vni
4 ca, de foro comp. sed tu distingue, vt ibi dixi. † Non dr temere percutere, qui percutit se defendendo, nec suadẽte diabo
5 lo, vide hic tex. in prin. iũcta gl. super ver. vel temere. † Ex quo no. q si qs se defendẽdo, percutit, vel ẽt interficit episcopũ, nõ incidit in pœnas hic contentas. † Mandans episcopum ca
6 pi, percuti, occidi, vel bãniri, maleficio nõ secuto, nõ incidit ex solo mandato in pœnas hic contentas, quia verba sunt cum effectu intelligenda. nec est verisimile, q ex solo mãdato, tot pœnis mandãs inuolueretur, ita no. dicit hic gl. in ver. Mandauerit. licet in principio sẽserit contrarium per illa verba tex. Vel hoc mãdauerit. sed gl. exponit hic i. percussiones, captiones, vel banna iã facta, & secundũ hanc expositionem est singulariter notandũ, q si in aliqua dispositione, punitur facies certũ delictũ, vel illud mãdãs, dẽt intelligi de mãdato cum effectu. s. delicto secuto, saltẽ qñ pœna pro delicto imposita, est magna, de quo ego multũ dubito, quia sæpe punitur quis ex solo mãdato, ẽt delicto nõ secuto, vt homines arceãtur ab illo, vt probatur in c. pro humani, de homi. li. 6. licet pœna illa sit ista lõge grauior, ad idẽ facit, c. quicũq;, de sen. exc. li. 6. vnde forte prima pars huius gl. est verior, vt ex solo mandato mãdãs incidat in pœnas hic cõtentas, vt à mandato, timore pœnæ, abstinẽtes, facile cõpescatur hoc nefandissimũ delictũ. Itẽ qa si litera intelligeretur de mãdãte, delicto secuto, nulla vel modica esset dubitatio, d. c. mulieres, de
7 sen. exc. lib. 6. † Vbicũq; imponitur pœna ratũ habenti factũ ab alio, dẽt intelligi, qđ illud sit eius cõtemplatione factũ: qa aliàs nõ cadit ratihabitio, & verba dẽnt proprie intelligi, vi-
8 de hic gl. sup. per verbum, ratam. † Socius proprie secundũ deriuatores dr pp periculi, vel operis societatẽ. vel dr socius à sequor sequeris; vnde socius proprie dr in periculo; & sic dñr socii, qui cã quæstus incũt alicuius operis societatẽ. ff. & C. pro socio, per totũ, cõicantes inuicẽ lucra, & pericula, vt
9 ibidẽ. † Collega dr in officio, vnde talis nõ proprie dr socius, comes in itinere, cõsors in prẽmio, sodalis in mẽsa, vel in sede, iuristæ tñ nõ sumũt ita stricte, nec ẽt cõis vsus loquendi, vnde ẽt in crimine dicimus socium, 22. q. 4. c. si ad peccatũ.
10 † Item in ecclesia, de offi. deleg. c. cũ R. de sen. exc. c. extenore, & c. in ordine, de cõfes. c. 1. in fi. In via, de voto, c. 2. In cõiu-
11 gio, 22. q. 2. c. cũ socieras. In lucro, de sup. c. 1. † Item de socio criminis, de quo ad ꝓpositũ vide rex. in c. cũ secũdũ leges, de hæret. lib. 6. vbi appellatur consors, & alibi dicit canon, q quis, tribus sociatur malis modis, committendo, fauẽdo, & non corripiẽdo, 23. q. 4. c. ita plane. hinc dr, q non caret scrupulo societatis occultæ, q manifesto facinori desinit obuiare, 23. q. 3. c. qui potest, stricte tamen is dicitur socius in crimine, qui aliquid cooperatur ad actum percussionis, captio
12 nis, vel bãni. † Ex quo singulariter nota, q in materia pœnali, & odiosa, is dicitur socius criminis, qui cooperatus est ad actum criminis; nõ autem comprehenditur is, qui tm̃ fauorem præstitit, vel nõ corripuit. & no. q quandoq; in delinquẽdo, sunt quasi plures socij, quorum nullus est principalior; & tales includũtur sub agẽtibus, quãdoq; vnus est principalis, alter cooperans; & talis dicitur socius in crimine, in materia stricta. & ita capitur hic, vt patet; quia per se tex. facit mentionẽ de agentibus, de socio, & de his qui dãt fauorẽ vel cõsiliũ, vel sciẽter defendunt delinquẽtes, vel dãt mandatũ, seu ratum habent delictũ cõmissum. isti ergo stricte non dicuntur socij, cum ponantur vt diuersa, ẽt in materia delicti, ad hoc l. fi. §. idem codicillus. C. de legat. & de prædictis, vide hic bonam gl. in verbo, defensauerit. in prima parte sui,
13 quam no. † No. ex principio tex casum, in quo præstans cõsilium, vel fauorem ad delictum, punitur sicut ipse principaliter committens; videlicet cum quis præstat consilium, vel fauorem, vt quis Pontifex capiatur, vel iniurioſe, seu temere
14 percutiatur, seu banniatur. † Sed aduerte, qa in hac materia pœnali, appellatione præstantis consilium vel fauorem, non cõprehenditur qui nudum consilium, vel fauorem prestitit. tex. est notab. in c. felicis, in prin. iuncto. §. illud, de pœnis. lib. 6. & dicitur nudum consilium, vel fauor, quãdo nil adijcit ad delictum, de quo vide gl. no. in d. §. illud, & hic in verbo, defensauerit, circa mediũ, dẽt tamen consulens vel fouẽs aliàs puniri secundum modum culpæ, vt dicto §. illud, quæ singulariter no. & de fautore, & defensore vide q dicã in notula sequenti. † Et aduerte quia licet glo. hic prædallegata videatur
15 velle, vt simplex consulens, simplex fautor, non comprehendatur hic, propter verbũ, in his, positũ in principio literæ, q videtur velle, q consilium vel fauor, detur circa delictum cõmittendũ; attamẽ ego puto, q ẽt sine illo verbo, tales, nudi consulentes, & fauentes, nõ comprehendentur appellatione consulentis, vel fauentis; licet aliàs essent puniendi iuxta modum culpæ, per ea quæ habentur in d. c. fœlicis, in princ.
16 †iuncto §. illud. † Appellatione fautoris, ẽt in materia pœnali, venit is qui fauorem præstitit criminoso; nedũ ante delictũ, sed ẽt post; nisi apponatur in dispositione aliquod verbum, per quod appareat, q tm̃ intẽdat includere illũ, qui præstitit fauorem ad delictũ cõmittẽdũ, vt in prin. ibi. Aut consilium in his deficit, vel fauorẽ, &c. ita notanter voluit hic gl. in verbo, defesauerit, vltra medium; secus vt prædixi, si simpliciter fiat mẽtio de fautore seu fauẽte, vt in c. excõicamus,
17 §. credẽtes, de hæret. li. 6. & idẽ dic in defensore. vt † appellatione defensoris in materia delicti, alio non adiecto, veniat etiã
18 ille, qui defendit crimino sum, ẽt post delictum. † Aduerte tamen singulariter circa istum defensorem; nam quidam est defensor, id est, auctorizator delicti, & talis grauius punitur, quam agẽs, 11. q. 3. c. qui consentit, & 24. q. 3. c. qui aliorum, quidam est defensor post delictũ, vt puta impediendo ne cri minosus perueniat ad manus iudicis, vel ne fiat in eũ executio, & talis comprehenditur appellatione defensoris, in c. fœlicis, de pœnis, lib. 6. qñq; quis defendit criminosum post delictum, ne lędatur à priuato, ẽt ab offenso, vel eius cõsanguineis volẽtibus de eo sumere vindictam, & talis defensor nõ comprehenditur in materia pœnali, appellatione defensoris, quia non deliquit tunc illum defendendo; cum illa sit iniuria, ad quam etiam propulsandam à socio, quis tenetur, de sen. excom. c. dilecto. lib. 6. ita notanter dicit hic gl. in verbo,
19 defensauerit. in fine sui, quam singulariter no. † Ex quo colligę, q quis dẽt repellere iniuriã inferendã proximo, ẽt si ille prius nocuit, quia vindicta non est licita, sed est relinquenda
20 iudici, † puto tñ, q si aduersarius vellet illum capere, vt ad iudicẽ ducat, quia timetur de fuga, iuxta l. nullus. C. de Iudæ, & no. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. cre. q illum tunc defendens, incideret in pœnam, quia ista est illicita defensio. † de eo autem, qui defendit in iudicio, patrocinãdo, an veniat appellatione defensoris, vide quod no. Io. An.
22 post Host. in c. propositum, de cler. exc. mi. † No. hic casum, in §. à feudis, iuncta gl. in verbo, Obtinenda. in quo quis redditur inhabilis ad beneficia obtinenda, non tamen priuatur obtentis; & hoc est, quia isti filij puniuntur, non ex proprio, sed ex delicto paterno, & no. q inhabilis ad beneficia obtinẽda, retentis obtentis, non potest de nouo obtinere beneficia, etiam per viam permutationis, ita vult hic glo. s. no. super verbo, obtinenda. † Si mandatur aliquis excommunicari
23 candelis accẽsis, debet suppleri, & extinctis, & pedibus cõculcatis. per c. debẽt. 11. q. 3. quia vnum ius supplętur per aliud, vide hic gl. in ver. accensis. Pro dolor, est interiectio dolẽtis, cum aliquis in dolore loquitur, aliqui dicunt, q sunt duæ
24 partes, & duobus accentibus debẽt regi. † Nota expositionẽ illorum verborum, multis grassantibus, &c. id est multis gradientibus, vide glos. cum concor. hic in ver. grassantibus.
25 † No. ex verbo Episcopi enim, &c. quòd non solum Papa, sed etiam omnes episcopi, possunt dici sanctissimi, & gl. hic in verbo Sanctissime allega. pro cõcor. q habetur in Auth. de sãn. epi. collatio. 1 1. in rubro & nigro. & dicuntur sanctissimi, quia gerunt vices Dei, qui est sanctus sanctorum. Item propter officium sanctum, quod gerunt, & ea in quibus

Universidad de Deusto Biblioteca

versantur,nec mirũ, cum aliàs omnes clerici sunt appellati
Dij,& maxime episcopi,vt in c.cum ex iniuncto, de hære.&
26 1.q.1.cap.sacerdotibus.† No.ex eodem ver.Episcopi enim,
&c.multa ad commẽdationem dignitatis episcopalis,dicun
tur.n. episcopi sanct.ssimi Christi legati, spirituales patres,
fratres,& coepiscopi Papæ,& columnæ ecclesiæ.Ex qua no.
q episcopi nõ debẽt dici semper filij,cum sint spirituales pa
tres, & columnę ecclesię,dicẽdi,q certo casu & respectupos
sunt dici filij ecclesię,& certo respectu etiam patres,sicut Pa
27 pa, de quo vide bonum text.in cap.quorum vice,69.di.† Ab
solutus in articulo mortis in casibus Papę reseruatis,q susp
tus sit,tenetur cessante periculo se consp ectui apostolico prę
sentare,q̃ citius commode poterit,aliàs incidit in eandẽ ex-
communicationis sententiam,vt hic,& in c.eos,de sent.exc.
28 lib.6.† vbi dicitur, Quam citius oportunitatem habuerit.
tũc dicitur oportunitatem habuisse,& commode potuisse,
quando cessante impedimento,& modico tempore sibi in-
dulto,quo sibi de necessarijs prouidere potuit, apostolicæ
sedis conspectui se non præsentauit,argu.in l.ab hostibus,§.
fi.ff.ex quibus causis maior.& hoc voluit glossi.hic, in verbo
commode,in principio, quam nota ad similes quæstiones,
quando quis tenetur aliquid facere quam citius commode
poterit cessante impedimento, debet enim indulgeri sibi ali
quid temporis ad parandum sibi necessaria, etiam impedi-
mento cessante,& de hoc an cessauerit impedimentum, vel
ne,& an habuerit competentem terminũ ad parandum ne
cessaria,vel ne, & per cõsequens an inciderit in eandem ex-
communicationem vel non, iudex habebit arbitrari, non
enim credetur ei, qui dicitur excõmunicatus; quia licet in
foro animæ credatur confitenti,vt in c.significasti.de hom.
secus in foro iudiciali secundum eandem glo.quam in hoc
singulariter nota.quæ etiã singulariter subijcit, quod iudex
non debet denunciare illum incidisse in excommunicatio-
nem,nisi eo vocato,viderit per coniecturas illum fuisse mo
rosum,cognitione super hoc præmissa summaria,argum.in
clemen.2. eod. titu.in fin. iuncta glossi.in verbo, Constituerit.
29 Vbicunque potest probabiliter dubitari,an quis in excom-
municationem inciderit,vel reinciderit,non debet iudex il-
lum denunciare, nisi eo vocato, præmissa summaria cogni-
tione,si sibi constiterit saltẽ per coniecturas probabiles,illũ
in excommunicationem incidisse,vel reincidisse,vide hic gl.
not.in verbo Commode,in fi.ad idem vide gl.in cle.presen-
ti,de censib.super ver.constiterit,& infra cle.secũ.in fine,su-
per ver.constiterit,secus dic, si de excommunicatione con-
stat,vt quia ipsemet iudex,illum excõmunicauit;tunc enim
ad denunciationis actum non debet de necessitate vocari,
vt in ca.pastoralis, de appel. quia per denunciationem am-
plius non ligatur,vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio etiam penalis contra obtinentes dominium temporale,ex-
tenditur etiam ad personas ecclesiasticas dominium temporale obti-
nentes.*
2 *Constitutio de clericis disponens,non extenditur ad laycos.*
3 *Dispositio priuans beneficijs obtentis,non videtur inhabilitare ad obti
nenda,ne e contra.*
4 *Dispositio concepta in odium potestatis secularis,non extenditur ad ec
clesiasticam,licet illud fiat,propter quod fuisset locus pene seculari.*
5 *Secularis,clericũ capiens,licet non animo iniuriandi, sed ne citatus va
dat ad curiam Rom.incidit in excommunicationem.*
6 *Procurans suam captionem ne citatus ipse vadat ad curiam Rom.inci
dit non solum in pœnam huius cle.sed contra eum proceditur tanquã
contra contumacem.*
7 *Resignatio beneficiorum per intrusum in carceribus facta ad ipsum esse
ctum. est ipso iure nulla.*
8 *Resignatio beneficiorum per metum facta, aliter quam per incarcera-
tionem,non est ipso iure nulla;licet possit rescindi.*
9 *Excommunicatus quis denunciari non debet, nisi prius vocetur, secus
quando clarissime de excommunicatione constaret.*

CAP. II.

MVltorum. †Constitutio, etiam pœnalis di-
sponens contra obtinẽtes domi
nium temporale,certis casibus extenditur ẽt ad per-
sonas ecclesiasticas,dominiũ tẽporale obtinentes,
vide gl.hic in verbo,Dominiũ.ſtincto tex.qui hoc satis pro-
2 bare videtur.†Constitutio pœnalis de clericis disponens, nõ
extẽditur ad laicos;licet in eis videatur eadem ratio,vide hic
tex.iuncta glo.in verbo,ecclesiasticos. facit c. si sententia,de
3 sen.exc lib.6.† Quamquam lex imponat,priuationis omniũ
beneficiorẽ obtentorum pœnam, nõ per hoc videtur inha-
bilitare ad obtinẽda,vide hic gl.no.in ver.obtẽtis . Idem dic
in casu cõuerso,inhabilitatus.n.circa obtinenda,non censẽ
tur priuatus obtentis,in cle.si quis suadente, supra cod.iun-
4 cta gl.in verbo Obtinenda. †Dispositio concepta in odium
potestatis secularis non extenditur ad potestatem ecclesia-
sticam,licet illud idem faciat,quod potestate seculari facien
te,fuisset locus pœnę,vide hic tex.iuncta gl.in verbo Secula
5 ri.†Secularis capiens clericum licet non animo sibi iniuriã
faciẽdi,sed ne citatus vadat ad curiã Romanã, incidit in ex-
cõmunicationẽ,quia manus sua sæua,iniuriosa est sedi apo
stolicę,& toti ordini clericali,ar.in c.contingit,† de sen.exc.
vide hic gl.in verb.Secularis.& idem dic in similibus casibus,
6 ar.prealleg.in c.contingit. † Procurans suam captionem ne
citatus ipse vadat ad curiam Romanam,incidit non solum
in pœnam hic contentam, sed cum de hoc constiterit,con-
tra ipsum proceditur,tanquam contra contumacem, vide
hic gl.in verbo,Procurant,cõtra no.& videtur probari qua
si in similibus terminis,in cap.quoniã frequenter;post prin
7 ci.vt lit.non contest.cum l.2.ff.si quis cau.† Resignatio bene
ficiorum facta per intrusum in carcere ad istum effectũ re-
signationis cõsequendum,est ipso iure nulla,ẽt quoad renũ
ciantem;quamquam à relignantium ipsorum prælatis rece
pta vel habita sit,vide hic bonũ,& sing.tex iun.gl.in ver. nul
8 lus,& in ver.receptæ.† & ex eodem tex.& glo.no.per locum
à speciali,q resignatio beneficiorum per metũ facta, aliter,
quàm per incarcerationẽ,nõ est ipso iure nulla,licet possit
9 peti rescissio pp metũ,ad hoc quod le.& no. in c. abbas,qđ
me.cã.facit ad prædi.l.qui in carcere.ff.co.ti. † Vbicunq; mã
datur denunciari quis excõmunicatus,vel quid simile,si iu-
dici sic,& sic constiterit,debet prius pars vocari in processu
faciendo,vt iudici constet,quia causarum merita, partiũ as-
sertione panduntur,in c.cũ ex literis,de in integr.resti.& l.fi.
C.si per vim,vel alio modo,vide hic glo.in ver.constiterit.&
similis glo.est in clemen.presenti,de censi.& ex prædictis,&
tex.isto,& d.cap.præsenti,not.q non debet quis denunciari
excommunicatus,nisi prius vocetur,quod intelligo,quãdo
potest in dubium reuocari,an quis sit excommunicatus,se
cus quando clarissime de excommunicatione constat; tũc
enim non est opus, q vocetur, quia per denunciationem
amplius non ligatur arg.c.reprehensibili,& cap.pastorali.2.
responso,de appel.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio disponens contra mendicantes,non includit alios religiosos
non mendicantes.*
2 *Constitutio disponens in genere contra religiosos,comprehendit mendi-
cantes,& non mendicantes.*
3 *Constitutio contra religiosos generaliter lata, non includit clericos se-
culares.*
4 *Religiosi correctio spectat primo ad suum prælatum.*
5 *Suspensionis species sunt multiplices.*
6 *Ecclesia habet iurisdictionem supra alios, qui viuunt sub quadam spe-
cie religionis . licet etiam reprobatæ.*
7 *Suspensus ab officio,an etiam sit suspensus à beneficio,& vide per pul
chras distin.*
8 *Excommunicato simpliciter, an debeant ecclesiastici reditus subtrahi.*

CAP. III.

VPientes. †Constõ disponẽs ꝯ mẽdican-
tes, nõ includit alios religiosos
nõ mendicates,vide hic tex.iun.glo.in ver.mẽdicã
2 tib.secus si cõstõ † disponit ꝯ religiosos in genere,
tũc.n.cõprehendũtur mendicãtes,& non mẽdicãtes , vide
3 gl.in ver.religiosos. † Ex qua ẽt no.q licet cõprehendantur
religiosi indifferenter,nõ tñ includũtur clerici seculares, de
quo vide q dixi in cle.1.de resci.& in cle.religiosi , dedeci.
4 † Religiosi correctio,primo spectat ad suum prælatum.vide.
hic tex iuncta gl.in ver.faciam.& vide de hoc q plene no.in c.
5 ꝙto.de of.or.† No.multiplices suspẽtionis species,per gl.hic.
valde no.& plenam in verb. suspensi. & per illas varietates
potest dici,q quot sunt actus liciti,tot pñt esse ab illis suspen
siones.nil.n.obstat,quin ex aliqua cã possit quis suspendi ab
actu aliàs licito,& legitimo in eius pœnam, ex illarum simi-
litudine,quæ sic in præfata glo.numerantur.& no. inter cæ-
teras species gl.in eo quod dicit,q suspenditur status cano-
nicorum Alemaniæ. de ele.c.indemnitatib.§.pẽ.lib.6. & cle.
attendentes.§.illas quoque. de sta.reg.Aduerte, quia illa iu-
ra non dicunt,quod istarum status sit in suspenso,sed solum
q Papa certis casib.de illis disponẽs protestatus est, q p illa
decreta erga eas edita, non intendat earum statum,regulã,
seu ordinem approbare,& glo.ibi no.super ver. approbare,
in d. cle. attendentes; dicit, q imo illarum status reprobari
vł,alleg.c.pernicioſam.17.q.1. quam bene no. & bene facit
6 ille tex.in c.pernicioſam.† Not. ẽt singulariter ex prædictis
iurib.q ecclesia hẽt iurisdictionem supra illos, qui viuunt
sub specie quadam religionis, seu clericali, licet eorum sta-
tus non sit per ipsam ecclesiam approbatus, imo potius re-
7 probatus. † An suspensus ab officio sit per pñtiam suspẽsus
à beneficio, seu deãt sibi beneficium subtrahi.vide hic glossi.
valde

valde no. quæ quotidie alleg.in ver.suspensi. vltra medium,
in ver.& quia.ꝫ.posui.quæ ponit diuersas opi. & tandẽ ap-
probat tres vltimas, & dicit eas cõiungẽdas,sed aliter nõ de
clarat.sed mihi vł,q gl. mens sit hæc,coniũgẽdo illas tres vl
timas opi.q aut quis est à iure suspẽsus ab officio,& cẽsetur
suspensus etiam à beneficio,hoc videtur ꝓbari in c.præter.
32.di.aut ab homine . & tunc aut in sentẽtia exprimitur, &
serua sentẽtiam,aut simpliciter fit de officio mẽtio , & non
apparet de mente proferẽtis an voluerit, vel non, compre-
hendere beneficium , & tunc aut fertur suspensio propter,
crimen,seu aliam grauem causam, & cẽsetur suspensus etiã
à beneficio,de pur.cano. c. inter;aut fuit suspensus propter
infamiam,seu scandalum,vel aliam leuem causam, & tũc ta
lis suspensio non extẽditur ad beneficium,ar.2.q. 5.c. pres-
byter si.& c.2.de purg.cano. quia sine magna causa benefi-
cium subtrahi nõ debet.27.q.7.c.inuentum. Si tamen hoc
casu suspẽsus contemneret suspensionem,seu esset in mora
absolutionem petẽdi, debet eidem beneficium subtrahi. vt
in c.cum bonæ,de æta.& qual.facit c.fi. de ele.& c. vnicum.
8 §.cum vero,ne se.va.li 6. & hæc no. † Quid autem de excõ-
municato simpliciter, an debeant sibi reditus ecclesiastici
subtrahi?vide bo.tex.in c.pastora.in fi.de app. & vide omni
no,quæ ibi dixi in lec.mea,post glo.

De pœnitentia, & remissione. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Damnatis ad mortem,non est pœnitentia deneganda,nec sacra commu
nio,nec tandem sepultura.*
2 *Corpora damnatorum ad mortem,de loco iustitiæ non sunt auferenda
sine principis licentia.*
3 *Princeps debet se facilem exhibere in licentia corporum à loco iusti-
tiæ auferendorum indulgenda.*
4 *Princeps non debet damnatis ad mortem denegare ecclesiastica sacra
menta.*

CAP. PRIMVM.

CVm secundum. †Dãnatis ad mor-
tem non est pœnitentia deneganda,nec sacra communio,nec tã-
dem ecclesiastica sepultura, † non tamen sir.e
principis licentia sunt eorum corpora de loco
iustitiæ auferẽda.vide hic gl.in ver.pœnitẽtia. quæ tamen ꝓ-
bãtur per iura in ea allegata, videlicet per istum tex. & in c.
3 fi.13.q.2.& l.1.& 2.ff.de cada.pu.† Princeps tamen debet fa
cilem se in hac licentia concedenda exhibere, vt in iuribus
4 proxime alleg.† non debet tamen Princeps ecclesiastica sa-
cramenta denegare.vt in cle.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosynas per mendacia quæstuantes,subijciuntur locorum ordina-
riis,non obstantibus eorum priuilegijs.*
2 *Absolutio à pœna & culpa,quid sit,quib. per quos, & propter quod
conferatur.*
3 *Ecclesia est illa,quæ principaliter recipit ligandi, & soluendi potestã-
tem.*
4 *Ecclesia representatur per sacrum concilium legitime congregatum.*
5 *Quæcunque ligaueritis super terram.&c. verba illa fuerunt per Chri-
stum dicta omnib. apostolis simul collectis.*

CAP. II.

ABusionibus. †No.hic tex. no. in multis,
prouidentem contra istos
quæstuarios,qui multa mendaciter proponunt,
& in eorum excessibus subijciuntur locorum or
2 dinarijs,eorum priuile.non obstan.† No.q absolutio à pœ
na,& culpa sic vulgariter dicta,est illa plenissima peccatorũ
remissio,quæ conceditur Cruce signatis pro subsidio vltra
marino.de qua plene no.per Doct. in c. ad liberandam. de
Iudæ.vide hic gl.iun.tex.in ver.à pœna & culpa. & no. bene
eam in fi.quatenus dicit, quod hanc plenissimam indulgen
tiam,seu remissionem,solus Papa concedit.ego intelligo,q
glo.intendat excludere alios prælatos inferiores,per c.cum
ex eo.in fi.de pœ.& remi.non autem concilium vniuersale.
nam arbitror q concilium vniuersale,possit tales remissio-
nes facere, cum repræsentet totam ecclesiam , per ea quæ
no.Inn.in c.quid autem,co.ti. & alibi hunc artic.plenę exa-
3 minaui.† ecclesia enim est illa,quę principaliter recepit ligã
di,& soluendi potestatem,vt dicit Hiero. in ca. omnibus. &
Aug.in c.quodcunq;.& Cypria.in c.loquitur.24.quæstio.1.
4 † quæ repræsentatur per sacrum concilium legitime con-
5 gregatũ. † & omnib.apostolis simul collectis fuit per Chri-
stum dictum,Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt li-
gata in cęlo, & quæcunq; solueritis super terram,erunt so-
luta in cęlo.Matth.18.c.adduxi ibi multa alia.

De sententia excommunicationis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Religiosorum appellatione,veniunt tam mẽdicantes, quam non mendi
cantes,clerici tamen seculares minime, etiam si apponatur verbum
quicunque.*
2 *Religiosi qui proprie sint,quæque profiteantur.*
3 *Ecclesia matrix,quare sic dicatur.*
4 *Ecclesiæ matricis appellatione,intelligitur in dubio de cathedrali, ra-
tione autem adiuncti,vel subiectæ materiæ,de alia principali.*
5 *Excommunicationem incurrunt religiosi non seruantes interdictum,
quod vident illius loci matricem ecclesiam obseruare, quamuis illa
eis subsit.*
6 *Matricis ecclesiæ appellatione,venit ipsa materialis ecclesia.*
7 *Seruari illud non dicitur,quod aliqui seruant, aliqui non.*
8 *Interdictum quod Metropolis ecclesia seruat,religiosi,qui non sunt de
illa diœcesi seruare non tenentur.*
9 *Ciuitas cum diœcesi habet suam cathedram episcopalem.*
10 *Argumentum à contrario sensu cessat,vbi illius argumenti contrariũ
reperitur in iure.*
11 *Contrariorum eadem est disciplina,vbi verba, & mens non resistunt,
aliàs secus.*
12 *Obseruare aliquid is dicitur,qui abstinet ab illo animo obseruandi, se-
cus si non illo animo.*
13 *Interdictum,quod ecclesia matrix obseruat,religiosi tenentur seruare,
quamuis ex aliqua iusta causa prætendatur nullum.*
14 *Excommunicationem expresse,& tacite,quib. casib. Papæ reseruatis
quis incurrat,vide hic enumerator.*

CAP. PRIMVM.

IVX frequentibus. †Appellatione re-
ligiosorum quorũ
cunq; veniunt religiosi tam mendicantes, quã
non mẽdicantes ; clerici autem sæculares mini-
me comprehẽduntur,vide hic gl. super ver.reli-
giosi,iuncto tex.sed tu idem dic, si nõ ponatur illud vniuer-
sale,quicunque:nam appellatione religiosorum simpliciter
veniunt omnes religiosi,tam mendicãtes,q̃ non mendican
tes,vt est gl.in cle.cupiẽtes.ꝫ.de pœ.in ver.religiosos.vbi di-
2 xi † religiosi.n.proprie sunt oẽs, qui tria substãtialia cuiusli
ber religionis profitẽtur,vt no.sup rub.de reg.gl.in ver.obe
dictiam.& in cle.1.de reli.dom.& gl.in ver.3 cle. pe.ꝫ.co.tit.
3 † Appellatione matricis ecclesiæ,venit maior ecclesia,&ba
ptismalis in loco,licet non sit cathedralis, quæ ideo dr̃ ma-
trix,quia sicut mater generat , sic illa baptizãdo regenerat.
4 ita vł hic tex.iun.gl.in ver.matricem. † Sed tu aduerte, quia
hoc dictũ nõ est simpłr verum;dic,q vbi fit simpliciter mẽ
tio de ecclesia matrice, intelligitur in dubio de ecclesia ca-
thedrali.tex.est in c.venerabilis.de ver.sig. sed vbi nõ potest
rõne alicuius adiuncti, vel rõne subiectæ materiæ intelligi
de cathedrali,tunc hẽt locũ quod hic dr̃ in gl.vt illa dicatur
matrix ecclesia ,quæ in illo loco est maior & baptismalis:si
autẽ in loco nulla est principalior, vt puta,quia in illa villa,
vel castro , oẽs ecclesiæ sunt æquales , & quælibet baptizat
suos parochianos,vel ecclesia principalis, & baptismalis est
in alia villa,tunc nulla in illo loco dr̃ esse matrix, nec potest
hre tunc locum,quod hic dr̃,vt voluit gl.ista,in fi.quam no,
ad multa sibia,& sm prædicta intelligitur. c. extrãsmissa, de
5 præscri.cum si. † Hẽt locum ista cle. vt religiosi incidant in
excommunicationem,si nõ seruant interdictum, quod vi-
dẽt illius loci matricem ecclesiam obseruare,ẽt si illa eccle
sia matrix subsit illis religiosis,quoad pñtationẽ, vel colla
tionem,vel q sit ipsorum vicaria.quia tex. indistincte loqui
tur,disponẽs q religiosi tenentur seruare interdictum,q vi
dẽt matricem ecclesiam illius loci obseruare,ita dicit nota.
6 hic gl.in ver.matricem.quod no. quia facit ad multa. † Ap-
pellatione ecclesiæ matricis,seu cathedralis,hic nõ compre
henduntur eps,& clerici seu capłm,sed capitur ecclesia pro
ipsa materiali ecclesia. si. n. obseruatur interdictum in ipsa
ecclesia,tenentur religiosi illud obseruare, secus si non ob-
seruatur,vel aliqui seruant,aliqui non; quia verum est dice-
7 re,q in ipsa ecclesia non seruatur.† & not.hoc vltimum, q
non dr̃ ecclesia seruare,si aliqui seruant, aliqui non ; & hoc
hẽt locum quoad pœnam istius cle.quæ cum sit odiosa, dẽt
ad proprium casum restringi,sed quoad pœnam irregulari
tatis incurrendæ,serua antiqua iura. & de his infra dicetur.
8 hoc voluit hic gl.sup d.ver.matricẽ.† Si ecclesia Metropolis
seruat interdictum,non tenentur religiosi, qui non sunt de
illa diœcesi , ad illius interdicti obseruantiam vigore istius,
cle.quia iste tex. loquitur de ecclesia cathe. vel matrice illi⁹
loci,sed certũ est,q ecclesia Metropolitica, nõ est cathedra
lis,vel matrix,nisi respũ suę diœcesis,non aũt respũ suæ pro-
9 uinciæ,sed quælibet est cathedralis respũ totius.† Ciuitas.n.
cum diœcesi,hẽt suam cathedram epalem,vt in c. in illis.so.

di.hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

10 di.hoc voluit hic pręal.gl.super ver.matricē.quam no.† Argumentū a cōtrario sensu cessat,vbi illius argumēti contrariū reperit in iure.no.hic gl.in ver. obseruare. remittēs pro materia ad no.in c.publicati.de ele.vide p Bar.in l.omnes populi.ff.de iust.& iu.& per Bal.in l.cōuenticula.C.de sacrosan. ec.& p d.gl.alle.rex.in c.à nobis.2.de sen.exc.aliquid de materia in c.cū applica,de his quę fi.à præl. †Contrariorū eadē est disciplina,vbi verba,& mēs nō resistunt, aliàs secus. vide hic bo.gloss.super præalleg.ver. obseruare.10.colligitur hic, quia rex mandat,vt religiosi debeant obseruare interdictū, quod cathedralem seu matricem ecclesiam loci viderint obseruare,nunquid si vident illam ecclesiam matricem interdictum non obseruare, debeant in non obseruando se illi conformare,& dicit gl.no.q nō,quia licet rīr ꝓtrariorū eadem sit disciplina,de iureiu.c.intellecto.hoc est verū , nisi verba aut mēs resistāt ,nō.n.est verisimile,p tex.q ille voluerit,q clericorū matricis ecclesiæ excessus, det religiosis materiam delinquēdi.de priu.c.petistis.cōformabūt ergo se in casu hic expresso, s.in obseruādo ,quia nullum subest peccatū,nō aūt in obseruādo,ne detur materia violādi iustum interdictum. † Is dr aliquid obseruare,qñ abstinet ab illo, aīo obseruādi;secus si abstinet nō illo aīo,vide hic gl. in ver. obseruare,ī fi.& facit l.2.ff.de cō.& dē.† Religiosi tenētur obseruare interdictū,q matrix ecclesia obseruat;ēt si pp applonē prius interpositā ptēdatur nullū,vel ex alia iusta cā, nō.n.debēt ipsi de illius validitate disputare,sed solū ad obseruātiam illius tenent,ex quo matrix ecclesia obseruat, vide hic tex.

14 iun.glo.in ver.appellationib. † Quinquaginta casus , quorū 16.sunt reseruati Papæ,quib.quis ipso iure excōicationem incurrit expresse,& duos tacite per cōstōnes Clc. inductos, vide hic enumeratos per glo.in ver.excōicationis. Host. autem in Sum.e.ti.§.3.in prin.colligit 30. tales casus veteris iuris. vide 33. editos seu indictos per constōnem. 6. lib. quos enumerat gl.in c.eos qui.eod.ti.lib.6. Religiosi non seruantes interdictum , quod vident seu sciunt matricem ecclesiā obseruare,incidunt in pęnam excōicationis,ipso facto, per istam cōstōnem,& qñq; incidunt ēt in alias pęnas editas cōtra non seruantes interdictum,qñque in illas,& nō istam,qñ que in nullam incidunt.de quo distingue , vt hr hic in gloss. in ver.subiacere.Pro consilio habēdo,vide multas auctoritates hic,in gl. super ver.cōprobat.& tex.in c.de quibus. 20.di.

SVMMARIVM.

1 *Nobilium & dominorum temporalium appellatione, veniunt episcopi & alij ecclesiarum prælati, etiam in materia pęnali.*
2 *Dominium temporale habentium appellatione veniunt episcopi, & alij clerici dominium temporale habentes ,licet materia sit pęnalis.*
3 *Interdicti mentio in iure simpliciter habita,locum sibi vendicat in quo libet interdicto siue lato ab homine,siue à iure.*
4 *Interdicto locum subiectum sciens,an illud seruare teneatur denunciatione à iudice prius non facta.*
5 *Excommunicatus an debeat à scientib. exitari ante denunciationem .*
6 *Interdictorum,vel excommunicationis prætextu clerici à diuinis cessare,vel quem euitare non tenentur, nisi sit facta per iudicem declaratio.*
7 *Interdictum non licet soluere,nec in capellis,nec in ecclesiis insignibus.*
8 *Vocationi preconis non obediens,magis contemnit,quam qui campanæ non obedit.*
9 *Excommunicati,vel interdicti publice,debent de ecclesiis , dum missarum solennia celebrantur instantibus præsertim celebrantibus,exire.*
10 *Excommunicatum occultum qui scit esse in ecclesia,caute si poterit exibit,sine scandalo, tamen aliàs,non debet exire.*
11 *Peccator quilibet etiam excommunicatus potest intrare ecclesiā causa orandi.*
12 *Excommunicatus publice,si non vult exire ecclesiam tempore diuini officij,debet sacerdos dimittere officium missę, licet hoc sit cum populi scandalo.*
13 *Grauatio siue compulsio multiplex est,realis,personalis,directa,& indirecta.*
14 *Dispositio pęnalis disponens super missarum celebratione , seu interessentia,non extenditur ad alia diuina officia.*
15 *Sacerdotis monitio generalis , vt excommunicati & interdicti exeant de ecclesia tempore diuinorum,sufficit,ne ipse sacerdos incurrat excōmunicationem.*
16 *Interdicti vel excommunicati,debent à celebrantibus nominatim moneri, vt exeant ecclesiam,ad hoc vt in nouam incidant excommunicationem,quæ sedi apost reseruatur.*
17 *Monitio generalis sufficit,vbi non additur nominatim , & quæ dicatur nominatim facta monitio.*

CAP. II.

1 GRauis. †Appellatione nobiliū, & dnorum tēporalium,veniunt etiā ēpi, & alij ecclesiarum prælati;si aliàs sunt nobiles; & habent dominium tpale ēt in materia pęnali.vide hic tex.in prin.iun.gl.no.super ver.tpales.vide ad idem cle.multorum.

2 de pę.in prin.iun.gl.in ver.dominiū.vbi probatur. †q appellatione habētium dominiū tpale,veniūt etiā ēpi,& alij clerici dominiū tēporale obtinētes;& licet materia sit pęnalis. q

3 no.† Iura loquētia de locis interdicto suppositis , sen simplr de interdicto,locū sibi vēdicant in quolibet interdicto , siue sit latum ab hoīe vel à iure.vide hic tex.post prin.iun. glo.in

4 ver.suppositis. † an sciens locū suppositū interdicto ab hoīe vel à iure,denunciatione prius per iudicem non facta,illud seruare teneatur,vide hic text.iun.glo.not.in ver.suppositis. quæ hoc dubiū prosequitur,& cōcludit q sic,satis enim est locum esse interdictum,licet non sit publicatum. facit cap. cum non ab homine.& quod ibi no.s.eo.& c,cum nō deideres.i.respō.in fi.qui.n.sciuit,certiorari nō debuit.de re.iu. c.eum qui.li.6.& idem tenet Archid.in c.is qui. eod. ti. lib.6. quod verum intelligit,nisi factum esset occultum.6.q. 2.c.si

5 tārum.& prædi.decre.cum non ab homine.† Er de excommunicato,an debeat vitari ante denunciationem , idem est dicendum,quod supra de interdicto dictum est. vide quod dicam ī.post gl.in notula , quæ inc.publice excōmunicati.

6 † expediret tn,ī m gl. per cōstitutionē prouidere, clericos nō teneri ad obseruātiā interdictorū latorū à iure, nisi prius fiat illorum declaratio.fi.de hæ.c.cum ī m.lib.6. & facit cle. præsenti.de cēsi.quæ no. multum.& aduerte,quia hoc vltimum,hodie statutum fuit in concilio Basilien.ī.20. sessione.in §.ad euitandum scandala.nō solum in interdicto , sed ēt in excōicatione,vt nō teneatur quis alium euitare in diuinis,vel extra,prætextu excōicationis,aut suspēsionis , aut interdictū obseruare , nisi sit facta per iudicē declaratio,&

7 nisi cōstiterit quē esse in excōmunicatione ita, vt nulla possit tergiuersatione celari,&c.vide ibi plenius.† Nō licet soluere interdictū nec in capellis,nec in ecclesijs insignib. grauius tn est illud soluere in ecclesijs ĩsignib.q in capellis.vide

8 hic tex.iun.gl.in ver.capellis.† In vocatione ad licita, maior deprehēditur cōtemptus,cum fit ipsa vocatio per pconem q per campanā, quia licet vox pconis paucis qnq; innotescit,vt in Auth.de litig. §.oēs. & hoc respū fortior vī vocatio per campanam,q pconē;attn,quia pco loquitur, & edictum ponit,ex parte mādātis ideo maior est cōtemptus,ita no.dicit hic gl.ī ver.præconia. quam no. præsertim ad id q dicit,fortiorem esse vocationē,quæ fit per campanam,q p præconem,licet maior cōtemptus deprehēdatur in voce, pconia.& per rōnem glo.puto,q in vocatione licita,magis contemnit in non veniendo , qui fuit vocatus voce pconis q per campanā,quia pco loquitur ex parte mandātis, quod

9 no.† Publicè excōicati vel interdicti,debēt de ecclesijs,dum in ipsis missarum celebrantur solēnia, instātibus præsertim celebrantibus exire:si autē sūt occulti,nō debemus eos euitare in publico.6.q.2.c.2.de sen.excom. c. cum nō ab hoīe.

10 vnde dicit Ray.in sum.huius ti.§.item.q ille,† qui scit occultum excōicatum esse in ecclesia , caute si poterit, exibit ; si aūt id nō possit sine scandalo,nō dēt exire,per prædicta, ne sit proditor.2.q.1.c.si peccauerit.vide hic tex.cum gl. in ver. publice.& ad materiam per Arc.& Io.An. in c. eōrum. de priui.lib.6.& adde hodie illud decretum concilij Basilien. de quo supra feci mētionem:sed diligenter pondera text. istū in eo,quod ponderat;quod inter missarum solennia isti excommunicati excludebātur de ecclesia,facit optime p opi.

11 gl.no.in c.qui studet 1.q.1.† vbi dicit Bar.Brix. Tan. dixisse & sibi sæpe rndisse,qd peccator quilibet,ēt excōicatus, pōt intrare ecclesiam cā orandi;dummodo nō interlit diuinis officijs,cum prohibitum nō inueniatur , quod singulariter

12 no.† Si publice excōicatus,non vult exire ecclesiam,tpe diuini officij,dēt sacerdos dimittere offm missæ , licet hoc cedat in cleri,& populi scandalum , vt clare innuit iste text.in ver.nōnulli.quod verum dicit hic gl.super ver.in expleta.nisi iam sacerdos incepisset canonem missæ , de quo remittit ad no.per se,in c.nuper.de sen.ex.& facit 7.q.1.ca.illud . & c.

13 nihil.& quod no.14.q.4.c.sicut apostoli. † Multiplex est cōpulsio,videlicet realis,personalis,directa,& indirecta,vt si res alicuius occupatur,consanguinei grauantur in rebus vel psonis.facit de ele.cap.faciant cunctī.& c.quicunque lib. 6. & omnes isti modi veniunt, vbi sit mentio de qualibet com-

14 pulsione,vide glo. in ver. quolibet. † Dispositio pęnalis disponens super missarum celebratione,seu interessentia , nō extenditur ad alia diuina officia.vide hic tex.iun. glo. in ver.

15 missarum. † Monitio generalis,vt oēs excōicati , & interdicti exeant de ecclesia tpe celebrationis diuinorum , sufficit ad hoc,vt pcipientes,vt exeant , non incurrant excōicationem,de qua hic in fi. cuius absolutio reseruatur sedi apost. sed quoad ipsos interdictos,seu excōicatos , vt in talem excōicationem incidant,requiritur monitio spālis , videlicet vt nōiatim fiat à celebrantib.& hoc innuit tex. qui dū loquitur de ipsis præcipientibus , facit mentionem de noīatione simplr,sed dum postea loquitur de ipsis interdictis, & excō municatis, vt incidāt in excommunicationem , cuius absolutio reseruatur sedi apo.requiritur, vt nōiatim moneātur.

6 hæc voluit gl.hic super ver.nominatim. † Ex quo singulariter no.& nescio alibi,q si interdicti vel excommunicati mo nētur nominatim à celebrantibus,vt exeāt ecclesiam, & nō exeūt,incidūt in nouam excommunicationem,auctoritate huius cōstitutionis prolatam,& ista absolutio soli sedi apo-sto.reseruatur, & sic excōmunicatus potest iterū excōmu-

7 nicari,vt ēt colligit hic gl.fi.† & no.q sup.de monitione dictum est,q vbi requiritur monitio , & nō additur nominatim,sufficit monitio gñalis. & quæ dicatur nominatim monitio,vide per gl.in ver.nominatim.s.de vi.& ho. cle. c.1. & melius per gl.in c.constitutionem.eo.ti.lib.6.in ver.nominatim.quam no.& per Inn.in c.in Lateran. de præb.

SVMMARIVM.

1 *Beatus Franciscus tres ordines instituit.*
2 *Ordo primus beati Francisci est arctissimus, & caret proprio.*
3 *Ordo secundus beati Francisci est sanctæ Claræ,in quo licet arctissimo, sorores tamen habent in communi proprium.*
4 *Ordo tertius beati Francisci,est marium,& fœminarum in coniugio ēt viuentium & proprium in singulari habentium.*
5 *Regulares,seu regulam habere non dicuntur,sed potius quendam modū viuendi , qui tria substantialia non profitentur.*
6 *Fratres & sorores appellari possunt illi de tertio ordine, licet proprie non sint regulares aut religiosi.*
7 *Fratres & sorores de tertio ordine S. Francisci , appellantur continentes , licet viuant in coniugio. & quare.*
8 *Viuentes in coniugio quantumcunque honestissime,non dicuntur seruare continentiam;licet castitatem sic.*
9 *Constitutio pęnalis puniens delinquentem in ecclesia sua, non extenditur ad delinquentem in ecclesia aliena.*
10 *Exempti , qui inciderunt in excommunicationem propter delictum in loco exempto commissum, non possunt ab ordinario loci sine speciali papæ permissione absolui.*
11 *Papa est ordinarius exemptorum.*
12 *Clericus non potest iurisdictioni alterius se subijcere,etiam in foro animæ,sine consensu ordinarii.*

CAP. III.

